PATROLOGIÆ

CURSUS COMPLETUS,

SEU

BIBLIOTHECA UNIVERSALIS, INTEGRA, UNIFORMIS, COMMODA, ŒCONOMICA

OMNIUM SS. PATRUM, DOCTORUM, SCRIPTORUMQUE ECCLESIASTICORUM,

SIVE LATINORUM, SIVE GRÆCORUM,

QUI AB ÆVO APOSTOLICO AD ÆTATEM INNOCENTII III (ANN. 1216) PRO LATINIS ET AD PHOTII TEMPORA (ANN. 863) PRO GRÆCIS FLORUERUNT :

RECUSIO CHRONOLOGICA

OMNIUM QUÆ EXSTITERE MONUMENTORUM CATHOLICÆ TRADITIONIS PER DUODECIM PRIORA ECCLESIÆ SÆCULA ET AMPLIUS,

JUXTA EDITIONES ACCURATISSIMAS, INTER SE CUMQUE NONNULLIS CODICIBUS MANUSCRIPTIS COLLATAS, PERQUAM DILIGENTER CASTIGATA ;

DISSERTATIONIBUS, COMMENTARIIS, VARIISQUE LECTIONIBUS CONTINENTER ILLUSTRATA ;

OMNIBUS OPERIBUS POST AMPLISSIMAS EDITIONES QUÆ TRIBUS NOVISSIMIS SÆCULIS DEBENTUR ABSOLUTAS DETECTIS AUCTA ;

INDICIBUS PARTICULARIBUS ANALYTICIS, SINGULOS SIVE TOMOS SIVE AUCTORES ALICUJUS MOMENTI SUBSEQUENTIBUS, DONATA ;

CAPITULIS INTRA IPSUM TEXTUM RITE DISPOSITIS, NECNON ET TITULIS SINGULARUM PAGINARUM MARGINEM SUPERIOREM DISTINGUENTIBUS SUBJECTAMQUE MATERIAM SIGNIFICANTIBUS, ADORNATA ;

OPERIBUS CUM DUBIIS, TUM APOCRYPHIS, ALIQUA VERO AUCTORITATE IN ORDINE AD TRADITIONEM ECCLESIASTICAM POLLENTIBUS, AMPLIFICATA ;

DUCENTIS ET AMPLIUS INDICIBUS LOCUPLETATA ; SED PRÆSERTIM DUOBUS IMMENSIS ET GENERALIBUS, ALTERO SCILICET RERUM, QUO CONSULTO, QUIDQUID NON SOLUM TALIS TALISVE PATER, VERUM ETIAM UNUSQUISQUE PATRUM, ABSQUE ULLA EXCEPTIONE, IN QUODLIBET THEMA SCRIPSERIT, UNO INTUITU CONSPICIATUR ; ALTERO SCRIPTURÆ SACRÆ, EX QUO LECTORI COMPERIRE SIT OBVIUM QUINAM PATRES ET IN QUIBUS OPERUM SUORUM LOCIS SINGULOS SINGULORUM LIBRORUM SCRIPTURÆ VERSUS, A PRIMO GENESEOS USQUE AD NOVISSIMUM APOCALYPSIS, COMMENTATI SINT.

EDITIO ACCURATISSIMA, CÆTERISQUE OMNIBUS FACILE ANTEPONENDA, SI PERPENDANTUR CHARACTERUM NITIDITAS, CHARTÆ QUALITAS, INTEGRITAS TEXTUS, PERFECTIO CORRECTIONIS, OPERUM RECUSORUM TUM VARIETAS TUM NUMERUS, FORMA VOLUMINUM PERQUAM COMMODA SIBIQUE IN TOTO PATROLOGIÆ DECURSU CONSTANTER SIMILIS, PRETII EXIGUITAS, PRÆSERTIMQUE ISTA COLLECTIO, UNA, METHODICA ET CHRONOLOGICA, SEXCENTORUM FRAGMENTORUM OPUSCULORUMQUE HACTENUS HIC ILLIC SPARSORUM, PRIMUM AUTEM IN NOSTRA BIBLIOTHECA, EX OPERIBUS ET MSS. AD OMNES ÆTATES, LOCOS, LINGUAS FORMASQUE PERTINENTIBUS, COADUNATORUM.

SERIES GRÆCA

IN QUA PRODEUNT PATRES, DOCTORES SCRIPTORESQUE ECCLESIÆ GRÆCÆ A S. BARNABA AD PHOTIUM,

ACCURANTE J.-P. MIGNE,

Bibliothecæ Cleri universæ,

SIVE

CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

PATROLOGIA, AD INSTAR IPSIUS ECCLESIÆ, IN DUAS PARTES DIVIDITUR, ALIA NEMPE LATINA, ALIA GRÆCO-LATINA ; LATINA, JAM INTEGRE EXARATA, VIGINTI ET DUCENTIS VOLUMINIBUS MOLE SUA STAT, CENTUMQUE ET MILLE FRANCIS VENIT. GRÆCA DUPLICI EDITIONE TYPIS MANDATA EST. PRIOR GRÆCUM TEXTUM CUM VERSIONE LATINA LATERALIS COMPLECTITUR, ET FORSAN CENTUM VOLUMINUM EXCEDET NUMERUM. POSTERIOR AUTEM VERSIONEM LATINAM TANTUM EXHIBET IDEOQUE INTRA QUINQUAGINTA CIRCITER VOLUMINA RETINEBITUR. UNUMQUODQUE VOLUMEN GRÆCO-LATINUM OCTO, UNUMQUODQUE MERE LATINUM QUINQUE FRANCIS SOLUMMODO EMITUR : UTROBIQUE VERO, UT PRETII HUJUS BENEFICIO FRUATUR EMPTOR, COLLECTIONEM INTEGRAM SIVE GRÆCAM SIVE LATINAM COMPARET NECESSE ERIT ; SECUS ENIM, CUJUSQUE VOLUMINIS AMPLITUDINEM NECNON ET DIFFICULTATES VARIA PRETIA ÆQUABUNT.

PATROLOGIÆ GRÆCÆ TOMUS XXXI.

S. BASILIUS CÆSARIENSIS EPISCOPUS.

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA *D'AMBOISE*, PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM
SEU PETIT-MONTROUGE.

1857

Digitized by Google

Digitized by Google

BR
60
.M61
V.31

SÆCULUM IV.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΒΑΣΙΛΕΙΟΥ,

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΑΙΣΑΡΕΙΑΣ ΚΑΠΠΑΔΟΚΙΑΣ,

ΤΑ ΕΥΡΙΣΚΟΜΕΝΑ ΠΑΝΤΑ.

—

S. P. N. BASILII,

CÆSAREÆ CAPPADOCIÆ ARCHIEPISCOPI,

OPERA OMNIA QUÆ EXSTANT,

VEL QUÆ SUB EJUS NOMINE CIRCUMFERUNTUR,

AD MSS. CODICES GALLICANOS, VATICANOS, FLORENTINOS ET ANGLICOS, NECNON AD ANTIQUIORES EDITIONES CASTIGATA, MULTIS AUCTA : NOVA INTERPRETATIONE, CRITICIS PRÆFATIONIBUS, NOTIS, VARIIS LECTIONIBUS ILLUSTRATA, NOVA SANCTI DOCTORIS VITA ET COPIOSISSIMIS INDICIBUS LOCUPLETATA,

OPERA ET STUDIO

Monachorum ordinis sancti Benedicti e congregatione S. Mauri.

ACCURANTE ET RECOGNOSCENTE J.-P. MIGNE,

BIBLIOTHECÆ CLERI UNIVERSÆ.

SIVE

CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORUM.

TOMUS TERTIUS.

VENEUNT QUATUOR VOLUMINA 60 FRANCIS GALLICIS.

—

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA *D'AMBOISE*, PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM,
SEU PETIT-MONTROUGE.

—

1857

Digitized by Google

ELENCHUS

AUCTORUM ET OPERUM QUÆ IN HOC TOMO XXXI CONTINENTUR

Quæ stellula prænotantur in editionibus Basilii non exstabant.

SANCTUS BASILIUS MAGNUS, CÆSARIENSIS ARCHIEPISCOPUS.

	col.
Præfatio.	9
Homiliæ et sermones.	163
Ascetica.	619
Moralia.	700
Regulæ fusius tractatæ.	890
Regulæ brevius tractatæ.	1051
Constitutiones monasticæ.	1322
APPENDIX.	
Homiliæ quædam dubiæ.	1429
De baptismo libri duo.	1514
Liturgiæ S. Basilii.	1630
* Orationes sive exorcismi.	1678
* Sermo de sacerdotum instructione.	1685
Tractatus de consolatione in adversis.	1687
De laude solitariæ vitæ.	1704
Admonitio ad filium spiritualem.	1704
* Homiliæ tres ex editione Chr. Frid. Matthæi.	1705
Homiliæ *quas transtulit Rufinus de Græco in Latinum.*	1723
Notæ Frontonis Ducæi.	1795
Notæ Federici Morelli.	1829
Variæ lectiones codicum Paris. in sermonem *De legendis gentilium libris.*	1831

Ex typis MIGNE, Petit-Montrouge.

Digitized by Google

PRÆFATIO (a)

1. Fortasse nullum est hominum genus, qui magis nocuerint bonis studiis, quam eorum, qui vera sanctorum Patrum scripta cum falsis miscuere. Quot enim mala hinc et olim nata sint, et hodie nascantur, nemo, qui non omnino rerum ecclesiasticarum rudis sit, ignorat. Dogmata obscurantur, fœdantur moralia, historia vacillat, traditio perturbatur, et, ut verbo dicam, si semel apud sanctos Patres genuina cum adulterinis confundantur, omnia inter se confundi necesse est.

2. Ejus, quod dixi, mali frequentiora sunt exempla, quam ut aliqua referre opus sit. In memoriam tamen revocabo impudentiam Apollinaristarum et Eutychianorum, qui cum sua pro sinceris ac germanis sanctorum Patrum scriptis promulgassent, ita totam infestarunt Ecclesiam, ut ejusmodi vulnus coalescere ac sanari necdum potuerit. Nam hodieque tanta est dissensio inter eruditos de quorumdam scriptorum auctore, ut si quis aut magni illius Athanasii episcopi Alexandrini, aut Julii summi pontificis, aut Gregorii Thaumaturgi testimonium aliquod proferat, statim audias, qui dicant non Athanasium, non Julium, non Gregorium talia dixisse, sed Apollinarium, cujus olim opuscula quædam summis illis viris subdole tributa sunt, quo facilius simpliciores in errorem inducerentur. Sed, ut nunc de Apollinaristis et Eutychianis taceam, universe dicam innumera incommoda eodem illo ex fonte fluxisse. Videas vel eruditissimos viros, quod in ejusmodi libros subdititios inciderint, quovis potius pervenire, quam quo volunt, eosdemque, interea dum scopum attigisse se arbitrantur, ab eo sæpius quam longissime abesse. Credas aliquando antiquissimos et gravissimos scriptores rerum gravissimarum testes adhiberi, et tamen si res attentius consideretur, hominis et recentissimi et abjectissimi testimonium profertur. Etsi autem illa quasi lues nemini pepercit, tamen nescio quomodo contigit, ut Basilius pejus ea in re quam alii sancti Patres acceptus sit. Ita enim vera ejus scripta permiscentur falsis, ut, nisi alia ab aliis diligenter distinguantur, errandi occasio passim legentibus offeratur.

3. Scio quidem viros doctissimos duobus abhinc sæculis in eo egregiam operam posuisse, ut apud sanctos Patres sincera ab adulterinis secernerentur, eoque successu rem gessisse, ut rebus per se obscurissimis maximam lucem attulerint : sed tamen si quis reliqua diligenter expendere volet, præstabo, non defore illi ubi se exerceat. Dignum sane argumentum, in quod omnes omne studium conferant, A cum res omnium gravissima agatur. Hoc autem munus non in quemcunque convenit, sed in eum tantummodo, qui nullo prævio judicio de rebus judicet. Verum paucorum est hæc virtus. Alii enim in criticis disputationibus severiores sunt, quibus nihil probetur eorum quæ cæteri probant ; alii indulgentiores, quibus indiscriminatim placeant quæcunque a vulgo recepta sunt. Utrosque peccare, nemo, opinor, diffitebitur : sed utri magis peccent, alii videbunt. Interea ego, qui eo, quod amplexus sum, studii genere ejusmodi quæstiones criticas agitare cogor, libere quidem meam sententiam proponam, sed ita tamen, ut proprie non judicem, sed eruditorum judicium exspectem ad judicandum. Ita igitur animatus rem aggredior.

§ I. *De oratione secunda in jejunium.*

4. Nulla est dissensio inter eruditos de oratione prima *in jejunium*. Etenim tam elegans est, tamque Basilio digna, ut ei omnium calculis tribuatur : sed de oratione secunda non unum omnium judicium est. Viri doctissimi Tillemontius et Dupinus eam habent pro vero Basilii fetu : a quibus dissentit Erasmus, cujus verba hæc sunt in epistola ad Joannem Cholerum · *Posterior homilia mihi non videtur Basilii, sed studiosi cujuspiam sese ad prioris æmulationem exercentis. Equidem non pugnabo, si quis diversum sentiat ; arbitror tamen eruditos, si propius admoverint oculos, meæ sententiæ subscripturos. Probo genus exercitationis, at eorum fucos non probo, qui notha ac degenerantia summorum virorum titulis obtrudunt orbi.* Quod Tillemontius ait, videri Erasmum posteriorem *de jejunio* homiliam non ob aliam causam in spuriis posuisse, quam quod in multis cum prima consentiat, credi potest Erasmi epistolam non legisse. Nam ex ejus verbis plane constat eam orationem eo nomine sibi suspectam visam fuisse, quod a prioris elegantia atque festivitate degeneret : in quo eum, ut verum fatear, non omnino a vero abesse puto. Quod addit Tillemontius, posteriorem hanc concionem citari a Joanne Damasceno et ab Euthymio, id non est tale, ut ipsius sententiam multum confirmet, cum adulterina scripta magnorum virorum nomine ab antiquis scriptoribus non raro citari videamus. Ego cum hoc breve opusculum legerem, animadverti alia ex prima oratione sumpta esse, alia ex eadem imitata : posteriorem homiliam non inelegantem quidem esse, sed primam elegantissimam : miram quamdam dicendi copiam in prima oratione reperiri, quæ in secunda multo minor est, et ejusmodi, ut si qua

(a) Cf. D. Prud. Maranus in *Vita S. Basilii*, capp. 41, 42 et 43. Edit. Patr.

Digitized by Google

ratio hanc homiliam suspectam reddere possit, ea maxime, meo quidem judicio, inde repeti debeat. Hæc autem dum apud me reputarem, eo inclinabam ut hanc orationem inter spuria recenserem : sed cum rursus cogitarem auctorem commentarii *in Isaiam*(*a*), qui et ipse quarto sæculo vivebat, ex eadem illa concione non nihil excerpsisse, hærebam. Opus enim tam antiquum non facile rejici debere arbitrabar : eoque minus, quod primo aspectu mihi levia esse viderentur, quæ morosus homo Erasmus objecerat. Postquam tamen rem paulo diligentius consideravi, duasque has *De jejunio* orationes inter se contuli, facile adductus sum, ut posteriorem in adulterinis ponerem. Nam, ut dixi, posterior priore et elegantia et copia multo inferior est. Atque in hac mea sententia confirmatus sum, cum memini multa in secunda legi, quorum alia ex prima sumpta essent, alia ex eadem expressa : quod parum decere existimavi copiosissimum virum Basilium, cui, cum idem argumentum bis inter concionandum tractare vellet, nec res nec verba unquam defuere. Et ne quispiam id temere dictum fuisse suspicetur, velim legat pulcherrimas illas *De gratiarum actione* conciones (tom. I, p. 24 et 33*), quarum in posteriore nihil repetitur eorum quæ in priore dicta fuerant.

A

B

§ II. *De oratione septima decima in Barlaam martyrem.*

5. Hæc oratio, in qua præconium Barlaam martyris continetur, brevis quidem est, sed ita elegans et ornata, ut ejus auctor, quicunque ille fuit, præstantissimum locum inter oratores mereri videatur. Idem autem illi, quos antea nominavi, doctissimi viri Tillemontius et Dupinus de ea dissentiunt inter se. Tillemontius ipsam tribuit Basilio Magno (*b*); Dupinus Chrysostomo, sed ita tamen, ut satis habuerit dixisse, hanc orationem ad Chrysostomi phrasim magis accedere, et verisimilius videri eam habitam fuisse Antiochiæ. Suspicari fortasse poterit aliquis, rem parvi momenti esse, nec multum referre utri ascribatur, cum uterque et fide dignus sit, et eadem auctoritate apud eruditos polleat : sed non ita est. Inde enim omnino pendet quæstio historica, quæ aliter solvi non potest, nisi constet utri ascribi debeat hæc oratio. Etenim si semel Basilio tribuatur, consequens erit, ut merito dicatur martyr Barlaam mortem subiisse Cæsareæ Cappadociæ, et eodem loco sepultus fuisse : si Chrysostomo, fatendum erit sanctum martyrem Antiochiæ et passum fuisse, et sepultum. Et vero, qui Tillemontium secuti, dicunt beatum martyrem Barlaam Cæsareæ Cappadociæ et mortuum et tumulatum fuisse, nullo alio argumento nituntur, quam quod Basilius, qui Cæsareæ concionatus fuisse creditur, orationem hoc ipso in loco habuerit, ubi fortissimi athletæ tumulus visebatur. Quare si Basilii non sit, ipsorum opinio corruat necesse est. Quod autem orationis auctor, quisquis est, hoc ipso in loco concionatus sit, ubi inclytus martyr Barlaam sepultus jacebat, id negari non potest, nisi ab eo, qui hanc orationem nunquam legerit. Ita enim in ea scriptum invenimus non longe ab initio (pag. 139) : Λαμπρὸν καὶ παρ' ἡμῖν ἤδη τὸν ἀῤῥαβῶνα καρποῦνται, ταῖς παρὰ πάντων ἐνθέοις εὐφημίαις κροτούμενοι, καὶ μυρίους ἐκ τάφων σαγηνεύοντες δήμους. Τοῦτο δὴ τὸ τῷ γενναίῳ τήμερον Βαρλαὰμ πεπραγμένον· ἦχησε γὰρ ἡ πολεμικὴ τοῦ μάρτυρος σάλπιγξ, καὶ τοὺς τῆς εὐσεβείας ὁπλίτας, ὡς ὁρᾶτε, συνήγαγεν. *Splendidum et apud nos arrhabonem jam obtinent, cum inter divinas acclamationes omnium plausu celebrentur, populumque frequentissimum e sepulcris congregent. Hoc ipsum sane in forti ac strenuo Barlaam hodie factum est : insonuit enim bellica martyris tuba, et pietatis milites, ut cernitis, convocavit :* quæ verba ita aperte ostendunt hanc orationem in eo loco habitam fuisse, ubi corpus beatissimi martyris Barlaam humatum erat, ut id non putem probatione indigere aut expositione.

C

D

6. Cum igitur Tillemontius optime videret, si Basilio hæc oratio non tribueretur, suam opinionem necessario ruituram, nihil omisit eorum, quibus probari posset eam ejus esse. Et primum quidem affirmanti Dupino, scriptionis genus magis phrasim Chrysostomi olere, quam Basilii, ita respondet, ut aperte significet se aliter sentire : deinde addit vir doctissimus, non solitum Chrysostomum bis de uno et eodem sancto sermonem habere. Et quod nonnullos magis movere potest, ait eam orationem jam pridem ascriptam fuisse Basilio, cum ejus nomine citetur in concilio septimo, eidemque tribuatur et a Joanne Damasceno, et a Metaphraste. Quod pertinet quidem ad similitudinem styli, aut discrepantiam, argumentum, quod inde petitur, validissimum esse, nemo, opinor, inficiabitur; sed quod attinet ad auctoritatem Joannis Damasceni et Metaphrastis, aut concilii septimi, quilibet paulo humanior novit ejusmodi testimonia talia non esse, ut ex iis aliquid certo concludi possit. Nec magis, ut mihi quidem videtur, valet id argumentum, quod ex consuetudine Chrysostomi peti diximus, cum casus multi sæpe mutandi moris occasionem præbeant. Ergo in eo cardo rei vertitur, ut certo, quantum in ejusmodi rebus fieri potest, a nobis cognoscatur utrius phrasim et morem magis sapiat hæc oratio, Basiliine an Chrysostomi : quod nunc nobis examinandum proponimus.

7. Hæc oratio cum brevissima sit, aliqua similitudinis aut discrepantiæ styli vestigia in ea invenire difficillimum est : experiar tamen, si qua indicare possim. Reperio autem vel ipso initio, quæ

(*a*) Lege Præf. tom. I, n. 62 et 64. — Cf. D. Maran. in *Vita S. Basilii*, cap. 42. EDIT.

(*b*) Tillem. t. IX, p. 685; Dup. t. II, p. 544.

* Paginas intellige editionis Garnerianæ quarum seriem typis crassioribus expressimus. Tom. I ed. Bened. = nostræ t. I et II; II = nostræ t. III; = III nostræ t. IV. EDIT. PATR.

Digitized by Google

multo magis in Chrysostomum conveniant, quam in Basilium. Cum enim lego illa : Οὐκέτι θρήνοις τοὺς τῶν ἁγίων δορυφοροῦμεν θανάτους, ἀλλ' ἐνθέοις χορείαις τοῖς ἐκείνων ἐπορχούμεθα τάφοις... λαμπρὸν καὶ παρ' ἡμῖν ἤδη τὸν ἀῤῥαβῶνα καρποῦνται, ταῖς παρὰ πάντων ἐνθέοις εὐφημίαις κροτούμενοι, καὶ μυρίους ἐκ τάφων σαγηνεύοντες δήμους. *Non amplius sanctorum mortem lamentis prosequimur, sed tripudiis divinis circum illorum sepulcra choreas ducimus... splendidum et apud nos arrhabonem jam obtinent; cum inter divinas acclamationes omnium plausu celebrentur, populumque frequentissimum e sepulcris congregent*, audire videor Chrysostomum qui in iis orationibus, quas de sanctis martyribus habuit, passim de eorum sepulcris loquitur. Ejus rei frequentiora sunt exempla apud Chrysostomum, quam ut aliqua referre necesse sit. Contra, cum nuper legerim Basilii de sanctis martyribus panegyricas orationes, affirmare posse puto, nusquam in iis de martyrum tumulis mentionem ullam fieri. Nec longe hujus rei quærenda causa est. Notum est enim ejusmodi sepulcra frequentissima fuisse Antiochiæ : quæ rariora erant Cæsareæ Cappadociæ. Fortasse leve videbitur quod addam, addere tamen non pigebit, illud videlicet, quod in hac concione legitur (p. 139), καὶ ὡς ἔλεγε τῶν πιστῶν ὁ Δεσπότης· Ὁ πιστεύων εἰς ἐμέ, etc. *Et quemadmodum fidelium Dominus aiebat:* « *Qui credit in me*[1], » etc., potius videri Chrysostomi esse, quam Basilii. Nam et alibi Scripturam citans Chrysostomus, similem verborum circuitionem adhibet, uti videre licet in ea oratione, quam *de martyre Juliano* habuit. Ejus hæc sunt verba (tom II, p. 673) : Καὶ ἵνα μάθητε, ὅτι τὰ φύσει φορτικὰ καὶ ἀφόρητα, ταῦτα τῇ ἐλπίδι τῶν μελλόντων κοῦφα καὶ ῥᾴστα γίνεται, ἀκούσατε τοῦ πρωτοστάτου τῶν τοιούτων ἀγαθῶν, λέγοντος, Τὸ γὰρ παραυτίκα ἐλαφρὸν τῆς θλίψεως καθ' ὑπερβολὴν εἰς ὑπερβολὴν αἰώνιον βάρος δόξης κατεργάζεται ἡμῖν. *Atque ut intelligatis ea, quæ natura sua gravia sunt et intoleranda, spe futurorum levia reddi ac facillima, præfectum talium bonorum audite, qui dicit :* « *Id enim quod in præsenti est momentaneum et leve tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus operatur nobis*[2]. » Et vero notari potest, Scripturam utroque loco per periphrasim citari. Non enim simpliciter dictum est, καὶ ὡς ἔλεγεν ὁ Δεσπότης, *et quemadmodum Dominus aiebat*, sed, καὶ ὡς ἔλεγε τῶν πιστῶν ὁ Δεσπότης, *et quemadmodum fidelium Dominus aiebat*. Rursus non simpliciter dictum est, ἀκούσατε τοῦ Κυρίου λέγοντος, *audite Dominum, qui dicit*, sed copiosius, ἀκούσατε τοῦ πρωτοστάτου τῶν τοιούτων ἀγαθῶν, λέγοντος, *audite talium bonorum præfectum, qui dicit*. Basilius autem, cum e Scripturis aliqua testimonia affert, nunquam, quod sciam, simili verborum circuitione utitur. Ergo controversa hæc oratio potius tribuenda est Chrysostomo, qui alicubi, ut ex dictis constat, circumlocutione in citanda Scriptura usus est.

8. Gravius est quod sequitur. Monere ergo juvat nulla alia dicendi formula magis delectari Chrysostomum, quam ea, qua aut verbo φιλοσοφειν, aut verbo φιλοσοφίας in celebrandis martyribus utitur. Proferam hoc loco aliqua exempla, ex quibus de cæteris judicari possit : sed si quis per sese rem experiri volet, nullo negotio longe plura invenire poterit, cum id loquendi genus passim in iis, quas dixi, Chrysostomi concionibus adhibitum inveniatur. Chrysostomi igitur hæc sunt verba e concione *in martyrem Lucianum* (t. II, p. 526) : Συνιδὼν γὰρ ἐκεῖνος, ὅτι πάσης τιμωρίας καὶ κολάσεως εἶδους κατεγέλασε, καὶ.... οὔτε εἰς κρημνοὺς ῥίψας, οὔτε εἰς θηρίων ὀδόντας ἐμβαλὼν ἴσχυσε περιγενέσθαι τῆς τοῦ ἁγίου φιλοσοφίας, etc. *Animadvertens enim ille, omne suppliciorum ac pœnarum genus ab eo derisum fuisse, seque, neque cum in præcipitia projecisset, neque cum ferarum objecisset dentibus, sancti philosophiam superare potuisse*, etc. Ea quæ proxime sequitur pagina (527) exempla tria suppeditabit. Unum his verbis expressum, τὸν δὲ ἅγιον τοῦτον ὑποσκελίσας οὐκ ἴσχυσεν, οὐδὲ περιεγένετο τῆς φιλοσοφίας ἡ κόλασις, *hunc vero sanctum supplantare non potuit, neque philosophiam supplicium vicit.* In altero ita Chrysostomus loquitur, ἐν ἀλλοτρίᾳ γῇ καὶ βαρβάρῳ χώρᾳ τοσαύτην ἐπεδείξαντο φιλοσοφίαν, *in terra aliena ac barbara regione tantam philosophiam ostenderunt.* In tertio sic legitur : Εἰ τοίνυν οἱ αἰχμάλωτοι, καὶ δοῦλοι, καὶ νέοι πρὸ τῆς χάριτος τοσαύτην ἐπεδείξαντο φιλοσοφίαν, etc. *Si ergo captivi, servi, ac juvenes ante legem gratiæ tantam philosophiam præ se tulerunt*, etc. Nec silentio prætereundum, eam loquendi rationem usque eo placuisse Chrysostomo, ut cum hujus orationis initio sacram Scripturam citaret, ea usus sit. Ibi enim (p. 524) ita scriptum invenimus : Ὁ περὶ τοῦ πλούτου φιλοσοφήσας εἰπὼν ὅτι· Οὐ συγκαταβήσεται αὐτῷ ἡ δόξα αὐτοῦ ὀπίσω αὐτοῦ. *Qui de divitiis istis philosophando dixit :* « *Non descendet cum eo gloria ejus post eum*[3]. » Et ex ea quoque oratione, qua Chrysostomus omnium simul martyrum laudes celebravit, ejus quam dixi rei exempla aliquot referre libet. Ita igitur loquitur præstantissimus orator non longe ab initio (t. II, p. 651) : Μὴ γάρ μοι τὴν βάρβαρον αὐτῶν φωνὴν ἴδῃς, ἀλλὰ τὴν φιλοσοφοῦσαν αὐτῶν διάνοιαν. *Noli enim barbaram ipsorum linguam spectare, sed animum ipsorum philosophia excultum.* Aliquanto post legitur hoc modo : Λέγω γὰρ τὰ τοιαῦτα φιλοσοφεῖν οὐδὲν δύσκολον, ὁ δὲ μάρτυς, etc. *Nihil quippe difficile verbis hoc pacto philosophari, at martyr*, etc. Sub finem hujus concionis (p. 657) reperitur et alius locus qui et ipse ad rem facit. Est autem ejusmodi : Ἀνάλισκε εἰς δέον, ὅταν ἔχῃς, ἵν' ὅταν ἀφαιρεθῇς, διπλοῦν ἔχῃς τὸ κέρδος, τόν τε ἐκ τῆς ἀρίστης δαπάνης ἀποκείμενόν

[1] Joan. XI, 25. [2] II Cor. IV, 17. [3] Psal. XLVIII, 18.

Digitized by Google

σοι μισθὸν, καὶ τὴν ἐκ τῆς ὑπεροψίας ἐγγινομένην φιλοσοφίαν εἰς τὸν καιρὸν τῆς ἀπουσίας αὐτῶν χρησιμεύουσαν. *Expende illas in res utiles, dum suppetunt, ut cum ereptæ fuerint, duplex tibi quæstus obveniat, tum ob paratam tibi mercedem, quod eas optime expenderis, tum ob acquisitam ex earum contemptu philosophiam et patientiam, quæ tibi tum erit usui, cum illis fueris destitutus.* Et quoniam suscepta est disputatio hæc martyris causa Barlaam, alienum non videtur aliquid proferre ex ea oratione, quam de fortissimo illo athleta Chrysostomus habuit. Primum igitur occurrunt hæc verba (t. II, p. 682) : Ἀλγῶν δὲ καὶ πάσχων, τὴν τῶν ἀσωμάτων δυνάμεων ἐν σώματι θνητῷ φιλοσοφίαν ἐνεδείκνυτο. *Sed dolens ac patiens, incorporearum virtutum in mortali corpore philosophiam præ se ferebat.* Deinde offert se illud (pag. 686) : Εἰ δὲ ἐπὶ τῆς Παλαιᾶς Διαθήκης ταῦτα ἀπηγόρευτο, πολλῷ μᾶλλον ἐπὶ τῆς χάριτος, ἔνθα πλείων ἡ φιλοσοφία. *Quod si hæc Veteris Testamenti tempore prohibebantur, multo magis tempore gratiæ, ubi major est philosophia.* Inter cætera velim legantur quæ Chrysostomus scripsit in strenuissimos martyres Romanum et Julianum, item quæ idem scripsit in beatam Drosidem et in Machabæos : quibus in orationibus præstare ausim repertum iri testimonia multa, quibus quod dixi mirifice confirmetur. Non parum quoque Chrysostomo placet pratorum comparatio in significatione rei gratæ ac jucundæ. Exempla aliquot, ut quidque occurret, subjiciam. Ita igitur Chrysostomus locutus est in quadam oratione (t. II. p. 670), qua omnes simul martyres laudat : Ἀλλὰ κήποις ἐνδιατρῖψαι βούλει, καὶ λειμῶσι καὶ παραδείσοις; *Verum enim vero in hortis versari cupis, in pratis et viridariis?* Nec ita multo infra eum, quem dixi, locum sic rursus legitur : Οὕτως ἀεὶ ἀπὸ τῶν μαρτύρων ἐπανίωμεν, ἀπὸ μύρων πνευματικῶν, ἀπὸ λειμώνων οὐρανίων, etc. *Ita semper a martyribus revertamur, ab unguentis spiritualibus, a cœlestibus pratis,* etc. Discere licet, ut monui, ex ea concione, quæ de sanctissimo martyre Romano habita est, certum quoddam dicendi genus perquam familiare Chrysostomo fuisse : rursus ex eadem locum promam, quo probari possit eam, de qua nunc agitur, dicendi formulam ipsi quoque non parum placuisse. Ejus autem hæc sunt verba (t. II, p. 614) : Καὶ ὥσπερ ἐν ἱερᾷ πομπῇ χορεύοντες, καὶ ἐν λειμῶνι παίζοντες χλοερῷ, οὕτω τὰς τιμωρίας ἕκαστος ἥρπαζεν. *Et velut in sacra pompa choreas ducentes, et in viridi prato ludentes, ita arripiebat unusquisque cruciatus.* Ad idem confirmandum afferri possunt quæ leguntur apud Chrysostomum in ea quam jam citavimus concione, ubi videlicet omnibus simul sanctis præconium tribuit orator optimus. Sic autem loquitur (t. II, p. 654) : Οὐχ οὕτω λειμῶνές εἰσι τερπνοὶ, ῥόδα καὶ ἴα παρεχόμενοι τοῖς θεωμένοις, ὡς μαρτύρων τάφοι. *Non ita nos prata delectant, dum rosas violasque spectandas suppeditant, ac martyrum tumuli.* Ex quibus omnibus, opinor, plane constat prius quidem dicendi genus ejusmodi esse, ut nullo alio magis delectatus sit Chrysostomus, posterius vero inter ea loquendi genera recenseri debere, quæ si non ita Chrysostomo amica essent ut illud prius, at ei tamen multum quoque placerent. Hinc patet vere dici solitum, alios aliis oblectari. Cum enim recens sim a lectione panegyricarum Basilii orationum, affirmare mihi licere arbitror, illud loquendi genus, quo aut verbum φιλοσοφεῖν, aut vox φιλοσοφία passim a Chrysostomo adhibetur ad virtutem martyrum significandam, ipsum tamen nusquam in iis, quas dixi, Basilii orationibus inveniri. Velim legantur panegyricæ illæ orationes, quas de gloriosissimis quibusdam martyribus habuit vir summus Basilius, ut magis intelligatur verum esse quod dixi. Vidimus quoque Chrysostomum libenter uti pratorum comparatione ad indicandam rem gratam ; et tamen ob eam, quam attuli, causam, asseveranter dicere posse videor, nihil tale apud Basilium reperiri in iis concionibus, in quibus ipse præclara fortissimorum quorumdam martyrum facinora litteris prodidit. Imo etiam hæc pratorum comparatio, quæ satis Chrysostomo arridebat, Basilium tam parum commovit, ut ipsum ne in aliis quidem suis orationibus ea usum fuisse putem. Jam redeamus ad controversam orationem, et videamus uter ejus sit legitimus parens, Basiliusne an Chrysostomus. Illud autem loquendi genus, quod Chrysostomo tam familiare esse ostendi, quo tamen Basilius in laudandis martyribus nusquam usus fuisse comperitur, in ea, de qua agitur, oratione usurpari animadverto. In ipsa enim ita scriptum legitur (apud Basil. t. II, p. 139) : Διασκαπτόμεναι πλευραὶ δεδαπάνηντο, ἀλλ' ἡ τοῦ φρονήματος ἤνθει φιλοσοφία. *Perfossa latera absumebantur : sed mentis philosophia efflorebat.* Similiter comparatio illa pratorum, quæ Chrysostomo non ingrata erat, et ipsa quoque in ea, de qua nunc controversia est, oratione a quolibet cerni potest. Sed ipsum auctorem, quisquis est, audire præstat. Sic igitur loquitur (apud Basil. p. 140) : Κολαστήριον ξύλον ὡς σωτήριον ἀσπαζόμενος, κλείσμασι δεσμωτηρίων ὡς λειμῶσι τερπόμενος. *Supplicii lignum velut salutare osculabatur, septis carcerum ceu pratis gaudebat.* Quomodo ergo Basilio, cum de martyre Barlaam sermonem haberet, venit in mentem uti quibusdam loquendi generibus, quibus nusquam in certis ac indubitatis suis orationibus usus fuisse invenitur? Nonne longe probabilius est controversæ hujus orationis verum ac legitimum parentem esse Chrysostomum, qui iis, quas dixi, dicendi formulis familiariter uti soleret? Hanc orationem longiorem esse percuperem. Id si esset, sæpius, opinor, tum verbum φιλοσοφεῖν, tum pratorum comparatio in ea occurreret ; sicque magis intelligeretur ipsam Chrysostomo tribui debere. Accedit etiam, quod Basilius in panegyricis suis orationibus semper utatur voce ἀνήρ ad ipsos martyres, quos laudat, indicandos : Chrysostomus vero in iis quas citavi orationibus et

Digitized by Google

in quibusdam aliis nunquam eam vocem hoc sensu usurpat. Ex quo fit, ut hæc concio Chrysostomo potius tribui debeat, quam Basilio.

9. Exstant, ut ex dictis patet, sermones duo in Barlaam martyrem. Unus ab omnibus uno consensu ascribitur Chrysostomo : alter, de quo agimus, in controversiam vocatur. Sed, nisi valde fallor, si quis duas has orationes inter se comparaverit, utriusque eumdem auctorem esse facile intelliget. Auctor enim, quicunque ille fuit, qui hanc orationem pronuntiavit, cum paucis verbis concionari statuisset, nihil aliud sibi proposuisse videtur, quam epitomen quamdam alterius concionis facere. Et vero quidquid in longiori concione de martyrii genere narratur, omne id in altera breviter summatimque dictum est, sic ut dubitari vix possit, quin utriusque orationis unus et idem parens sit. Imo non eadem solum summatim reperiuntur in breviori concione : sed eadem etiam verba nonnunquam adhibentur. Et ut ea de re a quovis facilius existimari possit, aliqua loca ex utraque oratione exscribam. In longiori igitur concione sic legitur (apud Chrysost. t. II, p. 682 et seq.) : Ὀλόκληρον ἐν τῇ δεξιᾷ πυρὰν βαστάζων..... καὶ γὰρ καὶ τοῦτο τῆς ἐκείνου κακουργίας ἦν, τὸν μὴ εὐθέως ἐκ προοιμίων χαλεπὰ προσάγειν τὰ μηχανήματα... ἐξελθόντα δὲ αὐτὸν εἰς μέσον ἀγαγών.... Τί τοίνυν ἐστὶ τὸ μηχάνημα; Τὴν χεῖρα κελεύσαντες ὑπτίαν ἐκτεῖναι ὑπεράνω τοῦ βωμοῦ, ἐπέθηκαν ἄνθρακας καὶ λιβανωτὸν τῇ χειρὶ..... ἔμενε γὰρ ὁ μακάριος Βαρλαὰμ ἀκλινῆ καὶ ἀπερίτρεπτον τηρῶν τὴν χεῖρα.... ἀλλ' ὡς ἐξ ἀδάμαντος πεπηγυῖα, οὕτως ἀπερίτρεπτος ἔμενεν.... καὶ οἱ μὲν ἄνθρακες τὸ μέσον τῆς χειρὸς διατρήσαντες ἐξέπιπτον κάτω, ἡ δὲ ἀνδρεία τῆς ψυχῆς οὐ διέπιπτεν. *Integram in dextera pyram gestans.... etenim hoc quoque malitiæ illius fuit, quod statim a principio graves machinas non admoverit.... egressum autem illum cum in medium adduxisset.... Quodnam igitur illud est machinamentum? Cum super aram extendere manum supinam jussissent, prunas et thus manui imposuerunt.... beatus enim Barlaam nec inclinatam nec inversam manum tenens permansit.... sed, quasi ex adamante concreta esset, manus illa permanebat immota.... et prunæ quidem cum solam manus perforassent, deorsum cadebant, at animæ fortitudo non concidebat.* Quæ autem in breviori oratione leguntur (apud Basil. p. 140), hæc sunt : Ὁ δὴ τελευταῖον αὐτῷ παρὰ τῶν πολεμούντων προσῆκτο μηχάνημα. Βωμὸν γὰρ πρὸς τὴν τῶν δαιμόνων σπονδὴν ἀνακαύσαντες, ἱστᾶσι παρ' αὐτῷ ἀγαγόντες τὸν μάρτυρα, καὶ τῷ βωμῷ τὴν δεξιὰν ὑπτίαν ἐπαιωρῆσαι κελεύσαντες, ὡς χαλκῷ θυσιαστηρίῳ τῇ χειρὶ κατεχρήσαντο, λιβανωτὸν αὐτῇ κακούργως ἐνθέντες φλεγόμενον.... Ἡ μὲν γὰρ φλὸξ τὴν χεῖρα διέτρωγεν, ἔμενε δὲ ἡ χεὶρ ὡς τέφραν τὴν φλόγα βαστάζουσα· οὐκ ἔδωκε τῷ πολεμοῦντι κατὰ τοὺς φυγάδας τὰ νῶτα, ἀλλ' ἄτρεπτος εἱστήκει κατὰ φλογὸς ἀριστεύουσα.... ἀλλ' ἦν τῆς δεξιᾶς καινή τις τῶν παλαισμάτων ἡ νίκη, τῆς μὲν φλογὸς διὰ μέσου τῆς χειρὸς ἐκπιπτούσης, τῆς χειρὸς δὲ ἔτι τεταμένης πρὸς πάλην. *Quod postremum tormentum ei ab inimicis admotum est. Etenim libamen dæmonibus facturi, ignem aræ cum imposuissent, adductum martyrem ante eum sistunt, atque dexteram supinam super altare protendere jubentes, manu velut ærea ara abusi sunt, ardente thure in ea maligne imposito.... Etenim flamma quidem manum perrosit, sed tamen manus permansit flammam quasi cinerem gestans : non dedit tergum sævienti igni fugitivorum in morem, sed immota perstitit contra flammam strenue dimicans..... flammam inter et dexteram martyris instruebatur lucta : sed dextera novam quamdam luctaminum victoriam habebat, quandoquidem per mediam manum transeunte flamma, manus ad luctam porrigebatur.* Ex quibus intelligitur non eamdem solum sententiam in duabus his orationibus reperiri, sed, ut dixi, eadem verba in utraque nonnunquam usurpari. Nam hæ voces, δεξιὰ, βαστάζων, προσάγειν, ἀγαγὼν, μηχάνημα, κελεύσαντες, ὑπτίαν, βωμοῦ, λιβανωτὸν, ἔμενε, μέσον, ἐξέπιπτον, quæ in longiore concione inveniuntur, eædem et in breviore leguntur, licet sæpius aliter inflexæ. Scio quidem rarum non esse, ut duo scriptores qui idem argumentum tractent, non in sententiis modo, sed etiam in aliquibus verbis aliquando conveniant : sed in his quæ protuli, tam multa sunt quæ inter se conveniunt, ut putem non facile proferri posse exemplum aliquod, in quo duo scriptores in tam multis in tam paucis verbis convenerint. Quare longe mihi verisimilius videtur utriusque orationis unum et eumdem auctorem esse, qui cum idem argumentum bis tractare statuisset, in posteriore concione epitomen prioris fecerit. Plane autem constat prioris auctorem Chrysostomum esse : consequens est igitur ut posterior ei quoque tribuatur.

10. Satis quidem sciunt, qui paulum modo versati sunt in legendis Chrysostomi scriptis, summum hunc virum aliquando concionatum fuisse ante episcopum Flavianum : sed tamen, quoniam ita expedit, loca aliqua quibus id aperte ostendatur, in medium adducere non pigebit. Cum igitur Chrysostomus Machabæorum laudes narraret, ita locutus est (t. II, p. 631) : Ἀλλ' ὥρα λοιπὸν καταπαῦσαι τὸν λόγον, ὥστε πλειόνων αὐτοὺς ἀπολαῦσαι τῶν ἐγκωμίων παρὰ τῷ κοινῷ διδασκάλῳ. *Sed jam tempus est, ut finem dicendi faciamus, quo pluribus illi laudibus a communi doctore cumulentur.* In ea autem oratione, quæ in Natali Domini pronuntiata est, ita editum invenitur : Ἐν δὲ λοιπὸν εἰπὼν, καταπαύσω τὸν λόγον, τῷ κοινῷ διδασκάλῳ τῶν μειζόνων παραχωρήσας. *Unum tantum si nunc addidero, orationi meæ finem imponam : quæ majora sunt, communi doctori dicenda relinquens.* Operæ pretium est nunc referre quæ in controversa concione leguntur, ut locorum contentione et comparatione facilius cognosci possit utri hæc oratio ascribi debeat, Basilio, an Chrysostomo. Sunt autem ejusmodi (Basil. t. II, p. 141) : Ἀλλὰ τί παιδικοῖς ἐλαττῶ

Digitized by Google

τὸν ἀριστέα ψελλίσμασι; Ταῖς μεγαλοπρεπεστέραις τοί- A
νυν τὸν εἰς αὐτὸν ὕμνον παραχωρήσωμεν γλώτταις· τὰς μεγαλοφωνοτέρας τῶν διδασκάλων ἐπ' αὐτῷ καλέσωμεν σάλπιγγας. *Quid autem puerili balbutie victorem magnum deprimo? Locum martyris laudandi cedamus linguis magnificentioribus, atque vocaliores doctorum tubas ad id præconium invitemus.* Fieri quidem potest, ut fallar : sed cum brevioris illius concionis auctorem audio ita loquentem, *locum martyris laudandi cedamus linguis magnificentioribus*, etc., audire mihi videor Chrysostomum, qui cum episcopo Flaviano concionandi locum dare vellet, ita loqui solebat. Nec quisquam dixerit numerum singularem in aliis quas indicavi concionibus usurpari, hic vero pluralem. Fit enim aliquando, ut oratores numero plurali utantur, cum si accurate B
loqui vellent, uterentur singulari : aut fortasse, quod a vero non abhorret, duo episcopi concionaturi erant post Chrysostomum, qui propterea numerum multitudinis adhibere debuerit. Certe quidem ex ipsa concionis brevitate conjicere licet, tres vicissim tunc concionatos fuisse, quorum primus fuerit Chrysostomus, alter Flavianus, tertius quivis alius. Nihil autem ad propositum refert, utrum unus, an duo episcopi his quæ protuli verbis ad concionandum invitentur. Etenim sive unum, sive duos dicas, plane constabit ejus de qua disputatur orationis Basilium auctorem non esse, cum nemo unquam post ipsum concionatus fuisse inveniatur.

10°. Præterea si quispiam has duas conciones C
paulo attentius legerit, utramque eo loco habitam fuisse, ubi martyris Barlaam tumulus erat, facile, opinor, fatebitur (*a*). De breviori quidem nullus ambigendi locus esse potest, cum id ita esse aperte ostendant quæ supra retulimus, quæque hoc loco rursus exscribere nihil necesse est. Neque vero de longiori aliud judicium prolatum iri puto, nisi ab iis, qui omnia in utramque partem interpretari profitentur, non autem ab iis, qui simpliciter verum quærunt. Ita autem in prolixiori illa concione legitur (t. II, p. 685) : Ὑπόδεξαι τὸν στεφανίτην, καὶ μηδέποτε ἀφῇς ἐξελθεῖν τῆς διανοίας τῆς σῆς. Διὰ τοῦτο ὑμᾶς καὶ παρὰ τὰς θήκας τῶν ἁγίων μαρτύρων ἠγάγομεν, ἵνα καί, etc. *Suscipe victorem coronatum, nec unquam ex mente tua exire permitte.* D
Idcirco vos etiam ad ipsos sanctorum martyrum loculos adduximus, ut, etc. Nec ita multo post hæc subjungit Chrysostomus (ibid. p. 686) : Διὰ τοῦτο καὶ ἡμεῖς ἐνταῦθα συνεληλύθαμεν· σκηνὴ γάρ ἐστι στρατιωτικὴ τῶν μαρτύρων ὁ τάφος.... Ὅταν γὰρ ἴδῃς δαιμονιῶντα ἄνθρωπον παρὰ τὸν τάφον τοῦ μάρτυρος κείμενον ὕπτιον, etc. *Idcirco nos etiam hic convenimus : tentorium enim est militare martyrum tumulus.... Cum enim hominem correptum a dæmone juxta martyris sepulcrum videris supinum jacentem*, etc. Postquam enim institutus sermo fuit de

omnibus, quotquot aderant, martyrum sepulcris, obscurum non videtur Chrysostomum ad martyris Barlaam tumulum sermonem convertere : eoque magis, quod Chrysostomus, cum in suis orationibus utitur numero singulari μάρτυς, eum martyrem significet, quem laudibus ornare instituisset, ob idque vix dubium esse potest, quin hoc etiam loco martyrem Barlaam indicare voluerit, cum numero singulari usus sit. Arbitror igitur Chrysostomum, cum hæc verba pronuntiaret, *cum enim hominem correptum a dæmone juxta martyris sepulcrum videris*, etc., martyris Barlaam manu tumulum ostendisse. Sed si adversæ opinionis defensores semel fateantur prolixam hanc orationem habitam fuisse eo loco, ubi martyris Barlaam corpus jacebat, fateantur necesse est martyris illius tumulum Antiochiæ exstitisse, aut potius in agro Antiocheno, cum Chrysostomum longiorem illam concionem ibi habuisse constet. Ergo brevior oratio Antiochiæ quoque pronuntiata est, cum pronuntiata sit quoque, ut ex dictis patet (*b*), eo ipso in loco, ubi tumulus martyris Barlaam aderat. Nam sine dubio non duobus locis positus fuerat ejus martyris tumulus. Ex quibus efficitur breviorem illam concionem Chrysostomi esse, non Basilii, qui Antiochiæ nunquam concionatus sit. Quod diximus, martyrem Barlaam mortem obiisse Antiochiæ, id potest confirmari et ex Eusebio, qui cum de martyribus Cappadociæ loquitur, nihil dicit, quod in hunc sanctum martyrem convenire possit : et contra, cum loquitur de martyribus Antiochiæ, quoddam supplicii genus refert, quod non ita multum ab historia beati Barlaam abludit. Ejus hæc sunt verba (*c*) : Τοτὲ μὲν πέλυξιν ἀναιρομένων, οἷα γέγονε τοῖς ἐπ' Ἀραβίας, τοτὲ δὲ τὰ σκέλη καταγνυμένων, οἷα τοῖς ἐν Καππαδοκίᾳ συμβέβηκε..... Τί δεῖ τῶν ἐπ' Ἀντιοχείας ἀναζωπυρεῖν τὴν μνήμην; ἐσχάραις πυρὸς οὐκ εἰς θάνατον, ἀλλ' ἐπὶ μακρᾷ τιμωρίᾳ κατοπτωμένων· ἑτέρων τε θᾶττον τὴν δεξιὰν αὐτῶν πυρὶ καθιέντων, ἢ τῆς ἐναγοῦς θυσίας ἐφαπτομένων. *Quippe cum admirandi martyres, partim securibus cæsi sint, ut in Arabia contigit, partim suffractis cruribus interierint, quemadmodum accidit in Cappadocia.... Jam vero ea quæ apud Antiochiam gesta sunt, quid opus est in memoriam revocare? ubi alii craticulis impositi, non ad mortem usque, sed ad diuturnitatem supplicii torrebantur; alii dextras suas in ignem immittere maluerunt, quam impia libamenta contingere.* Nemo enim, opinor, homo diffitebitur martyris Barlaam historiam ultimis Eusebii verbis satis apte adumbrari. Nec quisquam dixerit in duabus his orationibus reperiri quæ inter se aut contraria sint, aut contraria esse videantur, ob idque ipsas uni et eidem scriptori tribui non debere. Notum est enim oratores, cum quempiam laudandum sibi proponunt, locis quibusdam communibus uti solitos, eos-

(*a*) Lege num. 5.
(*b*) Lege num. eumdem.
(*c*) *Hist. eccl.* lib. VIII, cap. 12.

Digitized by Google

que sæpe, si bis de uno et eodem sermonem habent, non tam curare, ut ea quæ ex communibus locis petita sunt, conveniant inter se, quam ut is, quem laudare volunt, quoquo modo laudetur. Quare nihil mirum si Chrysostomus, qui de martyre Barlaam orationem panegyricam bis habuit, contrarii aliquid in communibus his locis aut dicat, aut dicere videatur. Præterea si martyris Barlaam historiam melius postmodum novit Chrysostomus, non video cur in posteriori sua concione circumstantias aliquas aliter narrare non potuerit. Imo vero ita facere debuit. Nihil ergo officit nostræ opinioni quarumdam circumstantiarum varietas : sed illud eam maxime confirmat, quod ipsum martyrii genus iisdem fere verbis, ut ex dictis constat (*a*), in utraque oratione explicetur. Ex quibus omnibus effici videtur martyrem Barlaam neque Cæsareæ Cappadociæ mortuum esse, neque de eo Basilium orationem habuisse, neque eo quem mox dixi loco sepultum fuisse. Monet eruditissimus vir Tillemontius, martyris Barlaam festum diem in quibusdam Græcorum Menologiis die decima sexta Novembris notari : in aliis vero, quemadmodum et in Martyrologio Romano, die decima nona mensis ejusdem.

§ III. *De homilia in sanctum baptisma, seu de Spiritu sancto.*

11. Hæc oratio ita in utraque editione Parisiensi inscribitur, Ὁμιλία εἰς τὸ ἅγιον βάπτισμα, *Homilia in sanctum baptisma* : sed mirum videri debet hoc opusculum sic in vulgatis inscriptum fuisse, cum in his unum duntaxat verbum obiter de baptismo dicatur ad comprobandam Spiritus sancti divinitatem. Nunc is, quem mox notavi, titulus, Ὁμιλία εἰς τὸ ἅγιον βάπτισμα, *Homilia in sanctum baptisma*, huic lucubratiunculæ melius conveniret, cum nonnulla e Regio codice 1907 addiderimus, in quibus scriptor, quisquis est, de baptismate data opera mentionem facit. Sed hæc levia sunt; jam ad graviora properandum. Videamus igitur num hæc oratiuncula Basilii sit, cujus in libris invenitur. Et ne diu animos suspensos distineam, dico nihil mihi videri in hac concione Basilio Magno dignum. Cum enim in Basilii orationibus proœmium quoddam et pulcherrimum et elegantissimum præire soleat, ejus, de qua controversia est, orationis auctor, frigide ita incipit (pag. 583) : Ὁ βαπτιζόμενος εἰς Τριάδα βαπτίζεται, εἰς Πατέρα καὶ Υἱὸν καὶ ἅγιον Πνεῦμα, οὔτε εἰς ἀρχὰς, οὔτε εἰς δυνάμεις, etc. *Qui baptizatur, in Trinitatem baptizatur, in Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum, neque in principatus, neque in virtutes*, etc. Basilius, ut dixi, sermonem suum apto aliquo et eleganti exordio ornasset, et ita demum ea de re quam tractandam sibi proposuerat, disserere cœpisset. In iis, quæ mox sequuntur (ibid.), καὶ δείξαντος διὰ τῆς ἐμφυσήσεως, ὅτι τὸ Πνεῦμα τῆς θεϊκῆς οὐσίας ἐστὶ, καὶ οὐ τῆς κτιστῆς φύσεως, aliquid reperio, quod e consuetudine Basilii dictum fuisse non puto. Etsi enim orator optimus multis admodum locis quiddam divinum exprimat, tamen voce θεϊκός nusquam, quod quidem sciam, utitur. Quare cum probare conarer ultimos duos *in Eunomium* libros in spuriis poni debere, inter alia argumenta, quibus ad id comprobandum usus sum, hoc quoque reperitur, quod vox θεϊκός, quæ ab indubitatis Basilii operibus abest, sæpius in iis, quos dixi, libris occurrat. Et quod suspicionem auget, in hoc brevissimo opusculo vox θεϊκός non ita multo post rursus adhibetur. Et illud quoque displicet (pag. 584), τὸ γὰρ, *Πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο*, περὶ τοῦ πλήθους τῶν κτισμάτων ἐστί. *Illud enim, « Omnia per ipsum facta sunt [a], » ad creaturarum multitudinem referri debet.* Primum enim ultima verba, περὶ τοῦ πλήθους τῶν κτισμάτων ἐστί, ut Græce repunt, ita et Latine. Ita enim ad verbum interpretari licet : *illud enim, « Omnia per ipsum facta sunt, » de creaturarum multitudine est.* Certe si, qui Latine sciunt, sic loqui non solent, Basilius, qui Græcarum litterarum peritissimus erat, ita Græce locutus fuisse non censendus est. Deinde illud, quod initio periodi positum est, non magis arridet. Cum enim Basilius propria Scripturæ verba refert, in suo sermone aliquid inserit, quo qui audiunt, aut legunt, Scripturam citari moneantur ; nec puto eum ita locuturum fuisse nude et simpliciter, τὸ γὰρ, Πάντα, etc. Me movit etiam, quod verbum φάσκειν in illa oratiuncula bis repererim : quod nescio tamen an in sinceris Basilii orationibus totidem legatur. Nec sane meliora sunt quæ e Regio codice addidimus : quod satis ex solo initio cognosci potest. Ita enim incipit (pag. 585) : Ἐπεὶ δὲ Θεοῦ τοῦ ἀγαθοῦ χάριτι, τῇ μνήμῃ τῶν τοῦ μονογενοῦς Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος ῥημάτων, καὶ τῶν ἁγίων αὐτοῦ εὐαγγελιστῶν τε καὶ ἀποστόλων καὶ προφητῶν, αὐτάρκως ἡμῖν σαφηνισάντων τὸν περὶ τοῦ κατὰ τὸ εὐαγγέλιον τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ βαπτίσματος λόγον, ἐπαιδεύθημεν ὅτι τὸ μὲν ἐν τῷ πυρὶ βάπτισμα ἐλεγκτικὸν μέν ἐστι πάσης κακίας, δεκτικὸν δὲ τῆς κατὰ Χριστὸν δικαιοσύνης, μῖσος μὲν ἐμποιοῦν τῆς κακίας, ἐπιθυμίαν δὲ τῆς ἀρετῆς, etc. *Sed enim ex Dei optimi gratia, recordatione verborum unigeniti Filii Dei viventis, et sanctorum ejus evangelistarum et apostolorum et prophetarum, qui ejus quod secundum Evangelium Domini nostri Jesu Christi est, baptismatis doctrinam satis nobis explanaruni, edocti sumus baptisma illud quod in igne fit, ut ad omnem malitiam arguendam, ita ad Christi justitiam recipiendam idoneum esse*, etc. : quibus omnibus nihil dici potuit aut languidius, aut frigidius, aut inelegantius. Similiter, quod sub finem legitur, Δεσπότου καὶ

[a] Joan. I. 3.

(*a*) Lege n. 9.

Digitized by Google

πλάστου, Basilianum esse vix crediderim. Nam vir eloquentissimus utitur potius alio quovis nomine ad rerum conditorem significandum, quam voce πλάστης. Accedit etiam, quod non satis intelligatur ad quod scriptionis genus hæc lucubratiuncula referenda sit. Etenim si primam partem spectes, dicas rudem quemdam esse de Spiritu sancto tractatum : si alteram, imperfecta quædam de baptismate homilia esse videbitur. Sed tam in una quam in altera parte nihil omnino reperio, quod Basilio Magno dignum sit. Certe si oratorum optimus Basilius de Spiritu sancto ac de baptismate loqui instituisset, de his, ut rei dignitas postulabat, disseruisset, non indiserte, non ineleganter, non inerudite : quæ tamen vitia in hac oratiuncula facile a quolibet deprehendi possunt.

§ IV. *De homilia quæ in Lacizis habita est.*

12. Quo terrarum angulo situs fuerit locus ille, ubi hæc oratio habita fuisse dicitur, ne conjectura quidem judicare possumus. Vir doctissimus Tillemontius, qui hanc orationem Basilii esse existimaret, Laciza locum aliquem esse diœcesis Cæsariensis suspicatus est; nec nego ego eum jure ita suspicari potuisse, maxime cum nemo hactenus, quod quidem sciam, eam orationem suspectam habuerit. Et certe veterem illam opinionem non parum confirmat, quod hæc homilia inter genuinas Basilii orationes in omnibus libris et ære excusis et calamo notatis reperitur. Sed si quis rem paulo attentius consideraverit, non valde admodum dubito quin eam orationem aut in spuriis, aut certe in suspectis positurus sit. Interea afferam causas, cur de ea dubitandum putem. Primum occurrit locus ille, ubi ita legitur (pag. 588) : Ἐπεὶ τοίνυν ἀνώμαλός ἐστι τῶν ὁρωμένων ἡ φύσις, πῶς ἐπαινεῖ ἡ Γραφὴ τὸν βλέποντα λεῖα, ὑπὲρ τὸν τραχέα ; Καὶ κατακρίνει τὸν ὄρη καὶ σκοπέλους, etc. *Cum igitur eorum quæ videntur, inæqualis sit natura, qui fit ut eum qui levia videt, præter alterum qui aspera conspicit, laudet Scriptura? Ita condemnat vidéntem montes et scopulos*, etc. Illud τόν quod ultimo loco positum est, non placet, et est tale, ut primo aspectu credas vitii aliquid inesse in Græcis. Scio quidem vocem βλέποντα hoc loco suppleri debere : sed hic articulus sine ullo verbo adhibitus, obscuri aliquid et inconcinni habet, nec apte hoc loco posita fuisse videtur ellipsis. Arbitror igitur scriptorem paulo humaniorem aut vocem ὁρῶντα additurum fuisse, aut alio quovis eloquendi genere usurum. Quod statim sequitur, ἀλλὰ νόει μοι ὑψηλῶς, Ὁ βλέπων λεῖα, minus adhuc mihi probatur. Et vero prior locus est ejusmodi, ut monui, qui errorem incautis objicere possit : posterior reipsa veteri interpreti errorem objecit. Etenim quasi in mediis tenebris constitutus fuisset, ita ea quæ dixi verba Latine reddidit, [*Verum nihil illud.*] *Qui levia videt, sublimius expende.* Improbo quidem interpretem, qui cum verba Græca non statim intelligeret, inepte interpretari maluit, quam eorum sententiam laboriosius inquirere : sed multo magis reprehendendum puto scriptorem ipsum, qui quod pessime locutus sit, malæ interpretationi locum dederit. Basilius igitur, aut potius alius quivis, si modo non omnino loquendi imperitus fuisset, ita scripsisset, ἀλλὰ τὸ, *Ὁ βλέπων λεῖα*, νόει μοι ὑψηλῶς, quæ verba cum clara sint hoc modo posita, nemini offendiculo esse potuissent : quisquis enim ea vel oscitanter legisset, statim vidisset ipsa sic verti debere, *sed illud*, « *Qui videt levia*, » *sensu altiore intellige.* Et quoniam sermo est de illo, *Ὁ βλέπων λεῖα ἐλεηθήσεται*, monebo uti et Ducæus jam antea in eruditissimis suis notis monuit, hæc verba in Proverbiis nusquam reperiri. Quomodo ergo auctor paulo ante (pag. 587) ita loqui potuit : Εἴρηται πρῶτος λόγος ἐν Παροιμίαις κατὰ τὸ εἶδος τὸ παροιμιακὸν, πρὸς γυμνασίαν τοῦ νοῦ τοῦ ἡμετέρου τῆς ἀσαφείας ἐπιτεθείσης, ὅτι, *Ὁ βλέπων λεῖα ἐλεηθήσεται· Dictus est primus sermo in Parœmiis in modum proverbii, adjecta quadam obscuritate ad mentem nostram exercendam*, « *Qui videt levia, misericordiam consequetur?* » Nec quisquam dixerit similia in Proverbiis [a] inveniri, ubi ita legitur, Οἱ ὀφθαλμοί σου ὀρθὰ βλεπέτωσαν, *oculi tui recta videant.* Etsi enim ex illis, ὁ βλέπων λεῖα, eadem effici possit sententia, atque ex his, οἱ ὀφθαλμοί σου ὀρθὰ βλεπέτωσαν : tamen ipsæ per se voces tam inter se differunt, ut diligentissimus vir Basilius alias pro aliis sumpsisse credi merito non possit, præsertim cum Proverbiorum locus modo lectus fuisse dicatur. Præterea libens quærerem unde auctor illud, ἐλεηθήσεται, hauserit. Si de suo hanc vocem addidit, non ita solet Basilius : sin ex aliquo Proverbiorum loco ipsam sumptam fuisse dicas, jamdudum vir doctissimus Ducæus ejusmodi locum in Proverbiis nusquam comparere satis aperte significavit, cum ita scripsit : *Citatur hoc « Qui levia respicit » ex Proverbiis, in quibus tamen nusquam reperiri poterit, ab eo quidem certe, qui Græco Bibliorum indice a Kirchero conscripto uti voluerit. Neque enim usquam in Proverbiis occurrit, aut* λεῖα βλέπειν, *aut* ἐλεηθήσεται βλέπων. Vidimus scriptorem ita indiligentem fuisse, ut eorum, quæ ex Proverbiis paulo ante recitata fuerant, oblitus esset : nunc videbimus eumdem oblitum fuisse eorum, quæ ipse proxime ante dixerat. Nam post has voces, εἴρηται πρῶτος λόγος ἐν Παροιμίαις..... Ὁ βλέπων λεῖα ἐλεηθήσεται, *qui levia videt, misericordiam consequetur*; duobus interjectis versibus sequitur, πῶς ὁ λεῖα βλέπων ἐπαινεθήσεται; *quomodo qui levia videt, laudabitur?* Nam hoc ultimo loco legi debere ἐπαινεθήσεται, cum ex notis, tum ex orationis serie constat. Sic enim persequitur scriptor (pag. 587), ἐπαινετὰ γάρ ἐστι τὰ κατὰ προαίρεσιν.... πόθεν ὁ ἔπαινος τῷ ὁρῶντι τὰ

[a] Prov. IV, 25.

Digitized by Google

λεῖα ; etc. *Etenim quæ a voluntate pendent, merentur laudem... unde laus tribuetur levia conspicienti ?* etc. Quis autem facile crediderit tam oblivioſum fuiſse Baſilium, ut ei exciderint quæ tantum non proferebat?

13. Audivimus auctorem Scripturam inepte citantem : nunc eumdem audiamus inepte loquentem. Ita igitur aliquanto post (pag. 589) loquitur, εἰπὲ δὲ ὅτι ἔστι τις ἐν ἡμῖν φιλόδοξος, καὶ οὐ θυμικός : ubi verbum εἰπέ pro futuro poſitum videtur, ſic ut hic locus ita vertendus ſit : *Est autem dicturus : Esi · inter nos qui sit gloriæ cupidus, qui tamen iracundus non sit.* Rurſus non longe ita ſcriptum invenitur : Ἐὰν παραστῇς τῷ ἰατρῷ, καὶ ἴδῃς τὴν πολυτέλειαν τῶν φαρμάκων ἐν ταῖς πολυπτύχοις ἀποκειμένην δέλτοις, περισκόπει τί οἰκεῖον ἀπόκειται τῷ σῷ πάθει : ubi pariter vox περισκόπει poſita eſt pro tempore futuro, cum ea quæ retuli verba ita Latine reddenda ſint : *Quod si adeas medicum, et videris pretiosa medicamenta in variis tabulis collocata, considerabis quid tuo morbo conveniat.* Illud autem loquendi genus Baſilianum non eſſe vel ex eo intelligi poteſt, quod eruditiſſimi duo viri, qui in legendis gravissimi Patris ſcriptis multi erant, priorem locum non intellexerint. Velim legas eam quam in id addidi notam. Reperias quidem ubi voces δράσον et ποίησον pro futuro poſitæ ſint, *facturus :* idque inde factum videtur, quod deducantur a futuro, δράσω, ποιήσω : ſed ubi voces εἰπέ et περισκόπει aut ſimiles eodem illo ſenſu uſurpentur, vix, opinor, apud idoneos ſcriptores inveniri poterit ; aut certe ejus rei exemplum ullum apud Baſilium exſtare non puto. Nec aptius dictum videtur quod aliquanto infra (pag. 591) ſequitur, θησαυρὸς δέ ἐστιν ἡ εὐσέβεια χρημάτων, ad verbum, *nam thesaurus est pietas pecuniarum.* Quibus in verbis peregrini aliquid et abſoni inesse nemo, opinor, non videt : ſed ſuſpicari fortaſſe poterit quiſpiam, vocem προτιμότερος, aut ſimilem eo quem mox dixi loco a typographis omiſſam fuiſſe, ſupplerique debere hoc modo, θησαυρὸς δέ ἐστιν ἡ εὐσέβεια χρημάτων προτιμότερος, *pietas autem thesaurus est pretiosior quam divitiæ.* Ergo ne quisquam in ejusmodi ſuſpicionem adducatur, monebo ita prorſus in omnibus libris et impreſſis et veteribus legi, uti edendum curavimus. Præterea cum ſcriptor multis locis inepte loquatur, quid mirum videri debet, ſi hoc quoque loco inepte locutus ſit? Deinceps de diabolo loquens auctor, ſic ſcribit (pag. 594): Κλέπτει διὰ τοῦ ψεύδους, ἐπειδὴ τεῖχός ἐστι τοῖς ὁδεύουσιν εἰς παράδεισον τὸ ψεῦδος, *Decipit mendacio atque circumvenit : siquidem iter in paradisum facientibus murus mendacium est.* Velim qui legunt ſe ipſi interrogent, an ita loquerentur, *diabolus mendacio decipit, atque circumvenit, quoniam iter in paradisum facientibus murus mendacium est.* Scriptor ſolus, ut mihi quidem videtur, tam nove tamque inſolite et cogitare, et loqui potuit. Poſtquam enim audiveras virum ita loquentem, *diabolus mendacio decipit atque circumvenit*, putaſſes te quidvis potius auditurum quam illud, *quoniam iter in paradisum facientibus murus mendacium est.*

14. Quod ſi voces non ſatis aptæ optimum oratorum Baſilium parum decent, res ipſæ non ſatis graves omnium gravissimum Patrem parum decere videntur. Poſtquam ſcriptor plura quam par erat de hominis præſtantia dixerat, ut colligere poſſet diabolum ei ob tantas prærogativas invidiſſe, tum demum de muliere ſermonem inſtituere incipit, hoc modo (ibid.) : Ἕως γὰρ μόνος ἦν ὁ ἄνθρωπος, οὐκ εἶχε λαβὴν ὁ διάβολος · ἐπεὶ δὲ ἐκτίσθη ἡ γυνὴ, ἁπαλὸν ζῶον, ἀναγκαίως τοῦ Δημιουργοῦ τὴν ἀπαλότητα φυσικὴν ἐμποιήσαντος, ἵνα ὑπὸ τοῦ φιλανθρώπου εὐμαρῶς τραφῇ τὰ νήπια. Εἰ γὰρ αὐστηρὰ ἦν ἡ γυνὴ, οὐκ ἂν ἀποκλαιόμενον τὸ νήπιον τοῖς στήθεσιν ἐνηγκαλίζετο, οὐκ ἂν τῆς ἰδίας τροφῆς ἠμέλει, τὸν δὲ μαζὸν ἐπεῖχε πρὸς ὠφέλειαν τοῦ ὑπομαζίου παιδίου. Νῦν μέντοι μητέρων εὐσπλαγχνίαι τὸν ὕπνον πολλάκις τῶν βλεφάρων ἀποδιώκουσιν, ἐπειδὰν μικρὸν παρενοχληθῇ τὸ νήπιον. Ἵνα τοίνυν ἐκτρέφηται νήπιον, ἁπαλὴ ἡ φύσις ἡ γυναικεία παρήχθη, ἁπαλὴ καὶ φιλάνθρωπος. Τῷ οὖν, etc. *Etenim quandiu solus fuit homo, ansam non habebat diabolus ; sed istuc contigit, postquam condita est mulier, tenerum illud animal, cui Conditor necessario teneritudinem naturalem indidit, ut ob benignitatem pueros propense educaret. Etenim si austera esset mulier, non sane plorantem infantem ulnis complexa in sinu foveret, neque alimento suo neglecto, mammam ad lactentis pueri commodum præberet. Nunc vero materna illa charitas somnum e palpebris non raro fugat, ubi in commodum leve infanti accidit. Ut igitur infans nutriretur, muliebris sexus tener conditus est, tener et humanus. Quamobrem teneræ ac molli*, etc. Quid eſt, quæſo, nugari, ſi hoc non eſt? Certe ſi talia narraſſet muliercula aliqua, fortaſſe non eſſet cur miraremur : ſed cui perſuaderi poterit gravissimum virum Baſilium ejusmodi nugas effutivisse? Quibus in verbis aliquid poſt vocem νήπια poni debuiſſe moneo, quale eſt illud, τότε τοῦτο ἐγένετο, ut oratio et clarior eſſet, et melius cohæreret : quæ voces ſi additæ fuiſſent eo quem dixi loco, ita interpretari licuiſſet : *Etenim quandiu solus fuit homo, ansam non habebat diabolus, sed posteaquam condita est mulier... ut ob benignitatem pueros propense educaret, tunc contigit ut ansam haberet.* Illud autem eo notavi, ut magis pateret error, quem ſimilis loquendi ratio viris doctiſſimis objecit. Is autem, quem dico, locus ea quæ retuli verba proxime antecedit. Ibi autem ita legitur (pag. 593) : Ἐπειδὴ κατέμαθε τὸν ἄνθρωπον · ἐπειδὴ εἶδεν ὅτι τὸ μικρὸν τοῦτο ζῶον πρὸς τὴν τῶν ἀγγέλων ὁμοτιμίαν ὁ Κύριος προεκαλεῖτο, διὰ τῆς ἀρετῆς ἀνάγων αὐτὸν, καὶ διὰ σωφροσύνης τῶν κατὰ τὸν βίον, ἐπεὶ τὴν τελείωσιν τῆς ψυχῆς · λείπει. Ἕως γάρ, etc. *Postquam consideravit hominem : postquam vidit exiguu hoc animal a Domino ad angelorum æqualitatem advocari, ut qui ipsum per virtutem ac rerum mundanarum*

Digitized by Google

moderatum usum eveheret ad animæ perfectionem, etc. Ubi notare operæ pretium est, vocem λείπει in Parisiensi editione additam fuisse, ut monerentur, qui legerent, aliquid hoc loco deesse; sed tamen nihil deest, vocemque λείπει delendam esse constat ex libris veteribus, in quibus illius ne vestigium quidem exstat. Inepta autem illa loquendi ratio ut Parisiensis editionis auctores, ita eruditissimum quoque virum Combefisium decepit. Putarunt hæc verba, ἐπειδὴ κατέμαθε τὸν ἄνθρωπον, ἐπειδὴ εἶδεν ὅτι, etc., referri ad aliquid quod sequi deberet, cum tamen ad ea quæ præcedunt referrentur. Itaque ex iis quæ paulo ante leguntur verbis ejus loci sententia peti debet, sic ut vox ἐπονηρεύσατο, quæ initio periodi superioris invenitur, subaudiatur : quibus probe intellectis, perspicuum est totius ejus loci hanc esse sententiam : *Diabolus maligne se gessit, cum vidit multum homini affluere voluptatis.... Rursus se maligne gessit, cum consideravit hominem, et cum vidit exiguum hoc animal a Domino ad angelorum æqualitatem advocari*, etc. Ergo erraverunt quidem, qui hic aliquid a librariis omissum fuisse arbitrati sunt : sed eos multo minus reprehendendos esse judico, quam scriptorem ipsum, qui quod male locutus est, errandi occasionem dedit. Nec ita multo infra cum auctor pantherarum in homines odium describere vellet, his verbis usus est (pag. 595) : Εἶδον ἐγὼ τὰ μισανθρωπότατα τῶν ζώων ἐν τοῖς σταδίοις πολλάκις, ἢ εἶδον ἢ ἤκουσα (*a*) · ἀσφαλὴς γὰρ ἔστω ὁ λόγος. *Vidi ego sæpe in stadiis infestissima homini animalia, aut vidi, aut audivi : tutus enim sit nobis sermo.* Primum scriptor ait vidisse se : sed quasi religione tactus, statim addit se aut vidisse, aut audivisse. Ita autem loqui, ut mihi quidem videtur, ejus est, qui in privatis ac familiaribus colloquiis tempus jucunde terere cupit, non ejus, qui publicam concionem ad populum habet. Præterea qui dicit se aliquid sæpe vidisse, quomodo dicere potest, se aut vidisse, aut audivisse? Nam fieri potest quidem aliquando, ut si rem aliquam semel viderimus, dubitemus utrum eam viderimus, an audiverimus : sed si sæpe aliquid viderimus, omnis et dubitatio et religio tollitur, consciique sumus nobis, nos id vidisse. Moneo alicubi (*b*), hanc dicendi formulam, *ego vidi, ego novi*, familiarissimam fuisse Basilio Magno, ob idque non valde admodum dubito, quin orationis auctor, cum ita locutus est : *Vidi ego sæpe in stadiis*, etc., aut Basilius ipse, aut certe ejus aliquis imitator eximius videri voluerit : sed cum ita futurum speraret, sibi nimis blandiebatur. Nemini enim persuaderi poterit, Basilium eum fuisse, qui diceret vidisse se aliquid sæpe, et tamen statim dubitaret, an id unquam vidisset : velim oculis perlustrentur ipsa loca, in quibus Basilius ea quam dixi formula usus est : quæ si quispiam legerit, magis ac magis intelliget Basilium nihil tale dixisse, quale in hac concione reperitur. Unum si addidero, reliqua omittam. Statim igitur ita scribit auctor (pag. 595): Οὕτω καὶ ὁ διάβολος ἐν τῇ εἰκόνι τὸ μισόθεον ἔδειξεν, ἐπειδὴ θεοῦ προσάψασθαι οὐκ ἐδύνατο. Οὕτως ὁ εἰς ἡμᾶς πόλεμος ἀπόδειξιν ἔχει τοῦ θεομάχον εἶναι τὸν πονηρὸν, καὶ πρῶτον πολεμεῖν τῷ Δεσπότῃ. Ἐκεῖνος κατήγαγεν ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ εἰς Ἰεριχὼ τὸν ἄνθρωπον, ἀπὸ τῶν ὑψηλῶν ἐπὶ τὰ κοῖλα· ἐπὶ μὲν τῆς ὀρεινῆς ἡ Ἱερουσαλὴμ, ἡ δὲ Ἰεριχὼ κάτω ἐν τῇ ἀλμυρᾷ θαλάσσῃ. Εἴ τις ὑμῶν εἶδε τὸν τόπον, οἶδε τῶν λεγομένων τὴν ἀλήθειαν, ὅτι Ἰεριχὼ μὲν ἔχει τὰ κοῖλα τῆς Παλαιστίνης, Ἱερουσαλὴμ δὲ ἐπὶ τῆς κορυφῆς ἐρήρεισται, τὴν ἄκραν κατέχουσα τοῦ ὄρους τοῦ διὰ πάσης ἐκείνης τῆς χώρας ἀνεστηκότος. *Sic etiam diabolus suum in Deum odium patefacit in imagine cum Deum attingere non possit. Sic ex illato bello liquet malignum illum Dei hostem esse, ac primum Domino ipsi bellum gerere. Ille hominem ab Jerusalem in Jericho abduxit, ab altis ad cava. Nimirum Jerusalem in montana regione sita est; Jericho vero in depresso ac humili loco ad Salsum mare. Si quis vestrum vidit locum, vera esse novit quæ dicuntur, Jericho videlicet in Palæstinæ cavis locari, Jerusalem vero in summo loco sitam esse montis ejus, qui per totam illam regionem assurgit, cacumen occupantem.* Hæc dum legerem, mihi visa sunt non satis inter se cohærere. Hic si sermo esset de amore proximi, faterer exemplum ejus hominis, qui ab Jerusalem in Jericho descendebat [a], apte et commode allatum fuisse : sed hoc loco ejusmodi exemplum ita intempestive adductum est, ut oratio prorsus dissoluta esse videatur. Certe si alius quivis idoneus auctor diaboli in Deum aut in homines odium ostendere instituisset, hoc exemplum proferre nunquam cogitasset, cum sexcenta sint et aptissima et notissima, quibus ad id commonstrandum uti liceret. Quomodo ergo Basilius horum auctor dici merito possit, qui unus omnium in aptis exemplis proferendis felicissimus fuisse comperitur? Præterea quæ sequuntur, *nimirum Jerusalem in montana regione sita est; Jericho vero in depresso ac humili loco ad Salsum mare; si quis vestrum vidit locum, novit vera esse quæ dicuntur*, etc., hominis sunt, qui vana serio dicit, non gravissimi Patris, qui ubique convenientissima quæque et utilissima docet.

15. Auctor, quisquis est, aut Basilius ipse videri voluit, aut certe Basilianus esse studuit. Nam aliquando verba ipsa, sæpe sententias ab eo sumpsisse deprehenditur. Quæ ergo hic dicta sunt aut de ira, aut de invidia, aut de avaritia, non aliunde magis

[a] Luc. x, 30.

(*a*) Emendatio obvia, καὶ εἶδον καὶ ἤκουσα, *et vidi, et audivi alius qui viderant*; ἢ *pro* καί descriptor legerit : prona estenim utriusque voculæ in codd. mss. permutatio. EDIT.

(*b*) Lege num. 29.

Digitized by Google

sumpta esse constat, quam e Basilii libris, qui, ut notum est, his de vitiis pulcherrimas orationes habuit. Imo etiam si quis diligenter legat eam concionem, cui titulus est : *Quod Deus non est auctor malorum*, inde quoque aliquid expressum fuisse agnoscet. Nunc, ut ea de re existimare cuique liceat, proferam locum unum, ex quo de cæteris conjectura fieri possit. Auctor igitur sic loquitur (pag. 589) : Πῶς ἀσχημονεῖ ὁ θυμώδης ; Ἀποτίθεται τὸ σχῆμα τὸ ἀνθρώπινον, θηρίου σχῆμα μεταλαμβάνει. Ἐννόησον τὸν θυμούμενον· ἐπέζεσεν αὐτῷ ὁ θυμὸς, καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ ὑπηλλάγησαν, οὐκ εἰσὶν οἱ αὐτοὶ ὀφθαλμοί· πῦρ βλέπει, ἀνέδραμεν αὐτῷ τὸ αἷμα, περιέζεσε τὴν καρδίαν, ὑπέδραμε τοὺς χιτῶνας τῶν ὀφθαλμῶν, ἐγένετο ὕφαιμος ἐγχωρῶν τῷ πάθει, ἠλλοίωσεν αὐτοῦ τοὺς ὀφθαλμούς. *Ἀνὴρ θυμώδης οὐκ εὐσχήμων.* Ἐὰν ἴδῃς τὸν θυμούμενον τοὺς ὀδόντας παραθήγοντα, ἐνθυμήθητι ὅτι συῒ ἔοικεν ὁ τοιοῦτος.... ἐὰν ἴδῃς τὸν θυμούμενον πατρὸς μὲν ἐπιλανθανόμενον, παιδὸς δὲ ἀγνοοῦντα σῶμα.... καὶ γέγονε κακῶν φιλονεικία. Ὁ δὲ ἐν κακῶν ἀμίλλαις νικῶν, οὗτος ἀθλιώτερός ἐστιν. *Quomodo inhonestus est, qui iracundus est ? Exuit habitum humanum, belluinum habitum induit. Finge tibi animo iratum ; effertsit in ipso ira, et oculi mutati sunt : non sunt iidem oculi, ignescunt : excurrit ipsius sanguis, circum cor ebullit, tunicas subit oculorum : suffunditur sanguine, cum morbo succumbit ; alterat oculos suos.* « *Vir iracundus est inhonestus.* » *Si videris iratum dentes acuentem, cogita hominem ejusmodi apro similem esse.... si videris iratum patris obliviscentem, non agnoscentem corpus filii... sicque malorum fit contentio. Qui autem vincit in malorum certamine, is magis miser est.* Basilii autem verba sunt hæc (pag. 83, 84 et seq.) : Διὰ τοῦτον ἀδελφοὶ μὲν ἀλλήλους ἠγνόησαν· γονεῖς δὲ καὶ τέκνα τῆς φύσεως ἐπελάθοντο.... καὶ τίνος οὐχὶ ἰοβόλων ἀναιδέστερον ἐφορμῶντες, οὐ πρότερον ἵστανται πρὶν ἢ διὰ μεγάλου καὶ ἀνηκέστου κακοῦ... διαπνευσθῇ τὸ φλεγμαῖνον... Ὀρεγομένοις γὰρ τῆς ἀντιλυπήσεως, περιζεῖ μὲν τῇ καρδίᾳ τὸ αἷμα, ὥσπερ βίᾳ πυρὸς κυκώμενον καὶ παφλάζον· πρὸς δὲ τὴν ἐπιφάνειαν ἐξανθῆσαν, ἐν ἄλλῃ μορφῇ τὸν ὀργιζόμενον ἔδειξε· τὴν συνήθη πᾶσι καὶ γνωρίμην, ὥσπερ τι προσωπεῖον ἐπὶ σκηνῆς, ὑπαλλάξαν. Ὀφθαλμοὶ μὲν γὰρ ἐκείνοις οἱ οἰκεῖοί τε καὶ συνήθεις ἠγνόηνται, παράφορον δὲ τὸ ὄμμα, καὶ πῦρ ἤδη βλέπει, καὶ παραθήγει τὸν ὀδόντα κατὰ τῶν συῶν τοὺς ὁμόσε χωροῦντας. Πρόσωπον πελιδνὸν καὶ ὕφαιμον... ἐν γὰρ ἀμίλλαις πονηραῖς, ἀθλιώτερος ὁ νικήσας. *Per iram fratres se invicem ignoravere : parentes quoque et liberi naturæ obliti sunt... ac impudentius venenata quavis bestia irruentes, non prius desistunt quam inflammatio per magnam immedicabilemque perniciem.... discutiatur... Nam circa cor quidem in iis qui vindictam anhelant, effervescit sanguis, utpote vi ignis exagitatus ac æstuans : in superficie autem efflorescens, irascentem in alia forma ostendit, consuetam et notam omnibus formam tanquam personam in scena commutans. Nam illorum et proprii et consueti oculi non cognoscuntur, efferatus est aspectus, atque igne jam micat. Quin et grassantium suum more dentes acuit. Facies est livida et sanguine suffusa... Nam in malis pugnis miserior est qui vincit.* Hæc autem eo retuli paulo fusius, ne quis miraretur quod hæc oratio inter veras ac germanas Basilii orationes in omnibus libris posita sit. Cum enim animadvertissent librarii, multa in ea reperiri, quæ in Basilii concionibus reperirentur, facile adducti sunt, ut ipsam inter genuina illius scripta collocarent.

§ V. *De homilia in humanam Christi generationem*

16. Antequam eruditorum de hac oratione opiniones referamus, abs re non erit paucis adnotare, quæ nobis in ea scitu digna visa sunt. Primum igitur scriptor, quicunque ille fuit, multas affert causas, cur Maria desponsata sit viro : quas, si unam excipias, de qua paulo post commodius dicam, hoc loco exscribere non pigebit. Et quoniam præstat ipsos auctores audire, ipsa Græca verba referre statui. Sic igitur loquitur (pag. 598) : Καὶ παρθένος, καὶ μεμνηστευμένη ἀνδρὶ, ἐπιτηδεία πρὸς τὴν τῆς οἰκονομίας διακονίαν ἐκρίθη, ἵνα καὶ ἡ παρθενία τιμηθῇ, καὶ ὁ γάμος μὴ φαυλισθῇ. Ἡ παρθενία μὲν γὰρ ὡς ἐπιτηδεία πρὸς ἁγιασμὸν ἐξελέγη· διὰ δὲ τῆς μνηστείας αἱ ἀρχαὶ τοῦ γάμου συμπαρελήφθησαν· ὁμοῦ δὲ ἵνα καὶ μάρτυς οἰκεῖος ᾖ τῆς καθαρότητος Μαρίας ὁ Ἰωσὴφ, καὶ μὴ ἔκδοτος εἴη τοῖς συκοφάνταις ὡς τὴν παρθενίαν βεβηλώσασα, μνηστῆρα εἶχε τοῦ βίου φύλακα. *Et virgo, et viro desponsata, habita est idonea ad hujus dispensationis ministerium, ut et virginitas honori esset, et matrimonium non contemneretur. Virginitas enim ut ad sanctimoniam apta, selecta est : per desponsationem vero comprehensa sunt initia nuptiarum. Simul autem, ut et Joseph puritatis Mariæ esset testis domesticus, et ne calumniatoribus foret obnoxia, quasi virginitatem contaminasset, sponsum habebat vitæ custodem.* Nec ita multo infra, antiqui cujusdam sententiam proponens, idem auctor sic scribit : Εἴρηται δὲ τῶν παλαιῶν τινι καὶ ἕτερος λόγος, ὅτι ὑπὲρ τοῦ λαθεῖν τὸν ἄρχοντα τοῦ αἰῶνος τούτου τὴν παρθενίαν τῆς Μαρίας ἡ τοῦ Ἰωσὴφ ἐπενοήθη μνηστεία. *Allata est et alia ratio a quodam ex antiquis, videlicet excogitatam fuisse Josephi desponsationem, ut Mariæ virginitas lateret hujus mundi principem.* Vix autem dubitari potest, quin antiqui nomine intelligendus sit martyr Ignatius, cujus hæc sunt verba in *Epistola ad Ephesios* : Ὁ γὰρ Θεὸς ἡμῶν Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς ἐκυοφορήθη ὑπὸ Μαρίας κατ' οἰκονομίαν Θεοῦ, ἐκ σπέρματος μὲν Δαβὶδ, Πνεύματος δὲ ἁγίου.... Καὶ ἔλαθεν τὸν ἄρχοντα τοῦ αἰῶνος τούτου ἡ παρθενία Μαρίας, καὶ ὁ τοκετὸς αὐτῆς, ὁμοίως καὶ ὁ θάνατος τοῦ Κυρίου. *Deus enim noster Jesus Christus conceptus est ex Maria, secundum dispensationem Dei ex semine quidem David, Spiritu autem sancto.... Et latuit principem sæculi hujus virginitas Mariæ, et partus ipsius, similiter et mors Domini.* Ubi quasi præteriens monebo, deceptum videri doctissimum

Digitized by Google

virum Tillemontium, cum scripsit (*a*) Origenem in hac homilia nomine cujusdam antiqui indicari. Nam intelligi debere martyrem Ignatium, ex gravissimo auctore Hieronymo confirmari potest : qui cum primum caput Matthæi interpretaretur (*b*), ita scripsit : *Martyr Ignatius etiam quartam addidit causam, cur a desponsata conceptus sit : ut partus, inquiens, ejus celaretur diabolo, dum eum putat non de virgine, sed de uxore generatum.* Nec indignum puto quod notetur, duo mysteria olim uno eodemque die fuisse celebrata, ortum Domini et Magorum adorationem. Auctor enim duo hæc mysteria ita exponit ac conjungit, ut obscurum non sit utrumque illis temporibus simul celebratum fuisse. Erat autem nomen diei festo, *Theophania.* Cum enim auctor jam orationi suæ finem imponere cogitaret, sic loquitur (pag. 602) : Φθεγξώμεθά τινα καὶ ἡμεῖς φωνὴν ἀγαλλιάσεως· ὄνομα θώμεθα τῇ ἑορτῇ ἡμῶν, Θεοφάνια. *Eloquamur et nos vocem aliquam exsultationis : festum nostrum appellemus Theophaniam.* Et, quando talia colligere cœpi, addam illud quoque, virginem Mariam Theotocon appellari.

17. Jam more nostro disputemus merito an immerito hæc oratio tribuatur Basilio. Eruditissimi viri Combefisius et Dupinus ne videntur quidem hanc orationem suspectam habuisse. Tillemontius vero, vir acerrimo judicio præditus, ait eam in dubiis poni posse. Nec prætereundum silentio, hanc concionem deesse in aliquibus libris veteribus : sed nihil inde satis firmi ad eam rejiciendam concludi posse, vident, opinor, omnes. Quare necessario recurrendum ad alia principia, ipsaque oratio in se consideranda ; num quid in ea inveniri possit, quod nobis ad judicandum facem præferat. Primum occurrit illud (pag. 596) : Πῶς οὖν δι' ἑνὸς, φησὶν, εἰς πάντας ἦλθε τὸ λαμπτήριον ; *Quomodo igitur per unum,* inquit, *in omnes splendor devenit ?* Quod ut verum fatear, prorsus peregrinum et a Basilii consuetudine alienum mihi videtur. Nam, nisi valde fallor, ut apud cæteros bonos auctores, ita apud Basilium λαμπτήρ usitate dicitur, non λαμπτήριον. Aliquanto post magni aliquid dicturum se pollicitus auctor, tamen præter exspectationem nihil ejusmodi dicit. Postquam enim attulerat aliquot causas, cur Maria virgo desponsata sit, aliam prolaturus, sic loquitur (pag. 598) : Ἔχω τινὰ καὶ ἄλλον λόγον εἰπεῖν οὐδὲν ἀτιμότερον τῶν εἰρημένων, ὅτι ὁ ἐπιτήδειος πρὸς τὴν ἐνανθρώπησιν τοῦ Κυρίου καιρὸς, πάλαι προωρισμένος καὶ προδιατεταγμένος πρὸ καταβολῆς κόσμου, τότε ἐνειστήκει, καθ' ὃν ἔδει τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον καὶ τὴν δύναμιν τοῦ Ὑψίστου τὴν Θεοφόρον ἐκείνην συστήσασθαι σάρκα. Ἐπειδὴ δὲ ὁμότιμον τῆς καθαρότητος Μαρίας οὐκ εἶχεν ἡ κατ' ἐκείνην γενεὰ τῶν ἀνθρώπων, ὥστε ἐνέργειαν τοῦ Πνεύματος ὑποδέξασθαι, προκατείληπτο δὲ διὰ τῆς μνηστείας, ἐξελέγη ἡ μακαρία Παρθένος, οὐδὲν τῆς παρθενίας ἐκ τῆς μνηστείας παραβλαβείσης. *Possum et aliam quamdam rationem proferre, nihilo his quas protulimus viliorem, quod videlicet idoneum ad incarnationem Domini tempus olim præfinitum et ante conditum orbem prædestinatum tunc instaret, in quo Spiritum sanctum et Altissimi virtutem oportebat carnem illam Dei gestatricem conformare. Quoniam vero illa hominum ætas nihil puritati Mariæ æquandum habebat, sic ut Spiritus sancti susciperet operationem, occupata autem jam erat per desponsationem, electa est beata virgo, nihil ex desponsatione virginitate læsa.* Auctor promiserat, ut dixi, allaturum se eximiam quamdam causam, cur desponsata fuisset virgo Maria : sed non videtur promissis stetisse. Etenim, si res attentius consideretur, non proprie affert causam, cur desponsata fuerit : sed ait solum eam, cum inventa fuisset jam per desponsationem occupata, propterea electam fuisse, quod alia nulla virgo ei illa ætate par esset puritate. Ex auctoris igitur verbis discimus, non cur fuerit viro desponsata, sed cur virginibus cæteris anteposita sit, videlicet ob puritatem. Quod addit auctor, puritatem Mariæ nihil læsam fuisse ex desponsatione, id ut ad rem non pertinet, ita a nemine in dubium revocatur. Aut nihil tale promisisset Basilius, aut, si promisisset, dignum aliquid promissis dixisset. Illud quoque quod mox legitur : Ἀμφότερα εὗρεν ὁ Ἰωσὴφ, καὶ τὴν κύησιν καὶ τὴν αἰτίαν, ὅτι ἐκ Πνεύματος ἁγίου. *Utrumque invenit Joseph, et graviditatem, et causam, quod ex Spiritu sancto,* mihi displicet. Et vero in his verbis videtur inesse insuave aliquid et inelegans ; nec admodum dubito quin alius quivis scriptor addidisset voculam aliquam, qua orationem suam ornatiorem reddidisset. Nec magis placet locus ille (ibid.), ubi scriptor angelum ita cum Josepho colloquentem facit : Μὴ φοβηθῇς παραλαβεῖν Μαριὰμ τὴν γυναῖκά σου· μηδ' ἐκεῖνο ἐνθυμηθῇς ὅτι ὑπονοίαις ἀτόποις συσκιάσεις τὸ ἁμάρτημα. Δίκαιος γὰρ προσηγορεύθης· οὐ πρός, etc. *Noli timere accipere Mariam conjugem tuam, neque illud cogitaveris obumbraturum te peccatum absonis quibusdam commentis. Nam vocatus es justus, non est autem,* etc. Nam illud quidem : Μὴ φοβηθῇς παραλαβεῖν Μαριὰμ τὴν γυναῖκά σου, unde sumptum sit [c], probe scio : sed reliqua ubi legantur, nescio, nisi forte in apocryphis quibusdam scripturis, quibus auctor alio loco manifeste usus est, ob idque idipsum ex iisdem fontibus hausisse merito credi potest. At Basilius ut veras Scripturas assiduo versabat in manu, ita apocryphas non legebat : aut si legeret, eas tantopere contemnebat, ut ipsis uti semper puduerit. Mox suspicabar scriptorem aliquid mutuatum fuisse ex apocryphis : nunc id ei contigisse affirmare

[c] Matth. I, 20.

(*a*) *Vie de S. Basile,* p. 301.

(*b*) Hieronym. *in Matth.* lib. I, cap. I.

Digitized by Google

possum. Ejus hæc sunt verba (pag. 600): Δηλοῖ δὲ καὶ ἡ κατὰ τὸν Ζαχαρίαν ἱστορία, ὅτι μέχρι παντὸς παρθένος ἡ Μαρία. Λόγος γάρ τίς ἐστι, καὶ οὗτος ἐκ παραδόσεως εἰς ἡμᾶς ἀφιγμένος, ὅτι ὁ Ζαχαρίας ἐν τῇ τῶν παρθένων χώρᾳ τὴν Μαριὰμ κατατάξας μετὰ τὴν τοῦ Κυρίου κύησιν, ὑπὸ τῶν Ἰουδαίων κατεφωνεύθη μεταξὺ τοῦ ναοῦ καὶ τοῦ θυσιαστηρίου, ἐγκληθεὶς ὑπὸ τοῦ λαοῦ ὡς διὰ τούτου κατασκευάζων τὸ παράδοξον ἐκεῖνο καὶ πολυύμνητον σημεῖον, παρθένον γεννήσασαν, καὶ τὴν παρθενίαν μὴ διαφθείρασαν. *Declarat autem et Zachariæ historia, Mariam perpetuo virginem permansisse. Ferunt enim, et id ex traditione ad nos usque pervenit, Zachariam cum Mariam in virginum loco post Domini partum posuisset, templum inter et aram occisum a Judæis fuisse, videlicet accusatum a populo, quod hac ratione confirmaret admirabile illud et perquam decantatum signum, virginem peperisse, nec tamen virginitatem corrupisse.* Mirum videri debet tantas ineptias in re seria dici potuisse: nec minus mirari subit ejusmodi orationem tam diu Basilio Magno fuisse tributam. Olim caput vicesimum quintum Matthæi exponens Hieronymus, similem fabellam confutavit. Cum ergo venisset ad eum locum, ubi mentio fit ejus Zachariæ, qui inter templum et altare occisus est, quæreretque quis sit iste Zacharias, ita loquitur: *Alii Zachariam patrem Joannis intelligi volunt, ex quibusdam apocryphorum somniis approbantes, quod propterea occisus sit, quia Salvatoris prædicarit adventum. Hoc quia de Scripturis non habet auctoritatem, eadem facilitate contemnitur, qua probatur.* Certe duæ illæ fabellæ ita inter se conveniunt, ut ex uno eodemque fonte profectæ esse videantur. Ego autem male de Magno illo Basilio existimare mihi viderer, si eum putarem tam fœde somniasse, ut pro veris apocryphorum somnia narrarit. Ubi et illud præterea notari potest, auctoris sententiam nihil ex hoc commento juvari. Nam probare instituerat Mariam virginitatem illibatam semper servasse: id quod non probavit. Etsi enim in ordinem virginum allecta fuisset Maria, etiam post Domini partum, tamen semper quæri posset, utrum in eo gradu quem consecuta fuerat, ad mortem usque permanserit. Etenim si paulo post Domini partum ab eo ordine exciderit, aliosque liberos ex ea susceperit Josephus, ipsam non semper virginem exstitisse constat. Quare si auctor firma ratione probare vellet, Mariam semper virginem fuisse, non satis erat dicere, eam in virginum loco a Zacharia post Domini partum positam esse, sed ostendere debuisset, ipsam in eo ordine in quo semel fuerat collocata, usque ad extremum spiritum perseverasse: id quod non præstitit. Auctorem in re simili a scopo errasse jam vidimus: Basilius autem unus omnium felicissime attingere scopum novit, et cum semel aliquid sibi probandum proposuit, nunquam aliud probat. Porro cum multa sint in hac oratione, quæ mihi displiceant, nihil tamen me magis movit, quam quod de cometis dicitur. Verba auctoris sunt hæc (pag. 601): Οὐ μὴν οὐδ' ἐκεῖνο τοῖς περιέργως τὰ κατὰ τὸν τόκον ἐκλαμβάνουσιν εἰπεῖν ὑπάρχει, ὅτι ὁ ἀστὴρ τοῖς κομήταις παραπλήσιος ἦν, οἵπερ μάλιστα δοκοῦσι βασιλέων διαδοχὰς δηλοῦντες κατ' οὐρανὸν ἵστασθαι. *Neque vero iis qui curiose exponunt quæ ad partum pertinent, illud dicere licet, stellam fuisse cometis assimilem, qui maxime ad significandas regum successiones videntur in cœlo consistere.* Certe ita videri potuit cuivis alteri potius quam Basilio Magno. Etenim is non erat, qui aut crederet regum successiones cometis significari, aut ad id credendum alios induceret. Ita enim errores genethliacorum atque commenta confutat, ut ejusmodi cometarum fabulam tantum non nominatim repudiet. Pauca ex multis referam (*a*). Sic igitur loquitur: Οἷα δὲ καὶ τὰ ἀποτελεσματικά; Ὁ δεῖνα οὖλος, φησὶ, τὴν τρίχα, καὶ χαροπὸς, Κριοῦ γὰρ ἔχει τὴν ὥραν· τοιοῦτον δέ πως ὀφθῆναι τὸ ζῶον. Ἀλλὰ καὶ μεγαλόφρων, ἐπειδὴ ἡγεμονικὸν ὁ κριός· καὶ προετικὸς, καὶ πάλιν πορτιστικὸς, ἐπειδὴ τὸ ζῶον τοῦτο καὶ ἀποτίθεται ἀλύπως τὸ ἔριον, καὶ πάλιν παρὰ τῆς φύσεως ῥᾳδίως ἐπαμφιέννυται. Ἀλλὰ καὶ ὁ Ταυριανὸς τληπαθὴς, φησὶ, καὶ δουλικὸς, ἐπειδὴ ὑπὸ ζυγὸν ὁ ταῦρος. Καὶ ὁ Σκορπιανὸς πλήκτης διὰ τὴν πρὸς τὸ θηρίον ὁμοίωσιν. Ὁ δὲ Ζυγιανὸς δίκαιος, διὰ τὴν παρ' ἡμῖν τῶν ζυγῶν ἰσότητα. Τούτων τί ἂν γένοιτο καταγελαστότερον; .... Πῶς οὖν ἐκεῖθεν τὰς προηγουμένας αἰτίας λέγων ὑπάρχειν τοῖς τῶν ἀνθρώπων βίοις, ἐκ τῶν παρ' ἡμῖν βοσκημάτων τῶν γεννωμένων ἀνθρώπων τὰ ἤθη χαρακτηρίζεις; .... Τί οὖν δυσωπεῖς μὲν ἡμᾶς ἀπὸ τῆς ἀξιοπιστίας τῶν ἄστρων; etc. *Quales autem producuntur effectus? Hujus capilli, inquiunt, futuri sunt crispi, oculive decori: Arietis scilicet habet horam: namque animal illud quodammodo tali est aspectu. Quin etiam erit grandi animo et elato, quippe penes arietem est principatus: erit et largus, et rursus quæstuosus, quandoquidem hoc animal et citra molestiam deponit lanam, et rursus facile a natura vestitur. Sed natum in Tauro, tolerantem esse laborum dicunt, atque servilem: quoniam jugo taurus subjicitur. Qui vero editus est sub Scorpione, erit percussor, ob eam quam cum isto animali habet similitudinem. Qui autem in Libra natus est, futurus est justus, propter librarum apud nos æqualitatem. Quid his magis ridiculum esse possit?.... Quomodo igitur illinc præcipuas vitæ humanæ causas proficisci doces, et ex terrenis pecudibus nascentium hominum mores exprimis atque effingis?.... Quid ergo fidem ex astris tibi faciens perterrefacis nos?* Qui, quod ad hominum ortum attinet, non pluris fecit astra eorumque motus, is, ut mihi quidem videtur, minime omnium dicere potuit regum successiones cometis indicari. Jam ad alia properabimus, sed si prius illud unum adjecerimus, tantam variantium lectionum copiam in

(*a*) Hom. 6 *in Hex.*, p. 55 et seq.

Digitized by Google

libris antiquis reperiri, ut si omnes voluissem exscribere, modum excessissem. Eruditissimus vir Combefisius hoc cum animadvertisset ita scripsit : *Hæc homilia, quod crebro Ecclesiarum usu trita maxime plurimisque libris ecclesiasticis descripta, diversis scatet lectionibus, pro eo ac sibi quisque describens in suæ usum Ecclesiæ, indulsit, ut vocem aliquam mutaret, seu aliquid interpolaret, pro captu fidelis plebis, cui studebat, sive etiam antiquariis ita obrepsit.* Nolim quidem cum doctissimo viro ea de re contendere : sed tamen hanc homiliam Ecclesiarum usu maxime tritam fuisse, nusquam invenio. Præterea idem ille quem dixi homo peritissimus monuit duas Basilii *in jejunium* orationes initio Quadragesimæ recitari solitas : in quibus tamen tanta diversarum lectionum copia non reperitur. Sed, ut ut hæc sunt, ego arbitror immensam illam variantium lectionum multitudinem ad meam opinionem confirmandam nonnihil valere. Nam experientia edoctus sum tam multam librorum antiquorum inter se discrepantiam νοθείας sæpius certissimum signum esse.

VI. *De homilia in pœnitentiam.*

18. Auctor hujus orationis, quisquis est, non in sibi proposuit, ut auditores suos ad pœnitentiam hortaretur, sed ut Novatianos et Montanistas, qui pœnitentiam negabant, confutaret. Hanc orationem ab aliquo episcopo alterius episcopi rogatu compositam fuisse, prima verba aperte ostendunt. Eruditissimus vir Tillemontius ita de hoc scripto disserit (*a*), ut ei exilem quamdam suspicionis notam inurat; sed fatetur ipsam pro vera ab eruditis hominibus hactenus habitam fuisse. Ego autem sive verba, sive verborum constructionem, sive sententias ipsas considerem, nihil unquam minus Basilianum vidi. Proferam aliquot loca, ex quibus id quod dico, probari possit. Statim occurrit illud (p. 603) : Φησὶν ὁ ταῦτα πλάσας ὅτι· Ἐὰν γένωνται αἱ ἁμαρτίαι ὑμῶν ὡς τὰ ἄπλυτα χρώματα, εἰ λούσοισθε, μεταπίπτει εἰς καθαρότητα χιόνος. *Dicit tamen qui hæc condidit : Si fuerint peccata vestra velut colores qui elui non possunt, si modo lavemini, in nivis puritatem transibunt;* ubi quivis alius homo paulum modo diligentior pro μεταπίπτει, *transit*, scripsisset μεταπίπτουσι, *transibunt*, videlicet αἱ ἁμαρτίαι. Nec ita multo post ita scriptum invenitur : Ἀλλ' ἐπειδὴ οὐκ ἔχει χώραν γλυκαίνεσθαι τὰ ἁλμυρὰ, λέγομεν δὲ καὶ ἡμεῖς νῦν ἀπὸ Παλαιᾶς, εἴπωμεν τί ἀντιλέγουσι πρὸς τὰ ἐκ τῆς Παλαιᾶς λεγόμενα. *Sed quoniam rebus salsugine imbutis non datur dulcescendi locus, nosque nunc verba proferimus ex Veteri Testamento, referamus quid opponant adversus ea quæ ex Veteri dicuntur.* Melius, nisi fallor, abesset illud, ἐπειδὴ οὐκ ἔχει χώραν γλυκαίνεσθαι τὰ ἁλμυρά, *quoniam rebus salsugine imbutis non datur dulcescendi locus.* Hæc enim cum eo quod sequitur, cohærere non videntur; et qua ratione scriptor dixit relaturum se argumenta ex Veteri Testamento, *quoniam rebus salsugine imbutis non datur dulcescendi locus*, eadem plane dicere potuisset relaturum se argumenta ex Novo Testamento, *quoniam rebus salsugine imbutis non datur dulcescendi locus.* Et vero non unum magis cohæret cum eo quod infertur, quam aliud : vel ut verius dicam, neutrum cohæret. Hæc ut Basilii non sunt, ita nec quæ sequuntur (pag. 604) : Ὡς προσέχουσι δὲ λέγω, ὅθεν καὶ βαρύτερον ἅπτομαι.... Τίς ἀσεβέστερος ἀναγέγραπται τοῦ Ἀχαάβ; ὡς ἀναγινώσκουσι λέγω. *Alloquor velut attentos, unde graviora attingo.... Quis magis impius quam Achaab descriptus est? velut legentibus loquor.* His auctoris verbis, *velut legentibus loquor*, nihil simile in veris ac indubitatis Basilii orationibus invenitur : aut certe cum illud, λέγω ὡς, bis intra paucos versus positum vidi, peregrini aliquid et insoliti videre mihi visus sum. Atque in hac mea sententia confirmatus fui, cum incidi in ea quæ statim subjunguntur, ἐπειδὴ ὑμῖν λαλοῦμεν, εἴπωμεν καὶ σαφέστερον, *quoniam alloquimur vos, loquamur et clarius.* Mihi enim persuadere non potui Basilium Magnum ita sui dissimilem fuisse, ut præter consuetudinem multa fere continenter dixerit, quæ dicere non solum nihil attinebat, sed quæ per se puerilia sunt et nugatoria. Nunc, ut leviora quædam omittamus, de scriptoris doctrina loquamur. Itaque de lapsu Davidis verba faciens auctor, sic scribit (pag. 604) : Ὅσον ἂν πέσῃ ὁ ἰσχυρὸς, ταχεῖαν ἔχει τὴν ἀνάστασιν. Ἀγανακτεῖ ὁ Δαβὶδ.... Εὐθὺς ἐπὶ τὸ φάρμακον ἐλήλυθεν· εἶδε τὸ τραῦμα· προσέφυγε τῷ ἰατρῷ. *Ἥμαρτον*, φησὶ, καὶ εὐθὺς ἡ ἴασις. *Καὶ ὁ Κύριος παρῆνεγκέ σου τὸ ἁμάρτημα.* Τί γὰρ βούλει, ἓν ἁμάρτημα λογισθῆναι ὁσίοις, ἢ πολλὴν δικαιοσύνην; Ἐποίησεν ἁμαρτίαν, ἀλλ' ἐποίησε καὶ πολλὰς δικαιοσύνας. Τί δίκαιον παρὰ δικαίῳ Θεῷ, τῶν ὀλίγων μνημονεῦσαι, ἢ τῶν πολλῶν ἐπιλανθάνεσθαι; Ἔστω ζυγὸς, καὶ ᾧ μετροῦμεν, μετρηθήσεται ἡμῖν. Εἰ πλείονα τὰ ἁμαρτήματα, ἔστω ἁμαρτωλός· εἰ δὲ πλείονα τὰ δικαιώματα, ἔστω δίκαιος. Εἷς καὶ εἷς· τὰ γὰρ παρ' ἡμῖν πάντα ἐκ τοῦ πλείονος λέγεται. Καὶ τοῦ λευκοῦ ἐστι λευκότερον, καὶ τοῦ γλυκέος εἰς σύγκρισιν ἄλλο γλυκύτερον· οὕτω καὶ οἱ δίκαιοί ἐσμεν ὡς ἄνθρωποι, οὐχ ὡς ἡ ἁμαρτία δικαιοσύνη. Ὅθεν ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ δικαιοσύνη ἀκούει, ἡμεῖς δὲ μεταλήψει δικαιοσύνης δίκαιοι. Καὶ Μωϋσῆς ἐλάλησέ τι τῇ γλώττῃ, ἀλλ' οὐκ ἀπελήφθη τῇ ἱστορίᾳ. *Quantumvis sane cadat fortis, cito resurgit. Rem moleste ferit David.... Statim accessit ad remedium : vidit vulnus, ad medicum confugit. « Peccavi, » inquit, et confestim adest medela. « Et Dominus transtulit peccatum tuum[7]. » Quid enim vis, unumne peccatum imputari sanctis, an justitiam multam? Fecit peccatum, at fecit etiam justitias multas. Quid justum*

[7] I Reg. XII, 13.

(*a*) Tom. IX, p. 296 et 687.

Digitized by Google

est apud justum Deum, paucorumne meminisse, an multorum oblivisci? Sit statera; et qua mensura mensi fuerimus, admetietur nobis. Si peccata plura sunt, sit peccator: sin justitiæ plures, sit justus. Unus et unus: nam omnia nostra ex abundantiori judicantur. Et res una alba albore superatur ab altera; et dulci, si compares, aliquid aliud dulcius est. Sic etiam justi sumus tanquam homines, non quod peccatum justitia sit. Unde Filius Dei justitia vocatur: nos vero participatione justitiæ justi sumus. Et Moyses lingua locutus est aliquid, quod tamen non comprehensum est historia. Quid, quæso, hac doctrina aut pejus, aut minus Basilianum excogitari potuit? Quamlibet gravis sit lapsus viri fortis, cito, si fides auctori habenda est, resurgit! Sed si ita est, horumque Basilius auctor sit, quomodo fieri potest, ut egregius ille doctor præclaros illos canones ediderit, quibus ad purgandum quodlibet peccatum tam longa tamque severa pœnitentia præfinitur (*a*)? Etenim si vir fortis, quamvis graviter peccaverit, tam facile resurgit, nihil necessarii erant canones illi, quibus et fortes et debiles ad resurgendum tum diu exercerentur. Sed quid tam novum, aut magis inauditum, non dico apud Basilium, sed apud eos, qui vel primoribus labris sacras Scripturas attigerunt, quam illa comparatio justitiæ et peccati, sic ut aliquis, si peccata plura admiserit, peccator sit; sin autem plura justitiæ opera fecerit, futurus sit justus? Hæc dum scriberem, in mentem venit cujusdam legis Persarum, quam legisse se ait homo peritissimus, idemque elegantissimus (*b*): *Multæ olim*, inquit, *apud Persas leges fuisse traduntur: ex quibus facile intelligi potest, singularem quamdam ejus gentis sapientiam fuisse... Erat igitur apud eos ita constitutum, ut cum quis in judicio argueretur aliquid fecisse contra leges, etiamsi liquido constaret eum culpæ affinem esse, non tamen statim condemnaretur, sed prius inquireretur diligentissime in omnem illius vitam, iniretur*que *ratio, plurane turpiter et flagitiose, an bene laudabiliterque gessisset. Tum si vincebat turpium numerus, condemnabatur; sin præponderabantur honestis turpia, absolvebatur. Cogitabant enim, humanarum virium non esse, rectum cursum perpetuo tenere: habendos pro bonis viris eos, non qui nunquam peccarent, sed qui sæpius honeste agerent.* Esto, lex ejusmodi vigeat apud Persas : sed ab Ecclesia Dei prorsus arceatur. Sed nos ad propositum referamus, nec satis habeamus locum integrum exscripsisse, sed ejus partes aliquas diligentius expendamus. Ita igitur auctor loquitur : Εἰ πλείονα τὰ ἁμαρτήματα, ἔστω ἁμαρτωλός· εἰ δὲ πλείονα τὰ δικαιώματα, ἔστω δίκαιος. Εἷς καὶ εἷς· τὰ γάρ, etc. *Si peccata plura sunt, sit peccator; si justitiæ plures, sit justus. Unus et unus: nam*, etc. Quid autem sibi velit illud, *unus et unus*, non satis intelligo; nec facile adducar ut credam hominem, qui Persa non fuerit, ita scripsisse. Sequitur (pag. 605) : Οὕτω καὶ οἱ δίκαιοί ἐσμεν ὡς ἄνθρωποι, οὐχ ὡς ἡ ἁμαρτία δικαιοσύνη. Ὅθεν, etc. *Sic etiam justi sumus tanquam homines, non ut peccatum justitia. Unde*, etc. Cætera non improbo; sed in illo, οὐχ ὡς ἡ ἁμαρτία δικαιοσύνη, *non ut peccatum justitia*, obscuri aliquid et absoni inesse mihi videtur. Rursus ita statim legitur : Ἡμεῖς δὲ μεταλήψει δικαιοσύνης δίκαιοι. Καὶ Μωϋσῆς ἐλάλησέ τι τῇ γλώττῃ, ἀλλ' οὐκ ἀπελήφθη τῇ ἱστορίᾳ. Καὶ Ἀβραάμ, etc. *Nos vero participatione justitiæ justi sumus. Et Moyses lingua locutus est aliquid, quod tamen non comprehensum est historia. Et Abraham*, etc. Ubi illud, *Et Moyses lingua locutus est aliquid, quod tamen non comprehensum est historia*, non belle connectitur reliquis orationis partibus : ex quo fit, ut oratio hoc loco dissoluta esse videatur. Constat igitur non ex sententiis modo, sed ex ipsa etiam scribendi ratione, hanc concionem Basilio Magno tribui merito non posse. Auctor, antequam ad Novum Testamentum veniret, ex Veteri hoc testimonium protulit (pag. 605) : Καὶ γὰρ Μανασσῆς ὁ τετραπρόσωπα εἴδωλα ἐν τῷ ναῷ τοῦ Θεοῦ θεὶς, ἵν' ὅθεν ἂν τις εἰσέλθῃ, τοῖς εἰδώλοις προσκυνήσῃ, μετανοήσας ἀνεκλήθη ἐκ τῆς αἰχμαλωσίας. *Nam et Manasses qui idola quadruplicem faciem habentia in templo Dei collocarat, ut undecunque quis ingrederetur, idola adoraret, acta pœnitentia revocatus est ex captivitate.* In eo autem peccavit auctor quod locum Veteris Testamenti non indicaverit. Nam ubi Scripturarum ejusmodi idolorum quadruplicem faciem habentium mentio fiat, hodieque ignoratur; nec dubium esse potest, quin hæc historia ex alio aliquo fonte hausta sit.

19. Posteaquam scriptor testimonia aliquot e Veteri Testamento retulit, e Novo quoque nonnulla excerpenda esse judicavit. Ita igitur de adolescente prodigo loquitur (ibid) : Ἐδέξατο, καὶ φησι· Θύσατε ταῦρον, καὶ στολὴν ἐξενέγκατε, καὶ ταύτην ἀρχαίαν, καὶ δακτύλιον ἐν τῇ χειρί. Ταῦτα πάντα παρερμηνεύεται μὲν, δηλοῖ δὲ συντόμως τὴν προτροπὴν τὴν ἀγαθὴν τοῦ ὑποδεξαμένου, οὐ πρὸς ἃ θέλω, ἀλλὰ πρὸς ἃ λέγει. Εἰ δέ, etc. *Excepit [pater filium], et ait: Mactate taurum, et stolam afferte, eamque pristinam, et annulum in manum ipsius. Hæc omnia in aliam quidem sententiam exponuntur; sed tamen compendio significant bonam suscipientis cohortationem, non ad ea quæ volo, sed ad ea quæ dicit. Quod si*, etc. Quibus ex verbis quomodo idonea aliqua sententia effici possit, alii viderint : ego monere satis habebo, ejusmodi scribendi rationem et ineptam et obscuram in summum virum Basilium non convenire. Cum auctor multa dixisset de adolescente prodigo, tum demum Petri et Pauli mentionem facit, hoc modo (pag. 606) : Πέτρος τρὶς ἀπαρνεῖται, καὶ κεῖται ἐν θεμελίῳ. Παῦλος ἀπὸ διωκτῶν κήρυξ. Ἀλλ' ἐνταῦθά ἐστι ζήτημα. Ἀλλὰ τί λέγει

(*a*) *Epist. ad Amphil.*

(*b*) Muret., *Var. lect.* lib. VIII, c. 25.

Digitized by Google

αὐτός· *Ἰησοῦς Χριστὸς ἦλθεν εἰς τὸν κόσμον ἁμαρτωλοὺς σῶσαι, ὧν πρῶτός εἰμι ἐγώ.* Τὸ ἴδιον ἐλάττωμα φανεροῖ, ἵνα δείξῃ τὸ μέγεθος τῆς χάριτος. Ἀλλὰ Πέτρος εἰπὼν καὶ εὐλογηθείς, εἰπὼν· ὅτι *Υἱὸς εἶ τοῦ Θεοῦ τοῦ ὑψίστου*, καὶ ἀκούσας, ὅτι· *Πέτρα εἶ*, ἐνεγκωμιάσθη. Εἰ γὰρ καὶ πέτρα, οὐχ ὡς Χριστὸς πέτρα, ὡς Πέτρος πέτρα. Χριστὸς γὰρ ὄντως πέτρα ἀσάλευτος, Πέτρος δὲ διὰ τὴν πέτραν. *Petrus ter negat, tamen in fundamento collocatur. Paulus ex persecutoribus factus est prædicator. Sed hic quæstio est. Quid autem dicit ipse?* « *Jesus Christus venit in mundum, ut peccatores salvos faceret, quorum primus sum ego* [8]. » *Declarat suum ipsius vitium, ut gratiæ magnitudinem ostendat. At dixerat Petrus, et benedictionem consecutus fuerat; dixerat :* « *Filius es Dei altissimi* [9]; » *cumque audisset,* « *Petra es,* » *præconio nobilitatus est. Quanquam autem petra est, non ut Christus petra, ut Petrus petra. Christus enim vere petra est inconcussa : Petrus vero propter petram.* Ubique abjectum est dicendi genus, et humile; sed præterquam quod hoc loco sermo humilis est et abjectus, aliqua dicta sunt ineptissime. Quid enim illa loquendi ratione, ἀλλὰ Πέτρος εἰπὼν καὶ εὐλογηθείς, εἰπὼν ὅτι, *at Petrus locutus, et benedictionem consecutus, locutus*, aut ineptius est, aut absurdius? Fortasse non videbuntur meliora quæ sequuntur, ὡς Πέτρος πέτρα, *ut Petrus petra.* Scriptorem quæstionem quamdam hic proposuisse, nec tamen imitatum fuisse bonos scriptores, qui, cum quæstionem aliquam instituunt, ejus rationem paucis explanant, dissimulare volui. Magnus ille dicendi magister quisquis est, aliquanto post ita loquitur (pag. 607) : Μέγας ἦν ὄντως Ἀβραάμ· οὕτως ἦν μέγας, διότι γῆ ἐστι καὶ σποδός. *Vere magnus erat Abraham : tantus erat, quoniam terra est et cinis.* Ubi non obscurum est vocem διότι positam fuisse pro ὅμως, ut sit, *tamen terra est cinis.* Cum scriptor talia superius de multiplici justitia dixisse non satis haberet, ita persequitur (ibid.) : Τὸ μὲν ἓν λογίζεται κακὸν, τὰ δὲ πολλὰ ἀγαθὰ οὐ λογίζεται Θεός; Πόσοι μάρτυρες πρῶτον ἀρνησάμενοι, τὸ δεύτερον ἀνεκαλέσαντο τὴν ἧτταν; Ἀλλ' ἀρνησάμενοι, οὐχὶ τῇ διανοίᾳ, ἀλλὰ τῇ γλώττῃ. Ἡ σὰρξ γὰρ ἀσθενής. Ἀπαρνούμενος ἐκπίπτει, πάλιν ὁμολογῶν ἀνακαλεῖται. Οὐ γὰρ τὰ κακὰ φυλάττει ὁ Θεὸς, τὰ δὲ καλὰ ἀθετεῖ. Καὶ βασανιζόμενός τις, πολλάκις ἐνέδωκε μὴ ἐνεγκὼν, οὐ τὴν προθυμίαν, ἀλλὰ τὸν πόνον· ἀλλὰ κατενεχθεὶς καὶ ἄνεσιν λαβὼν ἀνακαλεῖται. Τὸ μικρὸν ῥῆμα φυλαχθήσεται αὐτῷ, αἱ δὲ βάσανοι οὐκ ἀριθμηθήσονται; Ἀλλὰ Θεὸς κριτὴς, οὐκ ἀνθρώπων ἡ τόλμα. Τολμᾷς νομοθετεῖν Θεῷ, ὃς οἶδε τὴν ἀσθένειαν, καὶ χορηγεῖ τὴν βοήθειαν, καὶ δώσει τὴν νίκην; Πόσοι οὐκ ἀπὸ καλοῦ βίου ἐμαρτύρησαν; Ἆρα ἐπειδὴ ἐπέστρεψεν ἐπιθυμία, ἀποστερηθήσονται τῶν καμάτων; Οὐκ ἄγγελοί ἐσμεν, ἀλλ' ἄνθρωποι. Καὶ πίπτομεν καὶ ἐγειρόμεθα, καὶ πολλάκις τῆς αὐτῆς ὥρας.... Εἰ δὲ οὐδενὸς ἁμαρτήσαντος ἡ ἄφεσις, ἡ διαφορὰ ἦν ἐν τῇ ποικιλίᾳ. Ἀλλὰ ἐπειδή. *Unumne malum reputat Deus, multa vero bona non reputat? Quot martyres qui primum negarant, rursus redintegrata pugna cladem resarsere? Sed negarant non animo, sed lingua. Caro namque infirma est. Excidit qui abnegat, rursus cum confitetur, instauratur. Nec enim mala observat Deus, bona vero nullo loco numerat. Et cum quis torqueretur, sæpenumero cessit, cum ferre non posset, non commutans voluntatis propositum, sed labore victus : at dimissus, ac requiem nactus, restauratur. Servabiturne dictum breve adversus illum, tormenta vero non enumerabuntur? At Deus judex est, non hominum audacia. Audes legem præscribere Deo, qui infirmitatem novit, et suppeditat auxilium, dabitque victoriam? Quot sunt qui post vitam malam martyrium sustinuerunt? Num quoniam cupiditas illexit, privabuntur laboribus? Non angeli sumus, sed homines, et cadimus et resurgimus, idque sæpenumero hora eadem.... Quod si nemini qui peccasset, daretur venia, esset discrimen in varietate.* Quot voces, tot fere peregrinitatis atque νοθείας argumenta. *Unumne malum*, inquit, *reputat Deus, multa vero bona non reputat?* Ita est, *unum malum* aliquando *reputat Deus, multa vero bona non reputat;* neque id ignorare potuit Basilius. Noverat enim doctor egregius, hominem nonnunquam ob unicum mortale peccatum justo Dei judicio et deseri et perire. Sed audiendus est ipse, qui cum quadraginta martyrum laudes celebraret, ita de misero quodam milite locutus est (*a*) : Ὡς δὲ οἱ μὲν ἠγωνίζοντο, ὁ δὲ ἐπετήρει τὸ ἐκβησόμενον, εἶδε θέαμα ξένον, δυνάμεις τινὰς ἐξ οὐρανῶν κατιούσας, καὶ οἷον παρὰ βασιλέως δωρεὰς μεγάλας διανεμούσας τοῖς στρατιώταις· αἳ τοῖς μὲν ἄλλοις πᾶσι διήρουν τὰ δῶρα, ἕνα δὲ μόνον ἀφῆκαν ἀγέραστον, ἀνάξιον κρίνασαι τῶν οὐρανίων τιμῶν· ὃς εὐθὺς πρὸς τοὺς πόνους ἀπαγορεύσας, πρὸς τοὺς ἐναντίους ἀπηυτομόλησεν. Ἐλεεινὸν θέαμα τοῖς δικαίοις, ὁ στρατιώτης φυγὰς, ὁ ἀριστεὺς αἰχμάλωτος, τὸ Χριστοῦ πρόβατον θηριάλωτον· καὶ τό γε ἐλεεινότερον, ὅτι καὶ τῆς αἰωνίου ζωῆς διήμαρτε, καὶ οὐδὲ ταύτης ἀπέλαυσεν, εὐθὺς αὐτῷ τῆς σαρκὸς ἐν τῇ προσβολῇ τῆς θέρμης διαλυθείσης. Καὶ ὁ μὲν φιλόζωος ἔπεσεν ἀνομήσας διακενῆς, ὁ δέ, etc. *Cum autem ii decertarent, custos vero eventum observaret, spectaculum mirum vidit, virtutes quasdam e cœlis descendentes, et velut a rege munera magna distribuentes : quæ aliis quidem omnibus dona dispertiebant, sed tamen unum reliquerunt non donatum, indignum eum judicantes honoribus cœlestibus : qui statim ob dolorem cedens, transfugit ad adversarios. Miserabile spectaculum justis; miles transfuga, vir*

[8] I Tim. I, 15. [9] Matth. XVI, 16 et 18.

(*a*) Tom. II, hom. 19, n. 7.

Digitized by Google

strenuissimus captivus, direpta a lupo ovis Christi : atque illud miserabilius, quod et æternam vitam amisit, et ne hac quidem fruitus est, carne ipsius ad caloris accessum statim exsoluta. Et hic quidem vitæ amans, frustra admisso scelere cecidit : lictor vero, etc. Ecce unus miles, multiplici justitia quasi onustus, qui diu pertulerat vim tormentorum, qui tantum non ad mortem usque restiterat, qui tantum non fuerat coronatus, semel negavit, et in sempiternum tempus periit. Non comparantur cum malis bona, neque numerantur : at Deus justo et arcano judicio semel lapsum militem pœnis æternis addixit. Quomodo ergo Basilius, a quo hujus militis historiam audivimus, dicere potuisset quæ in controversa hac oratione leguntur : *Quantumvis sane cadat fortis, cito resurgit,* cum ipse hoc militis exemplo docuerit *virum strenuissimum cecidisse,* nec tamen unquam resurrexisse? Quomodo rursus ita loqui potuisset : *Quid enim vis, unumne peccatum imputari sanctis, an justitiam multam? Fecit peccatum, at fecit etiam justitias multas. Quid justum est apud justum Deum, paucorumne meminisse, an multorum oblivisci?..... Si peccata plura sunt, sit peccator : sin justitiæ plures, sit justus,* cum ipse narret militi justo (nisi enim fuisset justus, ejus exemplum justis non fuisset propositum) imputatum esse unum peccatum, non justitiam multam? Rursus quomodo ita scribere potuisset : *Et cum quis torqueretur, sæpenumero cessit, cum ferre non posset, non commutans voluntatis propositum, sed dolore victus,* quasi res nihili sit, si quis ob dolorem fidem neget, cum ipse tradiderit militem, qui dolore victus cesserat, tamen vitam æternam amisisse. Sed ad locum, quem ultimo loco proposuimus, redeamus. Ita igitur auctor loquebatur : Πόσοι μάρτυρες πρῶτον ἀρνησάμενοι, τὸ δεύτερον ἀνεκαλέσαντο τὴν ἧτταν; Ἀλλ' ἀρνησάμενοι, οὐχὶ τῇ διανοίᾳ, ἀλλὰ τῇ γλώττῃ. *Quot martyres qui primum negarant, rursus redintegrata pugna cladem resarserunt? Sed negarant non animo, sed lingua.* Quasi vero parum esset lingua negare, modo non negaretur animo. Longe alia est doctrina Basilii, cujus hæc sunt in ea quam de martyre Gordio habuit oratione (*a*) : *Jam igitur beatum hunc virum morte ad vitam properantem circumstantes amici cum gemitibus amplectebantur, ac extremam salutem dicebant, atque effusis ferventibus lacrymis, precabantur ne semet traderet igni, ne suam absumeret juventutem, ne jucundum hunc solem derelinqueret. Alii consiliis ad persuadendum idoneis eum decipere nitebantur : Nega verbo solo : in animo vero, ut voles, serva fidem. Utique non attendit Deus linguam, sed loquentis mentem. Ita enim tibi licebit et judicem mitigare, et Deum propitium reddere. At ille inflexibilis erat et indomitus, nec ullo tentationum impetu vulnerari poterat.... Et vero spiritualibus oculis circumcurrentem diabolum cum cerneret, concitantem alium ad lugendum, adjuvantem alium ad persuadendum, plorantibus quidem illud Domini verbum dixit : « Nolite flere super me [10], » sed flete super hostes Dei, qui in pietatis cultores talia audent, quique per hanc flammam quam ad nos comburendos accendunt, gehennæ ignem sibimet parant.... Aliis vero, qui ut lingua negaret suadebant, respondit, linguam quæ a Christo creata erat, quidquam in Conditorem loqui non posse. « Corde enim credimus ad justitiam, ore vero confitemur ad salutem [11].... » quomodo igitur negabo Deum meum quem a puer adoravi? Nonne horrescet cœlum desuper? nonne obscurabuntur mea causa sidera? num tellus me ullo modo sustinebit? « Nolite errare, Deus non irridetur [12]. » Ex ore nostro nos judicat, ex verbis justificat, exque verbis condemnat. Annon legistis tremendam hanc Domini comminationem? « Qui negaverit me coram hominibus, negabo et ego eum coram Patre meo, qui in cœlis est [13]. » Cur autem hæc simulem suadetis? ut mihi quidpiam ex tali arte comparem? ut paucos dies lucrifaciam? at jacturam faciam totius æternitatis : ut effugiam carnis dolores? sed nequaquam videbo bona justorum. Perire solerter, et astute ac dolose æternum sibi supplicium accersere, manifesta fuerit dementia.* Hæc, etsi longiora, hoc loco referre libuit, ut utriusque doctrina, Basilii et auctoris, altera cum altera commodius comparetur, utque ex sententiarum diversitate plane constet hanc de qua controversia est, orationem Basilio tribui merito non posse. Et vero Basilius, qui ea quæ edidimus dicentem Gordium induxit, quomodo ita loqui potuisset : *Quot martyres, qui primum negarant, rursus redintegrata pugna cladem resarsere? negarant autem non animo, sed lingua,* tanquam si res levis sit lingua negare. Præterea libenter quærerem ab auctore, si viveret, quot sunt, qui cum semel negassent, nunquam redintegrarunt pugnam, nec unquam cladem resarserunt. Velim autem illud notetur maxime, militis exemplum a Basilio proponi non peccatoribus, sed justis (*spectaculum,* inquit, *justis miserabile*) : sic ut simul et perniciosam illam auctoris de multiplici justitia sententiam funditus evertat, et justos moneat ut caveant sibi, ne forte et ipsi ob unicum scelus æterno igni tradantur. Sed, ut jam dixi, si nihil aliud impediret quominus oratio hæc Basilio tribueretur, ipsum certe dicendi genus per se satis esset : quod rursus ex ultimo loco confirmari potest. Ita enim locutum auctorem vidimus, καὶ βασανιζόμενός τις πολλάκις ἐνέδωκε μὴ ἐνεγκών, οὐ τὴν προθυμίαν, ἀλλὰ τὸν πόνον, *et cum quis torqueretur, sæpenumero cessit, cum ferre non posset, non commutans voluntatis propositum, sed labore victus :*

[10] Luc. XXIII, 28. [11] Rom. X, 10. [12] Galat. VI, 7. [13] Matth. X, 33.

(*a*) Hom. 18, n. 6 et 7.

Digitized by Google

ubi illud, οὐ τὴν προθυμίαν, ἀλλὰ τὸν πόνον, per ellipsim dictum, violenti aliquid et inusitati præ se fert. Basilius cum de misero illo milite loqueretur, ita superius scripserat, πρὸς τοὺς πόνους ἀπαγορεύσας, non per ellipsim, τοὺς πόνους. Mox sequitur : Εἰ δὲ οὐδενὸς ἁμαρτήσαντος ἡ ἄφεσις, ἡ διαφορὰ ἦν ἐν τῇ ποικιλίᾳ· *quod si nemini qui peccasset, daretur venia, discrimen esset in varietate :* quod et obscurissimum et ineptissimum esse nemo non videt. Scio quidem doctissimum virum Combefisium ut alios quosdam, ita hunc ultimum locum emendare voluisse : sed cum id non fecerit ex veterum librorum auctoritate, sed de suo, emendationum illius non habenda est ratio, magisque vellem fassus fuisset, id quod res est, hanc orationem optimi scriptoris Basilii non esse. Tunc enim de ea emendanda non tantopere laborasset ; nec ei mirum fuisset malum auctorem male mala scripsisse.

§ VII. *De homilia adversus eos qui calumniantur nos, quod tres deos colamus.*

20. Hanc orationem nemo hactenus, quod sciam, in spuriis posuit. Tillemontius (*a*), ubi alias orationes recenset, de iisque judicium profert, hujus vix meminit, sed sic tamen, ut alio loco ipsam Basilio aperte tribuat. Ego autem ob argumenti gravitatem optabam phrasim atque sententias Basilio Magno dignas in hac oratione invenire : sed quo magis eam legi, eo magis mihi ipse persuasi ipsam indignam esse, quæ tanto viro tribueretur. Apud Basilium omnia propriis et accommodatis ad id quod agitur vocibus exprimuntur : et, ubi non exspectes, aliquid plerumque reconditæ eruditionis latet. Nusquam Basilius sui dissimilis est : sed ubique se præstat eum, qui jure oratorum optimus habitus sit. Prætereaque illius oratio ita naturalis est, ut nihil præter exspectationem audias : sed omnia tam apte tamque convenienter inter se connectuntur, ut fateare necesse sit nihil aut melius aut convenientius dici potuisse. Horum autem nihil in hac concione inveniri, omnes, opinor, facile intelligent, si eam paulo attentius legere voluerint. Interea ego loca quædam, quibus maxime hæc oratio suspecta reddi possit, ut occurrent, in medium adducam. Primum igitur sub principium orationis ita legitur (pag. 609) : Διὸ εἰ ὁ ἀγαπητὸς μισεῖται, τί μέγα εἰ ἡμεῖς τοῦ μίσους ἀξιούμεθα παρ' ἀνθρώποις, οἷς περισσεύει τὸ κτῆμα τοῦ μίσους ; *Quapropter si dilectus odio habetur, quid est magni si nos apud homines, apud quos odii possessio abundat, odio digni habeamur ?* Duæ hæ voces, ἀγαπητός et κτῆμα, mihi non videntur satis sapere morem ac ingenium Basilii. Fortasse Basilius, cum Psalmos interpretaretur, voce simplici ἀγαπητός uti potuit ad unigenitum Dei Filium significandum : sed ipsum hac ipsa voce sola et simplici ad eumdem indicandum in aliis suis orationibus unquam usum fuisse non puto. Vox vero κτῆμα idcirco displicet, quod ad hunc locum non satis accommodata esse videatur. Qui enim illud audit, οἷς περισσεύει τὸ κτῆμα τοῦ μίσους, *apud quos abundat possessio odii*, is, si in legendis Basilii libris diligenter versatus sit, statim, nisi valde fallor, novum quiddam et peregrinum audire sibi videbitur. Totum illud (ibid.) : Τίς μοι δώσει θέατρον τὴν οἰκουμένην ἅπασαν, καὶ φωνὴν σάλπιγγος εὐτονωτέραν, καὶ θρήνους Ἱερεμίου, καὶ δάκρυον δαψιλὲς καταῤῥῆξαι καρδίαν ὀδύναις συντετριμμένην, καταχέασθαι κόνιν τὴν νῦν ἐκ τῆς ἀτιμίας ἡμῖν κατακεχυμένην, πενθῆσαί τε τὴν κοινὴν συμφοράν ; ὅτι ἐπιλέλοιπεν ἡ ἀγάπη ἡ ῥίζα τῶν ἐντολῶν. *Quis mihi dabit theatrum universum orbem terrarum, et vocem tuba validiorem, et lamentationes Jeremiæ, et lacrymas uberes, quibus cor doloribus contritum dirumpam, pulveremque nobis nunc ignominiose aspersum perfundam, et deplorem calamitatem communem ? quippe defecit mandatorum radix charitas :* totum, inquam, illud fragmentum in hominem grandiloquum convenire potest, non in Basilium Magnum, qui omnia eloquentiæ ornamenta cum mira quadam simplicitate solertissime conjungere solet. Et ut magis intelligatur quam alienum sit a Basilii moribus ejusmodi dicendi genus turgidum et inflatum, exemplum unum ex quo de aliis judicari possit, in medium proferre non pigebit. Etsi igitur Basilius sæpe Christianorum inter se dissensiones ac jurgia memorat, tamen libro *De Spiritu sancto* copiosius et accuratius quam aliis locis miserabilem illum Ecclesiæ statum describit. Ergo sicubi, illic maxime tumido illo loquendi genere uti Basilium decebat : sed tamen ne ibi quidem turget illius oratio, at simplex est, et ab omni emphasi alienissima. Postquam enim tot ac tanta mala recensuisset, hoc modo loquitur (*b*) : Διὰ ταῦτα λυσιτελεστέραν τοῦ λόγου τὴν σιωπὴν ἐτιθέμην, ὡς οὐ δυναμένης φωνῆς ἀνθρώπου διὰ τοσούτων θορύβων εἰσακουσθῆναι. Εἰ γὰρ ἀληθῆ τὰ Ἐκκλησιαστοῦ ῥήματα, ὅτι λόγοι σοφῶν ἐν ἀναπαύσει ἀκούονται, πολλοῦ ἂν δέοι πρέπειν τῇ νῦν καταστάσει τὸ περὶ τούτων λέγειν. *Has ob res silere utilius judicavi, quam loqui, tanquam hominis vox per tantos tumultus exaudiri non possit. Nam si vera sunt, quæ dixit Ecclesiastes* [14], *verba sapientum in quiete audiri, plurimum abest, ut in hoc rerum statu de his loqui conveniat.* In eo quem mox exscribam loco variant inter se libri, nam aliquot codices et editi ita habent (pag. 609) : Τούτου γὰρ ἕνεκα ἐκεῖνοι τὰς πανηγύρεις ταύτας ἐμηχανήσαντο, ἵνα τὴν ἐκ τῶν χρόνων ἐγγινομένην ἀλλοτρίωσιν διὰ τῆς τῶν καιρῶν ἐπιμιξίας ἀνανεώσωσι, καὶ τοὺς τὴν ὑπερορίαν οἰκοῦντας, ἕνα τοῦτον καταλαβόντας τόπον, ἑαυτοῖς ἀρχὴν φιλίας καὶ ἀγάπης

[14] Eccle. IX, 17.

(*a*) Tom. IX, p. 301 et 263.

(*b*) Lib. *De Spiritu S*, cap. 30.

Digitized by Google

τὴν συντυχίαν παρέχοιεν : sic vero vetus liber Harlæanus, ἵνα..... ἀνανεοῦσθαι..... παρέχειν. Neutram autem loquendi rationem arbitror satis idoneam esse. Etenim si legas, ἵνα..... ἀνανεώσωσι..... παρέχοιεν, ita scribi oportuisset, καὶ οἱ τὴν ὑπερορίαν οἰκοῦντες, ἕνα τοῦτον καταλαβόντες τόπον, etc., nec aliter scripsisset Basilius : sin legas, ἵνα..... ἀνανεοῦσθαι..... παρέχειν, non erit quidem causa ulla, cur voces οἰκοῦντας et καταλαβόντας reprobentur, sed alium quemvis potius auctorem loquentem induces quam Basilium, apud quem, opinor, vocula ἵνα cum infinitivo conjuncta non invenitur. Sed, quod multos magis movere poterit, illud, ἀνανεοῦσθαι et παρέχειν, videtur emendatio esse librarii alicujus, qui cum videret voces οἰκοῦντας et καταλαβόντας necessario infinitivum exposcere, pro ἀνανεώσωσι et παρέχοιεν scripsit ἀνανεοῦσθαι et παρέχειν. Cum enim unicus duntaxat liber vetus habeat ἀνανεοῦσθαι et παρέχειν, alii autem omnes habeant ἀνανεώσωσι et παρέχοιεν, non immerito auctor ipse ita scripsisse putandus est. Satis de verbis hujus periodi : nunc de ipsa sententia loquamur. Quod igitur scriptor ait, *adinventos fuisse conventus, ut animorum alienatio renovetur*, id non prudenter dictum est. Dici oportuerat fieri conventus, non ut ejusmodi alienatio instauretur, sed ut penitus e medio tollatur. Nam renovanda erat pax atque concordia : alienatio vero, quæ pacem atque concordiam interruperat, prorsus abolenda. Quare cum scriptor ita locutus est, videtur aliud cogitasse, aliud expressisse. Non enim dubito quin voluerit dicere, renovandam esse concordiam, sed dixit renovari debere alienationem. Aliquanto post cum auctor significare vellet, accusari se a quibusdam, quod multos deos introduceret, ita loquitur (pag. 610) : Μαρτυρήσατε τῇ ἀληθείᾳ καὶ ἡμῖν, πρὸς τοὺς ἐπιθρυλλοῦντας τὰ τοιαῦτα, ὅτι ἄρα ἡμεῖς τὴν παλαιὰν δωρεὰν ἀνενεωσάμεθα. *Reddite testimonium veritati et nobis, adversus eos qui talia divulgant, videlicet quod nos donum vetus instauravimus.* Ubi nemo non videt vocem δωρεάν improprie et inepte ad id significandum positam fuisse : alius quivis, eorum saltem qui apte loqui student, voce πλάνη aut simili usi fuissent, *adversus eos qui talia divulgant, videlicet quod errorem veterem instauravimus.* In eo quoque quod mox subjiciam, auctor, quisquis est, longissime discessit a consuetudine Basilii, qui non ita acerbe in suos adversarios invehi solet. Studebat vir humanissimus, non insultare suos accusatores, sed eos ad veritatis cognitionem adducere. Eo autem, quem dico, loco ita scriptum invenitur : Τί ὑποκρύπτεις σεαυτοῦ τὴν ἐπήρειαν; Ψεύδῃ, κατηραμένε, λέγων παρ' ἡμῖν τρεῖς θεοὺς καταγγέλλεσθαι. *Quid occultas tuam ipsius calumniam? Mentiris, vir exsecrande, cum ais deos tres a nobis prædicari.* Ita auctor persequitur, καὶ οὐ λέγεις ἐκ τοῦ προφανοῦς, ὅτι ἡμεῖς ἐσμεν οἱ τοὺς κτίσμα τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον λέγοντας ἀναθεματίζοντες. Ταύτην τὴν κατηγορίαν δέχομαι· ἐπὶ τούτῳ πῦρ καὶ ξίφος ἠκονημένον ὑφίσταμαι· κἂν ὁ τρόχος καταῤῥάσσῃ, κἂν βασανιστήρια ἐπ' ἐμὲ κινῆται, ἐν τῇ αὐτῇ πληροφορίᾳ δέχομαι τὰ βασανιστήρια, ἐν ᾗ καὶ οἱ μάρτυρες οἱ ἐνταῦθα κείμενοι τῶν στεφάνων ἠξιώθησαν. *Nec aperte dicis nos ipsos esse, qui eos qui Spiritum sanctum creaturam dicunt, anathemate ferimus. Hanc accusationem admitto : eam ob causam ignem subibo et gladium exacutum : sive rota collidat, sive tormenta in me moveantur, eadem animi persuasione perferam tormenta, qua martyres hic jacentes coronas consecuti sunt.* Prævideo quidem non defuturos, quibus hæc verba primo aspectu valde admodum placitura sint, quique ipsa inveniant dignissima, quæ Basilius Magnus pronuntiarit, cum a viro, qui animo excelso esset et elato, prolata fuisse negari non possit : sed tamen illi ipsi, si rem attentius considerarint, statim, opinor, animadvertent, hæc esse verba hominis constantia atque fortitudine sua præfidentis, quique jactantior videri possit. Et ut melius intelligant hæc longius a Basilii modestia abesse, quam ut ei tribui possint, velim diligenter comparent quæ hic dicuntur, cum iis quæ aliis locis simili in re scripsit Basilius. Potest autem legi ea oratio, cui titulus, *Contra Sabellianos et Arium et Anomœos* (*a*), in qua vir gravissimus modestiæ suæ specimina quædam reliquit. In hac igitur oratione Basilius pariter conqueritur instrui sibi calumniam, in eademque pariter profitetur Spiritum sanctum creaturam non esse, nec tamen quidquam de se magnificentius prædicat, sed simpliciter ac modeste ita loquitur (*b*) : Ἀλλὰ γὰρ πάλαι ὁρῶ δυσανασχετοῦντας ὑμᾶς πρὸς τὸν λόγον, καὶ μονονουχὶ ἀκούειν δοκῶ, ὅτι τοῖς ὁμολογουμένοις ἐνδιατρίβων, τῶν πολυθρυλλήτων ζητημάτων οὐχ ἅπτομαι· πᾶσα γὰρ ἀκοὴ νῦν πρὸς τὴν ἀκρόασιν τῶν λόγων τῶν περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἀνῃρέθισται. Ἐγὼ δὲ μάλιστα ἠβουλόμην, ὡς παρέλαβον ἁπλοϊκῶς, ὡς συνεθέμην ἀνεπιτηδεύτως, οὕτω παραδιδόναι τοῖς ἀκούουσι..... Ἐπειδὴ δὲ περιεστήκατε ἡμᾶς, δικασταὶ μᾶλλον ἢ μαθηταί, ἡμᾶς δοκιμάσαι βουλόμενοι, οὐκ αὐτοί τι λαβεῖν ἐπιζητοῦντες, ἀνάγκη ἡμᾶς ὥσπερ ἐν δικαστηρίῳ τὴν ἀντιλογίαν προτείνεσθαι, καὶ ἀεὶ μὲν ἀνακρίνεσθαι, ἀεὶ δὲ λέγειν ἃ παρειλήφαμεν. *Sed jamdiu sermonem nostrum moleste ferre vos video, et tantum non audire me puto, quod confessis immorans, quæstiones valde decantatas non attingam. Omnium enim aures arrectæ nunc sunt, ut de Spiritu sancto aliquid audiant. Ego vero velim maxime, sicut traditum simpliciter accepi, sicut ingenue et candide assensus sum, sic et auditoribus tradere..... Quoniam autem circumstatis nos, judices magis quam discipuli, qui probare nos velitis, non autem quidquam discere quæratis, ne-*

(*a*) Tom. II, hom. 24.

(*b*) Num. 4, p. 133.

Digitized by Google

cesse nobis est velut in judicio iis quæ objiciuntur respondere, semperque interrogari, et semper quæ accepimus dicere. Ejusdem modestiæ exempla ut in hac oratione, ita multis aliis locis cuique apud sanctissimum Patrem videre licet. Quare mihi quidem persuasissimum est ita affectum fuisse Basilium, ut tormenta omnia perferre paratus esset ad defendendam Spiritus sancti divinitatem : sed non facile adducar, ut credam modestissimum virum talia qualia audivimus, de seipso jactantius prædicasse. Præterea inter cæteras ingenii laudes, quas doctissimus vir Erasmus Basilio tribuit, hæc quoque reperitur, ipsum Scripturarum testimonia tam concinne admiscere orationi suæ, ut gemmas purpuræ non assutas, sed ibi natas dicas : quomodo ergo ineptissime illud Joannis, *Cum venerit Paracletus*, ita citasset, Ὅταν ἔλθῃ ὁ Παράκλητος, νῦν ἀνεγινώσκετο. Σὺ δέ... *Cum venerit Paracletus* [15], *nunc legebatur. Tu vero*, etc. Vir aliquis imperitus Scripturam ita præpostere citare potuit, non magnus ille Basilius, qui Scripturæ verba aptius locare optime noverat. Nec illud omittam, ubi paulo post legitur (pag. 611) : Ὥσπερ οὐκ ἔνι συναγέννητος θεὸς ἕτερος, οὕτως, etc. *Sicut non est Deus alter, qui quoque una cum ipso sit ingenitus, ita*, etc., ibi mihi videri exoticum quiddam inesse. Basilius enim ἔνι pro ἐστί uti non solet. Quod si cuipiam ex suo sensu de aliis judicare fas esset, testimonium quod proferam vel unicum satis esset ad hanc orationem repudiandam. Is autem, quem dico, locus ejusmodi est (ibid.) : Διὰ τὸ σῶμα ἔλαβε νέφος τὸ σῶμα ὁ Λόγος, ἵνα μὴ καταφλέξῃ τὰ ὁρώμενα. *Propter corpus Verbum nubem assumpsit, corpus videlicet, ne res visibiles combureret.* Pauci sane, si publicam orationem ad populum haberent, ita loqui vellent, διὰ τὸ σῶμα ἔλαβε νέφος τὸ σῶμα ὁ Λόγος, *causa corporis, Verbum nubem assumpsit, corpus videlicet*, cum in his verbis insit mystici aliquid, quod oratorium dicendi genus non deceat : sed nullus, nisi valde fallor, hactenus dixit, neque serio in posterum dicet, ideo corpus a Domino assumptum fuisse, ne res visibiles combureret. Et vero ejusmodi Incarnationis causa mihi videtur a communi hominum sensu tam aliena, ut eam nulli alteri unquam in mentem venisse putem. Sed, ut nunc de cæteris taceam, affirmare ausim Basilium, hominem acerrimo judicio præditum, de tam inepta ratione ne per somnium quidem cogitasse. Fortasse auctor timebat, ne Verbum æternum, nisi induceret carnem, totum terrarum orbem Phaethontis exemplo concremaret.

21. Arbitror igitur hanc concionem Basilii non esse : sed alicujus, qui eam imitari voluerit. Mihi enim verisimile fit ejus auctorem, quicunque ille fuit, sibi imitandam proposuisse orationem eam, quæ inscribitur, *Contra Sabellianos, et Arium et Anomœos* : qua de re vix dubitaturum puto, qui duas has orationes diligenter legerit (tom. II, hom. 24). Velim autem studiosi attendant maxime ad insignia quædam loca, quæ hic apponere non pigebit. Basilius igitur sic loquitur (pag. 191 et seq.) : Δεινὴ γὰρ ἀγνωμοσύνη μὴ καταδέχεσθαι τὰ διδάγματα τοῦ Κυρίου, εὐκρινῶς διιστῶντος ἡμῖν τῶν προσώπων τὴν ἑτερότητα. *Ἐὰν γὰρ ἀπέλθω*, φησὶ, *παρακαλέσω τὸν Πατέρα, καὶ ἄλλον πέμψει Παράκλητον ὑμῖν.* Οὐκοῦν Υἱὸς μὲν ὁ παρακαλῶν, Πατὴρ δὲ ὁ παρακαλούμενος, Παράκλητος δὲ ὁ ἀποστελλόμενος. Ἆρ' οὖν οὐ φανερῶς ἀναισχυντεῖς ἀκούων, ἐγὼ περὶ τοῦ Υἱοῦ, ἐκεῖνος δὲ περὶ τοῦ Πατρὸς, ἄλλος περὶ τοῦ Πνεύματος τοῦ ἁγίου, καὶ πάντα φύρων;.... Καὶ μή μοι περιδραμόντες, ὅσοι ἢ μὴ τελείως τοῖς λεγομένοις ἠκολουθήσατε, ἢ πρὸς ἐπήρειαν ἡμᾶς περιεστήκατε, οὐ λαβεῖν τι παρ' ἡμῶν ὠφέλιμον ἐπιζητοῦντες, ἀλλὰ λαβέσθαι τινὸς τῶν λεγομένων ἐπιτηροῦντες, εἴπητε· δύο θεοὺς κηρύσσει..... Ἐπειδὴ δὲ περιεστήκατε ἡμᾶς, δικασταὶ μᾶλλον ἢ μαθηταὶ, ἡμᾶς δοκιμάσαι βουλόμενοι, οὐκ αὐταί τι λαβεῖν ἐπιζητοῦντες..... Οἱ δὲ χωρίζοντες Πατρὸς καὶ Υἱοῦ, καὶ τῇ κτίσει συναριθμοῦντες τὸ Πνεῦμα, ἀτελὲς μὲν ποιοῦσι τὸ βάπτισμα, ἐλλιπῆ δὲ τὴν ὁμολογίαν τῆς πίστεως..... Οὕτω μὲν οὖν οὔτε καινοτομῶ ῥήματα, οὔτε ἀθετῶ τὴν ἀξίαν· τοὺς δὲ τολμῶντας κτίσμα προσαγορεύειν, στενάζω καὶ ὀδύρομαι. *Nam ingens improbitas est, non suscipere documenta Domini, qui nobis perspicue aliam personam ab alia distinguit.* « *Si enim abiero, inquit, rogabo Patrem, et alium Paracletum mittet vobis* [16]. » *Itaque Filius est qui rogat, Pater est qui rogatur, Paracletus vero, qui mittitur. Nonne ergo aperte impudens es, qui cum audias, ego de Filio, ille de Patre, alius de Spiritu sancto, misces tamen omnia?..... Et mihi, quotquot aut non perfecte dicta assecuti estis, aut calumniandi causa nos circumstatis, non quærentes ut ex nobis aliquid capiatis emolumenti, sed observantes ut aliquid eorum quæ dicimus carpatis, ne circumcursantes dixeritis : Prædicat deos duos..... Quoniam autem circumstatis nos, judices magis quam discipuli, qui probare nos velitis, non autem quidquam discere quæratis... Qui enim separant a Patre et Filio, et inter creaturas numerant Spiritum, ut baptismum imperfectum, ita faciunt confessionem fidei imperfectam..... Sic igitur neque sum verborum architectus, neque majestatem Spiritus reprobo : sed eos qui creaturam appellare audent, deploro defleoque.* Auctor vero ita scripsit (pag. 610, 612) : Οἱ πλεῖστοι τῶν παρόντων κατάσκοποι, μᾶλλόν εἰσι κατάσκοποι τῶν λεγομένων, ἢ μαθηταὶ τῶν διδαγμάτων· καὶ λόγος ἐπιζητεῖται οὐ πρὸς οἰκοδομὴν τῶν παρόντων, ἀλλὰ πρὸς ἐπήρειαν τῶν ἐφεδρευόντων· κἂν μέν τι λεχθῇ συμβαῖνον ταῖς ἐπιθυμίαις τῶν ἐξοστρακιζόντων τὴν γνώμην, ἀπῆλθε καταδεξάμενος ὡς τὸ ἴδιον εὑρὼν παρ' ἡμῖν..... Ἐκεῖ ἀντικαταστήσονταί μοι οἱ τὴν ἐπήρειαν ταύτην ῥάπτοντες..... Τί..... ἐμοὶ πολεμεῖς;

[15] Joan. xv, 26. [16] Joan. xiv, 16

Digitized by Google

εἰ πιστεύω εἰς Πατέρα, εἰ ὁμολογῶ τὸν Υἱόν, εἰ μὴ ἀθετῶ τὸ Πνεῦμα. Εἰ ὁ Τριάδα ὁμολογῶν, τρεῖς ὀνομάζει θεοὺς, ἀθετεῖ τὸ βάπτισμα, καὶ πολεμεῖ τῇ πίστει..... σὺ δὲ ταῖς συκοφαντίαις ἀφορμὴν εἰς ἐπήρειαν τέθεικας..... Οὐ δέχῃ τοίνυν τοῦ Παρακλήτου τὴν εὐεργεσίαν· ἢ οὐχὶ ὁ Κύριος αὐτῷ ταύτην τὴν προσηγορίαν πρέπειν ἐνομοθέτησε; *Πέμψω ὑμῖν καὶ ἄλλον Παράκλητον.* Ὁ καὶ ἄλλον εἰπὼν, οὐχ ἑαυτὸν ἔδειξε πρὸ τοῦ ἄλλου..... Εἰ δὲ μὴ θέλεις, ἀλλὰ φιλονεικεῖς, καταγελῶ σου τῆς ἀνοίας, μᾶλλον δὲ κλαίω σου τὴν τόλμαν. *Plurimi eorum qui adsunt, magis sunt exploratores eorum quæ dicenda sunt, quam discipuli eorum quæ docentur. Atque exquiritur concio, non ut ædificentur, sed ut insidiatores locum habeant calumniandi. Quod si forte dictum est quidpiam, quod accommodatum sit ad cupiditates eorum qui sententiam explodunt, abiit qui audivit, tanquam si id quod suum est, apud nos reperisset..... Illi mihi ex adverso sistentur qui hanc calumniam consuunt..... cur..... me bello petis? Si credo in Patrem, si confiteor Filium, si non reprobo Spiritum. Trinitatem qui confitetur, si deos tres nominet, abrogat baptismum, et fidem impugnat .... Tu vero inde occasionem arripuisti calumniandi, ut injuriam inferas..... Non igitur suscipis Paracleti beneficentiam? an non Dominus hanc ei appellationem congruere sanxit? « Mittam vobis et alium Paracletum [17]. » Qui cum et alium dixit, nonne seipsum ante alium ostendit?..... Quod si nolis, sed contendas, derideo tuam amentiam : imo potius deploro tuam audaciam.* Qui ergo hæc et similia loca inter se comparaverit, facile intelliget eam, de qua controversia est, orationem ex alia imitatione expressam fuisse : sed ita tamen, ut exemplum ab archetypo distet quam longissime. Quare quæ similia sunt, aperte ostendunt aliam orationem ex alia deformatam et effictam esse : quæ vero dissimilia, cum multa et gravia sint, utriusque concionis non eumdem auctorem esse manifeste probant. Et vero in utraque oratione tam diversa est scribendi ratio, ut eam discrepantiam qui non videat, suos sibi oculos claudat necesse sit. Cæterum neminem movere debet, quod hæc lucubratiuncula in veteribus libris Basilii nomen præferat. Cum enim auctor, quantum in se fuit, Basilianus esse studuerit, ab eoque sententias aliquas sumpserit, nihil mirum videri debet, si ea ipsi tributa sit. Aliquid aliud jam aggrediar, sed si prius monuero multas variantes lectiones in libris antiquis inveniri : cujus rei hanc esse causam arbitramur, quod librarii, qui hanc oratiunculam non satis apte conscriptam viderent, alii aliter eam emendare conati sint.

A opusculum ipsi ascriptum sit. Hæc autem lucubratiuncula in vulgatis quidem inter homilias posita est : sed tamen si duorum codicum, in quibus reperitur, habenda est aliqua ratio, non homilia est, sed prologus asceticus. Ego parum interesse puto, utrum hoc opusculum homilia dicatur, an prologus asceticus : utrum Basilii sit, necne, scire magis refert. Opusculum in se dum considero, vere dici posse arbitror, nec prologum esse, nec homiliam. Illud enim (pag. 615), Μίμησαι ταύτην, ὦ τέκνον, μίμησαι. *Imitare hanc, fili, imitare* aperte ostendit hanc lucubratiunculam non homiliam, sed libellum peculiarem esse, qui unius hominis causa scriptus sit. Prætereaque Basilius cum in suis orationibus alloquitur populum, voce B ἀδελφός, non voce τέκνον utitur. Prius auctor ita jam locutus fuerat : Τοιγαροῦν σπούδασον ἄμωμον τέκνον Θεοῦ γενέσθαι. *Curam igitur in eo pone, ut fias intemeratus filius Dei;* quo testimonio confirmatur quod diximus, auctorem, cum hæc scriberet, ad unicam personam respexisse. Nec minus perspicuum est, ipsam hanc lucubratiunculam prologum asceticum merito vocari non posse, cum in ea nihil reperiatur, quod ad illud vivendi genus speciatim referri debeat; et alioquin cui operi ejusmodi prologus præfigi posset, non video. Sed his omissis, ad id quod hujus disputationis caput est, festinet oratio. Auctor, quicunque ille fuit, qui hanc lucubratiunculam conscripsit, videtur C sibi disputandum proposuisse de libero arbitrio : id quod judicarunt, qui breve illud scriptum ediderе, cum ei titulum fecerint, *De libero arbitrio.* Basilius autem, ut notum est, in omnibus suis operibus aliquem sibi finem proponit, nec ab eo discedit vel transversum unguem, nisi prius argumentorum gravitate atque multitudine propositum assecutus sit : auctor vero, quisquis est, postea-quam pauca quædam de invicta vi divini auxilii dixit, prorsus aliud agit, idque ita confuse, ut quo spectaverit, nescias. Ubi igitur de libero arbitrio paucis locutus est, statim potius quidvis aliud tractat. Ita enim scribit (pag. 615) : Τοιγαροῦν εἴπερ βούλει μαθεῖν, τίνος ἕνεκεν κτισθέντες καὶ τεθέντες ἐν παραδείσῳ, τελευταῖον συμπαρεβλήθημεν D τοῖς ἀνοήτοις κτήνεσι, καὶ ὡμοιώθημεν αὐτοῖς, ἀποπεπτωκότες τῆς ἀχράντου δόξης, γίνωσκε, ἐπειδὴ διὰ τῆς παρακοῆς δοῦλοι τῆς σαρκὸς τοῖς πάθεσι γενόμενοι, ἑαυτοὺς ἀπῳκίσαμεν τῆς μακαρίας τῶν ζώντων χώρας, καὶ ἐν αἰχμαλωσίᾳ γενόμενοι, ἔτι ἐπὶ τῶν ποταμῶν Βαβυλῶνος καθέζεσθαι· καὶ διὰ τὸ ἔτι ἐν Αἰγύπτῳ ἡμᾶς κατέχεσθαι, οὔπω ἐκληρονομήσαμεν τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας. Quæ verba sic vertit interpres : *Si cupis igitur cognoscere, cujus gratia conditi, inque paradisum locati, insipientibus tandem animantibus comparati et assimilati simus, ab immaculata illa gloria relapsi : sciendum est quod quoniam per inobedientiam servi carnalium concupiscen-*

§ VIII. *De homilia de libero arbitrio.*

22. Cum nemo hactenus genuina Basilii opera ab adulterinis secernere sibi satis serio proposuerit, non est quod quisquam miretur, si hoc quoque

[17] Joan. XIV, 16.

Digitized by Google

tiarum facti sumus, nos ipsos a beata viventium regione extorres reddidimus, atque ita in captivitatem abducti, ad flumina Babylonis adhuc sedemus. Et quoniam adhuc in Ægypto detinemur, promissionis terram nondum sortiti sumus. Ita pergit auctor (pag. 614 et seq.) : Οὔπω συνεφυράθημεν τῇ ζύμῃ τῆς εἰλικρινείας, ἀλλ' ἔτι ἐσμὲν ἐν τῇ τῆς πονηρίας ζύμῃ· οὔπω ἐῤῥάντίσθη ἡμῶν ἡ καρδία τῷ αἵματι τοῦ Ἀμνοῦ τοῦ Θεοῦ.... οὔπω ἀπειλήφαμεν τὴν ἀγαλλίασιν τοῦ σωτηρίου τοῦ Χριστοῦ.... οὔπω ἐνεδυσάμεθα τὸν καινὸν ἄνθρωπον, etc. *Nondum fermento sinceritatis confermentati sumus, sed adhuc fermento nequitiæ occupamur : nondum aspersum est cor nostrum sanguine Agni Dei.... nondum lætitiam salutaris Christi recuperavimus.... nondum induimus novum hominem*, etc. Ubi voce οὔπω usque adeo abutitur, ut eam vicies et novies vel circiter repetat, ibidemque vox ἔτι sæpe repetita est, quæ voci οὔπω responderet ; neque solum nihil ad propositum faciunt quæ profert, sed tædium maximum legentibus creant. Deinde harum vocum pertæsus scriptor ipse, jamque parans se ad aliud dicendi genus, sic pergit (pag. 614) : Οὔπω ἐσμὲν γένος ἐκλεκτὸν, βασίλειον ἱεράτευμα, ἔθνος ἅγιον, λαὸς εἰς περιποίησιν, ἐπειδὴ ἔτι ἐσμὲν ὄφεις, γεννήματα ἐχιδνῶν. Πῶς γὰρ οὐκ ὄφεις, οἱ ἐπὶ γῆς συρόμενοι, καὶ τὰ τῆς γῆς φρονοῦντες, καὶ οὐκ ἐν οὐρανοῖς τὴν πολιτείαν ἔχοντες ; πῶς δὲ οὐ γεννήματα ἐχιδνῶν, οἱ μὴ ἐν τῇ ὑπακοῇ τοῦ Θεοῦ εὑρισκόμενοι, ἀλλ' ἐν τῇ διὰ τοῦ ὄφεως παρακοῇ ; Ἐπειδὴ τοίνυν πῶς μὲν ἀξίως ὀδύρωμαι τὴν συμφορὰν ταύτην οὐχ εὑρίσκω, πῶς δὲ ἐκβοήσας δακρύσω πρὸς τὸν δυνάμενον ἐξελάσαι τὴν αὐλιζομένην ἐν ἐμοὶ πλάνην, ἀγνοῶ· καὶ πῶς ἆσω τὴν ᾠδὴν Κυρίου ἐπὶ γῆς ἀλλοτρίας ; πῶς θρηνήσω τὴν Ἱερουσαλήμ ; Quæ verba ita Latine reddidit interpres : *Nondum sumus genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus qui in lucrum accessit et peculium : quoniam adhuc serpentes sumus, progenies viperarum. Quomodo enim non sumus serpentes, qui super terram serpimus, et terrena sapimus, nec conversationem nostram in cœlis habemus ? quomodo non progenies viperarum sumus, qui non in obedientia Dei, sed in inobedientia, quæ per serpentem est, deprehendimur ? Quoniam igitur non invenio quomodo calamitatem istam deplorem, et ignoro, quomodo cum lacrymis eum, qui demorantem in me seductionem abigere et expellere potest, implorem, quomodo cantabo canticum Domini in terra aliena ? quomodo lamentabor ac deflebo Jerusalem ?* Hæc eo copiosius retuli, quo magis scriptoris indoles cognoscatur atque ingenium hominis scopum nullum habentis, et nihil aliud, nisi ut verba perfundat, curantis. Et ne quis falleretur, tribuens Basilio, quod Basilianum non est, particula πῶς hoc ipso in loco vicies occurrit, sic ut tædium quod voces οὔπω et ἔτι peperarant, altera alterius vocis repetitione multum augeatur. Nec solum vocula πῶς ad satietatem usque adhibetur : sed, quod magis ad rem facit, sine ullo consilio, sine ullo delectu, sine ullo judicio plerumque usurpatur. Et vero quo consilio ita scribere potuit : Πῶς γὰρ οὐκ ὄφεις, οἱ ἐπὶ γῆς συρόμενοι, καὶ τὰ τῆς γῆς φρονοῦντες, καὶ οὐκ ἐν οὐρανοῖς τὴν πολιτείαν ἔχοντες ; πῶς δὲ οὐ γεννήματα ἐχιδνῶν ; etc. *Quomodo enim non sumus serpentes, qui super terram serpimus, et terrena sapimus, nec conversationem nostram habemus in cœlis ? quomodo non progenies viperarum ?* etc. Fortasse, ut vis divini auxilii atque necessitas ostenderetur (qui hujus auctoris scopus fuisse creditur) : sed quam parum hæc omnia inter se cohæreant, vident, opinor, omnes. Finem lucubratiunculæ suæ mox impositurus auctor, confugit ad illud suum, ut repetenda aliqua voce sermonem protraheret. Ergo præter exspectationem voce πῶς utitur, eamque quatuordecies adhibet ; et ut alias, ita hic quoque non satis intelligitur ad quid, cum hæc scriberet, respexerit. Non ergo alio magis nomine repudiari debere hoc breve scriptum puto, quam quod auctoris scopus nullus fuisse videatur. Verba sunt, præterea nihil : nec verba simpliciter, sed verba male inter se cohærentia.

25. Etsi satis liquet ex dictis, id opusculum Basilio tribui merito non posse : tamen nonnulla ad hoc idem comprobandum ascribam. Fateor autem singula eorum, quæ dicturus sum, si seorsum considerentur, non ita multum roboris ac momenti habitura ; sed si omnium simul habeatur ratio, spero nostram opinionem inde maxime confirmatum iri. Exordium sumam ab his verbis (pag. 613) : Ἀμήχανον γὰρ ἐπιβῆναι ἐπὶ ἀσπίδα καὶ βασίλισκον, καὶ καταπατῆσαι λέοντα καὶ δράκοντα, μὴ πρότερον, καθὸ δυνατὸν ἀνθρώπῳ, ἐκκαθάραντα ἑαυτὸν, δυναμωθῆναι παρὰ τοῦ εἰπόντος τοῖς ἀποστόλοις· Ἰδού, etc. Interpres : *Impossibile namque est ambulare super aspidem et basiliscum, et calcare leonem et draconem, eum, qui non prius seipsum, quatenus homini possibile est, repurgavit, ut possit corroborari ab eo qui apostolis dixit : « Ecce, »* etc. Velim autem paulo attentius expendatur illud, δυναμωθῆναι : *ut possit corroborari*, in quo vitii aliquid inesse suspicor. Nihil enim video in tota periodo, a quo id verbum aut regi aut dependere possit : sed quasi suspensum est, nec satis reliquæ orationi connexum. Sequitur : Ὀφείλει ἀκορέστῳ στοργῇ καὶ ἀπλήστῳ διαθέσει ἐξ ὅλης καρδίας καὶ δυνάμεως, νύκτωρ τε καὶ μεθ' ἡμέραν ζητεῖν τὴν ἐκ τοῦ Θεοῦ ἀντίληψιν ἐν δυνάμει. Ad verbum, *debet amore insatiabili, et animi affectu inexplebili, ex omni corde et virtute, noctes atque dies, Dei auxilium quærere in virtute*, ubi illud ἐν δυνάμει, *in virtute*, non belle ibi positum est ; nec valde admodum dubito, quin melius abesset. Nam præterquam quod ita ultimo loco positum, fert præ se insuave aliquid et inurbanum, præterea redundare mihi videtur. Postquam enim auctor scripserat quærendum esse Deum ex toto corde atque virtute, quid, quæso, illud, *in virtute*, addere necesse erat ? Paulo post ita legitur (pag. 614) : Οὔπω ἐῤῥάντίσθη ἡμῶν ἡ καρδία τῷ αἵματι τοῦ Ἀμνοῦ τοῦ Θεοῦ· ἔτι γὰρ τὸ πέταυρον τοῦ ᾅδου,

Digitized by Google

καὶ τὸ ἄγχιστρον τῆς κακίας ἐμπέπηκται αὐτῇ. *Nondum aspersum est cor nostrum sanguine Agni Dei : adhuc enim illi laqueus inferni et hamus malitiæ infixus est.* Primum hominis sunt verba, qui non cæterorum hominum more loquitur. Pauci enim, qui interrogarentur, cur cor nostrum sanguine Agni Dei nondum aspersum sit, ita responderent : *Adhuc enim laqueus inferni et hamus malitiæ infixus est illi.* Deinde vocem πέταυρον pro eo, quod βρόχος usitate dicitur, nusquam a Basilio adhibitam invenio. Nec ita multo infra ita auctor locutus est (ibid.) : Οὔπω γεγόναμεν ἄδολος πορφύρα βασιλικῇ, οὐδὲ ἀνόθευτος εἰκὼν θεϊκή. *Nondum facti sumus fuco carens purpura regia, neque germana imago divina :* ubi notandum, quod jam alibi notavimus, Basilium voce θεϊκός nunquam in suis scriptis uti (*a*). Nonnihil est quoque, quod vox τοιγαροῦν, quæ tam parum Basilio familiaris erat, ut opere in longo (*b*) ne semel quidem ea usus sit, ipsa tamen in tam brevi opusculo ter aut quater reperiatur. Quodsi in alicujus mente scrupulus atque dubitatio adhuc resideat, velim hanc lucubratiunculam cum indubitatis Basilii scriptis comparet : quod ubi diligenter fecerit, brevi assensurum confido, Basilium ejus legitimum parentem non esse.

A humile in eo reperias, cum tamen in vere Basilianis illis exordiis grande quoddam et sublime dicendi genus semper adhibeatur. Postquam autem frigide exorsus est scriptor, frigidius ita persequitur (pag. 617) : Τί εἴπω ; πῶς ὑμᾶς προσφθέγξομαι ; πῶς προκαταλήψομαι τὰ παρελθόντα ; τῶν μελλόντων τὸ χρέος; Καὶ γὰρ παρελθόντων ὑπεύθυνός εἰμι, καὶ μελλόντων χρεώστης. *Quid dicam ? quo vos modo alloquar ? quo pacto antevertam præterita ? futurorum debitum ? Etenim præteritorum reus sum, et futurorum debitor.* Dicam vicissim, nescire me quo hæc nomine appellem. Quid enim sibi velit illud, *Quo pacto antevertam præterita ? futurorum debitum ?* non satis intelligo (*c*). Quomodo igitur hæc aut vocanda sint, aut intelligenda, alii viderint. Aliquanto post auctor B ita scribit (pag. 618) : Ἐπεὶ οὖν οἱ μὲν βαθεῖ κατέχονται ὕπνῳ, ληθαργήσαντες τῶν τοῦ Θεοῦ δωρεῶν· οἱ δὲ ἀναμὶξ, ποτὲ μὲν ἐγρηγόρασιν, ποτὲ δὲ ὥσπερ ἐπινυστάζουσιν· οὔτε τὸν ἀλλότριον δέχονται, οὔτε τόν ποτε ἐπιστρέφοντα, οὔτε τὸν νοσοῦντα ὡς ὑγιαίνοντα. *Ἵνα σώζῃ ὥσπερ δορκὰς ἐκ βροχῶν.* Ἡ δορκὰς ζῶόν ἐστιν ὀξυδερκὲς, ἐπώνυμον τῇ ἑαυτοῦ ὀξυδορκίᾳ· οὐδὲν λανθάνει τὸν ὀφθαλμὸν τῆς δορκάδος, οἷδεν ὃ φυλάξεται, καὶ οἷδεν ὅπου τοῦ δρόμου τὸ κυβερνητικόν. *Quia igitur alii quidem profundo detinentur somno, donorum Dei oblivione quasi veterno occupati ; alii vero permiste, interdum vigilant, interdum velut indormitant ; neque alienum admittunt, neque eum qui aliquando conversus est, neque ægrotum tanquam sanum.* « *Ut salveris tanquam damula e laqueis.* » *Damula seu dorcas, animal est acie oculorum valens, ex qua dorcadis nomen tulit : nihil latet dorcadis oculum : novit quid cavere debeat ; novit ubi sit cursus gubernaculum.* Ita scribere potuit homo ultimæ sortis, non Basilius oratorum optimus. Quid est enim, quæso, totum illud, *interdum vigilant, interdum indormitant ; neque alienum admittunt, neque eum qui aliquando conversus est, neque ægrotum tanquam sanum*, nisi verborum quorumdam incondita quædam congeries? Quæro, vigilaretne auctor, cum ita scripsit, an dormitaret? sanusne esset, an ægrotus? Nec multo melius est quod sequitur, *novit* [*damula*] *ubi sit cursus gubernaculum.* Hic monere juvat, scriptorem e Basilii oratione, cui titulus, *Attende tibi ipsi*, nonnulla mutuatum fuisse : sed sic tamen, ut suis Basiliana depravet. Postquam enim, Basilii exemplo, eadem illa Scripturæ verba, *Ut salveris tanquam damula e laqueis*, in medium protulit, statim addit, Μὴ ἔσο ἀργὸς περὶ τὰς ἐντολὰς τοῦ Κυρίου· μὴ τὸ μὲν ποίει, τὸ δὲ ἀναβάλλου. Δανειστικόν τι ποιεῖς ἀφοσίωμα, ὡς τὸ ὅλον πληρώσας. Ἀλλὰ βούλεται, etc. *Noli esse circa mandata Domini otiosus : noli hoc quidem facere, illud vero differre. Feneraticiam quamdam agis satisfactionem, ut qui*

§ IX. *De homilia in illud, « Ne dederis somnum oculis tuis, » etc.*

24. Hanc homiliam non ita pridem ediderunt Franciscus Combefisius et Joannes Baptista Cotelerius; ille Latine solum, hic Græce et Latine. Ejus ita mentionem faciunt doctissimi viri Tillemontius et Dupinus, ut ipsam Basilio Magno non indignam esse pronuntient. Hoc idem ea de lucubratiuncula jam antea senserant duo ii quos primum nominavi viri eruditissimi. Dolet mihi, quod hæc oratiuncula hos patronos habeat. Vereor enim, ne eorum in litteris auctoritas tantum apud aliquos valeat, ut ne velint quidem nostra argumenta audire. Quare, nisi res ipsa ad loquendum adigeret me, tacerem libens. Neque enim ignoro, quam sit periculosæ plenum opus aleæ, ejusmodi viris adversari. Sed quoniam quidquam dissimulare nec possum, nec debeo, quid de hoc opusculo sentiam, aperire constitui, ut ab eruditis hominibus, merito an immerito ab eis dissentiam, judicetur. In qualibet oratione, vel potius in quolibet scripto duo considerari possunt, verba et sententiæ. Utraque autem in hoc opusculo, ut mihi quidem videtur, peregrinum quiddam et a Basilii consuetudine alienum præferunt. Et ut ordo aliquis servetur, primum de sententiis, deinde de verbis disputabimus. Ergo si ipsum exordium consideres, nihil nisi abjectum et

C

D

(*a*) Tom. I in Præf. n. 18.

(*b*) Primi tres *in Eunom.* lib.

(*c*) Vide notam ad hunc locum. Edit.

Digitized by Google

totum impleveris. Sed vult, etc. Rursus quid est hoc, Δανειστικόν τι ποιεῖς ἀφοσίωμα, ὡς τὸ ὅλον πληρώσας, *Feneraticiam quamdam agis satisfactionem, ut qui totum impleveris*, nisi quoddam quasi ænigma (*a*)? Et illud maxime notandum, Scripturam ita citari in ea de qua disputatur lucubratiuncula, ut in ipsa citandi ratione peregrinum quiddam et exoticum insit. Et ut res exemplo clarior fiat, utriusque verba subjiciam, primum Basilii, deinde anonymi. Basilius ergo sic loquitur (tom. II, hom. 3, p. 18): Πάντα οὖν περισκόπει, *Ἵνα σώζῃς ὥσπερ δορκὰς ἐκ βρόχων. Circumspice igitur et lustra omnia, « Ut serveris tanquam damula e laqueis. »* Anonymi vero verba, ut jam vidimus, hæc sunt, Οὔτε τὸν ἀλλότριον δέχονται, οὔτε τόν ποτε ἐπιστρέφοντα, οὔτε τὸν νοσοῦντα ὡς ὑγιαίνοντα. *Ἵνα σώζῃ ὥσπερ δορκὰς ἐκ βρόχων. Neque alienum admittunt, neque eum qui aliquando conversus est, neque ægrotum tanquam sanum. « Ut salveris tanquam damula e laqueis. »* Ubi Basilius, qui ejus mos est, Scripturæ locum cum iis quæ præcedunt verbis apte admodum connectit : in anonymo vero hoc idem Proverbiorum testimonium cum superiori oratione nullo modo copulatur. Deinde alia illa eorumdem Proverbiorum verba, *Vade ad formicam, o piger* [18], explanans anonymus ille, sic scribit (pag. 619) : Τί καταφρονεῖς τοῦ μεγάλου διδασκάλου ; Ὁ μύρμηξ σε διερεθιζέτω πρὸς τὴν ἐνέργειαν. *Καὶ παρ' ἐκείνου μάθε.* Ἐκεῖνος οὐ διδάσκαλον οἶδεν, οὐκ ἀποδημίαν ἀπεδήμησεν, οὐκ ἔμαθε γεωργικοὺς λόγους.... Οὐδὲν τούτων πάρεστιν· ἀλλὰ φυσική τις ἀνάγκη τὸ ζῶον διερεθίζει. Οὐκοῦν ἡ φύσις τότε· καὶ σὺ (*l.* σοι) τῆς φύσεως παρίει λόγος αἴτιος. *Quid contemnis magnum præceptorem? Formica te excitet ad operationem.* Et ab illa disce. *Illa non novit magistrum, non peregre profecta est, non didicit agriculturæ artem.... Nihil horum adest : sed naturalis quædam necessitas animal excitat. Itaque natura tunc : et tibi accedit ratio, quæ naturæ parens est.* Quibus in verbis nihil omnino Basilianarum virtutum deprehendo. In illo, *et ab illa disce*, non animadverto miram illam artem Basilii, qua solertissime consequentem orationem anteriori connectebat. In illo, *itaque natura tunc*, nihil est, quod summi hujus viri eloquentiam sapiat. In illo, *et tibi accedit ratio, quæ naturæ parens est*, ne vestigium quidem exstat exquisiti illius judicii, quo excellebat Basilius. Natura rationis parens est, non ratio parens est naturæ. Ratio naturæ frenum est, ejusque moderatrix, non causa, non origo. Aliquanto post auctor ita loquitur (pag. 620) : Ἐκεῖνον μὲν μικρὸν ὠνείδισας, σεαυτὸν δὲ ἀπέκτεινας τῇ παραχοῇ τῆς ἐντολῆς. *Μηδενὶ κακὸν ἀντὶ κακοῦ ἀποδιδόντες.* Εἶδες πῶς ἡ μέλισσα τῷ κέντρῳ τὴν ζωὴν ἐναφίησι ; *Illum quidem paululum probro affecisti, at teipsum interemisti per mandati violationem. « Nulli malum pro malo reddentes* [19]. » *Vidisti quomodo apis vitam cum aculeo projiciat ?* Hic illud Apostoli, *nulli malum pro malo reddentes*, ad nullam orationis partem referri potest, non regit quidquam, a quoquam non regitur, sed oratio est quasi absoluta, quæ a nulla re dependeat, cum Basilius tamen, ut notum est, ejusmodi Scripturæ loca ad reliquam orationem accommodare soleat. Plura paraveram, sed ne his plus satis immoratus viderer, ea ascribere nolui.

25. Nunc proponam exempla quædam, quibus probare conabor, alienas quasdam et peregrinas voces in hac oratione reperiri. Ipso igitur initio (pag. 617) auctor sic scribit : Ἀλλ' ἐπιζητῶ ψυχὰς φιλησόους, εὐσχημόνως περιεστώσας τὸ πνευματικὸν ἀκροατήριον. *Sed animas requiro auditionis cupidas, decenter circumstantes spirituale auditorium.* Cætera non improbo : sed vocem ἀκροατήριον apud Basilium inusitatam esse arbitror. Basilius, si horum parens esset, ita composuisset orationem suam, ut potius nomine ἐκκλησία usus fuisset. Statim sequitur (pag. 618), Ἐντεῦθεν ἀρξώμεθα τῆς πρὸς ὑμᾶς ὁμιλίας. *Hinc inchoemus istam ad vos homilium.* Scio quidem, ut aliorum sanctorum Patrum, ita Basilii ipsius orationes jam a longo tempore homilias vocari : sed ubi Basilius ipse hoc sensu nomen ὁμιλία unquam usurparit, ignoro. Hoc ipso in loco legitur, ἑκάτερον τούτων παρίστησι δυϊκὸς λόγος, *horum utrumque exhibet duplex sermo.* Vox δυϊκός grammaticorum est, non oratorum. Imo etiam ne grammatici quidem ea hoc sensu, opinor, utuntur, sed, nisi valde fallor, ipsam solum adhibent tum cum numerum duadem significare volunt. Basilius simili in re non voce δυϊκός utitur, sed nomine διπλόος. Ita enim in quadam oratione (tom. II, hom. 3, p. 18) loquitur : Ἐπειδὴ δὲ διπλοῦν τὸ προσέχειν· τὸ μὲν σωματικοῖς ὀφθαλμοῖς ἐνατενίζειν τοῖς ὁρατοῖς, τὸ δέ, etc. *Quoniam autem duplex est attentio ; altera, cum considerantur oculis corporeis visibilia : altera*, etc. Nec ita multo post in eadem illa, quam dixi, oratione eamdem vocem idem Basilius usurpavit. Ejus autem hæc sunt verba : Ἐξέτασον σεαυτὸν, τίς εἶ· γνῶθι σεαυτοῦ τὴν φύσιν, ὅτι θνητὸν μέν σου τὸ σῶμα, ἀθάνατος δὲ ἡ ψυχή· καὶ ὅτι διπλῆ τις ἐστὶν ἡμῶν ἡ ζωή. *Perscrutare te ipse, quis sis : fac noscas tuam ipsius naturam, nimirum corpus quidem mortale esse, animam vero immortalem : item, duplicem esse vitam nostram.* Sed ubi vox δυϊκός in Basilii scriptis legatur, necdum novi. Sic pergit auctor (pag. 619) : Πῶς μιμήσωμαι τὰ ἁπλᾶ τὰ τῷ μεγέθει τοῦ σώματος ; *Quomodo imitari potero quæ mole corporis ingentia sunt ?* Non negabo quidem vocem ἁπλόος legi in Basilii libris : sed ubi in ipsis ad magnitudinem significandam usurpata sit, non memini. Et alioquin illa loquendi ratio, τὰ

[18] Prov. VI, 6. [19] Rom. XII, 17.

(*a*) Alludit auctor ad feneratorum consuetudinem, qui pecuniam mutuo dantes, summam integram inscribunt cujus partem fenoris causa retinent ; et hoc est, *ut qui totum impleveris*. Hæc jam viderat D. L. de Sinner in ed. Paris. 1839.

Digitized by Google

ἁπλᾶ τὰ τῷ μεγέθει τοῦ σώματος, per se insolita videtur et nova; mihique satis verisimile fit, qui hæc legent, eos nihil tale apud idoneos auctores legisse se facile confessuros. Vox στρατηγάρχας, quæ aliquanto post (pag. 620) sequitur, non videtur magis familiaris fuisse bonis scriptoribus, qui cum nomen aut verbum componere vellent ex vocibus στρατός et ἀρχή, litteram γ non immiscebant. Vidimus enim dici solitum, στρατάρχης, στράταρχοι, στραταρχέω, στραταρχία, a quibus omnibus γ littera abest, in eisque præterea α reperitur in secunda syllaba. Contra, si quando vellent aut nomen aut verbum ex vocibus στρατός et ἡγεῖσθαι conflare, tunc ut litteram η ponebant in secunda syllaba, ita litteram γ inserebant, ut cerni potest in his vocibus, στρατηγέομαι, στρατηγικὸς, στρατηγὸς, στρατηγήτης, aliisque multis, quas omnes recensere et longum et inutile esset. Quare non eo solum nomine vox στρατηγάρχας repudianda est, quod nova sit et insolita, sed quod præter cæterorum nominum consuetudinem composita esse videatur. Jam monui scriptorem nonnulla ex ea Basilii oratione, quæ inscribitur, *Attende tibi ipsi*, mutuatum fuisse. Hic autem rursus monere juvat, videri eumdem, ubi exemplum apis et formicæ proposuit, satis multa ex opere sex dierum Basilii sumpsisse. Et quoniam horum locorum inter se comparatio nobis alicui usui esse poterit, aliquid ex utroque auctore hoc loco exscribam. Itaque de apibus loquens Basilius hom. 8 *in Hexaem.*, num. 4, sic loquitur (tom. I, p. 74) : Νόμοι τινές εἰσιν οὗτοι τῆς φύσεως ἄγραφοι, ἀργοὺς εἶναι πρὸς τιμωρίαν τοὺς τῶν μεγίστων δυναστειῶν ἐπιβαίνοντας. Ἀλλὰ καὶ ταῖς μελίσσαις, ὅσαι ἂν μὴ ἀκολουθήσωσι τῷ ὑποδείγματι τοῦ βασιλέως, ταχὺ μεταμέλει τῆς ἀδουλίας, ὅτι τῇ πληγῇ τοῦ κέντρου ἐναποθνήσκουσιν. Ἀκουέτωσαν Χριστιανοὶ, οἷς πρόσταγμά ἐστι μηδενὶ κακὸν ἀντὶ κακοῦ ἀποδιδόναι, ἀλλὰ νικᾶν ἐν τῷ ἀγαθῷ τὸ κακόν..... Τὸν μὲν γὰρ κηρὸν ἀπὸ τῶν ἀνθῶν φανερῶς συναγείρει, τὸ δὲ μέλι τὴν δροσοειδῶς ἐνεσπαρμένην νοτίδα τοῖς ἄνθεσιν ἐπισπασαμένη τῷ στόματι, ταύτην ταῖς κοιλότησι τῶν κηρίων ἐνίησιν..... Καλῶν καὶ πρεπόντων αὕτη τῶν ἐπαίνων παρὰ τῆς Παροιμίας τετύχηκε, σοφὴ καὶ ἐργάτις ὀνομασθεῖσα. Οὕτω μὲν φιλοπόνως τὴν τροφὴν συναγείρουσα (Ἧς τοὺς πόνους, φησὶ, *βασιλεῖς καὶ ἰδιῶται πρὸς ὑγείαν προσφέροντται*), οὕτω δὲ σοφῶς φιλοτεχνοῦσα τὰς ἀποθήκας τοῦ μέλιτος· εἰς λεπτὸν γὰρ ὑμένα τὸν κηρὸν διατείνασα, πυκνὰς καὶ συνεχεῖς ἀλλήλαις συνοικοδομεῖ τὰς κοιλότητας, ὡς τὸ πυκνὸν τῆς τῶν μικροτάτων πρὸς ἄλληλα δέσεως, ἔρεισμα γίνεσθαι τῷ παντί. Ἑκάστη γὰρ ῥεατία τῆς ἑτέρας ἔχεται, λεπτῷ πρὸς αὐτὴν διειργομένη τε ὁμοῦ καὶ συναπτομένη τῷ διαφράγματι. Ἔπειτα δώροφοι καὶ τριώροφοι αἱ σύριγγες αὗται ἀλλήλαις ἐπιῳκοδόμηνται. Ἐφυλάξατο γὰρ μίαν ποιῆσαι διαμπερὲς τὴν κοιλότητα, ἵνα μὴ τῷ βάρει τὸ ὑγρὸν

A πρὸς τὸ ἐκτὸς διεκπίπτῃ. Κατάμαθε πῶς τὰ τῆς γεωμετρίας εὑρήματα πάρεργά ἐστι τῆς σοφωτάτης μελίσσης. Ἐξάγωνοι γὰρ πᾶσαι καὶ ἰσόπλευροι τῶν κηρίων αἱ σύριγγες, οὐκ ἐπ' εὐθείας ἀλλήλαις κατεπικείμεναι, ἵνα μὴ κάμνωσιν οἱ πυθμένες τοῖς διακένοις ἐφηρμοσμένοι· ἀλλ' αἱ γωνίαι τῶν κάτωθεν ἐξαγώνων, βάθρον καὶ ἔρεισμα τῶν ὑπερκειμένων εἰσὶν, ὡς ἀσφαλῶς ὑπὲρ ἑαυτῶν μετσωρίζειν τὰ βάρη, καὶ ἰδιαζόντως ἑκάστῃ κοιλότητι τὸ ὑγρὸν ἐγκατέχεσθαι. *Hæ sunt quædam naturæ leges minime scriptæ, ut tardi sint ad vindictam, qui ad maximam potentiam sunt evecti. Sed et quæcunque apes regis exemplum non sequuntur, eas statim temeritatis suæ pœnitet, propterea quod aculei ictu intereunt. Audiant Christiani, qui nulli malum pro malo reddere,*

B *sed in bono malum vincere jubentur. Imitare proprium apis indolem, quæ nulli officiens, neque fructum alienum corrumpens, favos construit ac compingit. Nam ut ceram ex floribus aperte colligit, ita mel, humorem scilicet roris instar floribus inspersum, ore attrahit, atque in favorum cava immittit.... Apis præclaras et convenientes laudes a Proverbio consecuta est, quæ scilicet appelletur sapiens, et laboriosa. Hoc modo ut diligenter apis pabulum congerit (« Cujus labores, inquit, reges et privati ad sanitatem assumunt [30] »), ita sapienter et artificiose mellis cellulas exstruit. Extenta enim in tenuem membranam cera, crebra et inter se continua cava construit, ut frequentia illa et densitas, qua minutissima quæque se-*

C *cum invicem colligantur, operi toti fulcrum sit et firmamentum. Nam cellula quælibet alteri adhæret, tenui septo ab ea sejuncta. Deinde fistulæ hæ aliæ super alias ædificatæ, duas tresve habent contignationes. Cavet enim continuam unam efficere cavernulam, ne humor foras propter gravitatem diffluat. Disce quomodo geometriæ inventa accessio sint operæ ac laboris ejus, quem apis sapientissima suscipit. Omnes enim favorum cavernulæ sunt sexangulæ, et æqualia latera habent : non aliæ aliis directo incumbunt, ne fundi intervallis vacuis adjuncti fatiscant; sed sexangularum cavernularum inferiorum unguli, basis sunt ac fulcimentum superiorum, ut tuto supra se onera attollant, et separatim in unoquoque con-*

D *cavo humor contineatur.* Auctor vero lucubrationcu læ ejus, quam in suis *Ecclesiæ Græcæ Monumentis* edidit Cotelerius, loquens et ipse de apibus ita scribit (pag. 620) : Χρήσιμον τὸ ὑπόδειγμα τῆς μελίσσης, δοῦναι τὸν καρπὸν, καὶ ἀμύνασθαι. Καὶ γὰρ καὶ ἡ μέλισσα ἀμυνομένη, ἐπαποθνήσκει τῇ πληγῇ· καὶ Χριστιανοῦ θάνατος, ἡ ἀνταπόδοσις τοῦ κακοῦ. Ἐκεῖνον μὲν μικρὸν ὠνείδισας, σεαυτὸν δὲ ἀπέκτεινας τῇ παρακοῇ τῆς ἐντολῆς. *Μηδενὶ κακὸν ἀντὶ κακοῦ ἀποδιδόντες.* Εἶδες πῶς ἡ μέλισσα τῷ κέντρῳ τὴν ζωὴν ἐναφίησιν; Οὕτω καὶ Χριστιανὸς τὸν ἐχθρὸν ἀμυνόμενος, διὰ τῆς πληγῆς τῆς εἰς τὸν ἐχθρὸν τὴν ἑαυτοῦ ζωὴν ἀποβάλλει..... Τὴν δὲ ἐνέργειαν αὐτῆς προτίθεται εἰς ἀπόλαυσιν βασιλεῦσι καὶ ἰδιώταις,

[30] Prov. VI, 6, sec. LXX.

Digitized by Google

τρυφῶσί τε καὶ ἁρμόσασθαι· τῇ μὲν ἐπιτηδεύσει, καὶ παντὶ τῷ βίῳ χρησιμεύει μέχρι τῆς ὁσμῆς. Ἡ δὲ μέλισσα τῇ ποικιλίᾳ τῆς τέχνης καὶ μέλι ἐκλέγεσθαι οἶδεν ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ ἄνθους· καὶ τὸ μὲν εἰς μέλι ἀποτίθεται, τὸ δὲ εἰς κηρίον, καὶ τὸν κηρὸν περιπήγνυσι τῷ μέλιτι. Τίς ἐδίδαξε τὴν μέλισσαν ἐκείνην παιεῖν τὰς σύριγγας, ὑφαίνειν δὲ τὸν λεπτὸν ὑμένα; Τίς αὐτῶν παλαιῷ διδασκάλῳ φοιτήσασα, τὰ ἑξάπλευρα καὶ τετράπλευρα ποιεῖν ἐδιδάχθη; Πῶς γωνίαν ἔστησε διὰ τοῦ κηροῦ, καὶ τοίχους διῦφανεν; Ἵνα αἱ μὲν γωνίαι τὸ στερεὸν παρασκευάσωσιν, οἱ δὲ τοῖχοι τὸ μέλι φυλάξωσι. Διά τί οὐχ ἕνα σύριγγα ἐποίησεν, ἀλλ' ἔνθεν κἀκεῖθεν διέπηξεν τοῦ μέλιτος τὰς ἀποθήκας; Πῶς ἑκάστῳ πυθμένι ἴδιον ἐνίησι μέλι; Εἰ ἓν ἐποίει τὸ πανδοχεῖον, διερράγη ἂν τῷ βάρει τὸ ὑποκείμενον· ἀλλ' ὑποτίθησι τοὺς πυθμένας, καὶ τοίχους ὑποβάλλει, καὶ γωνίας ἀσφαλίζεται. *Utile est exemplum apis, ad dandum fructum, et propter ultionem. Etenim apis dum ulciscitur se, plagæ immoritur : et Christiani mors est, redditio mali. Illum quidem paululum probro affecisti, at teipsum interemisti per mandati violationem. « Nulli malum pro malo reddentes* [21]. » *Vidisti quomodo apis vitam cum aculeo projiciat ? Ita et Christianus, cum de inimico vindictam sumit, per vulnus hosti inflictum vitam suam amittit... Operationem vero suam exhibet in usum regibus et privatis hominibus, delicate viventibus et morbo afflictis; necnon industriæ suæ, omnique vita utilis est usque ad odorem. Apis varietate artis etiam mel novit colligere ex eodem flore : et aliud quidem reponit in mel, aliud vero in favum, et ceram compingit melli. Quis docuit apem illam facere fistulas alveares, ac texere tenuem membranam ? quænam ex iis vetere adito præceptore, ædificia sex laterum et quatuor laterum condere edocta fuit ? quo pacto angulum constituit per ceram, et parietes pertexuit ? ut anguli firmitatem procurarent, parietes mel custodirent. Cur non unam fistulam fecit, sed hinc illincque compegit mellis apothecas ? qua ratione cavo cuique suum immittit mel ? Si unum construxisset receptaculum, pondere dirupta fuisset basis : verum supponit cava, parietes subjicit, angulos munit.* Nec dubitari merito potest quin ea quæ statim apud auctorem leguntur, e Basilio quoque aut sumpta, aut imitata sint. Ejus autem verba sunt hæc (pag. 621) : Συναγελαστικὸν τὸ ζῶον· οὔτε μύρμηξ ἰδιαστικὸν, οὔτε μέλισσα μοναστική· κατὰ ἀγέλας ζῶσιν, κατὰ ἀγέλας ἵπτανται. Οὐκ εἶδες μέλισσάν ποτε καθ' ἑαυτὴν πετομένην, ἀλλ' ἀλλήλαις κοινωνοῦσι τῆς πτήσεως· οὐ βασκαίνουσιν ἀλλήλαις τῶν ἀνθῶν· κοινῇ ἁπαίρουσιν ἐπὶ λειμῶνας. *Animal gregale est : neque formica singulariter degit, neque apis solitarie : gregatim vivunt, gregatim volant. Nunquam vidisti apem seorsum volantem, sed inter se communem habent volatum. Non eæ sibi invicem invident flores : una ad prata proficiscuntur.* Basilius vero ita scripsit eo quem dixi loco (hom. 8 *in Hexaem.*, n. 4) : Ἔστι δέ τινα καὶ πολιτικὰ τῶν ἀλόγων, εἴπερ πολιτείας ἴδιον τὸ πρὸς ἓν πέρας κοινὸν συννεύειν τὴν ἐνέργειαν τῶν καθ' ἕκαστον· ὡς ἐπὶ τῶν μελισσῶν ἄν τις ἴδοι· καὶ γὰρ ἐκείνων κοινὴ γὰρ ἡ οἴκησις, κοινὴ δὲ ἡ πτῆσις, ἐργασία δὲ πάντων μία... οὐ πρότερον καταδεχόμεναι ἐπὶ τοὺς λειμῶνας ἐλθεῖν, πρὶν ἂν ἴδωσι κατάρξαντα τὸν βασιλέα τῆς πτήσεως. *Porro quædam ex his brutis animantibus sunt quoque politicæ : si quidem civilis administrationis proprium est ut ad unum communem finem singulorum actiones concurrant, ut quisque in apibus intueri potest. His enim communis est habitatio, communis volatus, unaque et eadem omnium actio... non prius ad prata proficisci ausæ, quam regem viderint volatui præeuntem.* Audire mihi videor, qui conquerantur tempus male locatum fuisse in tam longis fragmentis describendis : sed tamen utilissime insumptum esse arbitrabor, si quod mihi proposui, assequi possim. Volui igitur hoc exemplo multorum errorum causam quasi sub oculos ponere. Sunt qui spuria quædam opera quibusdam auctoribus tribuunt, non alio magis argumento innixi, quam quod apud eos talia legerint, qualia in adulterinis illis operibus reperiuntur. Et cum semel id in animum induxerunt suum, vim magnam inesse in iis argumentis, quæ ex similitudine rerum aut verborum petuntur, si forte in veteri aliquo libro ineditum aliquod opus inveniant, in quo unius alicujus scriptoris nomen præferatur, statim diligenter expendunt, num is scriptor, cui ejusmodi opus in veteribus libris ascribitur, eadem tractaverit, quæ in novo illo ac inedito opere leguntur, et ubi id ita esse animadverterint, indubitanter pronuntiant : *Illius scriptoris est :* nam eadem omnino, quæ hic tractantur, alibi tractavit. Ego autem inter cætera hoc quoque argumentum adhiberi posse non nego; sed vellem non ei tribui vim tantam, quanta a nonnullis tribui solet. Neque enim necessario sequitur, si in duobus operibus aut eadem aut similia inveniantur, utriusque operis unum et eumdem auctorem esse, cum fieri possit, ut alterutrum compositum sit aut a plagiario, aut certe ab aliquo, qui alium scriptorem imitatus sit, ex eoque aliqua expresserit. Et vero si quis eo quod dixi argumento nunc uti vellet, ei maxime, si cui unquam, ipso uti liceret. Etenim tam multa sunt in ea de qua agitur oratiuncula, quæ pariter in Basilii scriptis inveniuntur, ut si ejusmodi argumenta valerent, certo concludi posset, eam ad Basilium vere pertinere. Nam præter longiora illa fragmenta, quæ eo consilio supra retulimus, ut facilius inter se compararentur, sunt et alia, quæ e Basilio quoque expressa fuisse obscurum non est. Quale est, quod auctor de damula et ave narravit (tom. II, hom. 3, p. 18) : quæ eadem alicubi dixerat Basilius. Rursus quale est, quod de formica scriptum invenitur apud anonymum : quo exemplo et

[21] Rom. XII, 17.

Digitized by Google

ipse quoque Basilius usus fuerat, ibique nonnulla docuerat, quæ hic repetit anonymus (hom. 9 *in Hexaem.*, n. 3). Et tamen qui hanc lucubratiunculam paulo attentius legerit, eamque cum iis quas mox indicavi orationibus contenderit, is nisi patronorum auctoritas officiat, facile, opinor, fatebitur Basilium ejus auctorem dici nullo modo posse, sed hominem quempiam, qui voluerit quidem Basilium imitari, sed qui eum assequi non potuerit.

§ X. *De homilia tertia in jejunium.*

26. Et hanc quoque homiliam primi ediderunt Franciscus Combefisius et Joannes Baptista Cotelerius, unus Latine tantum in suo *Ecclesiaste Græco*, alter Græce et Latine in *Monumentis Ecclesiæ Græcæ*. Uterque hanc oratiunculam non indignam Basilio esse judicavit : quorum sententiam amplexi sunt doctissimi viri Tillemontius et Ludovicus Dupinus. Ego autem, ut verum fatear, non ita sentio. Equidem non pugnabo, si quis iis, quos mox nominavi, eruditissimis viris assentiatur : sed tamen arbitror eruditos, si propius admoverint oculos, ab hac mea sententia non longe abfuturos. Animadvertent enim nihil eximium, nihil magnum, nihil exquisitum, nihil sublime in hac oratiuncula inveniri, cum tamen in veris ac germanis Basilii scriptis omnia eximia, omnia magna, omnia exquisita, omnia sublimia esse soleant. Et alioqui non erat mos Basilii, orationem tam brevem ad populum habere. Nollem tamen hanc lucubratiunculam statim ob id repudiatam, quod brevis sit, modo sententiæ ipsæ ejusmodi brevitatem compensarent : sed ejusmodi est, ut tam verbis quam sententiis brevis esse videatur. Suspicionem auget styli mediocritas quædam, quæ in Basilium Magnum convenire non potest, qui oratores optimos æquavit, aut etiam superavit. Et vero quis sibi facile persuadebit Basilium, si concionari voluisset, ita exorsurum fuisse (pag. 621), Νηστείας καὶ ἱλασμοῦ ὁ καιρὸς, οὐ μόνον τῆς τῶν βρωμάτων ἀποχῆς, ἀλλὰ καὶ τῆς τῶν ἁμαρτιῶν ἀπαλλαγῆς, *Jejunii et propitiationis adest tempus; non modo ciborum abstinentiæ, sed etiam peccatorum evitationis* (*a*)? quod ut Latine, ita Græce ingratum est auribus et insuave. Aliquanto post auctor ita loquitur, Ἅγιος γὰρ ὁ τρόπος τῆς νηστείας, ἁγίῳ Θεῷ ὑπὸ ἁγίων ἁγίως προσφερόμενος. *Sanctus quippe est jejunii modus, sancto Deo a sanctis sancte oblatus :* quæ dum lego, non valde admodum dubito, quin scriptor ille hujusmodi ejusdem vocis repetitione ornatum aliquem suæ orationi afferre voluerit; facileque crediderim ipsum sibi ea in re multum placuisse. Ut ut hæc sunt, gravissimus vir Basilius hoc verborum quasi ludo non oblectabatur, aut certe non puto proferri posse ullum exemplum, quo constet eum talem unius et ejusdem vocis repetitionem tantopere affectasse. Nec ita multum dissimilia sunt, quæ mox sequuntur (pag. 622) : Ἐκηρύχθη ἐν Νινευὴ τριήμερος καταστροφή· καὶ ἐνίκησεν ἡ πρὸς τὸν Θεὸν ἐπιστροφὴ τὴν καταστροφήν· ἡ γὰρ ἀπειλὴ τῆς καταστροφῆς διὰ τὴν ἐπιστροφὴν ἀνεῖθη. *Prædicata est in Ninive subversio post triduum; et conversio ad Deum vicit subversionem : subversionis enim comminatio per conversionem relaxata est;* ubi auctor in duabus his vocibus, καταστροφή et ἐπιστροφή, similiter cadentibus non obscure ludit. Quantum autem alienum id sit ab indole Basilii atque ingenio, ex summi illius viri genuinis orationibus perspici potest. Certe, ubi Basilius Ninivitarum mentionem facit in præclarissima illa quam *De jejunio* habuit concione, similem loquendi rationem vitavit. Verba ipsa hæc sunt (tom. II, hom. I, n. 9) : Τίς γὰρ ἐν τροφῇ δαψιλεῖ καὶ τρυφῇ διηνεκεῖ ἐδέξατό τινα κοινωνίαν χαρίσματος πνευματικοῦ; Μωϋσῆς δευτέραν λαμβάνων νομοθεσίαν, δευτέρας νηστείας προσεδεήθη. Νινευίταις εἰ μὴ καὶ τὰ ἄλογα συνενήστευσεν, οὐκ ἂν διέφυγον τὴν ἀπειλὴν τῆς καταστροφῆς. *Tiνων ἔπεσε τὰ κῶλα ἐν τῇ ἐρήμῳ;* Οὐ τῶν κρεωφαγίαν ἐπιζητούντων; Ἐκεῖνοι ἕως μὲν ἠρκοῦντο τῷ μάννα, καὶ τῷ ἐκ τῆς πέτρας ὕδατι, Αἰγυπτίους ἐνίκων, διὰ θαλάσσης ὥδευον, *οὐκ ἦν ἐν ταῖς φυλαῖς αὐτῶν ὁ ἀσθενῶν. Quis enim in splendidis epulis perpetuisque deliciis particeps factus est ullius doni spiritualis? Moyses ut alteram acciperet legem, altero jejunio opus habuit. Nisi una cum Ninivitis jejunassent et ipsa bruta animalia, haudquaquam effugissent subversionis comminationem.* « *Quorum cadavera prostrata sunt in deserto* [22]? » *Nonne eorum, qui esum carnium flagitabant? Illi donec erant contenti manna, et aqua de petra fluente, superabant Ægyptios, per mare faciebant iter,* « *non erat infirmus in tribubus eorum* [23]. » Hæc autem Basilii verba paulo fusius retuli, ut ex iis quasi ex quodam specimine utcunque intelligi posset, ipsum neque ex unius ejusdemque vocis repetitione, neque ex similium vocabulorum antithesi, sed ex varietate sententiarum atque gravitate ornamenta orationibus suis quæsiisse. Et quando sæpius rogavi ut controversa opera cum indubitatis ac confessis compararentur, hic rogabo, ut dubia hæc *De jejunio* lucubratiuncula saltem cum certa illa, quam mox indicavi, Basilii oratione conferatur. Puto enim futurum neminem, qui styli discrepantiam non videat, statimque non judicet fieri non posse, ut aliquis auctor ita sui dissimilis sit, ut tam disparia scribat. Et vero experientia docet disertum scriptorem sive in longis sive in brevibus scriptis semper diserte loqui : indisertum, indiserte. Quare si brevis hujus orationis legitimus parens Basilius esset, dubitari merito non potest, quin ipsa foret longe elegantior, longe splendidior, longe lima-

[22] Hebr. III, 17. [23] Psal. CIV, 37.

(*a*) Utimur semper Coteleriana interpretatione.

Digitized by Google

tior, longe ornatior. Est locus in hac oratiuncula, quem partim corruptum, partim vitiosum esse puto. Ibi autem ita legitur (pag. 622) : Τί οὖν ποιήσεις πρὸς τοὺς πολλοὺς τούτους πολεμίους ἔχων; τάφον ὀρύξαι; Ἀλλὰ καὶ τοῦτον ὑπερβήσεται. Χάραξα προστῆσαι; Ἀλλὰ καὶ τοῦτον διαβήσεται : ubi doctissimus vir Cotelerius pro τάφον legi debere τάφρον suspicatus est, sicque postea vertit : *Quid ergo ages, cui res est cum plurimis hujusmodi hostibus? vallum fodies? Sed hoc transgredietur. Fossam interpones? Sed et illam superabit.* Etenim ipso initio aut præpositio πρός redundat, aut vox aliqua hoc loco deest, uti vox πάλη, πόλεμος, aut alia quævis similis. Rescindi igitur oportebat particulam πρός, hoc modo, ἔχων τοὺς πολλούς, etc. *Quid ergo ages, habens plurimos hujusmodi hostes?* aut ea retenta ita scribi, ἔχων πάλην πρὸς τοὺς πολλούς, etc. *Quid ergo ages, habens luctationem cum plurimis hujusmodi hostibus?* Sed tamen id in malam partem interpretari nolui, ne librarii vitium in ipsum auctorem transferre existimarer. Hactenus de prima : nunc de secunda hujus loci parte unum aut alterum verbum dicam. Illud, τάφον ὀρύξαι et χάραξα προστῆσαι, quoquo modo sumatur, præter usum atque consuetudinem dictum fuisse mihi videtur. Alius quivis scriptor, ut opinor, ita simpliciter scripsisset, τάφον ὀρύξεις;... χάραξα προστήσεις; *sepulcrum fodies? .. fossam interpones?* Et prius ita scripserat auctor ipse, τί ποιήσεις, non ποιῆσαι.

§ XI. *De Asceticis.*

27. Multa hodie nomine Asceticorum comprehenduntur, peculiares quidam tractatus, Moralia, Regulæ tam fusiores quam breviores, Epitimia, Constitutiones monasticæ : at in Asceticis non hæc omnia olim comprehensa fuisse, pro certo, opinor, haberi potest. Et quidem Photius, qui de Asceticis Basilii copiose loquitur, ita de his disserit, ut eorum nomine aliquanto pauciora complectatur, libellum *De judicio Dei*, tractatum *De fide*, Moralia, Regulas longiores et breviores. Asceticorum frequens est mentio apud antiquos. Celebriores sunt Hieronymus, Rufinus et Cassianus. Et quoniam eorum testimonia nobis magno usui in hac disputatione futura sunt, ea referre operæ pretium est. Hieronymus igitur (*a*), ubi de Basilii scriptis sermonem instituit, ita loquitur : *Basilius Cæsareæ Cappadociæ, quæ prius Mazaca vocabatur, episcopus, egregios* contra Eunomium *elaboravit libros, et* De Spiritu sancto *volumen, et* in Hexaemeron *Homilias novem, et* Ἀσκητικόν. Rufinus vero (*b*) cum multa de laudibus Basilii Gregoriique dixisset, tum demum ita scribit : *Exstant quoque utriusque ingenii monimenta magnifica tractatuum, quos ex tempore in ecclesiis declamabant. Ex quibus nos denas ferme singulorum oratiunculas transfudimus in Latinum. Basilii præterea Instituta monachorum : optantes, si poterimus et Dei favor adjuverit, eorum plura transferre.* Cassiani autem (*c*) verba sunt hæc : *Huc accedit, quod super hac re viri et vita nobiles, et sermone scientiaque præclari, multa jam opuscula desudarunt, S. Basilium et Hieronymum dico, aliosque nonnullos, quorum anterior sciscitantibus fratribus super diversis institutis vel quæstionibus non solum facundo, verum etiam divinarum Scripturarum testimoniis copioso sermone respondit.* Præter illos tres antiquissimos scriptores sunt et alii, qui meminerunt Asceticorum Basilii. Digna sunt memoratu, quæ imperator Justinianus scripsit in *Epistola ad Mennam*. Ita autem loquitur (*d*) : Βασιλείου ἐπισκόπου Καισαρείας Καππαδοκίας, ἐκ τοῦ κανονικοῦ αὐτοῦ βιβλίου. Ἐρώτησις. Εἰ ὅπου μὲν λέγει, Δαρήσεται πολλὰ, ὅπου δὲ Ὀλίγα, πῶς λέγουσί τινες μὴ εἶναι τέλος τῆς κολάσεως τοῖς κολαζομένοις; Ἀπόκρισις. Τὰ ἀμφίβολα καὶ ἐπικεχαλυμμένως εἰρῆσθαι δοκοῦντα ἔν τισι τόποις τῆς θεοπνεύστου Γραφῆς, ὑπὸ τῶν ἄλλων ἐν ἄλλοις ὁμολογουμένων σαφηνίζεται, etc. *Basilii episcopi Cæsareæ Cappadociæ, ex ejus libro Regularum. Interrogatio* (*e*). *Si tum dicit,* « *Vapulabit multis,* » *tum,* « *paucis* [24] : » *quo pacto quidam dicunt nullum finem supplicii fore iis qui pœna afficiuntur? Responsio. Quæ ambigua sunt ac videntur obscure esse dicta in quibusdam locis divinitus inspiratæ Scripturæ, alibi ab aliis quæ confessa et aperta sunt, declarantur*, etc. Asceticorum Basilium auctorem facit Suidas, his verbis : Βασίλειος Καισαρείας τῆς Καππαδοκῶν ἐπίσκοπος.... ἔγραψε πλεῖστα, ἐν οἷς θαυμάζεται τὰ εἰς τὴν Ἑξαήμερον. Καὶ κατ' Εὐνομίου δὲ ἐξαιρέτους συνέταξε λόγους, καὶ Περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος τεῦχος, καὶ τὰς εἰς τὴν Ἑξαήμερον ὁμιλίας ἐννέα· ἕτερον τεῦχος ἀσκητικόν, etc. *Basilius Cæsareæ Cappadociæ episcopus.... scripsit plurima, inter quæ præcipue in pretio habentur Commentarii ejus* in Hexaemeron. Contra Eunomium *quoque eximias orationes conscripsit; itemque librum* De Spiritu sancto, *et* in Hexaemeron *sermones novem, et librum asceticum*, etc. Audiendus est et sanctus Benedictus, qui amanter Patrem suum vocans Basilium, ita in præclarissima illa *Regula* sua (*f*) locutus est : *Quæ enim pagina, aut quis sermo divinæ auctoritatis Veteris ac Novi Testamenti, non est rectissima norma vitæ humanæ? aut quis liber sanctorum catholicorum Patrum hoc non resonat, ut recto cursu perveniamus ad Creatorem nostrum? Necnon et collationes Patrum, et instituta, et vita eorum; sed et Regula S. Patris nostri Basilii, quid aliud sunt, nisi bene*

[24] Luc. XII, 47, 48.

(*a*) *De script. eccles.*, c. 126.
(*b*) *Hist. eccles.* l. II, c. 9.
(*c*) *Inst.*, in Præf.
(*d*) *Conc.* tom. V, p. 668.
(*e*) Inter breviores regula est 267.
(*f*) Cap. ult.

Digitized by Google

vientium et obedientium monachorum exempla, et instrumenta virtutum? De piissimo viro Aredio verba faciens Gregorius Turonensis, scripsit hoc modo (*a*) : *Construxit templa Dei in honore* [sic] *sanctorum, expetitique eorum pignora, ac ex familia propria tonsuratos instituit monachos, cœnobiumque fundavit, in quo non modo Cassiani, verum etiam Basilii et reliquorum abbatum, qui monasterialem vitam instituerunt, celebrantur Regulæ.* Sanctissimus idemque celeberrimus abbas Theodosius asceticis Basilii lucubrationibus unice oblectatus fuisse dicitur. Ita enim scriptum invenitur in ejus Vita (*b*): *Maxime autem crebro recordans salutarium constitutionum et sermonum, qui instruunt ad exercitationem, Magni, inquam, Basilii, cujus etiam vitam imitans, et ejus orationis magno captus amore, studebat animam quidem illius moribus, linguam autem ejus ornare eloquentia. Certe per ipsam quoque proferebat ea, quæ sunt rerum illius pulcherrima, meditando assumens et conservans memoria, quæ possent prompti animi studium injicere vel socordibus.* Constitutiones Basilii studiose legisse sanctum Platonem, ex Theodoro Studita discimus (*c*). Earumdem fit mentio in Vita piorum abbatum Eugendi et Philiberti. Nunc, ut multos omittam, verba subjiciam Photii (*d*), qui honorificentissime simul et copiosissime de Asceticis locutus est. Verba ipsius hæc sunt : Ἀνεγνώσθη τοῦ ἐν ἁγίοις Βασιλείου ἐπισκόπου Καισαρείας Καππαδοκίας τὰ λεγόμενα Ἀσκητικὰ, ἐν δυσὶ λόγοις. Χρήσιμον μὲν τὸ βιβλίον, εἴπερ τι ἄλλο. *Legimus sancti Basilii episcopi Cæsareæ Cappadociæ, qui vocantur, Asceticorum libros duos. Hoc autem volumen, si quod aliud, utile est.* Postquam autem duorum horum librorum utilitatem, suavitatem, stylum et perspicuitatem commendavit, in iisque contineri monuit varias quæstiones et responsiones, quæ e sacra Scriptura desumptæ essent, fatetur quæstionibus quibusdam emphaseos aliquid aspergi : sed quid emphaseos nomine intellexerit, ex ipsius verbis cognosci vix potest. Et ne quis, pro Basilii Asceticis aliquid aliud sumens, erraret, tam distincte Ascetica illa describit, ut nemo, nisi velit, errare possit. Sic ergo persequitur : Οὐκ ἐν τοῖς δυσὶ δὲ λόγοις τὸ ἐμφατικὸν ἐπιτρέχει. Αὐτίκα ὁ πρῶτος οὐδὲν ἐπιδείκνυσι τοιοῦτον, πλὴν ἅπαξ που τῇ ἀποσιωπήσει τὸ δύσφημον οἰκονομῶν. Ἐπεὶ τά γε ἄλλα πολὺς μέν ἐστι τὸ ἀσφαλὲς, ἴσος δὲ τὸ καθαρὸν, ἀλλὰ καὶ τὸ εὐκρινές· διὰ μέντοι τῶν δύο αὐτῷ διήκει τὸ ἁπλούστερον καὶ καθωμιλημένον τῶν τε λέξεων καὶ τῆς συνθήκης, πρὸς τὴν τῶν πολλῶν ἀκοὴν διατυπούμενόν τε καὶ ταπεινούμενον, καὶ μόνης τῆς τῶν ἀκροατῶν σωτηρίας καταστοχαζόμενον. Ὁ μὲν οὖν πρῶτος αὐτῷ λόγος διεξέρχεται, τίς ἡ αἰτία καὶ ὁ κίνδυνος τῆς τοσαύτης τῶν Ἐκκλησιῶν τοῦ Θεοῦ, καὶ ἑκάστου πρὸς τὸν ἕτερον διαφωνίας τε καὶ διαστάσεως. Δεύτερον, ὅτι πάσης ἐντολῆς Θεοῦ παράβασις σφοδρῶς καὶ φοβερῶς ἐκδικεῖται· καὶ ἡ ἀπόδειξις ἐκ τῶν Γραφῶν τρίτον, περὶ τῆς εὐσεβοῦς πίστεως ἡμῶν, ἤτοι τῆς εἰς τὴν ὑπεραγίαν Τριάδα καθαρᾶς ἡμῶν καὶ εἰλικρινοῦς ὁμολογίας. Ὁ δεύτερος οἷον χαρακτὴρ Χριστιανοῦ κεφαλαιώδη καὶ σύντομον παρατίθεται· καὶ χαρακτῆρα πάλιν παραπλήσιον τῶν προεστώτων τοῦ λόγου. Εἶτα οἷον ὅρους τινὰς ἀσκητικοὺς, ὡς ἐν ἐρωτήσει καὶ ἀποκρίσει προηγουμένους, ἐκτίθεται τὸν ἀριθμὸν πεντήκοντα [πέντε]· καὶ πάλιν συντομώτερον ἑτέρους ὅρους τιγ'. *In his tamen duobus libris non semper ad emphasim recurrit. Statim enim primus liber nihil præ se fert tale, nisi quod semel alicubi per reticentiam malum omen avertat. Nam ad cætera quod attinet, valde ibi est firmus, et æque purus atque dilucidus; perque duos hosce libros decurrit simplicior quidam et perfamiliaris sermo ac compositio, ad vulgi aures comparata atque demissa, et ad solam demum auditorum salutem intenta. Igitur primus ejus continet : quæ sit causa, quantumque periculum hujusmodi cum Ecclesiarum Dei, tum singulorum hominum inter ipsos dissensionis atque dissidii. Deinde, quod omnis præcepti divini transgressio vehementer ac terribiliter punitur, idque e Scripturis sacris demonstratum. Tertio, de fide nostra catholica, sive de pura nostra et sincera confessione sanctissimæ Trinitatis. Liber vero secundus, Christiani hominis quamdam veluti descriptionem per summa capita breviterque proponit : similemque rursum descriptionem eorum, qui docendo Evangelio præfecti sunt. Deinde quasi regulas quasdam asceticas, interrogando ac respondendo propositas exponit, numero quinquaginta quinque : iterumque breviores alias trecentas tredecim.* Fortasse hæc paulo longiora aliquibus videri poterunt : sed ita ad rem faciunt, ut ea integra exscribere non piguerit. Monebo quasi præteriens, me suspicari, vocem πέντε delendam esse in Græcis. Suspicandi hæc causa est, quod ea vox duobus uncinis in vulgatis comprehendatur : qui uncini ideo videntur additi, ut monerentur qui legerent vocem πέντε in veteribus libris deesse. Nec id cuiquam mirum videri debet, cum hodieque in antiquis libris non idem omnino regularum numerus adnotetur : quod inde factum arbitramur, quod librarii aliquando aut ex una duas, aut ex duabus unam effecerint. Nec prætereunda silentio quæ de familiari suo Basilio scripsit Gregorius Nazianzenus (*e*). Ejus autem verba sunt hæc, παρθενοκομίαι, νομοθεσίαι μοναστῶν ἔγγραφοί τε καὶ ἄγραφοι, *virginum curandarum studium, monasticarum legum institutiones, partim scripto, partim voce traditæ.* Possent et multa alia aliorum scriptorum recentiorum testimonia huc congeri : sed, ne longior videar, supersedebo. Credas sane post tot testimonia, opinionem eam,

(*a*) Lib. x *Hist. Fr.*, p. 524.
(*b*) Boll. II Jan., p. 693.
(*c*) Lege *Codicem regul.*, p. 96.
(*d*) Cod. cxci, pag. 493.
(*e*) Or. 20.

Digitized by Google

quæ Asceticorum Basilium auctorem facit, ita firmiter corroborari, ut suspicioni nullus locus supersit : sed secus est. Ecce enim tibi Sozomenus rem, ut videbatur, omnium certissimam in incerto ponit. Scribit autem hoc modo (*a*) : Ἀρμενίοις δὲ καὶ Παφλαγόσι, καὶ τοῖς πρὸς τὸν Πόντον οἰκοῦσι, λέγεται Εὐστάθιος ὁ τὴν ἐν Σεβαστείᾳ τῆς Ἀρμενίας Ἐκκλησίαν ἐπιτροπεύσας, μοναχικῆς πολιτείας ἄρξαι, καὶ τῆς ἐν ταύτῃ σπουδαίας ἀγωγῆς, ἐδεσμάτων τε ὧν χρὴ μετέχειν καὶ ἀπέχεσθαι, καὶ ἐσθῆτος ᾗ δεῖ κεχρῆσθαι, καὶ ἐθῶν καὶ πολιτείας ἀκριβοῦς εἰσηγητὴν γενόμενον· ὡς καὶ τὴν ἐπιγεγραμμένην Βασιλείου τοῦ Καππαδόκου ἀσκητικὴν βίβλον ἰσχυρίζεσθαί τινας αὐτοῦ γραφὴν εἶναι. *Apud Armenios vero et Paphlagonas et accolas Ponti, Eustathius, Sebastiæ in Armenia episcopus, monasticæ conversationis auctor fuisse dicitur : et de arctioris vitæ disciplina, de cibis quibus utendum, aut a quibus abstinendum esset : de vestibus quibus uti oporteret, de moribus denique et exacta vivendi ratione præcepta tradidisse, adeo ut quidam affirment librum Asceticum, qui Basilii Cappadocis nomine inscribitur, ab eo conscriptum fuisse.* Hic Nicephori verba ascribere, nihil, ut opinor, opus est : monere satis erit, eum in omnibus cum Sozomeno consentire (*b*), nisi quod uno loco dicat librum Basilii asceticum a multis Eustathio Sebasteno tribui. Prætereaque neminem movere debet auctoritas Nicephori, cum plane constet ejus suorumque æqualium opinionem solo Sozomeni testimonio fuisse innixam. Neque enim alius ullus scriptor antiquus tale quidquam de Eustathio narravit. Quare si qua culpa est, ea transferenda est tota in Sozomenum, qui cæteris, qui de Asceticis dubitarunt, præivit.

28. Hactenus antiquorum opiniones retulimus : nunc de recentiorum sententiis reliquum est ut dicamus. Ambigua videri possunt, quæ mox retulimus, Sozomeni verba; ob idque mirum videri non debet, si eruditi homines nostris temporibus varias in partes distracti sint. Et vero, ut videre cuivis licet eo quem modo exscripsi loco, ejusmodi verbis usus est Sozomenus, ut dubium sit utrum Ascetica omnia, quæ Basilii nomine circumferebantur, Eustathii esse dicerentur a quibusdam, an eorum duntaxat pars aliqua eidem Eustathio tribueretur. Hinc igitur videtur factum, ut alii aliter Sozomeni locum interpretati, in varias sententias discesserint. Scultetus Ascetica omnia non obscure repudiat. Sed eum audire præstat. Ita igitur loquitur (*c*) : *Antonius Possevinus, Jesuita, vidit Baronii adversus Sozomenum disputationem infirmiorem esse, quam quæ* Ἀσκητικὰ *Basilio possit vindicare. Itaque alia via ingressus, Quæstiones compendio explicatas, sive Regulas breviores, inter Ascetica numeratas, Basilio ex auctoritate Sozomeni adimit, Eustathio tribuit. Sed eadem ratione, et quidem multo rectius, Ascetica omnia Eustathio ascripsisset, quandoquidem Sozomenus non speciatim illarum quæstionum, sed* τοῦ Ἀσκητικοῦ *in genere meminit.* Cujus sententiæ Possevinum fuisse ait Scultetus, eam ejusdem societatis eruditissimus vir Bellarminus amplexus credi potest. Sic enim scribit (*d*) : *In tertio tomo sunt Quæstiones compendio explicatæ, quæ non sunt indubitatæ.... Videtur* [*auctor*] *damnare traditiones, quas Basilius acriter defendit in libro* De Spiritu sancto, *capit.* 27. *Item quæst.* 4 *et* 295 *videtur tollere de medio discrimen peccati mortalis et venialis : quod certe sancto Basilio tribui non potest.* Majora ausus Combefisius, non breviores modo, sed longiores etiam Regulas Basilio abjudicat, præter Moralia et libellos *De judicio Dei*, et *De fide.* Postquam enim lucubratiunculam quamdam pro nova e duobus libris veteribus vulgaverat, hæc subjunxit in suo *Basilio recensito* (*e*) : *Non potuit auctor sua hic Ascetica et Ethica clarius delineare, mentemque suam ac propositum declarare; quodque ita omnem perinde transgressionem ulciscitur, nullamque vel ignorantiæ excusationem admittit, qua delictum fiat veniale, aliaque non satis e regula ecclesiastica, suis locis notanda, Eustathium se Sebastenum potius prodit, quam Basilium Cæsariensem : quod tamen nihil tangit libros Constitutionum, quidquid Scultetus obmurmuret, in quibus Basilius utrumque ascetarum genus Basiliano vere spiritu ac Christiano, sigillatim instruit.* Quod hic ait doctissimus vir Combefisius, in magna illa Asceticorum parte Eustathium Sebastenum potius prodi, quam Basilium Cæsariensem, id satis modeste dictum est : sed in suis notis non raro asseveranter pronuntiat præcipuam illam Asceticorum partem Eustathii esse, non Basilii; in eoque probando multus est, propemodum hoc unico argumento usus, quod in utrisque Regulis nescio quid majoris severitatis inspergatur. Eruditissimi viri Ducæus, Natalis Alexander, Tillemontius, Ludovicus Dupinus et multi alii, quos recensere nimis longum esset, Ascetica omnia Basilio tribuunt, videlicet priores tres tractatus, Moralia, libellos de Judicio Dei et de Fide, utrasque regulas atque monasticas Constitutiones. De Epitimiis, deque duabus lucubratiunculis, quas non ita pridem Combefisius edidit, suo loco disputabimus. Ex quibus omnibus videre licet quæstionem quæ de Asceticis habetur, multiplicem esse, eamdemque valde intricatam. Quare, ut ordine rem per se satis difficilem tractemus, hunc paragraphum in novem partes dividemus : quarum in prima probare conabimur, prævios tres tractatus ad Basilium pertinere : in secunda, recte sentire, qui ut libellos de Judicio ac de Fide, ita Moralia Basilio ascribunt : in tertia, non erraturum, qui in spuriorum numero reponet breves duos libellos, qui post Moralia locati sunt : in quarta, utrarumque Regularum, tam breviorum

(*a*) Lib. III, cap 14.
(*b*) Niceph. lib. IX, cap. 16, et lib. XIII, c. 29.
(*c*) Tom. II, parte IV.
(*d*) *De script. eccl.*
(*e*) Tom. II, p. 104.

Digitized by Google

quam longiorum, unum et eumdem auctorem esse : in quinta, utrasque Regulas et Constitutiones monasticas uni et eidem auctori tribui non debere : in sexta, sane et vere judicare, qui Basilium auctorem faciunt utrarumque Regularum : in septima, Constitutiones monasticas Eustathio Sebasteno adjudicari posse : in octava, Epitimia in spuriis poni oportere : in nona, duas lucubratiunculas, quas pro novis Combefisius divulgavit, dignas non esse, quæ inter Basilii opera numerentur.

§ XI. *Pars prima, de præviis tribus tractatibus asceticis.*

29. Prævii hi tres tractatus, qui inter ascetica recensentur, in omnibus libris, tam vulgatis quam veteribus, nomen Basilii præferunt. Iidem, nisi forte Scultetum excipias, a nemine, quod sciam, revocantur in dubium. Combefisius, qui cæteroquin optimam Asceticorum partem pro spuriis habuit, tamen et ipse quoque præviarum harum lucubrationum Basilium auctorem facere non dubitavit. Primus autem tractatus sic inscribitur, *Prævia institutio ascetica :* secundus, *Sermo asceticus, et exhortatio de renuntiatione sæculi, et de perfectione spirituali :* tertius, *Sermo de ascetica disciplina, quomodo monachum ornari oporteat.* Legi et relegi has lucubratiunculas, in quibus nihil omnino inveni, quod indignum esset nostro Basilio. Omnia satis accommodata sunt ad ejus stylum, ad ejus scribendi rationem, ad ejus indolem. Etsi enim hi libelli eloquentia inferiores sunt panegyricis Basilii orationibus, aut ejusdem generis scriptis : tamen si quis eos attente legat, statim, opinor, periti alicujus magistri manum agnoscet. Nam nihil in verbis, nihil in sententiis, nihil in periodorum constructione invenitur, quod hominem scribendi peritissimum dedeceat. Præterea ex harum lucubrationum lectione constat, auctorem sacras Scripturas et optime calluisse, et aptissime citasse : quas dotes quodammodo Basilii proprias esse notum est. Hæc de illis tribus opusculis universe dicta sint : nunc de secundo peculiare quiddam in medium proferam. Animadverti igitur verbum πληροφορεῖσθαι bis in eo, quem modo dixi, libello ita usurpari, ut persuasionem quamdam significet. Ita enim uno loco scriptum est (t. II, p. 204), Ἤνιξα δὲ τῶν προσόντων σοι πραγμάτων ποιῇ τὴν ἀπόθεσιν, ἕσο ἀκαμπής, προπέμπειν αὐτὰ εἰς οὐρανοὺς πληροφορούμενος. *Ubi vero res quæ ad te pertinent dereliqueris, esto inflexibilis et constans, certoque scias eas præmittere te in cœlum.* In altero (p. 207), hoc modo, αὐτὸ τοῦτο σκάνδαλον εἶναι πληροφορούμενος, *omnino tibi persuadeas idipsum scandalum esse.* Basilius autem hoc idem verbum hoc ipso sensu sæpe usurpat (*a*). Imo etiam cum hæc lego in eodem illo opusculo (p. 208), Πολλοὺς γὰρ ἐγὼ πάθεσι κρατηθέντας εἶδον ἐν ὑγείᾳ γενομένους, ἕνα δὲ ἐκ πάντων λαθροφάγον, ἢ γαστρίμαργον οὐκ εἶδον. *Ego enim vidi multos, qui vitiis mancipati redierunt ad sanitatem : sed ex omnibus ne unum quidem, qui occulte manducaret, aut gulosus esset, emendatum vidi,* Basilium audire mihi videor. Et vero qui Basilium vel primoribus, ut dicitur, labris attigerunt, probe sciunt, id ex ejus consuetudine dictum esse : cujus rei exempla aliquot proferre alienum non videbitur. Igitur psalmum sexagesimum primum interpretans Basilius, sic scribit (t. I, p. 196) : Εἶδον ἰατροὺς ἐγὼ μὴ πρότερον διδόντας τὰ σωτήρια φάρμακα, πρὶν ἐμέτοις ἀποκενῶσαι τὴν νοσοποιὸν ὕλην, ἣν ἐκ πονηρᾶς διαίτης ἑαυτοῖς οἱ ἀκόλαστοι ἐναπέθεντο. *Vidi ego medicos, qui non prius salutaria medicamenta tradebant, quam materiam morbidam per vomitum evacuassent, quam intemperantes illi ex malo victu sibi pepererant.* Alio loco sic loquitur (tom. II, in *Jul. Mart.*, n. 4) : Καί ποτε εἶδον ἐγὼ βοῦν ἐπὶ φάτνης δακρύοντα, τοῦ συννόμου αὐτῷ καὶ ὁμοζύγου τελευτήσαντος. *Equidem ego ipse vidi aliquando bovem in præsepi illacrymantem, pastus ac jugi socio morte sibi præreptо.* Rursus in hac ipsa quam mox citavi oratione sic scripsit (ibid., n. 9) : Ἤδη δέ τινας εἶδον τῶν φιληδόνων, δι' ὑπερβολὴν ἡδυπαθείας ἐπὶ προφάσει τῆς λύπης πρὸς κραιπάλην καὶ μέθην ἐκτρεπομένους, καὶ τὸ ἀκρατὲς αὐτῶν ἐκ τῶν τοῦ Σολομῶντος λόγων παραμυθεῖσθαι πειρωμένους, λέγοντος, *Δότε οἶνον τοῖς ἐν λύπαις. Non ita dudum vidi quosdam voluptuarios, qui immodico voluptatis amore pellecti, per speciem expellendæ tristitiæ ad crapulam sese converterent, et ad ebrietatem ; suamque conarentur excusare intemperantiam verbis Salomonis, qui ait,* « *Date vinum iis qui in tristitia sunt* [13]. » Exemplum, quod mox proferam, a superioribus non multum abludit. Est autem ejusmodi (tom. II, hom. in div., p. 54) : Οἶδα πολλοὺς νηστεύοντας, προσευχομένους, στενάζοντας, πᾶσαν τὴν ἀδάπανον εὐλάβειαν ἐνδεικνυμένους, ὁδὸν δὲ ἕνα μὴ προϊεμένους τοῖς θλιβομένοις. *Novi non paucos jejunantes, orantes, ingemiscentes, pietatem omnem, quæ sine impensa exerceri potest, excolentes, at ne unum quidem obolum egenis offerentes.* Possim in medium adducere et alia loca, quibus constaret eam, quam dixi, loquendi formulam Basilio perquam familiarem fuisse, sed, ne tædium afferrem, nolui. Sed tamen, si quis ejusmodi exemplis delectatur, monebo eodem dicendi genere usum esse Basilium in ea oratione, quam sanctissimus Pater in divites habuit (tom. II, pag. 63) : item legi potest ea oratio, quæ inscribitur, *Homilia exhortatoria ad sanctum baptisma* (tom. II, pag. 120). Libet quoque aliquid de tertia lucubratiuncula sigillatim addere. In ea igitur ita scriptum invenimus (tom. II, p. 212) : Περὶ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος μὴ συζητεῖν, ἀλλὰ ἄκτιστον καὶ ὁμοούσιον Τριάδα μετὰ παῤῥησίας λέγειν καὶ φρονεῖν, καὶ τοῖς ἐπερωτῶσι λέγειν, ὅτι βαπτίζεσθαι δεῖ, ὡς παρελάβομεν·

[13] Prov. xxxi, 6.

(*a*) Leg. n. 58.

Digitized by Google

πιστεύειν δὲ, ὡς βεβαπτίσμεθα· δοξάζειν δὲ, ὡς πεπιστεύκαμεν. *De Patre et Filio et Spiritu sancto non oportet disceptare, sed Trinitatem increatam et consubstantialem libere profiteri et sentire, atque percontatoribus dicere : Oportet nos baptizari ita, ut traditum accepimus; credere autem sicut baptizati sumus; glorificare vero, quemadmodum credidimus.* Quæram jam, in quem hæc doctrina melius conveniat, quam in Basilium Magnum, qui Trinitatem consubstantialem esse semper et credidit et docuit. Prætereaque Basilius statim in alio libello ascetico (tom. II, pag. 228) non aliter locutus est, nisi quod compendiosius scripsit, hoc modo, οὕτω φρονοῦμεν, καὶ οὕτω βαπτίζομεν εἰς Τριάδα ὁμοούσιον, *sic sentimus, sicque baptizamus in Trinitate consubstantiali.* At certe ex his certo colligi potest, non audiendum esse Scultetum, qui ascetica omnia Eustathio ascripsit. Nam credibile non est Eustathium, qui Macedonianorum quasi antesignanus erat, breves illas, quas retuli, fidei professiones emisisse. Etenim tantum aberat, ut Macedoniani consubstantialem dicerent Spiritum sanctum, ut etiam in eum verba impia evomerent. Hic autem quæri potest, utrum scriptæ fuerint hæ lucubratiunculæ, an pronuntiatæ. Nam utriusque generis instituta monachis tradidisse Basilium, superius ex Gregorio Nazianzeno audivimus. Ego autem recitatas fuisse arbitror, nec aliter, nisi valde fallor, judicabunt, qui ipsas paulo attentius legerint. Neque vero monachi soli his exhortationibus aderant, sed mulieres etiam aliquas interfuisse probabilissimum videtur. Quod enim Basilius ait in prima lucubratiuncula, *orationem non ad solos viros spectare, cum mulieres et ipsæ quoque apud Christum militent*, id ad mulieres quasdam, quæ adessent, referri posse censeo. Imo dubitari vix potest, quin adessent quoque nonnulli, qui matrimonio jungerentur, cum in secundo opusculo ita scriptum sit (n. 2, p. 203) : Μὴ τοίνυν ἀναπέσῃς, ὦ οὗτος, ὁ πρὸς κοινωνίαν γυναικὸς προτρεπόμενος, ὡς ἐπ' ἐξουσίας ἔχων τὸν κόσμον περιβαλέσθαι· πλειόνων γάρ σοι πόνων καὶ φυλακῆς χρεία πρὸς τὴν τῆς σωτηρίας ἐπιτυχίαν. *Ne igitur deses exsistas, o tu qui elegisti uxoris societatem, quasi mundum amplecti penes te sit : nam pluribus laboribus et custodia majore tibi opus est ad obtinendam salutem.*

§ XI. *Pars secunda, de auctore libellorum* De judicio Dei *et* De fide, *itemque de* Moralium *scriptore.*

30. Prævii illi tractatus, de quibus nunc disputavimus, proprie ad Ascetica non pertinent : sed duos libellos, quorum in uno disserebatur *De judicio Dei*, in altero *De fide*, ad ea pertinuisse docet locupletissimus auctor Photius (*a*). Sed nescio quomodo contigit, ut horum tractatuum ordo in editione Parisiensi mutatus sit. Photius enim tradiderat duos hos libellos sua ætate ita dispositos fuisse, ut libellus *De judicio Dei* præcederet, sequeretur vero libellus *De fide;* cum tamen in ea, quam dixi, editione tractatus *De fide* præcedat, tractatus vero *De judicio Dei* subsequatur. Ejus autem rei causam non aliam esse puto, nisi quod typographi aliud cogitantes, verum et antiquum ordinem incaute permutarint. Nam ut Photii ætate, ita hodieque et in Veneta editione et in veteribus libris primus est libellus *De judicio Dei*, secundus vero libellus *De fide.* Quis autem horum opusculorum auctor sit, facile judicabit, qui ea diligenter legere volet. Auctor, quicunque ille fuit, qui ea conscripsit, sacras litteras tam Novi quam Veteris Testamenti optime noverat, eisque industrie utitur : erat linguæ Græcæ peritissimus : in ejus oratione enitet ubertas, varietas, copia : in doctrina morum erat severus, sed sic tamen, ut Evangelii severitatem non excederet : nihil denique inest neque in verbis, neque in sententiis, quod indignum sit viro et docto et probo : quæ omnia nos adducunt, ut Basilium horum libellorum verum parentem esse credamus. Accedit etiam, quod in his opusculis inveniantur quædam dicendi formulæ, quibus Basilius in aliis suis operibus libenter utitur. Exempli causa ita legitur in libello *De judicio Dei* (pag. 214) : Ἐγὼ δὲ εἶδόν ποτε καὶ μελισσῶν πλῆθος νόμῳ φύσεως στρατηγούμενον, καὶ κατακολουθοῦν εὐτάκτως ἰδίῳ βασιλεῖ. Καὶ πολλὰ μὲν ἐγὼ τοιαῦτα εἶδον, πολλὰ δὲ ἤκουσα. *Vidi autem aliquando ego ipse apum turmam lege quadam naturali conductam, suumque regem servato ordine sequentem. Et multa quidem talia ego conspexi, multaque audivi :* quo dicendi genere in primis delectatum fuisse Basilium manifeste ostendunt ea quæ aliquanto ante retulimus exempla (*b*). Ubi notari potest, scriptorem testimonia aliqua ita e Scripturis proferre, ut interdum ad movendum lectorem adverbia quædam adjungat. Sed, quo melius hæc intelligantur, audiendus est auctor ipse. Ita igitur loquitur libello *De judicio Dei* (pag. 216) : Ἁπλῆς δὲ διανοίας μετὰ παῤῥησίας εἰπεῖν, ὅτι κρατεῖ ἐκεῖ καὶ βασιλεύει τὸ τῆς σαρκὸς φρόνημα, κατὰ τὴν τοῦ Ἀποστόλου φωνὴν, λέγοντος μὲν ὁριστικῶς, ὅτι ὯΙ παριστάνετε ἑαυτοὺς δούλους εἰς ὑπακοὴν, δοῦλοί ἐστε ᾧ ὑπακούετε, διεξιόντος σαφῶς τοῦ τοιούτου φρονήματος τὰ ἰδιώματα.... διδάσκοντος δὲ ἅμα ἀποφαντικῶς τό τε χαλεπὸν αὐτῶν τῆς ἐκβάσεως, καὶ τὸ ἀκοινώνητον πρὸς θεοσέβειαν. *Sed ingenui animi fuerit fidenter affirmare, illic dominari ac regnare carnis affectum, juxta hanc Apostoli vocem, qui ait quidem modo decretorio,* « *Cui exhibetis vos servos ad obediendum, servi estis ejus, cui obeditis*[26], » *recenset vero perspicue hujusce affectus proprietates.... simulque horum vitiorum*

[26] Rom. VI, 16.

(*a*) Cod. XIX, pag. 403.

(*b*) Lege n. 29.

Digitized by Google

exitum gravem esse, nihilque ipsis cum pietate commune esse asseveranter docet. Eodem pertinet, quod scriptum invenitur in tractatu *De fide* (pag. 224): Καὶ τοῦ Ἀποστόλου ἐν ὑποδείγματι ἀνθρωπίνῳ σφοδρότερον ἀπαγορεύοντος τὸ προσθεῖναι, ἢ ὑφελεῖν τι ἐν ταῖς θεοπνεύστοις Γραφαῖς. *Cumque Apostolus, sumpto ex hominibus exemplo, quidpiam in divinis Scripturis addere, aut demere vehementius vetet.* Notatu quoque dignam censeo illam genitivorum seriem (ibid.), λέγοντος μὲν. . . . διεξιόντος δὲ. . . . διδάσκοντος, δὲ. . . . εἶτα αὐτοῦ τοῦ μονογενοῦς Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ βοῶντος· quæ idcirco notata volui, quod Basilius ita in suis Asceticis loqui soleat. Nam usus et horum adverbiorum, ὁριστικῶς, ἀποφαντικῶς, σφοδρότερον, et horum genitivorum, λέγοντος, διεξιόντος, διδάσκοντος, βοῶντος, ita in Regulis frequens est, ut ejus rei passim exempla occurrant. Prætereaque, cum scriptor integerrimam persuasionem significare vellet, sexies in his libellis vocibus πληροφορεῖσθαι et πληροφορία usus est, bis in primo, quater in altero: quæ ipsæ voces ad idem significandum passim in Regulis usurpantur. Cum igitur Basilius, ut mox probabimus (*a*), auctor sit Regularum, dubitari merito non potest, quin ea quoque, de quibus disputatur, opuscula ad eumdem pertineant, utpote in quibus iidem loquendi modi adhibeantur. Fatebor quidem libens, argumenta, quæ ex quavis styli similitudine petuntur, nullam vim habere, si stylus ita in aliquibus conveniat, ut in pluribus discrepet: sed cum omnia quadrant, tunc ejusmodi argumenta plurimum valere nemo, opinor, negaverit. Ita autem Regularum stylus cum stylo horum opusculorum consentit, ut nihil omnino dissentiat, idcircoque et has et illa Basilio tribui æquum est. Nec solum similes sunt loquendi modi, sed etiam sententiæ, sententiarum. Etenim si quis illud, quod in libello *De judicio Dei* legitur (p. 217, num. 4): *Relectis igitur divinis Scripturis, reperio in Veteri ac Novo Testamento, neque in multitudine, neque in magnitudine peccatorum, sed in una tantummodo cujuscunque præcepti violatione, contumaciam adversus Deum clare judicari, communemque sententiam a Deo ferri in omnem inobedientiam:* si quis igitur hæc comparaverit cum iis quæ in Regula ducentesima nonagesima tertia scripta sunt, doctrinam doctrinæ ita similem comperiet, ut tradita utroque loco documenta ab eadem officina prodiisse facile confessurus sit. Jam monuimus conroversos hos duos libellos ab omnibus aut Basilio ascribi, aut Eustathio: sed ipsos episcopo Sebasteno ascribi non posse plane constat. Ita enim in libello *De fide* legitur (pag. 228): Οὕτω φρονοῦμεν, καὶ οὕτω βαπτίζομεν εἰς Τριάδα ὁμοούσιον. *Sic sentimus, sicque baptizamus in Trinitate consubstantiali:* quem locum cum retulisset eruditissimus vir Tillemontius (*b*), fidenter pronuntiavit, tale aliquid sine ulla controversia neque ab Eustathio, neque ab ullo alio Macedoniano conscribi unquam potuisse. Et vero cum Macedoniani aperte divinitatem Spiritus sancti negarent, fieri non poterat ut Trinitatem consubstantialem esse profiterentur.

31. Quod diximus, libellos *De judicio Dei* et *De fide* tam in stylo quam in sententiis convenire cum utrisque Regulis, id ita esse non diffitetur vir doctissimus Combefisius: sed tamen ex his principiis aliud prorsus concludit. Ergo ita fere ratiocinatur: Horum libellorum et utriusque generis Regularum idem est stylus, eædem sententiæ, eadem doctrina: sed Stoica quædam severitas Eustathium utrarumque Regularum auctorem esse aperte ostendit: non dubitandum igitur quin idem Eustathius horum quoque opusculorum auctor sit. Quid autem de vana illa severitate sentiendum sit, postea satis fuse disseram (*c*): nunc universe duntaxat dicam, neque Rufinum, neque Cassianum, neque Photium, neque Frontonem Ducæum, neque Natalem Alexandrum, Combefisii sodalem, neque Tillemontium, neque Dupinum, neque permultos alios cujuscunque ætatis eruditissimos viros ejusmodi severitatem in Regulis vidisse. Sed duo sunt in iis, quos dixi, libellis, quæ speciatim reprehendit is, quem modo nominavi, vir peritissimus Combefisius (*d*), inconstantiam fidei, et auctoris in aliqua voce catholica reticenda malignitatem: de quibus hoc loco dicere institui. Quod igitur ait, *auctorem in fide inconstantem fuisse*, id nec verum, nec firmum est. Nam dubitationem illam, qua auctor laborasse se confitetur, non in fidem, sed in dissidii Ecclesiarum causam cadere, ex orationis serie perspicuum est. Et vero in libello *De judicio Dei* ita scriptor locutus est eo de quo agitur loco (pag. 214, n. 2): Ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα ὁρῶν, καὶ πρὸς τούτοις ἐπαπορῶν, τίς, καὶ πόθεν ἡ αἰτία τοῦ τοσούτου κακοῦ. . . . τοῦτο δὴ λογισάμενος, καὶ πρὸς τὸ ὑπερβάλλον τῆς ἀσεβείας ἐπτοημένος, ἐπὶ πλεῖόν τε ἐρευνῶν, ἐπειθόμην οὐδὲν ἧττον, καὶ ἐκ τῶν ἐν τῷ βίῳ πραγμάτων ἀληθῆ εἶναι τὴν προειρημένην αἰτίαν. Ἑώρων γὰρ πᾶσαν μὲν πλήθους εὐταξίαν τε καὶ συμφωνίαν ἄχρι τότε κατορθουμένην, ἄχρις ἂν ἡ πρὸς ἕνα τινὰ τὸν ἄρχοντα σώζητσι κοινὴ τῶν ἄλλων εὐπείθεια· πᾶσαν δὲ διαφωνίαν καὶ διάστασιν, ἔτι τε πολυαρχίαν, ἐξ ἀναρχίας ὁδοποιουμένην. *Hæc atque ejusdem generis alia cum intuerer, prætereaque dubitarem quæ et unde esset tanti mali causa [in Ecclesiis]. . . . hoc igitur cum mecum reputassem, cumque de impietatis magnitudine attonitus, ulterius pervestigassem, nihilominus mihi persuasi vel ex iis quæ in vita fiunt rebus, eam, quam superius dixi, causam veram esse et germanam. Videbam enim omnem populorum disciplinam atque consensionem tandiu perseverare, dum omnes principi uni in communi obtemperant: omnem vero dis-*

(*a*) Lege n. 38.
(*b*) *Vie de S. Basile*, p. 638.
(*c*) Lege n. 41.
(*d*) Tom. II, p. 97 et 129.

Digitized by Google

cordiam ac seditionem, itemque multorum princi- A *patum ex ducis ac principis defectu proficisci.* Ex quibus liquet Basilium causam illam, quam dubitans quærebat, tandem invenisse. Aliud autem non quærebat, ut ex ejus verbis patet, nisi veram causam, quæ turbas in Ecclesiis excitaret et in regnis: quam causam non aliunde nasci ait, quam quod duces ac principes desint. Sed, ut verum fatear, primo aspectu inest major difficultas in iis, quæ hoc ipso in loco scripta inveniuntur. Hæc autem sunt: Τὰ μὲν πρῶτα, ὥσπερ ἐν βαθεῖ σκότῳ διῆγον, καὶ καθάπερ ἐπὶ ζυγοῦ, ποτὲ μὲν ὧδε, ποτὲ δὲ ἐκεῖσε ἐρρέπον· ἄλλου ἄλλως, ἢ πρὸς ἑαυτόν με ἕλκοντος, διὰ τὴν πολυχρόνιον τῶν ἀνθρώπων συνήθειαν, ἢ πάλιν ἄλλως ἀπωθουμένου διὰ τὴν ἐν ταῖς θείαις Γραφαῖς ἐπιγινωσκομένην ἀλήθειαν. *Primum quidem quasi in profundis tenebris degebam, et tanquam in statera constitutus, modo huc, modo illuc propendebam, quod alius alio aut ad seipsum traheret me, ob diutinam hominum consuetudinem, aut rursus alio propelleret, ob eam quam in divinis Scripturis agnovissem veritatem:* sed tamen ne hic quidem locus ad expediendum difficilis est. Non enim inde colligi potest, Basilium in hæresim unquam propendisse, sed solum in id quodammodo inclinasse, ut partes susciperet quorumdam, qui ita callidi erant et astuti, ut dum veram fidem oppugnarent, eam tamen speciosis verbis tueri viderentur. Callidi autem illi non alii fuisse credi possunt, quam Eustathius ipse illiusque discipuli. Hæc verba, *ob* C *diutinam hominum consuetudinem,* faciunt, ut hunc locum ita intelligendum esse suspicer. Nam Basilium Eustathio diu familiariter usum esse nemini, qui paulum modo in historia ecclesiastica versatus sit, ignotum est. Quod autem dixi, Basilium nunquam in hæresim propendisse, sed solum quasi paululum commotum fuisse ad callidorum quorumdam hominum partes suscipiendas, de eo non aliter videbitur ei, qui, quæ præcedunt, legere voluerit. Sunt autem ejusmodi: Πολλήν τινα καὶ ὑπερβάλλουσαν τήν τε πρὸς ἀλλήλους καὶ τὴν πρὸς τὰς θείας Γραφὰς διαφωνίαν τῶν πολλῶν ἐθεώρουν· καὶ τὸ φρικωδέστατον, αὐτοὺς τοὺς προεστῶτας αὐτῆς ἐν τοσαύτῃ μὲν τῇ πρὸς ἀλλήλους διαφορᾷ γνώμης τε καὶ δόξης καθεστῶτας, τοσαύτῃ δὲ τῇ πρὸς τὰς ἐντολὰς τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐναντιότητι χρωμένους, καὶ διασπῶντας μὲν ἀνηλεῶς τὴν Ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ, ἐκταράσσοντας δὲ ἀφειδῶς τὸ ποίμνιον αὐτοῦ, ὡς καὶ ἐν αὐτοῖς πληροῦσθαι νῦν, εἴπερ ποτὲ, τῶν Ἀνομοίων ἐπιφυέντων, τὸ, ὅτι *Ἐξ ὑμῶν αὐτῶν ἀναστήσονται ἄνδρες λαλοῦντες διεστραμμένα, τοῦ ἀποσπᾶν τοὺς μαθητὰς ὀπίσω αὐτῶν. Multos videbam et inter se, et in divinis litteris intelligendis valde admodum dissentire. Et quod maxime horrendum est, videbam ipsos Ecclesiæ præfectos in tanta inter se sententiæ ac opinionis diversitate constitui,*

[17] Act. xx, 30.

(a) Combef. tom. II, p. 129.

sicque Domini nostri Jesu Christi mandatis adversari, Deique Ecclesiam tam immisericorditer dilacerare, tamque crudeliter obturbare ejus gregem, ut exortis Anomœis, nunc, si unquam alias, in ipsis quoque impleatur illud: « Ex vobis ipsis exsurgent viri loquentes perversa, ut abducant discipulos post se[17]. » Cui enim persuaderi poterit, Basilium in opinionem propendisse eorum, quos videret simul et adversantes mandatis Domini nostri Jesu Christi, et immisericorditer dilacerantes Dei Ecclesiam, et crudeliter obturbantes ejus gregem? Ipsa sunt Basilii verba. Reliquum est igitur ut Basilius quodammodo propensum se senserit ad amplectendas partes quorumdam, qui pietatis simulatione et nomine veram fidem sequi putarentur. Nunc quæ B vox illa sit, quam auctor de industria reticuisse dicitur, ex ipso Combefisio audiamus (a). Sic igitur loquitur in suo *Basilio recensito: Quod dicit, initio paginæ, possit Theodosii tempora respicere, quando plurimum compressa Anomœorum hæresis et Ariana, ut sic palam fidem sanctæ Trinitatis profiteretur, qui ita alias in ea vacillasset. Quin et* ὁμοουσίου *vocem studio dataque opera, tota hac sua fidei explanatione suppressisse, ad mitiorum Arianorum declinandam invidiam.* Vult igitur doctissimus vir Combefisius, Eustathium idcirco data opera vocem ὁμοούσιος in tota sua fidei professione silentio præteriisse, ut gratiam mitiorum Arianorum sibi conciliaret: sed permirum videri debet, hominem cæteroquin in ejusmodi rebus diligentissimum, usque adeo præjudicata opinione obcæcatum fuisse, ut non videret quæ legeret. Nam, ut jam monui, ita in hac fidei professione scriptum invenitur: Οὕτω φρονοῦμεν, καὶ οὕτω βαπτίζομεν εἰς Τριάδα ὁμοούσιον. *Sic sentimus, sicque baptizamus in Trinitate consubstantiali.* Sed demus vocem ὁμοούσιος in hac fidei professione ab auctore prætermissam fuisse. Quid tum? Basilium illius auctorem non esse? sed id inde minime sequitur. Scriptor enim, quisquis est, ita de Trinitate loquitur (tom. II novæ ed., pag. 228), ut in ea nihil diversum, quod ad naturam attinet, agnoscat; sed in ipsa admittat duntaxat proprietates quasdam, quas ait seorsum unicuique personæ convenire. Sed audiendus est ipse. D Illius igitur hæc sunt: Ἑκάστου ὀνόματος τὴν τοῦ ὀνομαζομένου ἰδιότητα σαφῶς ἡμῖν διευκρινοῦντος, καὶ περὶ ἑκάστου τῶν ὀνομαζομένων πάντως τινῶν ἐξαιρέτων ἰδιωμάτων εὐσεβῶς θεωρουμένων· τοῦ μὲν Πατρὸς ἐν τῷ ἰδιώματι τοῦ πατρὸς, τοῦ δὲ Υἱοῦ ἐν τῷ ἰδιώματι τοῦ υἱοῦ, τοῦ δὲ ἁγίου Πνεύματος ἐν τῷ οἰκείῳ ἰδιώματι. *Nomen autem quodlibet quamdam illius qui nominatur proprietatem nobis manifeste explicat; atque in unoquoque nominatorum, omnino pie peculiares quædam proprietates considerantur, Pater quidem in proprietate patris, Filius vero in proprietate filii, sanctus autem Spi-*

Digitized by Google

ritus in sua ipsius proprietate. Viderit ergo Combefisius, quomodo fidei professio, quæ in Trinitate non naturam, sed quasdam tantummodo proprietates distinguit, tribui possit Eustathio, qui ad cæterorum Macedonianorum imitationem naturæ identitatem in Trinitate negaret. Cum autem Combefisius semel in animum induxisset suum, vocem ὁμοούσιος in hoc *De fide* libello deesse (tom. II, pag. 129), hæc addidit : *Qui ipsi* [*mitiores Ariani*] *sic ex putis puris Scripturæ verbis suas alias aliasque professiones adornabant, Nicænisque Patribus probatam vocem, qua omnis eorum* ὁμωνυμία *in Trinitatis mysterio elidebatur, respuebant, eoque invento simplicibus fucum faciebant :* sed, cum constet vocem ὁμοούσιος in hac fidei professione reperiri, totum id Combefisii argumentum per se ruere vident, opinor, omnes. Denique cum Combefisius paulo post incidisset in alia illa ejusdem libelli verba (tom. II novæ ed., pag. 228) : Διόπερ παρακαλῶ καὶ δέομαι, παυσαμένους τῆς περιέργου ζητήσεως καὶ ἀπρεποῦς λογομαχίας, ἀρκεῖσθαι τοῖς ὑπὸ τῶν ἁγίων καὶ αὐτοῦ τοῦ Κυρίου ῥηθεῖσι, *Quapropter adhortor vos et rogo ut missa curiosa inquisitione, relictaque indecenti verborum contentione, iis quæ a sanctis et ab ipso Domino dicta sunt, contenti sitis,* ita persecutus est : *Scriptores canonicos velit et apostolos, ad quos unos provocat, nihil dans vel Ecclesiæ, vel Patrum, qui secuti sunt, auctoritati.* Primum, cum scriptor ipse voce ὁμοούσιος usus sit, perspicuum est eum non ad unos scriptores canonicos provocare. Alioquin enim secum ipse pugnaret, cum voce ὁμοούσιος utatur : quæ vox tamen nusquam in Scripturis occurrit. Deinde, quod ait *nos contentos esse debere iis quæ a sanctis et ab ipso Domino dicta sunt,* id ita accipi oportet, ut non temere in explicanda fide quidquam addatur verbis aut Domini, aut scriptorum canonicorum. Et ne quis hanc explanationem existimet non scriptoris esse, sed meam, illius verba apponam. Sic igitur loquitur (ibid., p. 224) : Ἕως μὲν οὖν ἀγωνίζεσθαι πρὸς τὰς ἐπανισταμένας κατὰ καιρὸν αἱρέσεις ἐχρῆν, ἐπόμενος τοῖς προειληφόσιν, ἀκόλουθον ἡγούμην τῇ διαφορᾷ τῆς ἐπισπειρομένης ὑπὸ τοῦ διαβόλου ἀσεβείας, ταῖς ἀντιθέτοις φωναῖς κωλύειν, ἢ καὶ ἀνατρέπειν τὰς ἐπαγομένας βλασφημίας, καὶ ἄλλοτε ἄλλαις, ὡς ἂν ἡ χρεία τῶν νοσούντων κατηνάγκασε, καὶ ταύταις πολλάκις ἀγράφοις μέν, ὅμως δ' οὖν οὐκ ἀπεξενωμέναις τῆς κατὰ τὴν Γραφὴν εὐσεβοῦς διανοίας· τοῦ Ἀποστόλου πολλάκις καὶ Ἑλληνικοῖς ῥήμασι χρήσασθαι μὴ παραιτησαμένου πρὸς τὸν ἴδιον σκοπόν. Νῦν δὲ πρὸς τὸν κοινὸν ἡμῶν τε καὶ ὑμῶν σκοπὸν ἁρμόζον ἐλογισάμην, ἐν ἁπλότητι τῆς ὑγιαινούσης πίστεως, τὸ ἐπίταγμα τῆς ὑμετέρας ἐν Χριστῷ ἀγάπης πληρῶσαι, εἰπὼν ἃ ἐδιδάχθην παρὰ τῆς θεοπνεύστου Γραφῆς· φειδόμενος μὲν καὶ τῶν ὀνομάτων ἐκείνων, ἃ λέξεσι μὲν αὐταῖς οὐκ ἐμφέρεται τῇ θείᾳ Γραφῇ, διάνοιάν γε μὴν τὴν ἐκείνην ἐγκειμένην τῇ Γραφῇ διασώζει· ὅσα δὲ πρὸς τῷ ξένῳ τῆς λέξεως ἔτι καὶ τὸν νοῦν ξένον ἡμῖν ἐπεισάγει, καὶ ἃ οὐκ ἔστιν ὑπὸ τῶν ἁγίων κηρυσσόμενα εὑρεῖν, ταῦτα ὡς ξένα καὶ ἀλλότρια τῆς εὐσεβοῦς πίστεως παντάπασι παραιτούμενος. *Dum igitur adversus hæreses vario tempore exortas pugnandum esset, majorum exempla secutus, consequens esse existimavi, ut ejus quæ a diabolo seritur impietatis habita ratione, eas quæ inducuntur blasphemias vocabulis contrariis cohiberem, aut etiam everterem : et aliis atque aliis verbis prout ægrotantium utilitas cogebat, uterer ; quæ etiamsi sæpe non invenirentur scripta, tamen a pio Scripturæ sensu non abhorrebant : quod Apostolus quoque non raro fecit, qui Græcorum verbis congruenter suo proposito convenienterque uti non fastidivit. Nunc autem communi scopo tam nostro quam vestro convenire putavi, si in sanæ fidei simplicitate sequerer vestræ istius in Christo dilectionis mandatum, eaque dicerem, quæ a sacra Scriptura accepissem, sed sic, ut parcus sim in illis nominibus et verbis usurpandis, quæ ipsis litteris et syllabis in divina Scriptura non reperiuntur, tametsi eam quam Scriptura præfert sententiam servant : quæ vero præter dictionis novitatem novum etiam et peregrinum sensum nobis exhibent, quæque non inveniuntur usurpata a sanctis, ea uti peregrina et a pia fide aliena omnino averser.* Basilius igitur, quasi prævidisset non defuturos, qui aliquot suæ professionis verba in malam partem interpretarentur, tam clare tamque dilucide mentem suam hoc loco aperuit, ut omnia malorum interpretum argumenta præoccuparit. Ait enim, se, cum ægrotantium utilitas cogeret, aliis atque aliis verbis usum esse, non tamen indiscriminatim omnibus, sed iis duntaxat, quæ, etiamsi sæpe non invenirentur scripta, tamen a pio Scripturæ sensu non abhorrerent. Scriptor igitur non is erat, qui, ut falso putavit Combefisius, suas fidei professiones ex puris putis Scripturæ verbis mitiorum Arianorum exemplo adornare vellet, cum ipse quibusdam verbis, quæ sæpe in Scriptura non inveniebantur, aliquando uti non dubitaverit. Constat quoque ex iis quæ modo retuli verbis, auctorem non omnino respuisse verba illa, quæ in Scripturis non legerentur, sed in his adhibendis parcum fuisse ; ex quo fit, ut non ad unos scriptores canonicos, uti falso sibi Combefisius persuaserat, provocarit. Nec verius, quod Combefisius dixit, scriptorem nihil dedisse auctoritati, neque Ecclesiæ, neque eorum qui secuti sunt Patrum. Qui enim ea sola verba, quæ præter dictionis novitatem novum etiam et peregrinum sensum præferunt, repudiat, is certe et Ecclesiæ et Patrum auctoritatem sequi paratus est. Unum si addidero, ad cætera pergam. Dubitat vir eruditissimus Tillemontius (*a*), utrum ea, de qua controversia est, fidei professio, ipsa sit, quam Basilius scripserit, an alia, quæ in ejus locum substituta sit. Causa autem, cur ita dubitaverit, non alia est,

(*a*) *Vie de S. Basile*, p. 655.

Digitized by Google

nisi quod hæc fidei professio, potius peculiare quoddam opus, quam alicujus operis continuatio ac series esse videatur. Fateor ego hanc *Fidei professionem* peculiare opus esse: sed nego inde concludi posse eam ad Ascetica non pertinere. Nam Asceticorum partes peculiaria esse opera, quæ diversis temporibus scripta sint, obscurum non est. Etenim cum in fine libelli *De judicio Dei* retulisset quædam Apostoli verba, sic scripsit : Ἀκόλουθον ὁμοῦ καὶ ἀναγκαῖον ἐλογισάμην, τὴν ὑγιαίνουσαν πίστιν καὶ εὐσεβῆ δόξαν περί τε Πατρὸς καὶ Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος παραθέσθαι πρότερον, καὶ οὕτως ἐπισυνάψαι τὰ ἠθικά. *Consequens simul et necessarium existimavi, ut sanam fidem ac piam de Patre et Filio et Spiritu sancto sententiam prius exponerem, et ita demum moralia attexerem.* Et quidem ex his verbis perspici potest, libellum *De fide* eodem jure dici posse opus peculiare, quo Moralia, quæ et ipsa attexuisse se dicit Basilius. Cum igitur Moralia opus peculiare esse ab omnibus dicantur, non video cur hic *De fide* libellus pro opere peculiari haberi non possit. Ex eodemque illo loco patet, Basilium, cum hæc scriberet, nondum Regulas composuisse, utpote quarum mentionem non faciat. Quare, ut dixi, Asceticorum partes peculiaria sunt opera, non uno tempore conscripta, sed quorum aliud post aliud, prout occasio se dabat, confectum sit. Ad hæc cum hodieque hæc *Fidei professio* et in Veneta editione et in veteribus libris eodem ordine reperiatur, quo eam viderat Photius, non videtur causa ulla esse, cur ipsa inter Ascetica numeranda non sit. Cum enim ex his veteribus libris, in quibus invenitur, nonnulli sint, qui si antiquitate non omnino ætatem Photii attingant, at ad eam tamen accedant proxime, dubitari merito non potest, quin ejusmodi *Fidei professio* illa ipsa sit, quam Photius et vidit, et inter Ascetica recensuit : quod autem ab optimo harum rerum judice Photio pro Asceticorum parte habitum est, id hodie in alienis poni facile non debet. Quod ultimum est in hac quæstione, Moralium scriptorem spectat : sed certe neque multis verbis, neque magno labore opus est, ut eorum verus auctor cognoscatur. Qui enim novit auctorem libellorum *De jud cio Dei* ac *De fide*, Moralium scriptorem simul novit. Etenim quæ in fine libelli *De judicio Dei* leguntur, manifeste ostendunt horum trium scriptorum unum et eumdem auctorem esse : quæ verba cum paulo ante retulerim, ea rursus hoc loco referre nihil necesse est. Præterea qui libellum *De fide* conscripsit, Moralium se esse auctorem aperte declarat. Ita enim sub finem loquitur (num. 6, p. 229) : Τὰ περὶ τῆς ὑγιαινούσης πίστεως ἐν τοῖς πρὸ τούτων αὐτάρκως εἰρῆσθαι πρὸς τὸ παρὸν λογιζόμενοι, ἐντεῦθεν τὴν περὶ τῶν ἠθικῶν ἐπαγγελίαν ἐν ὀνόματι τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ πληρῶσαι σπουδάσωμεν. Ὅσα τοίνυν εὑρίσκομεν κατὰ τὴν Καινὴν τέως Διαθήκην σποράδην ἀπηγορευμένα ἢ ἐγκεκριμένα, ταῦτα, κατὰ τὸ δυνατὸν ἡμῖν, εἰς ὅρους κεφαλαιώδεις πρὸς τὸ εὐληπτον τοῖς βουλομένοις ἐσπουδάσαμεν συναγαγεῖν, etc. *Cum de his quæ ad sanam fidem pertinent, satis pro tempore in superioribus a nobis dictum fuisse putemus, jam Moralia, quæ promisimus, in nomine Domini nostri Jesu Christi tradere conemur. Quæcunque igitur hactenus sparsim in Novo Testamento aut interdicta aut approbata invenimus, ea pro nostra virili parte in regulas quasdam compendiarias, quo facilius a quovis intelligerentur, colligere curavimus*, etc.

§ XI. *Pars tertia, an Basilius auctor sit brevium duorum tractatuum, qui post Moralia collocantur.*

32. Breves hi tractatus, quorum idem est titulus, Τοῦ αὐτοῦ λόγος ἀσκητικός, *Ejusdem sermo asceticus*, ad Ascetica nullo modo pertinent. Nam, ut est apud Photium (*a*), libelli *De judicio Dei* ac *De fide*, Moralia, Regulæ tam longiores quam breviores proprie Ascetica constituebant. Quanquam autem duo hi sermones ad ἀσκητικόν, quod vocatur, referri non possint, non propterea tamen eos silentio prætermittere licet. Videamus igitur Basilii sint, necne. Certe si habeatur ratio aut veterum librorum, aut consensus hominum eruditorum, nemo dubitabit quin hæ oratiunculæ ad Basilium Magnum pertineant. Nam et in antiquis omnibus libris nomen Basilii præferunt, et ab eruditis omnibus, si forte Scultetus excipiatur, pro fetu ejusdem genuino habentur. Monere tamen juvat, inter eruditos illos homines, quos dixi, antiquum nullum scriptorem inveniri, qui duo hæc opuscula aut unquam laudaverit, aut ex eis quidquam excerpserit : quod notavi, non ut elevarem recentiorum auctoritatem, sed ne quis falso arbitraretur hos de quibus agimus libellos ab aliquibus etiam veteribus Basilio tribui. Mirum autem nemini videri debet, si his temporibus doctissimi quique has oratiunculas adjudicarint Basilio. Nam, ut verum fatear, cum primum leguntur, neque in verbis, neque in sententiis quidquam apparet, unde suspicio aliqua oriatur : sed si semel et iterum oculis lustrentur, de his, opinor, aliter judicabitur. In illis enim reperiuntur voces quædam, quas in genuinis Basilii Asceticis nusquam legimus. Auctor igitur, quisquis est, cum significare vult fratrum conventum, utitur hisce vocibus, συνοδία, συσκηνία, πλήρωμα : quibus tamen Basilius, cum eamdem rem significaret, nusquam, quod sciam, usus est. Nec putandum est ejusmodi vocabula in duabus his lucubratiunculis raro adhiberi, in iisque poni quasi obiter : sed potius scriptor vocibus illis ita delectabatur, ut ipsas sæpius usurparit. Nam ut sileam de vocabulis συσκηνία et πλήρωμα, quæ aliquoties in tam brevibus opusculis adhibuit, vocem συνοδία decies repetit. Ex quibus perspicuum est vocem hanc συνοδία præ cæteris opusculorum scriptori

(*a*) Cod. CXCI, p. 495.

Digitized by Google

familiarem fuisse. Quomodo ergo Basilius, si horum libellorum auctor esset, nunquam ea usus fuisset, præsertim cum de rebus asceticis tam copiose scripserit? Nec satis est dixisse, scripsisse Basilium copiosissime de asceticis rebus, sed addi debet summum illum virum centies fratrum conventum propriis quibusdam nominibus significasse, et tamen ne semel quidem voce συνοδία usum fuisse, non ita facturus, si horum opusculorum auctor exstitisset. Voces enim, quæ semel alicui scriptori placuerunt, sæpe, ut experientia docet, in illius libris occurrunt, maxime si earum adhibendarum occasio passim offeratur. Accedit etiam quod ubi in his opusculis sermo instituitur de fratrum præposito, ibi voces illas, καθηγούμενος, προηγούμενος, προκαθηγούμενος, sæpissime usurpatas invenimus, sic ut novies aut decies legantur : cujus rei unum aut alterum exemplum proferre libet. Ita igitur legitur in opusculo primo (t. II, p. 324) : Ἡ δὲ ἀληθὴς καὶ τελεία ὑπακοὴ τῶν ὑποχειρίων πρὸς τὸν καθηγούμενον, etc. *Vera autem et perfecta subditorum erga præfectum obedientia*, etc. In secundo autem (pag. 322) sic : Ἀλλ' ἐν τῇ ἐξουσίᾳ τοῦ καθηγουμένου ἡ χρῆσις ἔστω, ἐκ τῶν κοινῶν τὸ κατάλληλον ἑκάστου χρησιμεύειν, κατὰ τὴν τοῦ προηγουμένου ὑφήγησιν. *Sed usus sit penes præfectum, ita ut quod cuique convenit, id ex communibus tribuatur juxta moderatoris præceptum.* In genuinis autem Basilii Asceticis, etsi in ipsis centies sermo habetur de monasteriorum præfectis, nusquam tamen ad eos significandos eæ quas dixi voces usurpantur (*a*). Nonnihil est quoque, quod scriptor monachorum vivendi rationem vocat vitam philosophicam. Nam ipso initio secundi sermonis (pag. 323) ita scriptum est : Οὕτω καὶ τοὺς τῇ ἀσκητικῇ προσερχομένους ζωῇ, πάσης ὕλης βιωτικῆς γυμνωθέντας, ἐντὸς τοῦ κατὰ φιλοσοφίαν γενέσθαι βίου. *Ita etiam qui ad asceticum vitæ genus accedunt, omni re sæculi hujus exuti, vitam philosophicam ingrediantur.* Basilius autem, etsi multis admodum locis de monastica vita loquitur, nunquam tamen, ut alibi etiam notabo (*b*), ea dicendi formula usus est. Arbitror igitur has lucubratiunculas spurias esse atque adulterinas, nec ob aliam causam inter Basilii Ascetica a librariis positas fuisse, quam quod ad idem argumentum pertinerent.

§ XI. *Pars quarta, ubi ostenditur Regularum longiorum et brevium unum et eumdem auctorem esse.*

33. Fuere qui tradiderunt Regulas longiores Basilii quidem esse, sed breviores alteri tribui oportere; si non dixerunt, at putasse tamen credi possunt. Præcipua autem causa, cur has suspectas habuerint, hæc est, quod ipsis visæ sint severiores, magisque a moderatione alienæ. Sed, si semel damnentur Regulæ breviores severitatis majoris nomine, consequens erit ut et longiores quoque eodem obtentu brevi rejiciantur. Inest enim in utrisque Regulis tam brevioribus quam longioribus eadem indoles, idem ingenium, eadem morum præcepta, idem veræ pietatis amor, idem vitii et peccati odium : uno verbo, inest in utrisque non quidem major severitas, cum severitate Evangelii major non sit, sed majoris severitatis quasi umbra quædam. Et vero Combefisius non aliam ob causam Regulas fusiores simul et minores respuit, quam quod utræque pariter Stoicum quiddam præferant; in eoque ego eum minus reprehendendum puto, cum re ipsa utræque ex æquo severæ esse videantur. Certe si quis hodie ita sentiret, ut Basilium quidem magnarum Regularum auctorem esse fateretur, Eustathium vero parvarum parentem esse contenderet, is valde miraretur Stoica quædam dogmata in magnis Regulis a Combefisio inveniri, cum ipse in eis nihil tale inesse cerneret. Et nos quoque hoc idem dicere habemus, ei, qui ita Regulas longiores probaret, ut minores ob austeriorem doctrinam reprobaret, videlicet nos magnopere mirari, ab ipso in Regulis brevioribus reperiri Stoicum quiddam, cum eas a Stoicorum severitate longe abesse videamus. Ex his autem, quæ hactenus diximus, si nihil aliud, illud quidem certe ostenditur, unicum argumentum, quod ad improbandas breviores Regulas proprie afferri potest, futile esse et vanum : sed, ut verum fatear, non necessario sequitur, si utræque Regulæ et majores et minores ex æquo severæ sunt, ipsas ab uno et eodem scriptore editas fuisse. Quare si propositum assequi velimus, aliis argumentis utamur necesse est. Primum igitur si qua ratio habenda est hominum omnium consensus, cujus debet haberi maxima, plane constabit Regularum omnium unum et eumdem auctorem esse. Nam ante nostra tempora reperias neminem, qui longiores a brevioribus Regulis unquam distinxerit. Omnes totius Ascetici, quod de Photii sententia utrasque Regulas complectitur, unum et eumdem auctorem semper fecerunt. Quales sunt Hieronymus, Rufinus, Cassianus, Sozomenus, Justinianus, Photius, Suidas, Nicephorus, auctor Combefisianus (*c*), qui ut longiores, ita breviores Regulas sibi vindicat. Hoc idem et recentiores quoque præstitere. Etsi enim in sententiis dissident inter se, tamen in eo consentiunt omnes, quod utrasque Regulas uni et eidem auctori ascribant. Et, ut interim multos omittam, nominabo Scultetum, Combefisium, Natalem Alexandrum, Tillemontium, Ludovicum Dupinum. Quod si tot hominum testimonia sufficere non videantur, ejusdem rei testem adhibebo ipsum Regularum auctorem. Incipiam ab ea regula, quæ inter breviores secunda est, ubi sic legitur : Τούτων δὲ ἕκαστον οἵαν ἔχει δύναμιν εἴρηται ἐν τῷ περὶ αὐτοῦ ἐρωτήματι. *Qualem autem vim habeat horum unum-*

(*a*) Lege num. 37.
(*b*) In præf. n. 37.
(*c*) Lege *Basil. recensit.*, t. II, p. 101.

Digitized by Google

quo ique, dictum est in ea, quæ ad hoc pertinet, interrogatione. Obscurum autem non est, ut jam pridem Tillemontius notavit, hoc loco indicari regulam inter magnas octavam, cum in ea secundæ illius brevioris regulæ argumentum copiose tractetur. Nunc proferam alios tres locos minime dubios, quorum primum jam protulit is, quem modo dixi, vir eruditissimus Tillemontius. Is autem locus primus invenitur in brevi regula septuagena quarta, ubi ita scriptum invenitur : Πληρέστερον δὲ περὶ τῶν τοιούτων ἐν τοῖς κατὰ πλάτος εἰρημένοις ἀπεκρινάμεθα. *Verum de iis, qui hujusmodi sunt, in quæstionibus fuse explicatis uberius respondimus :* quo in loco magnam aliquam regulam citari vident quicunque cæci non sunt. Magna autem regula illa quæ hic citatur, in magnis locum septimum tenet, in eaque fuse explicatur quod in breviori paucis perstringitur. Alia duo exempla evidentissima proponam. Unum sumam e regula centesima tertia, in qua propositæ sibi quæstioni ita auctor respondet : Περὶ τούτων εἴρηται σαφῶς ἐν τῇ πλατυτέρᾳ ἀποκρίσει. *De his enucleate dictum est in latiore responsione.* Hæc autem latior responsio regula est vicesima septima inter majores. Alterum exemplum suppeditabit brevior regula ducentesima vicesima, quæ sic incipit : Περὶ τούτων εἴρηται ἐν τοῖς κατὰ πλάτος. *De his dictum est in quæstionibus fusius explicatis.* Legenti autem longiores Regulas, occurret tricesima tertia, in qua multis verbis declaratur quod in hac breviori breviter dictum est. Post testimonia tam certa tamque indubitata, opinionem nostram magis confirmari nihil quidem necesse duco : sed tamen non indignum puto, quod notetur, easdem dicendi formulas, quæ in majoribus Regulis inveniuntur, in minoribus quoque reperiri. Qualis est illa, qua scriptor ita Scripturam citat (*a*), ut adverbia quædam præponat : Τοῦ Κυρίου ὁριστικῶς εἰπόντος, etc., *cum Dominus verbis decretoriis dixerit*, etc. Rursus cujusmodi est illa, quæ in usu est apud scriptorem, cum aliquod genus præfecturæ exprimitur : Ὥστε τὸν μέν τινα ὀφθαλμοῦ ἐπέχειν δύναμιν, τὴν ἐπιμέλειαν τὴν κοινὴν πεπιστευμένον· *ita ut alius quidem oculi vim obtineat, cui scilicet concredita est communis rerum cura :* ubi non simpliciter dicitur, τὸν προεστῶτα, *præfectus scilicet*, sed per periphrasim, τὴν ἐπιμέλειαν τὴν κοινὴν πεπιστευμένον. Annumerari potest cum his et illa quoque, qua voces πληροφορεῖν et πληροφορία in significatione persuasionis usurpantur, τὸν μὲν πληροφορήσας, ὅτι ὁ, etc., *sic ut alteri quidem persuaserit, ut si*, etc. Et illud addi potest, quasdam voces, certo quodam modo acceptas, quæ nusquam in Regulis longioribus ponuntur, nusquam quoque in brevioribus adhiberi. Ad quod genus tres hæ voces referuntur, φιλοσοφεῖν, φιλοσοφία, φιλόσοφος. Ad idem pertinet verbum ποιεῖσθαι, cum in tempore passivo ponitur (*b*), et tamen significationem activam retinet. Ejusdem generis sunt et alia quædam vocabula, quæ cuique alio loco legere licet (*c*).

§ XI. *Pars quinta, in qua ostenditur utrasque Regulas et Constitutiones monasticas uni et eidem auctori tribui non debere.*

34. Doctissimus vir Combefisius, cum dixisset utrasque Regulas et Constitutiones monasticas uni et eidem scriptori ascribi non oportere, visus est multis quasi paradoxum quoddam proferre : in quo ego eum partim probo, partim improbo. Mihi enim videtur, quod ejusmodi scripta non uni et eidem homini attribuenda esse censuit, recte ac vere judicasse : sed in eo peccasse, quod neutrius operis verum auctorem assignarit. Sed de his postea. Jam adnotavi eum, quem modo dixi, eruditissimum virum suam opinionem ita defendere, ut argumenta sua fere omnia ex nimia regularum severitate petat : sed ea fortassè ei soli firmitatis aliquid habere videbuntur. Et vero quicunque animo æquo Regulas tam longiores quam breviores legerint, ii certe quo erunt perspicaciores, eo minus Stoica illa dogmata videbunt, quæ in utrisque deprehendisse se falso existimavit Combefisius. Plura suo loco de severitate illa Stoica vel potius Combefisiana : nunc de alio viri eruditissimi argumento verba faciamus. Ita igitur loquitur in suo *Basilio recensito* (t. II, p. 254) : *Ipso statim titulo et argumento Constitutionum monasticarum, alium se auctor prodit ab eo, cujus superiora omnia (si forte præfationem aliquam libellumque ad ἄσκησιν sanctiusque institutum levius informantem exceperis), verumque Basilium, qui et eos erudiat, qui in societate cum reliquis, et qui solitariam ipsi seorsum vitam agant ; ut est utraque militia Ecclesiæ probata, ducesque habuit et antistites atque cultores viros plane inclytos ; cum prior ille auctor sic solitarios perpetuo insectari videatur, unisque communem vitam agentibus, quidquid est Christianæ pietatis ascribere.* Fateor, quod hic ait Combefisius, Regularum auctorem anachoretis infensissimum esse, scriptorem vero Constitutionum monasticarum eis favere, ipsorumque vivendi rationem probare, id mihi videri et firmius et gravius, quam est tota illa tam sæpe ab eodem Combefisio decantata Stoicorum severitas. Etenim Regularum auctor tam vehementer invehitur in anachoretas (*d*), ut eum ipsis unquam favisse vix credas : sed tamen ne hoc quidem argumentum arbitror ad persuadendum multum valere. Nam rarum non est, ut quis diversis temporibus eadem et probet et improbet. Fieri ergo potuit, ut Regularum scriptor, quisquis est, anachoretarum vivendi rationem valde vituperarit, quam antea tamen multum laudasset. Quoniam tamen hoc ipso in argumento vim maximam inesse existimo, si aliunde

(*a*) Lege n. 38.
(*b*) Lege n. 37.
(*c*) Ibid.
(*d*) Lege reg. 7 maj.

Digitized by Google

consideretur, ab eo non tam cito discedam. Scien- A auctor in Regulis brevioribus magis indulgens
dum ergo Constitutionum monasticarum auctorem fuisse in anachoretas putandus est, cum in ipsis
anachoretarum statum non obiter commendasse, regulam septimam majorem, quam quisque sequi de-
sed de eo copiose et abundanter disseruisse. Non beat, citet (*a*). Jam quæro qui fieri potuerit, ut unus
enim id vivendi genus uno aut altero loco probat, et idem homo in uno opere refutarit quæ in altero
sed totam mediam sui operis partem in eo infor- scripsisset. Sed fortasse cuipiam in mentem veniet
mando insumpsisse se tradidit ipse. Ita enim initio quod aliquanto ante diximus, videlicet non raro
capitis 18 loquitur (pag. 360) : Περὶ μὲν οὖν τοῦ contingere, ut quis aliter aliis temporibus sentiat.
καθέκαστον ἀσκητοῦ καὶ τοῦ τὸν μονήρη βίον ἀσπα- Nihil ergo impedit, inquiet aliquis, quominus auctor
σαμένου ἐν τοῖς ἔμπροσθεν, ὡς ἐνῆν, δεδηλώκαμεν· primum Constitutiones monasticas vulgasse creda-
ὅπως τήν τε ψυχὴν πρὸς τὸ καλὸν ἐξασκῶν, καὶ τὸ tur, deinde vero Regulas, in quibus, cum experien-
σῶμα πρὸς τὸ δέον οἰκονομῶν, δύναιτ' ἂν ἡμῖν τὸν tia doctior effectus fuisset, mutasset sententiam.
ἀκριβῆ χαρακτηρίσαι φιλόσοφον. Ἐπεὶ δὲ οἱ πλεῖστοι Ego quidem fatebor ita mihi primo aspectu visum
τῶν ἀσκητῶν κατὰ συστήματα πολιτεύονται, ἀλλήλοις fuisse : sed, re diligentius considerata, aliter ju-
τὰ φρονήματα πρὸς ἀρετὴν παραθήγοντες, καὶ τῇ τῶν dicavi. Mihi enim persuadere non potui, auctorem
κατορθωμάτων ἀντιπαραθέσει παρορμῶντες ἑαυτοὺς B tam contraria scribere potuisse, nec tamen de sen-
ἐπὶ τὴν τοῦ καλοῦ προκοπὴν, δίκαιον ᾠήθημεν, καὶ tentiæ mutatione rationem ullam reddidisse. Certe,
τούτοις τὴν διὰ τῶν λόγων παράκλησιν εἰσενέγκασθαι. si quis hodie de informandis anachoretarum mori-
*Ac de asceta quidem, qui seorsum agit, vitamque so- bus librum aliquem ederet, nunquam in alio libro
litariam amplexus est, dilucide, quantum in nobis funditus everteret eorum institutum, nisi prius
erat, superius disseruimus, quomodo et animum exer- monuisset se ob graves causas de sententia deces-
cens ad bonum, et corpus apte et rite componens, sisse : quod cum factum non sit in iis, de quibus
philosophum perfectum nobis exprimere possit. At agimus, scriptis, inde effici videtur ejusmodi scri-
quoniam versantur simul in communitate plurimi pta non uni, sed duobus scriptoribus tribui opor-
ascetarum, animum mutuo excuentes ad virtutem, tere. Ab eo, quod mox proposui, argumento non
si recte factorum comparatione seipsos ad progressum multum abludit illud, quod mox proferam. Monere
in bono faciendum concitantes, æquum esse putavi- ergo juvat, multa communia esse Regulis cum mo-
mus, hos etiam sermonibus nostris adhortari.* Ex qui- nasticis Constitutionibus. Quale est quod dicitur tam
bus perspici potest, auctorem ita suum opus divisisse, in Regulis quam in Constitutionibus de colloquio
ut illius tota media pars ad anachoretas, altera ad C cum mulieribus; de eligendis iis operibus quæ sta-
cœnobitas spectaret. At vero tantum abest, ut Regu- tui monachorum conveniant; de obedientia; de
larum auctor unicum verbum dixerit de laude hujus præpositi officio; de vestimentis, deque aliis ejus-
status, ut eum etiam modis omnibus exagitet. Legi dem generis plurimis. Ergo, si Regularum atque
poterit septimum caput Regularum majorum totum, Constitutionum idem auctor esset, aut in Regulis
in quo nihil omissum est eorum, quibus hujus instituti Constitutionum meminisset, aut in Constitutionibus
pericula incommodaque ostendi possint. Hic locum mentionem fecisset Regularum. Eoque magis, quod
unum, qui instar omnium esse possit, exscribam. auctor, de quo agimus, quicunque ille fuit, ita
Cum igitur incommoda aliqua, quæ hanc vivendi facere consueverat, ut videre est in Regulis bre-
rationem comitantur, retulisset, ita persequitur vioribus, in quibus ipse non raro citat quæ alibi
(pag. 345) : Ἄνευ δὲ τούτου, καὶ ὁ τῆς ἀγάπης τοῦ de eodem argumento scripserat. Ejus rei cum su-
Χριστοῦ λόγος οὐκ ἐπιτρέπει τὸ ἴδιον σκοπεῖν ἕκα- perius exempla aliquot retulerimus, in iis amplius
στον. Ἡ ἀγάπη γὰρ, φησὶν, *οὐ ζητεῖ τὰ ἑαυτῆς*. immorandum non putavimus.
Ὁ δὲ ἀφιδιαστικὸς βίος ἕνα σκοπὸν ἔχει, τὴν οἰκείαν
ἑκάστου τῶν χρειῶν θεραπείαν. Τοῦτο δὲ προδήλως 35. Quanquam longe dissentio ab iis, qui Stoi-
μαχόμενόν ἐστι τῷ τῆς ἀγάπης νόμῳ, ὃν ὁ Ἀπόστολος D cum in Regulis inveniri putant, earum tamen auctor
ἐπλήρου, μὴ ζητῶν τὸ ἑαυτοῦ συμφέρον, ἀλλὰ τὸ mihi severior visus est, quam ut idem sit, qui Con-
τῶν πολλῶν, ἵνα σωθῶσιν, etc. *Sed præterea diligendi stitutiones scripserit. Hic majoris perfectionis causa
Christi ratio et modus, unumquemque quod sibi pro- severitatem ubique prædicat : ille quoddam vitæ
prium fuerit, spectare non sinit.* « *Charitas enim,* genus et mitius et commodius proponit. Hic arctam
inquit, non quærit quæ sua sunt [28]. » *Vita autem* illam viam, quæ ad veram vitam ducit, vel paulu-
solitaria et seorsum a cæteris omnibus acta scopum lum dilatare semper veretur : ille se præstat beni-
unicum habet, ut suis quisque utilitatibus inserviat. gniorem Scripturarum interpretem, et, si hanc
Hoc autem aperte adversatur charitatis legi, quam viam non dilatet, at ipsam tamen faciliorem atque
implebat Apostolus, qui non sua, sed multorum com- planiorem reddit. Cum multa loca afferre possem,
moda quæreret, ut salvi fierent, etc. Neque vero quibus probari posset quod modo dixi, in medium
tamen pauca duntaxat adducenda censui : eo magis,

[28] I Cor. XIII, 5.

(*a*) Reg. brev. 74.

Digitized by Google

quod si quis plura cupiat, ei quamplurima in ipsis fontibus invenire facile sit. Ita igitur in Constitutionibus legitur (pag. 553, c. 7, n. 2) : Χρὴ τοίνυν ἡσυχῇ μένειν τὰ πολλὰ, καὶ καρτερεῖν ἕκαστον τὴν ἰδίαν καταγωγὴν, ἵνα ἔχῃ τοῦτο τῆς εὐσταθείας τῶν τρόπων μαρτύριον· μὴ πάντη μὲν καθεῖρχθαι, ἀλλὰ τάς τε ἀναγκαίας προόδους εὐπαρρησιάστους ποιεῖσθαι, ἐν αἷς οὐδὲν τὸ συνειδὸς ἐπισκήπτει, καὶ τοὺς βελτίστους τε καὶ ὠφελιμωτάτους διὰ πολιτείας ἀκρίβειαν τῶν ἀδελφῶν ἐπισκέπτεσθαι, παραδείγματα ἀρετῶν ἐκ τῆς ὠφελίμου συντυχίας λαμβάνοντα, ἐμμέτρους, ὡς ἔφημεν, καὶ ἀνεπιλήπτους τὰς προόδους ποιούμενον. Πολλάκις γὰρ, καὶ ἀκηδίαν ἐγγενομένην τῇ ψυχῇ ἡ πρόοδος διαλύσασα, πάλιν οἷον ἐπιῤῥῶσαι καὶ ἀναπνεῦσαι μικρὸν παρασχοῦσα, προθύμως προσιέναι τοῖς ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας ἀγωνίσμασι δίδωσιν. *Par est igitur in quiete ut plurimum manere, et quemlibet in propria sede persistere, ut hoc constantiæ morum testimonium habeat : non tamen prorsus in cella sua inclusum esse, sed libere, si propterea nihil conscientia exprobrat, necessitate cogente egredi, fratresque vitæ integritate et optimos et utilissimos invisere, sed ita tamen, ut ex utili congressu virtutum capiat exempla : quod consequetur, si, ut diximus, in prodeundo modus teneatur, nihilque fiat quod reprehendi possit. Sæpe enim insitum etiam animo tædium exeundo dissipatur; idque in causa est cur iterum veluti convalescamus, ac paululum respiremus, alacriterque ad certamina pro pietate subeunda veniamus.* Quod initio dicitur, libere, si necessitas cogat, egredi oportere, id fortasse nemo intellexisset, nisi interpretatus esset auctor ipse. Nam necessitatis nomine vulgo significantur urgentes quidam casus, qui ita premunt, ut vix aliter facere possis : et tamen hoc loco aliquid tale intelligere nihil necesse est. Cum enim scriptor ita locutus est : *Sæpe enim insitum etiam animo tædium exeundo dissipatur;* non obscure indicavit monacho egredi licere, si tædium dissipare sibi proponat : in quo maxima scriptoris lenitas aperte ostenditur; simulque ejusmodi egrediendi facultas datur, qua abuti multi possent. Longe gravius est quod sequitur : Εἰ δέ τις τὸ καλὸν τῇ ψυχῇ βεβαίως ἐνιδρυσάμενος, καὶ τῇ χρονίᾳ ἀσκήσει τῆς τῶν παθῶν κυβερνήσεως τὴν ἐμπειρίαν λαβὼν, καὶ δαμάσας μὲν τὰς σωματικὰς ἀκρασίας, χαλινώσας δὲ τὰς ψυχικὰς ἀταξίας, θαῤῥῶν δὲ τῷ τοῦ λογισμοῦ χαλινῷ συχνοτέρας θέλοι ποιεῖσθαι τὰς πρόοδους εἰς οἰκοδομὴν καὶ ἐπίσκεψιν ἀδελφῶν, τὸν τοιοῦτον καὶ παρορμήσει μᾶλλον ὁ λόγος ἐπὶ τὴν πρόοδον, ἵνα τὸν λύχνον ἐπὶ τὴν λυχνίαν τιθεὶς, πᾶσι τὸ φῶς τῆς τῶν καλῶν καθηγήσεως χορηγήσῃ· μόνον εἴ γε θαῤῥοίη, ὡς καὶ λόγῳ καὶ ἔργῳ διδασκαλεῖον ἀρετῶν ἑαυτὸν δυνήσεται τοῖς συντυγχάνουσι παρέχειν, etc. *Si quis vero, posteaquam bonum in animo fortiter constabiliverit, diuturnaque exercitatione gubernandorum affectuum experientiam adeptus fuerit, et domitis corporis libidinibus coercuerit tumultus animales, tum demum rationis freno confisus velit frequentius ac crebrius ad ædificandos visitandosque fratres egredi; eum, qui ejusmodi est, ratio ad exeundum potius inducet, ut posita super candelabro lucerna, doctrinæ bonæ lumen impertiat omnibus : si modo confidat posse et sermone et opere seipsum iis quibuscum congreditur, ceu quamdam virtutum scholam exhibere,* etc. Scriptor aliquanto ante, cum monachis egrediendi facultatem levandi tædii causa daret, facilitatem non mediocrem ostendit : hic ita facilis est, ut modum omnem transire videatur. Nam monachus quivis, qui perfectum se jam esse in animum semel induxerit, de auctoris sententia non poterit modo, si velit, frequentius ac crebrius ad ædificandos visitandosque fratres peregre abire : sed postulat etiam ratio, ut iter suscipiat. Ejus autem rei hanc pulchellam rationem reddit : *ut posita super candelabro lucerna, doctrinæ bonæ lumen impertiat omnibus :* quod tamen fieri debet ea conditione, *dummodo confidat posse et verbis et factis seipsum iis quibuscum congreditur, ceu quamdam virtutum scholam exhibere.* Certe hoc non indulgentia est, sed bonæ disciplinæ integra eversio. Primum frenum rationis, quo solo scriptor contentus est, quam debile sit et infirmum, norunt omnes. Deinde, si monacho cuilibet semel licet, cum libebit, frequentius ac crebrius ad ædificandos visitandosque fratres progredi, auctor non anachoretam instituit, quem tamen instituendum sibi proposuerat, sed veluti viatorem aliquem semper huc illuc errantem, nunquam quiescentem, quamvis potius vitam agentem, quam solitariam, quam tamen agendam susceperat. Postremo, quod additur, *eum ratio ad exeundum potius inducet, ut posita super candelabro lucerna doctrinæ bonæ lumen impertiat omnibus, dummodo confidat posse et verbis et factis seipsum iis quibuscum congreditur, ceu quamdam virtutum scholam exhibere,* locum amplissimum præstigiis videtur dare, cum facile fieri possit, ut sibi quisque brevi persuadeat, talem esse se, qualem oportet, ut facem præferat omnibus ad bonam doctrinam, ob idque confidat futurum, ut virtutum omnium exempla secum congressuris præbeat. Ex quibus plane constat Constitutionum auctorem ita indulgentem fuisse, ut etiam rationis fines transgressus sit. Nunc referamus quæ in Regulis leguntur. Hæc autem sunt (*a*) : Τὴν μὲν ἀποδημίαν ἐπιτρεπέτω τῷ δυναμένῳ ἀβλαβῶς τῇ ἑαυτοῦ ψυχῇ, καὶ ὠφελίμως τοῖς συντυγχάνουσιν αὐτὴν ἐκτελεῖν. Ὡς ἐὰν μὴ παρῇ ὁ ἐπιτήδειος, βέλτιον ἐν ἐνδείᾳ τῶν ἀναγκαίων πᾶσαν θλῖψιν καὶ στενοχωρίαν μέχρι καὶ θανάτου ὑπενεγκεῖν, ἢ παραμυθίας ἕνεκεν σωματικῆς, βλάβην ψυχῆς ὁμολογουμένην περιορᾶν. *Peregrinandi detur facultas ei, qui citra animæ suæ detrimentum, et cum utilitate eorum, quibuscum graditur, iter perficere possit. Nam, si nemo idoneus affuerit, præstat in rerum necessariarum penuria*

(*a*) Reg. 44 maj.

Digitized by Google

afflictionem omnem atque angustiam vel ad mortem usque perpeti, quam corporis levamenti causa certissimum animæ detrimentum negligere. In quibus dignum est quod notetur, omnes de auctoris sententia potius rerum penuria perire debere, quam ut unus ob susceptam peregrinationem certum aliquod detrimentum in anima patiatur ; quæ sententia justæ severitatis plena est, et alienissima ab ejus moribus, qui Constitutionum librum edidit. Quomodo enim dicere potuisset, si nemo idoneus inveniatur, omnes potius fame interire debere, quam ut unus animæ suæ dispendio peregre abeat, cum ipse docuerit idoneos ad peregrinandum esse eos, qui confidunt futuros se exemplo in itinere, iis quibuscum congredientur? Etenim si tanta rerum penuria esset, ut fratres omnes in vitæ discrimen venirent, dubium non est quin in quolibet conventu semper aliquis monachus inveniretur, qui se in itinere faciendo virtutum omnium exempla omnibus daturum confideret ; ideoque causa non erat, cur scriptor præclarum illud decantaret, *si idoneus non reperiatur, mortem potius tolerari debere, quam certum aliquod animæ damnum negligere*, cum, ut vidimus, idoneus nunquam deesset. Addere libet et alium locum. Cum ergo auctor interrogaretur utrum auscultandum sit iis, qui nos ad propria reducere vellent, ita respondet (*a*) : Εἰ μὲν διὰ οἰκοδομὴν τῆς πίστεως, ὁ δυνάμενος οὕτως ἀπελθεῖν μετὰ δοκιμασίας πεμπέτθω. *Si id fiat ob fidei ædificationem, qui abire hoc modo potest, is præmisso prævio examine dimittatur :* ubi monacho non permittitur, ut, si velit, egrediatur : sed prius pertentandus est, utrum idoneus sit. Uno verbo, quod in Constitutionibus legi adnotavimus, cuilibet, si velit, egredi licere vanæ cujusdam confidentiæ obtentu, id aut quidquam simile in Regulis qui quæreret, operam luderet. Quare si Regularum scriptor unquam induxisset animum anachoretas instituere, modo secum ipse consentire voluisset, non eis permisisset ut vagarentur huc illuc quoties ita liberet : sed jussisset ipsos ab homine sapiente consilium capere, ab eoque quærere, utrum egredi eis expediret, necne. Videre est igitur in Regulis severitatem, non illam quidem Stoicam, sed quæ peritum magistrum deceat, consulatque optime recto ordini : in Constitutionibus vero, molliorem quamdam disciplinam, quæ si locum haberet, rectus ordo diu stare non posset.

36. Subjungam argumentum aliud, quod et ipsum quoque probat quidem non eumdem esse auctorem Regularum, qui Constitutionum; sed præterea hoc commodi habet, ut nullo verborum apparatu, at solo oculorum auxilio indigeat. Velim igitur oculis lustrentur Regulæ et Constitutiones, comparenturque inter sese. Has videas Scripturarum testimoniis

A referciri : in illis ejusmodi testimonia pauca admodum invenias. Scriptores autem ita sui dissimiles esse non solent, ut cum easdem res tractant, diversis scribendi generibus utantur. Cum igitur constet iisdem de rebus in Regulis atque in Constitutionibus sermonem institui, in iisque diversam esse citandarum Scripturarum rationem, cum earum testimonia sæpe in Regulis, raro in Constitutionibus proferantur, necesse videtur duos distingui auctores, quorum unus uno, alius alio modo scripserit. Et quoniam argumentum e varietate citandæ Scripturæ petere semel cœpi, pergam. Ergo monere operæ pretium est, illud Lucæ, *Martha, sollicita es, et turbaris ergu plurima : porro unum est necessarium* [39], et in Regulis reperiri et in Constitutionibus : sed tam diverse, ut aliter fieri non posse videatur, quin horum operum duo auctores agnoscantur. Loca ipsa in medium meo more adducam: eoque libentius, quod in eis dignum quiddam curiositate studiosorum inesse videatur. Ita igitur in Regulis scriptum invenitur (*b*) : Οὐκ ἐπῆνεσε τὴν Μάρθαν εἰς πολλὴν διακονίαν περισπωμένην ὁ Κύριος, ἀλλὰ, *Μεριμνᾷς καὶ τυρβάζῃ*, φησὶ, *περὶ πολλά· ὀλίγων δέ ἐστι χρεία, ἢ ἑνός* · ὀλίγων μὲν, δηλονότι τῶν πρὸς παρασκευήν· ἑνὸς δὲ, τοῦ σκοποῦ, ὥστε τὴν χρείαν ἐκπληρωθῆναι. *Nequaquam Dominus laudavit Martham in multiplex ministerium distractam : sed, « Sollicita es, inquit, et turbaris circa multa. Atqui paucis, vel uno opus est : » paucis quidem, quantum scilicet ad apparatum, uno vero, nempe fine ipso, ut videlicet necessitati fiat satis.* Ideo autem hæc paulo fusius retuli, ut intelligant qui legent, vocem ἑνὸς hic non accipi vulgari sensu, sed pro uno ferculo. In Constitutionibus vero (cap. 1) sic legitur : Εἶπὲ, φησὶν, αὐτῇ, ἵνα ἀναστᾶσα συνδιακονῇ μοι. Ὁ δὲ Κύριος πρὸς αὐτήν· Μάρθα, Μάρθα, μεριμνᾷς καὶ τυρβάζῃ περὶ πολλὰ, ἑνὸς δέ ἐστι χρεία. Μαρία γάρ, etc. « *Dic illi, inquit, ut surgens ministret mecum.* » *Cui Dominus :* « *Martha, Martha, sollicita es, et turbaris circa multa. Porro unum est necessarium. Maria enim* [40], » etc. Nec quisquam dixerit corruptum esse Regularum locum : quod vitium, ut alia ejusdem generis plurima, aut librariorum oscitantia, aut alio aliquo casu irrepserit. D Etenim, si unico hoc loco ita legeretur, fortasse talia dici possent : sed cum et alibi eodem modo scriptum inveniatur, dubitari merito non potest, quin auctor ipse ita scripserit. Volo autem meminisse omnes, in hoc eruditos inter se consentire, quod uno consensu Moralia et Regulas uni eidemque scriptori tribuant. Videamus ergo, quomodo Moralium auctor, qui idem est atque Regularum, illud, quod dixi, Lucæ testimonium retulerit. Sic autem loquitur in regula 38 (pag. 263): Εἶπὲ οὖν αὐτῇ, ἵνα μοι συναντιλάβηται. Ἀποκριθεὶς δὲ εἶ-

[39] Luc. x, 41, 42. [40] Ibid. 40-42.

(*a*) Reg. brev. 89.

(*b*) Reg. 20 fus.

Digitized by Google

πεν αὐτῇ ὁ Ἰησοῦς· Μάρθα, Μάρθα, μεριμνᾷς καὶ τυρβάζῃ περὶ πολλά· ὀλίγων δέ ἐστι χρεία, ἢ ἑνός. *Dic ergo illi, ut me adjuvet. Respondens autem Jesus dixit ei : Martha, Martha, sollicita es, et turbaris circa plurima, tamen paucis opus est, aut uno :* ubi non aliter legitur, quam in ipsis Regulis; ex quo fit, ut cum constanter duobus in locis eodem modo legatur, auctor ipse, quisquis est, ita scripsisse putandus sit. Præterea, opinor, hæc scriptura, *paucis opus est, aut uno*, tam nova est et insolita, ut librariis, nisi ipsam in iis quæ habebant exemplaribus invenissent, ne in mentem quidem venisset; ob idque magis intelligitur, librarios ejus, quam retuli, varietatis auctores dici jure non posse. Ex quibus omnibus concludi debet, Regularum scriptorem alium esse ab eo qui Constitutiones in lucem edidit, cum Lucæ verba bis aliter citarit. Quod autem dixi, vocem ἑνός apud Lucam sumptam esse ab auctore non mystico sensu, sed proprio et naturali, nempe pro ferculo, id ex eo, quem modo citavi, Moralium loco mirifice confirmatur. Cum enim ea Moralium regula, in qua hæc leguntur, ὀλίγων δέ ἐστι χρεία, ἢ ἑνός, *tamen paucis opus est, aut uno*, scripta sit de frugalitate, certe illud Lucæ testimonium, nisi vox ἑνός ibi pro cibo acciperetur, nihil omnino ad rem faceret.

37. Argumenta, quæ hactenus proposui, fortasse videri poterunt aliquibus paulo remotiora : nunc proponam alia, quæ ex ipsa styli ratione petam. Cum ergo Regulas atque Constitutiones diligenter legerem, easque inter se compararem, videre visus sum duos auctores, quorum unus uno, alius alio loquendi genere valde delectaretur. Et quoniam quæ ipsis oculis subjiciuntur, nescio quomodo magis movent, cujuslibet rei aliquot exempla proferam. A tribus vocibus initium ducam, φιλοσοφία, φιλόσοφος et φιλοσοφεῖν· quæ cum in Constitutionibus sæpe adhibeantur, eas tamen invenire non est usquam in Regulis. Sic igitur loquitur Constitutionum auctor ipso proœmii sui initio :.Τὴν κατὰ Χριστὸν φιλοσοφίαν ἐπανελόμενος, καὶ τῶν βιωτικῶν ἐπιθυμιῶν τε καὶ ἡδονῶν καὶ φροντίδων ἀνώτερον ἄρας τὸ φρόνημα, etc. *Ex quo Christi amplexus es philosophiam, et supra cupiditates mundanas atque voluptates ac curas animum extulisti*, etc. Ejusdem hæc sunt verba alio loco (cap. 4, num. 3, p. 546) : Τί γὰρ βέλτιον, εἰπέ μοι, μιμεῖσθαι τῶν δένδρων τὰ εὔκαρπα... ἐξ ἡμισείας δὲ τὴν φιλοσοφίαν ἐργάζεσθαι, ψυχῇ μόνῃ, ἀλλ' οὐχὶ καὶ τῷ σώματι; *Utrum, quæso, præstabilius est, arboresne frugiferas imitari.... atque ex dimidia tantum parte, solo videlicet animo, ac non etiam corpore philosophiæ operam dare?* Eodem illo in capite (n. 4) sic scribit : Ταύτης γὰρ τῆς διαθέσεως ἐν ψυχῇ γενομένης, οὐδὲν ὁ μετέχων τῆς τροφῆς, τοῦ μὴ μετέχοντος δεύτερος εἰς φιλοσοφίαν φανεῖται. *Quisquis enim, animo sic affecto, cibum sumit, in nihilo videbitur inferior non sumenti, quantum attinet ad philosophiam.* Caput quintum, etsi brevissimum, ejus rei suppeditabit

A tria exempla. In eo igitur ita legitur (pag. 550) : Εἰ δέ τι δέοι διὰ τὴν ἀναγκαίαν χρείαν καὶ ὕπαιθρον ἔργον ἐπιτελεῖν, οὐδὲ τοῦτο τὴν φιλοσοφίαν κωλύσει. Ὁ γὰρ ἀκριβὴς φιλόσοφος, φροντιστήριον ἔχων τὸ σῶμα, καὶ καταγωγὴν τῆς ψυχῆς ἀσφαλῆ, κἂν ἐπ' ἀγορᾶς ὢν τύχῃ, κἂν ἐν πανηγύρει, κἂν ἐν ὄρει, κἂν ἐν ἀγρῷ, κἂν μεταξὺ πλήθους πολλοῦ, ἐν τῷ φυσικῷ μοναστηρίῳ καθίδρυται, ἔνδον συνάγων τὸν νοῦν καὶ φιλοσοφῶν τὰ αὐτῷ πρέποντα. *Quod si oportuerit ob inevitabilem quamdam necessitatem opus aliquod etiam sub dio perfici, ne hoc quidem philosophiæ futurum est impedimento. Qui enim vere philosophus est, ei cum corpus sit loco scholæ et gymnasii, sitque eidem animi sedes firmissima : etiamsi in foro fuerit, sive in conventu, sive in monte, sive in media multitudinis frequentia, ceu in naturali monasterio commoratur : quippe qui intus in se colligat animum, et de rebus, quæ sibi conveniant, philosophetur.* Ultimum locum accersam e cap. 18, ubi sic legitur (pag. 560) : Ἐδηλώσαμεν ὅπως..... δύναιτ' ἂν ἡμῖν τὸν ἀκριβῆ χαρακτηρίσαι φιλόσοφον, *exposuimus quomodo..... philosophum perfectum nobis exprimere possit.* Ex quibus perspici potest, eas, quas dixi, voces Constitutionum auctori non parum familiares fuisse : quæ tamen Regularum scriptori, res easdem et dicenti et exponenti, aut in mentem non venerunt, aut, si venerint, ipsis tamen uti noluit. Hoc idem, quod nobis proposuimus, alia via exsequi conemur. Illud igitur notandum, verbum ποιεῖσθαι ita in Constitutionibus usurpari, ut ipsis etiam locis, ubi tempore passivo ponitur, tamen significationem activam retineat. Res clarior fiet exemplis. Ita ergo legitur in ipso Constitutionum proœmio : Πολλάκις μὲν πρὸς ἡμᾶς πολλοὺς πεποίησαι λόγους, πυνθανόμενος τίνα τρόπον δέοι τὴν τοῦ ἀγῶνος ἔνστασιν τελειῶσαι. *Non raro nobiscum habuisti sermonem, ac percontatus es, quomodo susceptum certamen absolvi oporteat.* Aliquanto post auctor ita scribit (cap. 4, pag. 548) : Ἃς πρὸς τὸν πατέρα τῆς ἁμαρτίας τὸν διάβολον πεποιήμεθα, *quas [obligationes] cum peccati parente diabolo contraximus.* Eodem illo in capite ita scriptum invenitur (pag. 549) : Οὕτω τὰς ἀρετὰς τῆς ψυχῆς τῇ συνεργίᾳ τοῦ σώματος ἀπελάμπρυναν, τὸν πρακτικὸν βίον σφραγῖδα καὶ τελείωσιν τῆς πνευματικῆς πολιτείας πεποιημένοι. *Sic animi virtutes corporis ope illustrarunt, actuosam vitam ceu sigillum atque perfectionem spiritualis vitæ præstantes.* Horum similia sunt quæ leguntur cap. 20 (num. 2) : Τοῖς μὲν οὖν συγγενέσιν εὐχώμεθα τὰ βέλτιστα, δικαιοσύνην, φημὶ, καὶ εὐσέβειαν, καὶ ταῦτα, ἅπερ ἡμεῖς τίμια πεποιήμεθα. *Precemur itaque optima cognatis nostris, justitiam, inquam, et pietatem, et quæ nos magni fecimus.* Nec diversa, quæ mox sequuntur (cap. 21, n. 2) : Οὐ γὰρ ἐπὶ κακίᾳ τὴν κοινωνίαν πεποίηνται, *siquidem non malo consilio pepigere societatem.* Notari potest et illud (cap. 22, pag. 571) : Οὐ γὰρ οἴκοθεν ὁρμηθεὶς, ἀλλ' ἀπ' αὐτῶν τῶν θείων Γραφῶν ταύτην τὴν εἰκασίαν πεποίημαι. *Non enim proprio marte, sed ipsis divinis Seri-*

Digitized by Google

pturis inductus hanc adhibui comparationem. Hanc autem loquendi rationem qua verbum ποιεῖσθαι tempore passivo positum activam significationem habet, qui in Regulis quæret, eum ego, cum ab earum lectione recens sim, frustra quæsiturum affirmare posse videor. Et sicubi vox πεποιημένος in Regulis occurrit, uti reipsa in regula 198 invenitur, tunc significationem passivam præfert. In eo enim, quem notavi loco, ita scriptum est : Τὸ ἐρώτημα οὐ κυρίως φαίνεταί μοι πεποιημένον. *Quæstio hæc non mihi rite proposita videtur.* Confirmare pergam quod mihi proposui, hoc argumento : qui Constitutionum auctor est, cum monasterii præfectum indicare vult, passim his vocibus utitur, ἡγούμενος, ἀφηγούμενος, καθηγούμενος, ὑφηγούμενος, cujus rei aliquot exempla meo more subjiciam. Ita igitur scribit cap. 22 (num. 2, pag. 570) : Καὶ μηδεὶς οἰέσθω με, κρατύνειν ἐθέλοντα τὴν περὶ τοὺς ἡγουμένους εὐπείθειαν, ὑπέρογκα παράγειν τὰ ὑποδείγματα. *Neque vero existimet quisquam, me, obedientiam præfectis debitam stabilire volentem, exempla sublimiora proferre.* Haud longe ita rursus loquitur (num. 4, p. 573) : Ταύτην τὴν εὐπείθειαν ἀπαιτεῖται ὁ κατὰ Θεὸν ἀσκητὴς τῷ ἡγουμένῳ εἰσφέρεσθαι. *Exigitur ab eo, qui secundum Deum asceta est, ut suo præfecto hanc præstet obedientiam.* In capite vicesimo primo (num. 4, pag. 569) ita scriptum est : Ὅτι δὲ ὁ ἀφηγούμενος οὐκ ἂν ἕλοιτο τὸν αὐτῷ μαθητευόμενον πρὸς πονηρίαν ἐναγαγεῖν..... οὕτως, εἰ δοκεῖ, σκεψώμεθα. *Quod autem præceptor discipulum suum ad pravitatem inducere non velit.... hoc modo, si placet, consideremus.* Alio loco ita scriptum invenimus (cap. 22, p. 573) : Οἶδε γὰρ ὅ γε συνετῶς ἀφηγούμενος ἑκάστου καὶ ἦθη, καὶ πάθη, καὶ ψυχικὰς ὁρμὰς ἀκριβῶς ἐξετάζειν. *Novit enim qui prudenter præest, uniuscujusque et mores, et affectus, et animi motus diligenter exquirere.* Atque etiam vocem καθηγούμενος in eamdem sententiam adhiberi constat ex his quæ mox subjungam verbis (cap. 19, p. 565) : Πολλῷ μᾶλλον οἱ πρὸς τὴν μάθησιν τῆς εὐσεβείας καὶ τῆς ὁσιότητος ἀφικνούμενοι, ἅπαξ πεπεικότες ἑαυτοὺς, ὅτι δυνήσονται παρὰ τοῦ καθηγουμένου τὴν τοιαύτην ἐπιστήμην λαβεῖν, etc. *Multo magis qui ad discendam pietatis sanctitatisque disciplinam accedunt, ubi semel persuaserint sibi, se ejusmodi scientiam a præfecto ediscere posse,* etc. Sequitur (cap. 20, n. 1) : Πατὴρ γάρ ἐστιν ἀληθέστατος, πρῶτος μὲν ὁ τῶν ἁπάντων Πατήρ· ὁ δεύτερος δὲ μετ' ἐκεῖνον, ὁ τῆς πνευματικῆς καθηγούμενος πολιτείας. *Pater est enim verissimus, primus quidem universorum Pater : secundus vero post illum, is qui præit in spiritualis vitæ instituto.* Auctoris hæc sunt verba alio loco (cap. 21, n. 5) : Καὶ ἕτερον δὲ σκοπῶμεν, ὡς εἰ φαῦλος ὁ μαθητὴς γένοιτο παρὰ τὴν αὐτοῦ ἀγωγὴν, αἰσχύνην ἀπαρηγόρητον ἕξει ἐπὶ τῆς οἰκουμενικῆς κατὰ τὸν τῆς κρίσεως καιρὸν πανηγύρεως ὁ ὑφηγούμενος. *Sed et aliud præterea consideremus, quod si malus evaserit discipulus ob ipsius institutionem, inurenda magistro sit judicii tempore indelebilis ignominia coram orbis terrarum publico conventu.* Plura ejusdem generis alia, si vellem, adjungere possem : sed cum cætera in ipso fonte videre cuique liceat, in his diutius immorari nolui : eo magis, quod ea quæ retuli, satis superque probent Constitutionum auctorem iis, quas dixi, vocibus libentissime usum fuisse, quibus tamen Regularum scriptor, cum monasterii præfectum denotare vult, nunquam utitur. Ab his non ita multum discrepant quæ ascribam. Cum ergo Constitutionum librum attente legerem, in his animadverti vocem σύστημα sæpissime usurpari ad significandam fratrum societatem : quod esse ita, ut dixi, ostendent ea quæ proferam exempla. Statim occurrit illud, quod legitur initio capitis 18 : Ἐπεὶ δὲ οἱ πλεῖστοι τῶν ἀσκητῶν κατὰ συστήματα πολιτεύονται, etc. *At quoniam versantur simul in communitate plurimi ascetarum,* etc. Sub finem capitis 21 ita legitur (pag. 570) : Ἅπασα τοίνυν πρόφασις εὔλογος τῷ βουλομένῳ χωρίζεσθαι πνευματικοῦ συστήματος περιῄρηται, etc. *Itaque æquus omnis prætextus sublatus est ei, qui vult a spirituali societate separari,* etc. Sic autem incipit caput 22 : Ὅπως μὲν οὖν προσήκει τὸν ἅπαξ ἑνωθέντα πνευματικῷ συστήματι φυλάττειν τὴν ἕνωσιν ἀδιάλυτον, κατὰ τὸ ἐνὸν ὑπεθέμεθα. *Quomodo quidem indissolubilis conjunctio ab eo, qui se spirituali societati semel adjunxerit, servanda sit, quoad potuimus, ostendimus.* Eodem illo in capite (num. 5, p. 573) rursus ita scriptum est : Ταύτης γὰρ τῆς συμφωνίας ἐν ἀσκητικῷ συστήματι καθεστώσης, ῥᾳδίως ἥ τε εἰρήνη ἐν αὐτοῖς πολιτεύσεται, etc. *Stante enim in ascetarum conventu hac voluntatum consensione, nullo negotio et pax inter ipsos diversabitur,* etc. Nec ita multo infra sic legitur (cap. 23, n. 1) : Καὶ τοῦ οὐαὶ κληρονόμος γίνεται, ὁ ἐν συστήματι ἀσκητικῷ τοιαύτας αἰτίας ταραχῆς ἐνδιδούς, *et vocis illius væ hæres evadit is, qui in ascetica societate tales turbarum causas serit.* Locus unus duo ejusdem rei exempla præbet. Ita igitur auctor loquitur cap. 26 (pag. 576) : Προσήκει τοίνυν καὶ τὸν ἐγκαταλεγόμενον πνευματικῷ συστήματι μὴ ἐκείνους πρὸς τὸν ἑαυτοῦ τρόπον μεθαρμόζειν ἐθέλειν, ἀλλὰ τὸν οἰκεῖον τρόπον τοῖς ἐν τῷ συστήματι ἔθεσί τε καὶ τύποις ἐξομοιοῦν. *Par igitur fuerit, eum etiam, qui in spiritualem societatem allectus est, non illos ad suos mores accommodare velle, sed suos mores societatis moribus institutisque conformare.* Caput vicesimum nonum legere qui volet, in eo quoque hanc, de qua agitur, vocem quater adhibitam inveniet. Incipiamus ab ipso titulo, ubi sic legitur : Ὅτι οὐ χρὴ ἑταιρίας δύο ἢ τριῶν ἀδελφῶν ἐν συστήματι ἀσκητικῷ γενέσθαι. *Quod non decet in ascetico instituto peculiarem quamdam amicitiam esse inter duos aut tres fratres.* Sequitur : Εἰ δὲ ἀποτεμόντες καὶ διορίσαντες ἑαυτοὺς, σύστημα ἐν συστήματι γίνονται, πονηρὰ ἡ τῆς τοιαύτης φιλίας συναγωγή..... Προσήκει τοίνυν μήτε τὰς τοιαύτας ἑταιρίας συγχωρεῖσθαι ἐν τοῖς συστήμασι, μήτε, etc. *Si vero secantes ac separantes seipsos, aliqua communitas in com-*

Digitized by Google

munitate fiant, vitiosa est ejusmodi amicitiæ conjunctio..... Quare oportet neque ejusmodi sodalitia permitti in conventibus, neque, etc. Et quando tam multa congerere semel cœpi, alia etiam ex iis quæ sequuntur capitibus addam. Ergo horum in uno ita scriptum invenitur (cap. 52, p. 579) : Ταύτης τῆς τάξεως ἐν πνευματικῷ συστήματι φυλασσομένης, ὅτι ὄντως ἐσμὲν σῶμα Χριστοῦ, etc. *Hæc disciplina si in spirituali conventu servetur, perspicuum erit nos vere corpus Christi esse*, etc. Aliud vero (cap. 33, p. 579) sic incipit : Χρὴ μέντοι καὶ τοὺς τῶν πνευματικῶν συστημάτων ἀφηγουμένους τὴν πρὸς ἀλλήλους ἀσκοῦντας εὐνοιαν.... μὴ καταλύειν τὰ ἀλλήλων σπουδάσματα. *Oportet autem et spiritualium cœtuum præfectos, mutuam exercentes benevolentiam..... alterum alterius studia non destruere.* Et paulo post ita legitur : Ἂν τοίνυν ὁ ῥᾳθυμότερος ᾖ ἐξὸν αὐτῷ μετὰ ἀδείας ἀποφεύγειν τοὺς ἐν τῷ ἅπαξ αἱρεθέντι συστήματι πόνους, etc. *Si igitur qui negligentior sit, licere sibi animadverterit, impune labores delectæ semel societatis effugere*, etc. Titulum ultimi capitis qui leget, in eo ita scriptum inveniet, Ὅτι οὐ χρὴ τὸν ἐν συστήματι πολιτευόμενον ἀσκητήν. *Quod non oportet ascetam in aliquo conventu degentem*, etc. Haud procul a titulo occurrit illud, Ὅταν γὰρ ὁ μὲν κανὼν τοῦ βίου ἔχῃ, μηδὲ χωρίζεσθαι τοῦ συστήματος ᾧ συνήφθημεν, μηδέ, etc. *Cum enim vitæ nostræ institutum sit, neque separari ab illo cœtu cui fuimus adjuncti, neque*, etc. Sane si Constitutionum atque Regularum idem scriptor esse semel dicatur, mirari subibit vocis σύστημα quæ Constitutionum auctori quavis alia familiarior erat, ne vestigium quidem in Regulis exstare. Nam experientia docet, auctores, qui res easdem in duobus operibus aut tractant aut interpretantur, si in uno una voce ad rem aliquam significandam sæpissime usi sint, eadem uti solitos et in altero opere, maxime si hanc ipsam rem passim exprimi opus sit. Regularum autem auctor, quisquis est, centies quidem aliis nominibus fratrum conventum expressit : sed tamen eum semper a voce σύστημα abstinuisse, ex operis lectione plane constat. Quomodo ergo Regularum atque Constitutionum unus et idem auctor esse potest, cum in his ad certam quamdam rem exprimendam vocem unam frequentissime usurpari videamus, quæ tamen vox in illis ad eamdem rem significandam nusquam usurpatur? Ego in exemplis esse non puto, scriptorem ita unquam sui dissimilem fuisse, ut cum rem aliquam in uno opere certo quodam nomine sæpissime expressisset, in altero libro eamdem rem eodem illo nomine nusquam expresserit, præsertim, ut diximus, si rei illius exprimendæ occasio sese passim offerret. Ex quibus consequens esse arbitror, ut duo auctores distinguantur, quorum unus Regulas, alter Constitutiones conscripserit. Hæc certa esse existimo quidem : sed, ne cui quis scrupulus supersit, hoc idem magis confirmare statui. Duo sunt igitur, quæ notata volo. Primum, Constitutionum auctorem

A variis nominibus uti ad significandam fratrum societatem : alterum, his nominibus non simpliciter uti, sed sic, ut vocem πνευματικός ipsis adjungat. Loca quædam, quibus id oculis subjiciatur, adducam. Hic est capitis 21 titulus : Ὅτι οὐ δεῖ τῆς πνευματικῆς ἀδελφότητος ἀποκόπτεσθαι. *Quod non oportet a spirituali fraternitate resecari.* Sequitur statim post titulum : Χρὴ μέντοι καὶ τοῦτο πεπεῖσθαι σαφῶς, ὅτι ὁ ἅπαξ εἰς σύνδεσμον καὶ συνάφειαν ἐλθὼν πνευματικῆς ἀδελφότητος, etc. *Jam illud quoque pro certo habendum est, eum, qui semel fraternitati spirituali alligatus est et adjunctus*, etc. Paulo post ita legitur : Πολλῷ μᾶλλον ὁ εἰς σύμβασιν ἐλθὼν πνευματικῆς συμβιώσεως, etc. *Longe magis qui fœdus inierit spiritualis illius contubernii*, etc. Hoc ipso in

B loco ita scriptum est : Πόσῳ μᾶλλον ὁ πνευματικῇ κοινωνίᾳ συναρμοσθείς, etc. *Quanto magis qui spirituali societati ascitus est, is*, etc. Haud multo post sic legitur (cap. 21, n. 2) : Οὕτως ὁ λέγων, ὅτι διὰ τοὺς φαύλους χωρίζεσθαι τῆς πνευματικῆς ἀναγκάζομαι συναφείας, etc. *Sic qui ait : Cogar propter malos a spirituali communitate separari*, etc. Operi suo finem brevi impositurus auctor, sic loquitur (cap. 33, p. 580) : Ἢ εἰ ἐκεῖνοι ἐμμένοιεν τῇ ἀθετήσει τῆς πνευματικῆς κοινωνίας, etc. *Aut si iidem illi spiritualem sodalitatem pergant aspernari*, etc. Jam vidimus vocem πνευματικός voci σύστημα quinquies aut sexies conjungi ; ob idque ea loca hic rursus exscribere necesse non est. Etsi autem Regularum

C scriptor multis variisque nominibus utitur ad significandum monachorum contubernium, tamen his nominibus ne semel quidem vocem πνευματικός adjungit. Par est igitur duos auctores distingui, quorum, ut solet, diversa erat scribendi ratio.

38. Hactenus sermo institutus est de quibusdam vocibus, quæ cum sint familiarissimæ Constitutionum auctori, nusquam tamen in Regulis adhibentur : nunc loquamur de aliis aut vocibus aut scribendi rationibus, quæ, cum non minus familiares sint Regularum scriptori, eas tamen nunquam in Constitutionibus usurpatas invenias. Ad quod genus pertinent duo illa, πληροφορεῖν et πληροφορεῖσθαι : quæ voces cum in Regulis sint frequentissimæ, in Constitutionibus tamen nusquam leguntur.

D Jam nostro more aliquot ejus rei exempla ob oculos ponamus. Ita igitur scriptum est in Regulis majoribus (reg. 11) : Τὸν μὲν πληροφορήσας, ὅτι ὁ, etc., *sic ut alteri quidem persuaserit, ut si*, etc. Alibi in iisdem illis Regulis (reg. 27 maj.) ita legitur : Πληροφορηθέντες διὰ τῆς φανερώσεως τῶν οὐ μετ' ἀληθείας ὑποπτευθέντων, τῆς ἐπ' αὐτῷ διακρίσεως ἀπαλλάσσονται. *Ipsi, iis, quæ falso suspecta fuerant, cognitis, ita demum certiores facti, ab ea, quam de ipso conceperant, suspicione liberantur.* Nec aliter loquitur auctor in Regulis brevioribus, ubi hæc verba reperiuntur (reg. 11 brev.) : Ἐὰν οὖν τις πληροφορηθῇ ὅσων καὶ ἡλίκων κακῶν γίνεται αἴτια τὰ ἁμαρτήματα, etc. *Si cui igitur persuasum sit, quot et quantorum malorum causa peccata sint*, etc. Alia

Digitized by Google

regula (reg. 37 brev.) sic incipit : Πληροφορηθεὶς τὴν παρουσίαν τοῦ Δεσπότου Θεοῦ τοῦ τὰ πάντα ἐφορῶντος. *Si ei persuasum sit de præsentia Domini Dei omnia inspicientis.* Mox ita legitur (reg. 38 brev.) : Πληροφορείσθω δὲ, ὅτι οὐκ ἀνθρώπῳ ἀντιλέγει, ἢ ὑπακούει, ἠδὴ δὲ καὶ αὐτῷ τῷ Κυρίῳ. *Sit autem persuasissimum ei, se non homini contradicere, aut obedire, sed Domino ipsi.* Sequitur (reg. 81, p. 444) : Μέχρις ἂν πληροφορηθῇναι δυνηθῇ, ἢ ὅτι ὁ Θεὸς κριτὴς δίκαιος, etc. *Quoad ei persuaderi possit, aut Deum esse justum judicem*, etc. Interjectis multis, scriptor loquitur (reg. 127) : Πόσῳ μᾶλλον, ἐὰν πληροφορηθῇ τις, Θεὸν ἔχειν ἐπόπτην τῶν ἰδίων κινημάτων; *Quanto magis idem vitabitur si quis sibi plane persuaserit, se motuum suorum Deum inspectorem habere?* Plura qui volent, legere poterunt regulas 132, 174, 199, 219, 233, 261, 272, 296 et 306. Jam velim secum reputent eruditi homines, num verisimile sit auctorem quempiam uno verbo ad aliquid significandum passim in aliquo opere uti, qui tamen eodem illo verbo nunquam utatur in alio libro ad eamdem rem exprimendam, maxime si rem illam sæpius exprimi oportuerit. In Constitutionibus autem verbum πληροφορεῖν nusquam legitur, cum tamen earum auctor ad eamdem rem significandam alio verbo sæpius usus sit. Et ne quis id temere dictum fuisse existimet, loca quædam adducam, quibus dubitatio omnis tollatur. Itaque Constitutionum auctor sic loquitur (cap. 9) : Γνόντες οὖν τὴν ζημίαν, φύγωμεν τῆς ἐπιθυμίας τὸ ἄτοπον. *Cognito itaque detrimento, hanc absurdam cupidinem fugiamus.* Nec ita multo infra sic scribit (cap. 16) : Μηδὲν ὅλως κατορθοῦν ἐξ οἰκείας λογιζομένη δυνάμεως, *nihil omnino suis se viribus recte facere ratus.* Paria sunt quæ paulo post leguntur (cap. 17, p. 560) : Ἀλλὰ λογισαμένη τῇ ἀναιδείᾳ τοῦ τῆς πονηρίας εὑρετοῦ τὴν τῶν ἀτόπων ἐννοιῶν φαντασίαν γενέσθαι, etc. *Sed illud secum cogitans, ab impudente illo nequitiæ inventore absurdarum cogitationum speciem imprimi*, etc. Maxime notandum quod sequitur (cap. 19, p. 563) : Πολλῷ μᾶλλον οἱ πρὸς τὴν μάθησιν τῆς εὐσεβείας καὶ τῆς ὁσιότητος ἀφικνούμενοι, ἅπαξ πεπεικότες ἑαυτοὺς ὅτι δυνήσονται, etc. *Multo magis qui ad discendam pietatis sanctitatisque disciplinam accedunt, ubi semel persuaserint sibi, se*, etc. Prima capitis 21 verba hæc sunt : Χρὴ μέντοι καὶ τοῦτο πεπεῖσθαι σαφῶς, ὅτι, etc. *Jam illud quoque pro certo habendum est*, etc. Ejusdem generis sunt quæ ascribam e cap. 22 (p. 573) : Διά τοι τοῦτο προσήκει μηδαμῶς ἐναντιοῦσθαι ταῖς αὐτοῦ διατάξεσιν, ἀλλὰ πεπεῖσθαι, etc. *Quocirca nullo modo ejus statutis adversandum est, sed pro certo habendum*, etc. Certe si qui Regulas scripsit, scripsisset et Constitutiones, aliquando in iis, quæ mox citavi, locis verbo πληροφορεῖσθαι, uno omnium sibi familiarissimo, usus esset : quod cum non fecerit, jure putandus est alius esse ab eo, qui Constitutionum librum emisit. Eoque magis Regularum auctorem A verbo πληροφορεῖσθαι in iis, quæ dixi, Constitutionum locis usurum fuisse puto, quod verbo πείθεσθαι uti non soleat pro eo, quod est, *certo credere*, aut *persuaderi*. Videntur igitur distinguendi esse duo auctores, quorum unus verbo πληροφορεῖσθαι unice delectatus sit ad quamdam persuasionem significandam, alter vero ad eamdem rem exprimendam potius alio quovis verbo usus sit. Ubi et illud notari potest, vocem πληροφορία sæpissime quoque in Regulis tam longioribus quam brevioribus legi : quæ tamen semel tantum in Constitutionibus reperitur ; ex quo fit, ut duo auctores distingui debeant, quorum uni vox πληροφορία ita placuerit, ut ea passim uteretur, alter vero eadem semel duntaxat quasi fortuito usus B sit. Multa omitto sciens ; nec enim notari possent omnia, quin tædium atque satietas afferretur. Sed tamen illud silentio prætereire non queo, adverbia quædam in Regulis non raro præire Scripturarum testimoniis : qui adverbiorum usus nullus est in Constitutionibus. Magis res intelligetur, si exempla aliqua proponantur. Primum autem occurrit illud in Regulis majoribus (reg. 5, n. 2) : Τοῦ Κυρίου ὁριστικῶς εἰπόντος, ὅτι *Οὕτω πᾶς ἐξ ὑμῶν*, etc. *Cum Dominus verbis decretoriis dixerit*, « *Sic omnis ex vobis*, » etc. Hoc ipso in loco ita legitur : Καὶ ἔτι δυσωπητικώτερον, *Καθὼς ἐγὼ τὰς ἐντολὰς τοῦ Πατρός μου τετήρηκα*, etc. *Et, quod efficacius etiam possit commovere*, « *Sicut et ego Patris mei præcepta servavi*, » etc. Consentit cum iis quæ dixiC mus, illud (reg. 37, n. 2), τοῦ Ἀποστόλου φανερῶς παραγγέλλοντος, τὸν μὴ ἐργαζόμενον, μηδὲ ἐσθίειν, *cum Apostolus aperte præcipiat, ut qui non laborat, neque etiam manducet.* Eamdem scribendi rationem secutus auctor in Regulis brevioribus, ita scripsit (reg. 47) : Ἥλίκον δέ ἐστι τὸ κρίμα τοῦ ἁμαρτήματος τούτου, ἔξεστι γνῶναι πρῶτον μὲν ἐξ ἀποφάσεως τοῦ Κυρίου καθολικῶς εἰπόντος, *Ὁ ἀπειθῶν τῷ Υἱῷ*, etc. *Porro quam grave sit hujusce peccati judicium, intelligi potest primo quidem ex sententia Domini, qui in universum dixit* : « *Quisquis non obedit Filio*, » etc. Statim ita scriptum invenitur (reg. 48) : Οἷς ἐπιφέρει καθολικώτερον, *Οὕτως ὁ θησαυρίζων ἑαυτῷ*, etc. *Quibus magis generatim adjungit* : « *Sic qui sibi thesaurizat*, » etc. D Interjectis non paucis sic locutus est auctor (reg. 115) : Οἷς ἐπιφέρει δυσωπητικώτερον, *Ὥσπερ ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου*, etc. *Quibus hæc efficaciora et ad persuadendum aptiora adjungit* : « *Quemadmodum Filius hominis*, » etc. Harum rerum qui curiosi sunt, similia exempla videre poterunt in regulis 125, 131, 138, 212, 221 et 269. Ejusmodi autem adverbia, quorum usus in Regulis frequens est, nusquam in Constitutionibus occurrunt. Quod ultimo loco proponere decrevi, id nescio quomodo me magis movet : merito an immerito, judicabunt alii. Probavimus monasterii præfectum in Constitutionibus indicari variis nominibus, quæ a Regulis absunt : nunc eumdem alia quadam ratione,

Digitized by Google

quam in Constitutionum libro cernere non est, in Regulis designari ostendemus. Jam ad exempla confugiamus. Auctor igitur cum dixisset honestam illam esse et ordinatam vivendi rationem, si inter fratres membrorum ratio servetur, comparationi huic insistens, sic locutus est (reg. 24, inter maj.): Ὥστε τὸν μέν τινα ὀφθαλμοῦ ἐπέχειν δύναμιν τὴν ἐπιμέλειαν τὴν κοινὴν πεπιστευμένον, etc. *Ita ut alius quidem oculi vim obtineat, cui scilicet concredita sit communis rerum cura*, etc. Haud longe ita (reg. 25, n. 1) scribit: Διόπερ ὁ τὴν κοινὴν φροντίδα πεπιστευμένος, ὡς ὀφείλων λόγον δοῦναι περὶ ἑκάστου, οὕτω διακείσθω. *Quamobrem cui demandata est communis cura, is ita afficiatur, tanquam qui de singulis redditurus sit rationem.* Persequitur hoc modo (reg. 26): Ἀλλ' ἀπογυμνοῦν τὰ κρυπτὰ τῆς καρδίας τοῖς πεπιστευμένοις τῶν ἀδελφῶν εὐσπλάγχνως καὶ συμπαθῶς ἐπιμελεῖσθαι τῶν ἀσθενούντων. *Sed debet hisce fratribus, qui infirmis benigne et humane curandis præfecti sunt, cordis arcana aperire.* Alio loco ita legitur (reg. 30): Οὕτω καὶ πολλῷ πλέον ὁ τὰ ἀσθενήματα ἰᾶσθαι τῆς ἀδελφότητος πιστευθείς, etc. *Sic multo etiam magis cui totius fratrum societatis sanandæ delegata provincia est*, etc. Sequitur (reg. 43, n. 1): Οἱ τὴν ὁδηγίαν τῶν πολλῶν πεπιστευμένοι, τοὺς ἔτι ἀσθενεστέρους διὰ τῆς ἑαυτῶν μεσιτείας προβιβάζειν ὀφείλουσι τῇ τοῦ Χριστοῦ ἐξομοιώσει, etc. *Hi quibus credita est plurium regendorum cura, infirmiores sua ipsorum opera ad imitandum Christum promovere debent*, etc. Exempla multo plura e Regulis brevioribus, si liberet, proferre possem: sed ne nimium longus esse videar, aliqua solum subjiciam, cætera indicabo. In his igitur ita legimus (reg. 45): Ὁ μέντοι ἐπιτεταγμένος τὴν οἰκονομίαν τοῦ λόγου, ἐὰν ἀμελήσῃ τοῦ ἀναγγεῖλαι, ὡς φονεὺς κρίνεται. *Cæterum cui tradendæ doctrinæ munus commissum est, is si annuntiare neglexerit, perinde ut homicida damnatur.* Ejusdem generis sunt hæc (reg. 93): Καὶ ταύτης οὐκ ἐν ἰδίᾳ ἐξουσίᾳ κειμένης, ἀλλὰ παρὰ τοῦ ταύτην ἐπιτεταγμένου τὴν φροντίδα οἰκονομουμένης, ἔν τε καιρῷ καὶ μέτρῳ, etc. *Isque* [*cibus*] *in ipsius potestate positus non sit, sed ab eo cui fuit cura hæc concredita, et in tempore et in mensura ipsi subministretur*, etc. Quibus comparare geminum est illud (reg. 132): Φαίνεται ὅτι οὐκ ἐπληροφορήθη τὴν ἐλπίδα Λαζάρου, οὔτε ἐγνώρισε τὴν ἀγάπην τοῦ πεπιστευμένου τὴν πάντων καὶ αὐτοῦ ἐπιμέλειαν. *Apparet huic persuasum non esse de spe Lazari, neque ipsum charitatem illius, cui omnium et sui ipsius cura concredita est, perspectam habere.* Nihil omnino differunt quæ ascribam (reg. 138): Εἰ δέ τις οἴεται χρῄζειν τοῦ πλείονος, εἴτε ἐν νηστείᾳ, εἴτε ἐν ἀγρυπνίᾳ, εἴτε ἐν ᾠδῇποτε ἄλλῳ, ἀποκαλυπτέτω τοῖς τὴν κοινὴν ἐπιμέλειαν πεπιστευμένοις τὴν ὑπόθεσιν αὐτὴν, δι' ἣν νομίζει τοῦ πλείονος χρῄζειν. *Quod si quispiam existimat opus sibi esse asperitate majore, sive in jejuniis, sive in vigiliis, sive in quacunque alia re, patefaciat rei communi præfectis hanc ipsam rationem, ob quam asperitate majori indigere se arbitratur.* Ejus rei duo exempla exhibebit regula una (reg. 235), in qua sic legitur: Δύο ταγμάτων καθολικωτέρων ὄντων, καὶ τῶν μὲν τὴν προστασίαν πεπιστευμένων, τῶν δὲ εἰς εὐπείθειαν καὶ ὑπακοὴν τεταγμένων, ἐν διαφόροις χαρίσμασι, λογίζομαι ὅτι ὁ μὲν τὴν προστασίαν καὶ ἐπιμέλειαν τῶν πλειόνων ἐγχεχειρισμένος, τὰ πάντων εἰδέναι καὶ ἐκμανθάνειν ὀφείλει, etc. *Duo cum sint magis generales ordines, et eorum, qui aliis præficiuntur, et eorum, quorum partes sunt morem gerere et obedire, secundum diversa dona, arbitror, cui præfectura et cura plurium concredita est, eum, quæ omnibus congruunt, scire ac ediscere debere*, etc. Etsi multa jam notavi, nihilominus tamen alia duo loca adjiciam. Primus est (reg. 252): Ἀλλὰ τῷ Θεῷ ἐντυγχάνει περὶ τούτου. Καὶ τὴν ἀνάγκην τῆς ἐνδείας αὐτῷ ἐπιδείξας, οὕτως ἐσθίει τὸ διδόμενον παρὰ τοῦ μετὰ δοκιμασίας ἐπιτεταγμένου ποιεῖν ἐφ' ἑκάστης ἡμέρας τὸ, Διεδίδοτο ἑκάστῳ καθότι ἄν τις χρείαν εἶχεν. *Sed eum* [*panem*] *a Deo petit. Atque posita ipsi ob oculos indigentiæ suæ necessitate, sic edit quod datur ab eo, cui cum probatione ea cura concredita est, ut quotidie faciat illud,* « *Dividebatur singulis, prout cuique opus erat.* » Alter (reg. 284): Παρὰ τίνων δὲ χρὴ λαμβάνειν, καὶ πότε, καὶ πῶς, ὁ τὴν κοινὴν φροντίδα ἐπιτεταγμένος δοκιμάζειν ὀφείλει. *A quibus autem accipere conveniat, et quando, et quomodo, expendere debet is cui concredita est communis cura.* Ejusmodi autem circumlocutio, qua Regularum auctor sibi mirifice placuit, nusquam in Constitutionibus usurpata invenitur. Cui ergo persuaderi poterit, Regularum atque Constitutionum unum et eumdem auctorem esse, cum utrumque opus tam diverse scriptum sit? Ego quidem non tantopere insistendum putarem, si controversia esset de aliqua re quæ raro tam in Regulis quam in Constitutionibus occurreret: sed cum in utroque opere de monachorum præposito passim sermo instituatur, non video qui fieri potuisset, ut fratrum præfectus ea, quam dixi, verborum circuitione non aliquoties saltem in Constitutionibus designaretur, si earum idem auctor esset, qui Regularum. Auctores enim, qui certis quibusdam dicendi formulis ad aliquam rem exprimendam uti consueverunt, iisdem, si eamdem illam rem in aliis operibus sæpe exprimere necesse habeant, aliquando saltem vel incogitantes utuntur. Et quod magis atque magis movere debet: ea, quam notavi, verborum circuitio tam familiaris erat Regularum scriptori, ut non solum eam adhiberet tum cum totius monasterii præpositum indicare vellet, sed ipsam etiam usurparet, cum sermo haberetur de privatis quibusdam monachis, qui quibusvis rebus præficerentur. Hæc ejus rei exempla sunt (reg. 87): Τὸ διδόναι ἢ λαμβάνειν εἰ καὶ κατ' ἐντολὴν, οὐ παντός ἐστιν, ἀλλὰ τοῦ μετὰ δοκιμασίας πεπιστευμένου τὴν οἰκονομίαν. *Dare aut accipere etiam secundum man-*

Digitized by Google

datum, non est cujuslibet, sed ejus, cui post factum periculum delatum est dispensandi munus. Rursus (reg. 100) : Ὁ τὴν μετάδοσιν ἐπιτεταγμένος, μετὰ δοκιμασίας τοῦτο ποιείτω. *Cui munus distribuendi fuit assignatum, is examine præmisso illud impleat.* Nec secus scriptum est aliquanto post (reg. 141) : Παρεκτὸς τοῦ πεπιστευμένου τὴν ἐπίσκεψιν τῶν ἐργαζομένων, ἢ τὴν οἰκονομίαν τῶν ἔργων, ὅς, etc. *Eo excepto qui operariis invisendis et dispensandis operibus præfectus fuit, quisquis,* etc. Similia loca adjicere mihi liceret : sed ea indicare satis habebo. Velim igitur legantur regulæ 148, 152, 187 et 288. Adnotanda tam multa existimavi, ut magis intelligeretur Regularum atque Constitutionum non unum et eumdem auctorem esse, cum naturale non sit, ut unus et idem scriptor tam diverse et sentiat et scribat.

A quibus Basilii Constitutionum mentio fit, nihil juvari opinionem eorum, qui Constitutiones monasticas, quas vocant, Basilio tribuunt, cum, ut dixi, constitutionum nomen per se anceps sit et ambiguum. Fateor quidem monasticas Constitutiones apte et proprie constitutionum nomine significari posse : sed eas necessario hoc nomine indicari nego, cum et ipsas Regulas ita quoque appellare liceat. Cum enim regulæ nihil aliud sint, quam constitutiones quædam monasticæ, sine dubio ipsis regulis constitutionum nomen dari nihil vetat. Quare ex ejusmodi testimoniis, in quibus veteres aliquot scriptores Basilii Constitutionum meminerunt, efficitur solum, Basilium scripta aliqua, quæ ad res monasticas pertinerent, vulgasse : at ex his nihil B amplius colligi potest. Cum ergo ita res sit (*e*), nunc videndum quæ sint scripta illa ascetica, quæ composuisse Basilium tot testes et antiquissimi tradiderunt. Ego autem cum superius dixerim (*d*) Regulas simul et Constitutiones monasticas uni et eidem scriptori ascribi non debere, ego igitur ut liberalissime cum Basilio agam, nihil amplius facere queo, quam ut horum operum alterutrum ei tribuam. Rursus cum mox affirmarim nulla veterum scriptorum testimonia proferri posse, ex quibus certo constet Constitutiones monasticas olim Basilio tributas fuisse, vix ferendus essem, si eas summo illi viro adjudicarem. Quare Regulas ei ascribendas esse censui : eo magis, quod et auctoritas, et ratio, et ipsum scribendi genus ita suadeant. C Et quidem composuisse Basilium aut Asceticum simpliciter, aut Librum asceticum, aut Regulam, aut Constitutiones, aut quidquam simile, testes sunt Hieronymus, Suidas, Gregorius Turonensis, Benedictus, Theodosius, Plato, Philibertus, Eugendus et Gregorius Nazianzenus (*e*). Quoniam autem nomina hæc, quibus hi scriptores usi sunt ad asceticas Basilii lucubrationes indicandas, ex se ambigua sunt, nec per se regulas magis, quam constitutiones monasticas significant, bene ac feliciter provisum est, ut ea ab aliis auctoribus et antiquissimis et locupletissimis plane et aperte explicarentur. Præeat testimonium Rufini qui in sua Præfatione in Regulam sancti Basilii ad Urseium D abbatem sic loquitur (*f*) : *Ad hæc ego, ne quid tibi minus digne, non dico quam geritur, sed quam geri debet, exponerem, S. Basilii Cappadociæ episcopi, viri fide et operibus et omni sanctitate satis clari, Instituta monachorum, quæ interrogantibus se monachis velut sancti cujusdam juris responsa statuit, protuli.* Ergo de Rufini sententia *Instituta monachorum* nihil aliud sunt, quam responsa illa, quæ Basilius dedit monachis, qui ipsum interrogarent : hoc est, ipsæ sunt Regulæ, in quibus Basilius multas ac varias monachorum quæstiones docte ac dilucide solvit. Ergo, eodem teste, Regularum legiti-

§ XI. *Pars sexta, ubi multis argumentis probatur Basilium Regularum auctorem esse.*

39. Vidimus non unam omnium sententiam esse de Asceticis. Combefisius Basilium Constitutionum monasticarum auctorem facit : sed Regulas ipsius esse negat. Tillemontius, Dupinus, Natalis Alexander et alii fere omnes ut Regulas, ita et Constitutiones monasticas Basilio tribuunt. Ut ut hæc sunt, dubitari merito non potest quin Basilius volumen aliquod de rebus monasticis confecerit. Nam ea, quæ retulimus (*a*), veterum testimonia aperte ostendunt Basilium non breve quoddam, sed amplum ac præcipuum opus de monachorum institutis conscripsisse. Quare aut Regulas, aut certe monasticas Constitutiones ei adjudicari necesse est. Notandum est autem, nullum hactenus veterum scriptorum testimonium allatum esse neque a Combefisio, neque a quovis alio, quo constaret olim ab aliquo scriptore antiquo Constitutiones monasticas Basilio ascriptas fuisse. Et certe, ut mihi quidem videtur, ejusmodi testimonia certa et indubitata proferre promptum non erat, cum si qua esse videantur, ea in contrariam sententiam interpretari liceat. Nam quod litterarum monumentis proditum est, piissimos viros, Theodosium, Philibertum et Platonem Constitutiones Basilii studiose legisse (*b*), ex eo nihil certum concludi potest. Et vero Constitutionum nomen, ut alia pleraque, ita et ipsum quoque ambiguum est ; nec per se potius eas Constitutiones monasticas, quæ in Basilii editionibus inveniuntur, significat, quam ejusdem Regulas. Omnia enim nomina hæc, *liber, instituta, regula, constitutiones*, et ejusdem generis alia, quibus antiqui scriptores ad Ascetica Basilii significanda usi sunt, ex se omnino idem valent, nihilque aliud natura sua significant, quam quædam opera, quæ de rebus monasticis Basilius edidit. Hæc autem eo notavi, ut ostenderem ex ejusmodi testimoniis, in

(*a*) Lege n. 27.
(*b*) Lege n. 27.
(*c*) Lege n. 27.
(*d*) Lege n. 34 et seq.
(*e*) Lege n. 27.
(*f*) Lege *Codicem regul.*, p. 97.

Digitized by Google

mus parens Basilius est. Ubi obiter notandum, ex his optime intelligi verum esse quod dixi, videlicet, nomina hæc, *constitutiones*, *instituta*, et horum similia diverse explicari posse, et talia esse, ut sua natura non potius constitutiones monasticas, quam regulas significent. Et vero nisi Rufinus ipse docuisset quid intellexisset per *instituta monachorum*, Constitutionesne an Regulæ hoc nomine significarentur, ignoraremus : sed cum hæc addidit, *quæ interrogantibus se monachis velut sancti cujusdam juris responsa statuit, protuli*, dubitationem prorsus exemit. Nec aliter aut sensit, aut scripsit Cassianus, cujus verba hoc loco rursus referre non pigebit. Sunt autem ejusmodi (*a*) : *Huc accedit, quod super hac re viri et vita nobiles, et sermone scientiaque præclari, multa jam opuscula desudarant, S. Basilium et Hieronymum dico, aliosque nonnullos, quorum anterior sciscitantibus fratribus super diversis institutis vel quæstionibus non solum facundo, verum etiam divinarum Scripturarum testimoniis copioso sermone respondit.* Quibus verbis Regulas indicari nemo non videt, cum in ipsis quæstiones fratrum atque interrogationes ut facunde et copiose, ita congruenter Scripturæ convenienterque enodentur. Hoc idem mirifice confirmavit imperator Justinianus, cum Regularum breviorum unam citavit (reg. 267), hoc modo : Βασιλείου ἐπισκόπου Καισαρείας Καππαδοκίας, ἐκ τοῦ κανονικοῦ αὐτοῦ βιβλίου. Ἐρώτησις, Εἰ ὅπου μὲν λέγει, *Δαρήσεται πολλὰ*, ὅπου δὲ, *Ὀλίγα*, πῶς λέγουσί τινες μὴ εἶναι τέλος τῆς κολάσεως τοῖς κολαζομένοις ; Ἀπόκρισις. Τὰ ἀμφίβολα καὶ ἐπικεκαλυμμένως εἰρῆσθαι δοκοῦντα ἔν τισι τόποις τῆς θεοπνεύστου Γραφῆς, ὑπὸ τῶν ἄλλων ἐν ἄλλοις ὁμολογουμένων σαφηνίζεται, etc. *Basilii episcopi Cæsareæ Cappadociæ, ex ejus libro Regularum. Interrogatio. Si tum dicit, « Vapulabit multis*[31]*, tum, paucis : » quo pacto quidam dicunt nullum finem supplicii fore iis qui pœna afficiuntur? Responsio. Quæ ambigua sunt, ac videntur obscure esse dicta in quibusdam locis divinitus inspiratæ Scripturæ, alibi ab aliis quæ confessa et aperta sunt, declarantur*, etc. Regularum igitur liber Justiniani ætate Basilio tribuebatur. Hanc opinionem a majoribus acceptam ad posteros transmisit Photius (*b*), his verbis : Εἶτα οἷον Ὅρους τινὰς ἀσκητικοὺς, ὡς ἐν ἐρωτήσει καὶ ἀποκρίσει προηγουμένους, ἐκτίθεται τὸν ἀριθμὸν πεντήκοντα [πέντε]. Καὶ πάλιν συντομώτερον ἑτέρους Ὅρους τιγ'. *Deinde quasi Regulas quasdam asceticas, interrogando ac respondendo propositas exponit, numero quinquaginta quinque : iterumque breviores alias trecentas tredecim.* Si igitur verum est Regulas simul et Constitutiones Basilio Magno tribui non posse, longe melius est atque præstabilius summum hunc virum Regularum auctorem facere, quam Constitutionum, cum ipsum Regulas composuisse affirment antiquissimi et gravissimi scriptores, Constitutiones autem a nemine ei certo tribuantur. Quare, si auctoritatis habenda ratio sit, quæ maxima in iis rebus haberi debet, oportet non Constitutiones, quarum ne mentio quidem perspicue facta est apud antiquos, sed Regulas Basilio tribui, utpote quarum Basilius auctor fuisse olim a priscis scriptoribus dictus sit, qui ejus aut æquales, aut fere æquales fuere.

40. Cum illud quasi principium certum posuerimus, Regularum atque Constitutionum non unum et eumdem auctorem esse ; consequens est, si rationem sequi volumus, ut Basilium non Constitutiones, sed Regulas scripsisse dicamus. Etenim, si quis monasticas Constitutiones cum Regulis comparaverit, statim animadvertet tantum has ab illis differre, quantum opus præstantissimum ab opere, si non malo, at inter mediocria tamen ultimo differt. Et vero refertæ sunt Regulæ præceptis saluberrimis atque utilissimis, quibus non monachorum modo, sed etiam Christianorum vita et mores sanctissime componi possint. In his multa ac difficilia Scripturæ loca doctissime ac dilucidissime explanantur. Videas hominem ad infinitas gravesque cujuscunque generis quæstiones solvendas semper paratum, et ita apte ad singula respondentem, ut nihil melius aut convenientius afferri possit. Certe opus tam absolutum non in quemlibet convenit, sed in virum, qui ut acri judicio, ita omni ecclesiasticæ scientiæ supellectile instructus esset. Ejusmodi igitur opus potius tribui debet doctissimo gravissimoque scriptori Basilio, quam Constitutionum liber, in quo nihil ita magnum, nihil ita utile, nihil ita eximium continetur. Nam, ut aiunt, magnum magna decent, parvum parva. Quamobrem non erraturum puto, qui Regulas tanquam præstantissimas præstantissimo scriptori Basilio, Constitutiones vero monasticas tanquam mediocres mediocri cuivis auctori tribuet. Ac ne quis existimet Regulas falso dici eximias, nec verius monasticas Constitutiones dici mediocres, meminisse operæ pretium est, monasticas Constitutiones nusquam apud antiquos certo et indubitanter citari. Sane Rufinus et Cassianus, qui Regulas perspicue laudarunt, prorsus tamen de Constitutionibus siluere. Et quod magis mirabere, Photius, qui cæteroquin tam copiose de Asceticis locutus est, tamen ne unum quidem verbum de Constitutionum libro addidit, sic ut id opus aut non novisse, aut nullo loco habuisse videatur. Neque vero monasticas Constitutiones magis apud recentiores laudatas invenio, cum Regulæ tamen sæpe citentur. Profecto, si theologi, si alii scriptores ecclesiastici aliquid in Constitutionibus invenissent, quod sibi alicui usui esse potuisset, eas crebro citassent : quod cum non fecerint, satis declararunt nihil ejusmodi in ipsis invenisse. Quare, ut dixi, consentaneum est rationi, Regulas uti egregias ascribi eruditissimo scriptori Basilio, Constitutiones vero

[31] Luc. XII, 47, 48.

(*a*) Cass. *In.*, in Præf.

(*b*) Cod. CXCI, p. 493.

Digitized by Google

uti longe inferiores homini longe inferioris sortis. Magis autem ac magis in hac mea sententia confirmor, quoties Regulas Scripturarum testimoniis referciri cogito, cum tamen ejusmodi testimonia raro in monasticis Constitutionibus adhibeantur. Opus enim in quo passim Scripturæ citantur, auctorem decet Scripturarum peritissimum, qualem Basilium fuisse, si non ex antiquorum testimoniis, at certo tamen ex ipsius Basilii indubitatis scriptis cognosceremus : Constitutionum vero auctorem dici par est hominem qui, quantum ex ejus opere conjici potest, Scripturas non ita multum calleret. Maxime quoque ad rem facit quod legitur in Basilii epistola 295 : Τούτου χάριν ἀπέστειλα τὸν ποθεινότατον ἡμῶν ἀδελφὸν, ἵνα καὶ τὸ πρόθυμον γνωρίσῃ, καὶ τὸ νωθρὸν διεγείρῃ, καὶ τὸ ἀντιτεῖνον φανερὸν ἡμῖν καταστήσῃ. Πολλὴ γὰρ ἡ ἐπιθυμία καὶ ἰδεῖν ὑμᾶς συνηγμένους, καὶ ἀκοῦσαι περὶ ὑμῶν ὅτι οὐχὶ τὸν ἀμάρτυρον ἀγαπᾶτε βίον, ἀλλὰ μᾶλλον καταδέχεσθε πάντες, καὶ φύλακες τῆς ἀλλήλων ἀκριβείας εἶναι, καὶ μάρτυρες τῶν κατορθουμένων. Οὕτω γὰρ ἕκαστος καὶ τὸν ἐφ' ἑαυτῷ μισθὸν τέλειον ἀπολήψεται, καὶ τὸν ἐπὶ τῇ τοῦ ἀδελφοῦ προκοπῇ, ὃν καὶ λόγῳ καὶ ἔργῳ παρέχεσθαι ἡμᾶς ἀλλήλοις προσήκει, ἐκ τῆς συνεχοῦς ὁμιλίας καὶ παρακλήσεως. *Hanc ob causam desideratissimum fratrem nostrum misi, ut et alacres agnoscat, et tardos exstimulet, et nobis indicet reluctantes. Nam vehementer cupio tum videre vos coadunatos, tum hoc de vobis audire, quod vitam a testium conspectu remotam non amatis, sed potius singuli vultis et mutuæ vestræ diligentiæ et rerum præclare gestarum testes fieri. Ita enim unusquisque et propriam mercedem integram consequetur, et eam, quæ ex fratris progressu accedit : quam alter alteri tam verbis quam factis ex jugi congressu atque consolatione debemus conciliare.* Hic igitur Basilii locus ad rem valde pertinet. Constat enim Regulas et Constitutiones in eo maxime inter se dissentire, quod in his anachoretarum status probetur, in illis vero eorum vivendi genus acriter reprehendatur. Quare cum ex ea, quam modo citavi, epistola liqueat non probatum fuisse Basilio anachoretarum vivendi genus, ratio suadet, ut Regulæ, in quibus id vivendi genus non probatur, ei tribuantur, non autem Constitutiones, in quibus illud vitæ institutum prorsus probari vidimus. Ita enim et Basilius sibi ipse constabit, et Regulæ cum ejusdem epistolis in eo consentient, quod in his æque ac in illis anachoretarum vivendi ratio improbetur.

41. Satis quidem ex dictis constat Regularum auctorem nonnunquam videri paulo severiorem : sed tamen, quoniam ita expedit, ejus rei aliquot exempla rursus hoc loco proferam. Cum igitur in majoribus Regulis protulisset illud Matthæi : *Simile est regnum cœlorum homini negotiatori, quærenti bonas margaritas, inventa autem pretiosa margarita abiit* [25], etc. sic persequitur (reg. 8, n. 2) : Δῆλον γὰρ, ὅτι ὁ πολύτιμος μαργαρίτης πρὸς τὴν ὁμοίωσιν τῆς ἐπουρανίου βασιλείας παρείληπται, ἣν ἀδύνατον ἡμῖν προσγενέσθαι ὁ τοῦ Κυρίου δείκνυσι λόγος, μὴ πάντα ὁμοῦ τὰ προσόντα ἡμῖν, καὶ πλοῦτον, καὶ δόξαν, καὶ γένος, καὶ εἴ τι ἄλλο τῶν πολλοῖς περισπουδάστων πρὸς τὴν ἀνταλλαγὴν αὐτῆς προεμένοις. *Planum est enim, regnum cœleste per pretiosam margaritam adumbrari : quod nos assequi non posse declarant Domini verba, nisi omnia simul quæ habemus, et divitias, et gloriam, et genus, et si quid aliud est, cujus studio desiderioque plerique teneantur, pro eo comparando deseramus.* Hæc nisi explicentur, ut falsa sunt, ita nimiam severitatem præ se ferunt, cum vendi omnia ad salutem comparandam nihil necesse sit. Nec minus aspere loquitur auctor in Regulis brevioribus, quarum centesima prima sic incipit : Τὸ, *Παντὶ τῷ αἰτοῦντί σε δίδου, καὶ τὸν θέλοντα ἀπὸ σοῦ δανείσασθαι μὴ ἀποστραφῇς*, ὥσπερ πειρασμοῦ ἔχει τόπον, ὡς ἡ ἀκολουθία τῶν συνημμένων δείκνυσι. Καὶ εἰς πονηρούς ἐστι τὸ προστεταγμένον, etc. *Illud*, « *Omni petenti te tribue, et volentem a te mutuum accipere ne averseris* [26], » *est loco quasi tentationis, quemadmodum eorum, quæ proxime sequuntur, series declarat. Atque præceptum illud datum est in improbos*, etc. Et hæc quoque expositione indigent. Alioquin enim sequeretur improbos esse eos omnes, qui sua bona non vendiderunt, quandoquidem improborum nomine hic intelliguntur ejusmodi homines, qui facultatibus suis non renuntiarunt. Verba Græca interrogationis 233 sunt hæc : Ἐκ πάντων τῶν κατορθωμάτων, ἐάν τινι λείπῃ τινὶ, εἰ διὰ τοῦτο οὐ σώζεται; *Ex omnibus recte factis si vel unum desit alicui, num propterea salutem non consequitur?* Cui quæstioni respondens auctor, sic scripsit : Ἵνα ἐν ἑνὶ μόνῳ δόξῃ παρακούειν, καὶ τοῦτο οὔτε διὰ ὄκνον, οὔτε διὰ καταφρόνησιν, ἀλλὰ δι' εὐλάβειαν καὶ τιμὴν τὴν περὶ τὸν Κύριον, ἐπὶ τούτῳ μόνῳ ἀκούει, Ἐὰν μὴ νίψω σε, οὐκ ἔχεις μέρος μετ' ἐμοῦ· *ubi* (Petrus) *in uno duntaxat visus est non obedire, atque hoc neque ob segnitiem, neque ob contemptum, sed propter reverentiam et honorem Domini, ob id solum audit,* « *Si non lavem te, non habes partem mecum* [27]. » Quod hic dicitur, fore, ut quis salutem non consequatur, si vel unum recte factum omiserit, id, nisi interpretere, plus justo severum est, potestque ad desperationem adducere. Rogatus scriptor, quomodo cum iis agendum sit, qui devitant graviora peccata, patrant vero leviora indiscriminatim, ita respondet, ut omnia peccata æqualia efficere videatur : quod ut falsum, ita asperum esse nemo diffitebitur. Ejus autem hæc sunt verba (reg. 263) : Πρῶτον μὲν εἰδέναι χρὴ, ὅτι ἐν τῇ Καινῇ Διαθήκῃ ταύτην τὴν διαφορὰν οὐκ ἔστι μαθεῖν. Μία γὰρ ἀπόφασις κατὰ πάντων ἁμαρτημάτων κεῖται, τοῦ Κυρίου εἰπόντος, ὅτι *Ὁ ποιῶν τὴν ἁμαρτίαν, δοῦλός ἐστι τῆς ἁμαρτίας. Primum quidem nosse oportet hanc differentiam (peccatorum)*

[25] Matth. XIII, 45 seqq. [26] Luc. VI, 30, 29. [27] Joan. XIII, 8.

Digitized by Google

in Novo Testamento non reperiri. Una namque habetur sententia adversus quælibet peccata, cum Dominus dicat, « *Qui facit peccatum, servus est peccati* [38]. » Et quod molestius videbitur, auctor ita imprudenter scripsisse credi vix potest, cum in regula quarta non dissimilia jam dixisset. Ex quibus omnibus colligi potest auctorem, nisi ejus verba recte intelligantur, severiorem videri merito posse. Quare si difficilia quædam Regularum loca incaute legeris, facile credas, Combefisii exemplo, quemvis alium potius earum auctorem esse, quam Basilium : sed si quispiam ejusmodi locorum sententiam rite et scrutatus fuerit et assecutus, nihil asperius aut durius in ipsis inveniet, sibique plane persuadebit severitatem illam in nullum alium magis convenire, quam in Basilium, qui eo ingenio erat, ut cum dogma aliquod explanare sibi non proposuisset, aliquando liberius severiusque loquereturˑ Nam in rebus ad mores pertinentibus, nonnunquam minus, ut ita dicam, attendebat ad verba quibus uteretur, quam ad audientium salutem, ad quam quemque, quacunque ratione posset, perducere conabatur. Nunc e Basilii orationibus exempla aliqua subdam, ut cum iis, quæ retuli, Regularum locis possint comparari. Basilius igitur cum illud Lucæ, *Destruam horrea mea, et majora ædificabo*, explanaret, ita locutus est (tom. II, p. 50) : Τίς ἐστιν ὁ πλεονέκτης; Ὁ μὴ ἐμμένων τῇ αὐταρκείᾳ. *Quis avarus est? Qui rebus quæ satis sunt, contentus non est.* Quod ita breviter ac simpliciter dictum perterret. Nam, si ita est, pauci erunt, qui avari non sint. Longe gravius est quod sequitur. Cum enim Basilius in quadam oratione sermonem instituisset de eo adolescente, cui, ut est apud Matthæum, Dominus dixerat : *Vende quæ habes, et da pauperibus* [38*], tum demum ipsum ita alloquitur (tom. II, p. 51) : Εἰ γὰρ οὐκ ἐφόνευσας, ὡς σὺ φῄς, οὔτε ἐμοίχευσας, οὔτε ἔκλεψας, οὔτε κατεμαρτύρησάς τινος μαρτυρίαν ψευδῆ, ἀνόητον σεαυτῷ ποιεῖς τὴν περὶ ταῦτα σπουδήν, μὴ προστιθεὶς τὸ λεῖπον, δι' οὗ μόνου δυνήσῃ εἰσελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ. *Etenim, si non occidisti, ut ais, neque adulterium commisisti, neque furatus es, neque contra quempiam falsum testimonium dixisti : nihilominus tamen adhibitam in his ugendis diligentiam tibi infructuosam efficis, qui quod reliquum est non adjicias, quo solo possis in Dei regnum ingredi.* Et vero quisquis audit illud : *Nihilominus tamen adhibitam in his diligentiam tibi infructuosam efficis, qui quod reliquum est non adjicias, quo solo possis in Dei regnum ingredi*, statim, nisi attentior sit, sibi in animum inducit Basilium hoc dicere voluisse, fieri non posse, ut quis in regnum cœlorum ingrediatur, nisi fecerit quod huic adolescenti deerat, hoc est, nisi omnia sua vendiderit, dederitque pauperibus : quod nimis austerum esse vident omnes. Addam locum quemdam e sermone *De legendis libris gentilium* (tom. II, p. 181), ubi ita legitur : Ὡς τῷ μὲν ἀκουσίως τοῦ προσήκοντος ἁμαρτόντι κἂν συγγνώμη τις ἴσως παρὰ τοῦ Θεοῦ γένοιτο· τῷ δὲ ἐξεπίτηδες τὰ χείρω προελομένῳ οὐδεμία παραίτησις τὸ μὴ οὐχὶ πολλαπλασίω τὴν κόλασιν ὑποσχεῖν. *Enimvero qui a recto decoroque non voluntarie aberrarit, forte veniam aliquam obtinebit a Deo : qui vero fuerit consulto mala amplexus, implacabiliter supplicia longe majora perferet.* Hæc qui legent, iis, nisi caveant, facile in mentem veniet, horum verborum hanc esse sententiam, qui non voluntarie peccaverit, eum fortasse veniam consecuturum ; qui autem consulto et voluntarie, nihil ei spei relinqui, sed omnem pœnitentiæ locum prorsus adimi : quod non modo plus æquo severum est, sed falsum, et a Basilii mente remotissimum. Eodem illo ex libello rursus pauca subjiciam. Sunt autem hujusmodi (ibid.) : Ὥστε καλλωπιστὴν εἶναι καὶ ὀνομάζεσθαι, ὁμοίως αἰσχρὸν ἡγεῖσθαί φημι δεῖν τοὺς τοιούτους, ὡς τὸ ἑταιρεῖν, ἢ ἀλλοτρίοις γάμοις ἐπιβουλεύειν. *Quare cincinnatum esse et appellari, æque turpe censendum dico atque scortari, aut alienis nuptiis insidiari* Certe, cum ita locutus est Basilius, rem exaggerasse dici merito potest. Nam aliud multo est, cincinnatum esse appellarique, et aliud scortari, aut alienis nuptiis insidiari. Ex quibus omnibus liquet Basilium, cum animarum salus ageretur, naturali quodam impetu quasi abreptum, raro quidem, sed nonnunquam tamen aliqua dixisse, quæ, nisi explicentur, severiora aut sunt, aut videri possunt. Itaque quisquis rationem sequi voluerit, Regulas potius Basilio tribuet, quarum in nonnullis major quædam severitas apparet, quam monasticas Constitutiones, in quibus ejusmodi severitatis ne vestigium quidem ullum exstat. Ita enim constabit Basilium, cum de moribus sermonem haberet, semper sui similem fuisse : qui scilicet ubique tam in Regulis quam in aliis suis scriptis nonnunquam se paulo severiorem ostenderit. Neque tamen propterea statim reprehendendus est vir summus, cum ejus verba quilibet paulummodo perspicacior in bonam partem interpretari facile possit.

42. Quod jam attinet ad ipsam scribendi rationem, ingenue fatebor Regulas, si eloquentia spectetur, a cæteris Basilii operibus nonnihil differre : sed hæc diversitas, cum rei argumentum ita postularet, neminem movere debet. Non enim decebat in monasticis Regulis conscribendis uti grandiori stylo, sed simpliciore, quique ad res, quæ tractarentur, aptior esset atque accommodatior. Ego igitur Regulas, si cum reliquis Basilii scriptis comparentur, minus elegantes esse non nego quidem : sed tamen contendo ipsas non indignas esse, quæ eloquentissimo scriptori ac facundissimo tribuantur. Et vero quid in Regularum stylo vel morosis displicere possit, non video. Fluit ubique oratio libere ac suaviter. Ut verborum abundantia scriptorem copiosissimum fuisse aperte ostendit, ita eorum

[38] Joan. VIII, 34. [38*] Matth. XIX, 21.

Digitized by Google

delectus constructioque dubitare non sinit quin idem disertissimus fuerit. Quid plura? A nobis facit earum rerum optimus judex Photius. Ubi enim de Asceticis Basilii loquitur, ita scribit (*a*) : *In his tamen duobus libris non semper ad emphasim recurrit. Statim enim primus liber nihil præ se fert tale, nisi quod semel alicubi per reticentiam malum omen averlat. Nam ad cætera quod attinet, valde ibi est firmus, et æque purus atque dilucidus, perque duos hosce libros decurrit simplicior quidam et perfamiliaris sermo ac compositio, ad vulgi aures comparata atque demissa, et ad solam demum auditorum salutem intenta.* Græca videre qui cupiet, ea superius legere poterit (num. 27). Sed hæc generatim dicta sunt : nunc de certis quibusdam notis, e quibus Basilium Regularum auctorem esse cognosci possit, B disseramus. Hanc dicendi formulam, *ego vidi*, aut *ego novi*, Basilio perfamiliarem fuisse jam monui (*b*). Invenitur autem et in Regulis quoque ea ipsa scribendi ratio; ob idque Basilius earum legitimus parens esse jure putandus est. Ita igitur in regula 254 scriptum invenitur : Ὥσπερ οὖν τὸ ἀργύριον ἀκολουθίαν ἔχει τοῖς τραπεζίταις δίδοσθαι εἰς πορισμόν, εἰσὶ γὰρ, ὡς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ἔγνων, οἱ ὑποδεχόμενοι καὶ τοῦτο ποιοῦντες, οὕτως, etc. *Quemadmodum igitur pecunia solet nummulariis ad quæstum dari* (*sunt enim, ut ego Alexandriæ novi, qui recipiant, et idipsum peragant*), *sic*, etc. Et alibi cum de quibusdam rebus, quæ sponte naturæ fiunt, verba fecisset, persecutus est hoc modo (reg. 309) : Ἐγὼ δὲ ἔγνων, ὅτι ταῦτα κατωρθώθη Χριστοῦ χάριτι καὶ ἐν ἀνδράσι C καὶ ἐν γυναιξὶ, πίστει τῇ εἰς τὸν Κύριον γνησίᾳ. *Ego autem novi hæc Christi gratia completa fuisse tum in viris tum in feminis, per genuinam in Dominum fidem* (*c*). Cum in tomo primo de ultimis duobus *in Eunomium* libris disputaremus, adnotavimus Basilium, si quid aut probasset, aut confutasset, aut explanasset, ita orationem concludere solitum, καὶ ταῦτα μὲν ἐπὶ τοσοῦτον, τὰ μὲν οὖν περὶ.... ἐπὶ τοσοῦτον, aut alio simili modo. Paria autem in Regulis invenimus, in quibus sic legitur (reg. 2 fus., n. 4) : Καὶ περὶ μὲν τῆς εἰς Θεὸν ἀγάπης τοσαῦτα. *Sed hactenus de dilectione Dei.* Quando autem semel Basilii *in Eunomium* libris usus sum, ex his aliud argumentum petam. Igitur, cum initio libri tertii D significare vellet Scripturam sacram, ita locutus est : Ἀξιώματι μὲν γὰρ δευτερεύειν τοῦ Υἱοῦ παραδίδωσιν ἴσως ὁ τῆς εὐσεβείας λόγος. *Dignitate quidem* [*Spiritum*] *secundum esse a Filio tradit fortasse pietatis sermo.* Secus autem in regula nona majore non legitur, ubi ita scriptum est (pag. 351) : Δικάζεσθαι δὲ περὶ αὐτῶν ἐπὶ δικαστηρίων ἐξωτικῶν ἀπηγόρευσεν ὁ τῆς θεοσεβείας λόγος, δι' ὧν φησι· *Τῷ θέλοντί σοι κριθῆναι*, etc. *Sed cum ipsis pro tribunali externo litigare vetat pietatis sermo, his verbis :* « *Ei qui vult tecum in judicio contendere,* » etc. Loca A quædam Scripturæ diverse ab interpretibus versa fuisse non raro monet Basilius. Exempli causa, sic in opere *Sex dierum* scriptum invenitur (hom. 4 *in Hex.*, n. 5) : Πρόσκειται δὲ ἐν πολλοῖς τῶν ἀντιγράφων, *Καὶ συνήχθη τὸ ὕδωρ τὸ ὑποκάτω τοῦ οὐρανοῦ εἰς τὰς συναγωγὰς αὐτῶν, καὶ ὤφθη ἡ ξηρά*· ἅπερ οὔτε τινὲς τῶν λοιπῶν ἐκδεδώκασιν ἑρμηνέων.... τὰ τοίνυν ἀκριβῆ τῶν ἀντιγράφων ὠφέλισται. *Additum est tamen in multis exemplaribus,* « *Et congregata est aqua, quæ sub cœlo erat, in congregationes suas, et apparuit arida.* » *Quæ sane verba nulli ex reliquis interpretibus tradidere.... Notata sunt igitur obelo exemplaria accuratiora.* Basilius, cum psalmum vicesimum octavum coram populo explaB naret (tom. I, pag. 114), eodem modo locutus est : Ἐν πολλοῖς μέντοι τῶν ἀντιγράφων προσκείμενον εὕρομεν τό, etc. *In multis autem exemplaribus additum reperimus illud*, etc. Insigne aliud exemplum proferam e secundo *in Eunomium* libro (num. 20), ubi ita legitur : Τέως γε μὴν μηδὲ ἐκεῖνο ἀπαρασήμαντον καταλίπωμεν, ὅτι ἄλλοι τῶν ἑρμηνέων, οἱ καιριώτερον τῆς σημασίας τῶν Ἑβραϊκῶν καθικόμενοι, *Ἐκτήσατό με*, ἀντὶ τοῦ, *Ἔκτισεν*, ἐκδεδώκασιν. *Interim tamen neque illud silentio prætereamus, interpretes alios, qui convenientius Hebraicarum vocum sententiam assecuti sunt, pro* « *creavit,* » *edidisse* « *possedit me.* » Et ne longus sim, omitto sciens, quæ leguntur in homilia prima *in Hexaem.* num. 6; item quæ scripta sunt in homilia *in psalmum quadragesimum quartum*, num. 4. Fit autem quoque in Regulis mentio illius in Scripturarum interpretatione varietatis. In his enim ita scriptum est (reg. 251) : Ὡς μὴ εἶναι πρόσταγμα, *Ἀλλὰ τῦν ὁ ἔχων βαλάντιον, ἀράτω*, ἤτοι *ἀρεῖ* (οὕτω γὰρ καὶ τὰ πολλὰ τῶν ἀντιγράφων ἔχει), ἀλλὰ προφητείαν προλέγοντος τοῦ Κυρίου, etc. *Ita ut illud,* « *Sed nunc qui habet sacculum, tollat,* » *seu* « *tollet* [36] » (*sic enim etiam multa exemplaria habent*), *non sit quoddam præceptum, sed vaticinium Domini, qui prænuntiabat futurum*, etc. Has dicendi formulas, τὸν ἐπιμέλειαν τὴν κοινὴν πεπιστευμένον, οἱ τὴν ὁδηγίαν τῶν πολλῶν πεπιστευμένοι, et alias id genus in Regulis sæpius occurrere aliquanto ante ostendimus (*d*). Principium autem Proverbiorum exponens Basilius eodem loquendi genere usus est, hoc modo (pag. 106) : Οἷον πορνεία καὶ σωφροσύνη παρὰ σοὶ κρίνεται, καὶ ὑψηλὸς προκαθέζεταί σου ὁ νοῦς πεπιστευμένος τὸ δικαστήριον. *Exempli causa, scortatio et pudicitia apud te judicantur, et excelsa tua mens ejusmodi judicio sibi commisso præsidet.* Decet igitur non Constitutiones, sed Regulas Basilio Magno tribui, cum in his Basiliani styli multa monimenta exstent, in illis autem nihil tale usquam compareat. Neque hoc mihi credi postulo, sed Constitutionum librum attente

[36] Luc. XXII. 36.

(*a*) Cod. CXCI, p. 493.
(*b*) Leg. n. 29.
(*c*) Præf. n. 72.
(*d*) Leg. n. 38.

Digitized by Google

ac diligenter legi velim : quod qui fecerit, ita, ut dixi, rem esse, suis oculis cernet.

43. Scio aliter sentire doctissimum virum Combefisium : sed quod pro firmo argumento attulit, Regulas aliquando severiores videri, id nostræ opinioni magis favere quam officere arbitror. Basilius enim, ut ex dictis (*a*) constat, in aliis quoque scriptis suis se præstitit eum, qui aliquando severior fuisse credi possit : sed ita tamen, ut, si verborum ejus vera sententia intelligatur, nihil omnino neque in Regulis, neque in aliis ipsius lucubrationibus aut prædurum aut Stoicum inesse perspicuum sit. Fateor igitur non in Regulis modo, sed in aliis etiam quibusdam Basilii scriptis difficilia quædam loca reperiri : sed non propterea facile adducar, ut eas adulterinas esse putem. Cur enim, quæso, in spuriis ponerentur Regulæ nomine severitatis cujusdam majoris, alia vero illa Basilii scripta, in quibus non minores difficultates occurrunt, pro veris haberentur? Cur rursus suspectæ erunt Basilii Regulæ ob difficiles quosdam locos, aliorum vero sanctorum Patrum libri, in quibus loci aut æque difficiles, aut etiam difficiliores inveniuntur, carebunt suspicione? Et alioqui levia sunt, quæ vir doctissimus Combefisius opponit, et talia, qualia in scholis publicis quotidie proponi solent, quæque qua facilitate objiciuntur, eadem vel ab adolescentibus solvuntur. Quare cum eruditissimus vir Tillemontius (*b*) Combefisii argumenta legisset, eorumque cuique respondere statuisset, ita respondit, ut mirari se non raro significaverit, tam levia ab homine docto serio proponi potuisse. Etsi autem Tillemontii libri rari non sunt, quoniam tamen fortasse ad manum non omnibus erunt, speciosioribus Combefisii argumentis breviter hoc loco respondere mihi visum est : quod eo libentius faciam, quia in variis responsionibus novi aliquid inveniri solet. Sed antequam ultra progrediar, annotare libet Combefisium, cum Eustathium Sebastenum Regularum auctorem esse sibi semel falso persuasisset, sibi persuasisse non verius, eumdem illum Eustathium ob earum Regularum perversam doctrinam in concilio Gangrensi condemnatum fuisse : sed quod pro certo vir doctissimus habuit, id valde incertum est. Sunt enim qui dicant sermonem in concilio Gangrensi de alio Eustathio haberi, quorum antesignani sunt eruditissimi viri Baronius, Blondellus et Dupinus. Sed cum hæc quæstio hujus loci non sit, mihi satis esse existimavi, si ea de re monuissem. Jam ergo ad propositum me refero ; ipsaque Combefisii verba, quibus regulam octavam majorem oppugnat, hoc loco exscribere non pigebit. Primum autem Basilii, deinde Combefisii verba subjiciam. Basilius igitur ita loquitur (pag. 350) : Δῆλον γάρ, ὅτι ὁ πολύτιμος μαργαρίτης πρὸς τὴν ὁμοίωσιν τῆς ἐπουρανίου βασιλείας παρείληπται, ἣν ἀδύνατον ἡμῖν προσγενέσθαι ὁ τοῦ Κυρίου δείκνυσι λόγος, μὴ πάντα ὁμοῦ τὰ προσόντα ἡμῖν, καὶ πλοῦτον, καὶ δόξαν, καὶ γένος, καὶ εἴ τι ἄλλο τῶν πολλοῖς περισπουδάστων πρὸς τὴν ἀνταλλαγὴν αὐτῆς προεμένοις. *Planum est enim regnum cœleste per pretiosam margaritam adumbrari : quod nos assequi non posse declarant Domini verba, nisi omnia simul quæ habemus, et divitias, et gloriam, et genus, et si quid aliud est, cujus studio desiderioque plerique teneantur, pro eo comparando deseramus.* Combefisius vero hoc modo (*c*) : *Videtur istis satis aperte auctor e regno cœlorum excludere, qui non renuntient omnibus, nec paupertatem evangelicam amplexentur, quod Patres Gangrenses merito damnarunt. Est ergo ille pretiosus lapis omnibus coemendus, perfectio illa sub consilio a Christo proposita, ut et virginitas ; non ipsa absolute vita æterna aut pietas Christiana.* Combefisium autem si meminisset eorum quæ prius dixisset, talia non scripturum fuisse puto. Cum enim in ea oratione, quam Basilius in divites habuit, aliquid simile legisset, ita respondit, ut ejus responsio ad hunc Regularum locum optime accommodari possit. Basilii autem verba, quæ jam antea retuli, hic rursus edenda judicavi. Ubi igitur oratorum optimus Basilius verba facit de eo adolescente, cui a Domino dictum fuerat, *Vende quæ habes, et da pauperibus* [37], sic scribit (tom. II, pag. 51) : Εἰ γὰρ οὐκ ἐφόνευσας, ὡς σὺ φῄς, οὔτε ἐμοίχευσας, οὔτε ἔκλεψας, οὔτε κατεμαρτύρησάς τινος μαρτυρίαν ψευδῆ, ἀνόνητον σεαυτῷ ποιεῖς τὴν περὶ ταῦτα σπουδήν, μὴ προστιθεὶς τὸ λεῖπον δι' οὗ μόνου δυνήσῃ εἰσελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ. *Etenim si non occidisti, ut ais tu, neque adulterium commisisti, neque furatus es, neque contra quempiam falsum testimonium dixisti, nihilominus tamen adhibitam in his agendis diligentiam tibi infructuosam efficis, qui quod reliquum est non adjicias, quo solo possis in Dei regnum ingredi.* In quem locum doctissimus vir Combefisius (t. I, pag. 115) hæc notavit : *Durior*, inquit, *propositio, si intelligas de æterna salute, nec exponas in præparatione animi.* Ego igitur dico quoque duriora esse quæ Basilius in regula octava majore scripsit, *si intelligas de æterna salute, nec exponas in præparatione animi*, sed si ejus verba *exponas in præparatione animi*, ea affirmo duriora non esse. Reprehenduntur quoque a Combefisio, quæ in regula tricesima secunda de parentibus ac cognatis leguntur. Ibi autem ita scriptum est (pag. 375) : Εἰ δὲ ἐμπεπλεγμένοι εἰσὶ τῷ κοινῷ βίῳ· οὐδεὶς ἡμῖν κοινὸς πρὸς αὐτοὺς λόγος, τοῖς τὸ εὔσχημον καὶ εὐπάρεδρον τῷ Κυρίῳ ἀπερισπάστως κατορθοῦν ἐσπουδακόσι. *Quod si implicati sunt vita communi, nulla res cum eis nobis communis est, qui honestum decorumque servare, et assidue Deo cohærere studemus, citra ullam*

[37] Matth. xix, 21.

(*a*) Leg. n. 41.
(*b*) *Vie de saint Basile*, pag. 638.
(*c*) *Basil. recens.* tom. II, pag. 165.

Digitized by Google

mentis aberrationem : quæ verba valde improbat is, quem sæpius dixi, vir eruditissimus Combefisius (*a*). *Porro*, inquit, *istud de parentibus qui implexi sint τῷ κοινῷ βίῳ, id est, qui sæculari militia vivant, quod nec visendi, nec recipiendi, nec juvandi, quasi jam liberis in cœnobio monachi vitam agentibus nihil illi attineant, unum videtur et maximum ex damnatis in concilio Gangrensi. Honorandi semper parentes, ac cum egeant, quibus liceat, fovendi; sive in vita κατὰ Θεόν, quam sic monachorum auctor vocat, sive in communi et sæculi vita, ac vel ipsa non prorsus laudabili; quantum tamen status ipse patitur.* Legi quoque potest Combefisii nota in regulam 190, ubi vir doctus in Regularum auctorem multo vehementius invehitur. Recte autem et vere adnotavit eruditissimus vir Tillemontius, aut æqualia, aut etiam severiora in capite vicesimo Constitutionum inveniri : quod ne ipsum quidem Combefisium latuit. Cum enim ad id caput venisset, vidissetque nullam ibi neque parentum, neque cognatorum rationem haberi, ita scripsit : *Nescio an satis Evangelio consonet tanta hæc parentum abdicatio, si quid extreme laborantibus monachus opis præstare possit.* Nunc ergo a Combefisio, si viveret, libenter quærerem, cur ille parentum quasi contemptus impedierit quin Regularum Basilium auctorem faceret, non autem impedierit quin eidem tribueret Constitutionum librum, cum in utroque opere parentum jura pariter violari videantur. Et alioqui non est timendum, ne unquam in liberorum animis penitus exstinguatur amor parentum, cum ex sese phœnicis in modum semper renascatur. Quod in regula centesima prima vituperatur, improbos vocari eos, qui non omnia bona sua vendiderunt, id leve est, et nullius momenti. Improbi enim dicuntur non proprie, sed quod minus probi sint, minusque perfecti. Omisi, quod minime decuit, aliud Combefisii argumentum. Conqueritur igitur vir doctus, sanctiores matrimonii leges prorsus in regula duodecima prolixiore abrogari. Ipsius hæc sunt verba : *Non potest dici clarius aliquid ad vim illam, quam Eustathiani adhibebant conjugiis, ut pugnantem alterum conjugem, vi omni ad alteri volenti renuntiare assentiendum cogerent, aut etiam illo invito renuntiantem reciperent; quod nihil subjectione ad Deum, nihil obedientia præstabilius; meritoque damnarunt Patres Gangrenses. Sane virum ab uxore non discedere, Dei præceptum est; castitatem præferre altero conjugum invito, non Dei jussis parere est, eique subjici, sed palam pugnare : nisi cum ratum duntaxat conjugium est, nec ea plene conjugum mutua servitus coivit : qua de re nihil auctor cogitavit; sed vim absolute conjugiis, quasi Deo jubente divortium ἀσχήσεως prætextu, faciendam admittit.* Audivimus Combefisium : nunc Basilium audiamus, qui sic loquitur (reg. 12 fus.) :

A Καὶ τοὺς ἐν συζυγίᾳ δὲ γάμου τοιούτῳ βίῳ προσερχομένους ἀναχρίνεσθαι δεῖ, εἰ ἐκ συμφώνου τοῦτο ποιοῦσι κατὰ τὴν διαταγὴν τοῦ Ἀποστόλου. *Τοῦ γὰρ ἰδίου σώματος*, φησὶν, *οὐκ ἐξουσιάζει*, καὶ οὕτως ἐπὶ πλειόνων μαρτύρων δέχεσθαι τὸν προσερχόμενον. *Atque ii etiam qui matrimonio conjuncti, ad hujusmodi vitæ genus accedunt, interrogandi sunt, an mutuo consensu id efficiant, ex Apostoli præcepto :* « *Nam, inquit, sui corporis potestatem non habet*[37a], » *sicque qui accedit, coram pluribus testibus recipiendus est :* quæ verba retulimus, non quod de his ulla controversia sit, sed quod ad respondendum necessaria esse videantur. Gravia sunt et difficilia quæ sequuntur. Ita igitur Basilius reliqua persequitur : Εἰ δὲ διαστασιάζοι τὸ ἕτερον μέρος, B καὶ διαμάχοιτο, ἔλαττον φροντίζον τῆς πρὸς Θεὸν εὐαρεστήσεως, μνημονευέσθω ὁ Ἀπόστολος λέγων, *Ἐν δὲ εἰρήνῃ κέκληκεν ἡμᾶς ὁ Θεός* · καὶ πληρούσθω τὸ πρόσταγμα τοῦ Κυρίου εἰπόντος · *Εἴ τις ἔρχεται πρὸς μὲ, καὶ οὐ μισεῖ τὸν πατέρα αὐτοῦ, καὶ τὴν μητέρα, καὶ τὴν γυναῖκα, καὶ τὰ τέκνα, καὶ τὰ λοιπὰ, οὐ δύναταί μου εἶναι μαθητής. Quod si dissentiat altera pars, repugnetque, quod minus sollicita sit, quomodo placeat Deo, in mentem veniat Apostoli, qui dicit :* « *In pace autem vocavit nos Deus*[38] ; » *atque impleatur præceptum Domini, qui dixit :* « *Si quis venit ad me, et non odit patrem suum, et matrem, et uxorem, et filios*, etc., *non potest meus esse discipulus*[39]. » Ex quibus perspici potest omnes quidem recipi debere in monasterio C de Basilii sententia, tam eos qui consentientibus uxoribus accedunt, quam eos, quorum uxores repugnant : sed non eodem modo. Illi enim ita recipiebantur, ut Basilius testes adhiberi vellet : hi vero cum reciperentur, testes adesse necesse non erat, utpote quorum Basilius mentionem non faciat. Unde autem hoc? nisi quia priores ad professionem admittebantur, sic non eis amplius e monasterio egredi liceret; ob idque intererant testes, ut si quando vota sua irrita facere vellent, hominum qui adfuissent testimonio retinerentur : alios vero coram testibus recipi Basilius non jubebat, quod non ad professionem admitterentur, sed ad exercitationem. Aliud autem multo est, admitti ad professionem, et aliud, ad exercitationem. Etenim semel qui D professus est, non est amplius sui juris : qui vero exercitationis causa in monasterium introivit, non propterea sui juris esse desinit, sed, si ita lubet, egredi potest. Hanc autem Basilii sententiam fuisse, nemo, opinor, homo, qui ejus verba attente legerit, negabit. Cur enim, quæso, rogari voluisset, *an mutuo consensu id efficiant*, si omnes ex æquo recipi debere credidisset? Interrogabantur autem ut, si uxores consentire constaret, profiterentur; sin minus, admitterentur quidem ad exercitationem

[37a] I Cor. VII, 4. [38] ibid. 15. [39] Luc. XIV, 26.

(*a*) Comb. in *Basil. recens.* tom. II, pag. 77.

Digitized by Google

per aliquod tempus, nunquam autem ad professionem, nisi uxorum consensus tandem accederet. Id ita esse aperte ostendunt, quæ sequuntur. Sunt autem hujusmodi (pag. 354) : Ἡμεῖς δὲ ἔγνωμεν ἐν πολλοῖς πολλάκις καὶ διὰ συντόνου προσευχῆς καὶ νηστείας ἀνενδότου, τὸν σκοπὸν τῆς ἐν ἀγνείᾳ ζωῆς περιγενόμενον, τοῦ Κυρίου τοὺς μέχρι παντὸς ἀπειθοῦντας, καὶ δι' ἀνάγκης πολλάκις σωματικῆς τῇ συγκαταθέσει τῆς ὀρθῆς κρίσεως ὑπάγοντος. *Cæterum nos castæ vitæ agendæ consilium non raro tum vehementium precum, tum assidui jejunii ope in multis prævaluisse novimus, Domino eos, qui prorsus obstinati erant, sæpe etiam per corporalem necessitatem ad rectum judicium comprobandum inducente.* Causa igitur, cur Basilius quosdam invitis uxoribus in monasteria ad exercitationem introduci vellet, hæc erat, quod ejusmodi castæ vitæ agendæ consilium precibus et jejuniis sæpe in multis prævaluisse nosset. Quod addit Combefisius, traditam in hac regula doctrinam a Patribus Gangrensibus damnatam fuisse, id ad rem non pertinere jam pridem monuit clarissimus vir Tillemontius. In eo enim concilio (*a*) hæ mulieres damnantur, quæ ideo maritos relinquebant, quod matrimonium horrerent : quem conjugii horrorem tantum abest ut Regularum auctor suaserit, ut etiam nuptias et permissas et [Dei] benedictione honoratas fuisse expresse dicat (reg. 5 fus.). Quod ultimo loco Combefisius objicit, id Tillemontio ita grave visum est, ut Basilium deserere non dubitarit. Qua de re ut cuivis melius existimare liceat, Basilii et Combefisii verba referam. Basilius (reg. 293) : Πρῶτον μὲν εἰδέναι χρὴ, ὅτι ἐν τῇ Καινῇ Διαθήκῃ ταύτην τὴν διαφορὰν οὐκ ἔστι μαθεῖν. Μία γὰρ ἀπόφασις κατὰ πάντων ἁμαρτημάτων κεῖται, τοῦ Κυρίου εἰπόντος· ὅτι *Ὁ ποιῶν τὴν ἁμαρτίαν δοῦλός ἐστι τῆς ἁμαρτίας*.... καὶ τοῦ Ἰωάννου βοῶντος· *Ὁ ἀπειθῶν τῷ Υἱῷ, οὐκ ὄψεται τὴν ζωὴν, ἀλλ' ἡ ὀργὴ τοῦ Θεοῦ μενεῖ ἐπ' αὐτόν*, τῆς ἀπειθείας οὐκ ἐν τῇ διαφορᾷ τῶν ἁμαρτημάτων, ἀλλ' ἐν τῇ παρακοῇ τὴν ἀπειλὴν ἐχούσης. *Primum quidem nosse oportet hanc (peccatorum) differentiam in Novo Testamento non reperiri. Una namque habetur sententia adversus quælibet peccata, cum Dominus dicat : « Qui facit peccatum, servus est peccati*[40].... » *item cum Joannes clamet : « Qui non obedit Filio, non videbit vitam, sed ira Dei manebit super ipsum*[41], » *contumacia non ob peccatorum discrimen, sed ob transgressionem, locum comminationi præbente.* Combefisius (*b*) : *Stoica peccatorum, auctori asserta, æqualitas, cautiusque et alia vena, quos Hermantius quasi affines, aut etiam rigidiores suo hic Basilio, adducit Patres.* Ego ea in re et a Tillemontio (*c*), qui totam hanc regulam, exceptis tribus primis versibus, veram sanctamque ac miram dicit. et a Combefisio, qui in ipsa Stoicum quiddam reperit, longe dissentio. Neque enim in Basilii verbis quidquam excipiendum arbitror, neque in iisdem ullum dogma Stoicum invenio. Velim igitur scopum sanctissimi Patris atque propositum spectari. Interrogatus fuerat Basilius, quomodo cum iis agendum sit, qui graviora quidem peccata devitant, sed leviora indiscriminatim committunt : cui interrogationi ita respondere debuit, ut id sibi ante omnia proponeret, ut illos monachos a prava illa consuetudine deterreret. Nihil ergo ab eo melius dici potuit, cum illa Domini sententia, quæ nullum in peccatis discrimen ponit, una omnium aptissima sit atque accommodatissima ad animos perterrendos. Ergo si finis ejus, quem sibi Basilius proposuit, ratio habeatur, nihil est in hac regula, quod aut a Combefisio jure potuerit reprehendi, aut a Tillemontio necessario excipi debuerit. Basilius autem, quasi prævidisset non defore, qui ipsius verba in malam partem acciperent, sententiam suam de discrimine peccatorum disertissime explicavit, cum hæc addidit (pag. 518) : Ὅλως δὲ, εἰ ἐπιτρεπόμεθα λέγειν μικρὸν καὶ μέγα ἁμάρτημα, ἀναντίρρητον ἔχει τὴν ἀπόδειξιν, ἑκάστῳ μέγα εἶναι τὸ ἑκάστου κρατοῦν, καὶ μικρὸν τοῦτο, οὗ ἕκαστος κρατεῖ..... Δεῖ οὖν ἐπὶ παντὸς ἁμαρτάνοντος οἱονδήποτε ἁμάρτημα, φυλάσσειν τὸ κρῖμα τοῦ Κυρίου εἰπόντος, ὅτι *Ἂν ἁμάρτῃ εἰς σὲ ὁ ἀδελφός σου, ὕπαγε, ἔλεγξον αὐτὸν μεταξὺ σοῦ καὶ αὐτοῦ μόνου*, etc. *Uno verbo, si parvum et magnum peccatum dicere nobis liceat, sine controversia negari non potest, hocque cuique magnum esse, cujus quisque subjicitur dominio : illud vero parvum, cui quisque dominatur..... Quapropter erga quemcunque cujuscunque generis peccatum admittentem servandum est præceptum Domini, qui dixit : « Si peccaverit in te frater tuus, vade, corripe eum inter te et ipsum solum*[42], » etc. Primum quidem tanquam si dubitasset, ita locutus est, *si nobis licet parvum et magnum dicere :* sed statim parva et magna peccata re ipsa discerni oportere aperte ostendit, cum ita scripsit : *Sine controversia negari non potest, hoc cuique magnum esse, cujus quisque subjicitur dominio : illud vero parvum, cui quisque dominatur.* Ecce enim tibi duo peccatorum genera perspicue distincta. Alia suo nos dominio subjiciunt : aliis nos dominamur ; hoc est, alia magna sunt, alia parva. Imo dilucidius etiam hæc peccatorum distinctio apparet ex his quæ sequuntur verbis : *Quapropter erga quemcunque cujuscunque generis peccatum admittentem servandum est præceptum Domini, qui,* etc. Nam hoc modo qui loquitur, peccata omnia unius et ejusdem generis esse non putat, sed multiplicis : cum vox *quodcunque* ex se

[40] Joan. VIII, 34. [41] Joan. III, 36. [42] Matth. XVIII, 15.

(*a*) Can. 14 *Conc.* tom. II.
(*b*) Comb. in *Bas.* tom. II, pag. 223.
(*c*) *Vie de S. Basile*, p. 642.

Digitized by Google

multiplex quiddam et varium significet. Præterea cum Basilius ita locutus est, *si parvum et magnum dicere nobis liceat*, non proprie dubitavit an alia peccata magna essent, alia parva : sed credidit omnia peccata magna dici posse, si spectetur qui offenditur Deus : quod non impedit quin multa sint parva, si cum gravioribus comparentur. Denique omnia simul Combefisii argumenta, quæ ad sententias pertinent, arbitror facile solvi posse ab eo, qui universe dicet aliter locuturum fuisse Basilium, si aut ad episcopos, aut ad alios quosvis perspicaciores viros scripsisset; nec mirum esse, si cum sibi sermo esset cum monachis, hoc est, cum ingenuis ac simplicibus hominibus, minus de verborum delectu curarit, modo eos ad salutem perduceret. Ad cætera pergam, si prius monuero alia quædam loca, quæ negotii aliquid Combefisio exhibuerant, in notis illustrari. Quanquam igitur Combefisius omnem suam operam in eo posuit, ut doceret Regularum doctrinam talem esse, quæ in sanctissimum virum Basilium convenire non posset : tamen adnotavit quasi prætericns, Regularum stylum a Basilii stylo aperte differre. Cujus argumenti vis ut magis intelligatur, altius repetenda res est. Meminisse ergo juvat, satis sæpe ita Scripturam in Regulis citari, ut quædam adverbia præeant ; qualia sunt ὁριστικῶς, δυσωπητικώτερον, καθολικῶς, et ejusmodi alia, quæ in superioribus (*a*) videre cuivis licet. Hoc igitur cum animadvertisset Combefisius (*b*), ita scripsit : *Affectatio istiusmodi adjectorum auctori propria, et librorum* de Baptismo, *iis ignota, quæ nullo scrupulo audiunt Basiliana.* Ego quidem ejusmodi adverbia in reliquis Basilii scriptis non legisse me fateor : sed statim ob tam levem causam Regulas in dubium revocari posse nego. Scire enim oportet, stylum paululum variare pro vario dicendi genere ; ob idque mirum videri non debere, si Regularum stylus a reliquorum scriptorum stylo exigua in re discrepet. Cum igitur ejusmodi adverbiorum usus neque ad oratorium, neque ad epistolarem, neque ad dogmaticum stylum pertineat, ea adhibere non potuit, nec debuit Basilius, cum aut concionaretur, aut epistolas scriberet, aut hæreticorum errores confutaret : sed cum vir summus ad aliud scribendi genus animum appulisset, librosque asceticos conficere statuisset, orationem suam ad utilitatem eorum, quorum causa scribebat, accommodare necesse habuit. Quare cum hujusmodi adverbia ad tarda hominum simplicium ingenia commovenda plurimum valere cerneret, iis sibi utendum esse credidit, ut eorum animos magis ac magis excitaret. Sed ad omnem dubitationem tollendam duo præterea considerari volo. Primum, tam multa Basiliani styli monumenta et certa et indubitata in Regulis exstare (*c*), ut ob exiguam in una re dissimilitudinem eas suspectas haberi æquum non sit, cum ratio postulet, ut plurium similitudo unius dissimilitudine, eaque levissima, potior judicetur. Alterum, ejus generis adverbia non ita frequentia esse, ut propterea suspicio aliqua suboriri merito possit. Cum enim in utrisque Regulis non amplius, opinor, quindecies adhibeantur, nemo erit, qui, si operis prolixitatem consideret, pauca ea esse non censeat. Complectar omnia uno verbo. Etsi, ut mox vidimus, styli solius ratio haberetur, tamen Regulas tribui Basilio oporteret, cum parva aliqua in una re discrepantia magnæ in cæteris consensioni cedere debeat. Nunc autem cum præter magnam illam styli in cæteris consensionem suppetant multa alia argumenta, partim e ratione, partim e veterum scriptorum auctoritate petita, e quibus non obscure ostenditur Basilium Regularum verum parentem esse, nemini ulla causa esse potest, cur id opus alteri ascribat (*d*). Ex quibus omnibus intelligere licet, Ἀσκητικόν, quod vocant, ad Basilium totum pertinere, hoc est, libellos *De judicio Dei* et *De fide*, Moralia et Regulas tam breviores quam longiores. Et quando argumenta multa, quæ nostræ sententiæ adversari videantur, colligere semel cœpi, proponam et aliud, quod et ipsum quoque momenti plurimum atque roboris habere ab aliquibus credi possit. Fortasse igitur dicet aliquis, Basilium, auctore Gregorio Nazianzeno (*e*), gymnasia et monasteria, in quibus anachoretæ habitarent, exstruenda curasse; ob idque dici nullo modo posse Regularum auctorem, in quibus illud vivendi institutum maxime vituperatur. Faterer quidem id argumentum multum valere, si Regularum scriptor omnes omnino anachoretas reprehendendos censuisset : sed non ita esse, ex ipsis Regulis discimus. Cum enim auctor dixisset, vix in solitudine reperiri quemquam, qui corrigatur, cum nemo sit, qui corrigat, ita scripsit (reg. 7 maj., n. 1) : Ὃν ἐπὶ τῆς μονώσεως εὑρεῖν ἄπορον, μὴ προενωθέντα κατὰ τὸν βίον, ὥστε συμβαίνειν αὐτῷ τὸ εἰρημένον ἐκεῖνο, *Οὐαὶ τῷ ἑνί, ὅτι ἐὰν πέσῃ, οὐκ ἔστιν ὁ ἐγείρων αὐτόν. Talem autem* [*qui videlicet corrigatur*], *in solitudine reperire difficillimum est, nisi prius in vitæ societatem fuerit adjunctus. Quare accidit ei quod dictum est :* « *Væ uni, quia si ceciderit, non est qui erigat eum* [53]. » Ex quibus perspicuum est, non omnes anachoretas a Regularum auctore vituperatos esse, sed eos unos, qui non prius sese ad virtutem in sodalitio exercuissent. Quod igitur ait Gregorius Nazianzenus, Basilium quædam pietatis gymnasia anachoretarum causa construxisse, id nullo modo cum Regulis pugnat, cum in ipsis aliquod anachoretarum genus

[53] Eccle. IV, 10.

(*a*) Leg. n. 38.
(*b*) Combef. tom. II, p. 162.
(*c*) Leg. n. 42.
(*d*) Leg. n. 39 et seq.
(*e*) Or. 20, pag. 358 et 359.

Digitized by Google

manifeste comprobetur. Nunc autem causam, cur Basilius eos, qui privatam vitam atque solitariam agere statuissent, prius in sodalitio aliquo exerceri vellet, invenire difficile non est. Ita enim contingit, ut si quis in solitudine peccet, meminisse possit, aut se, aut alios ob simile factum a præposito olim redargutos fuisse; atque hoc pacto, ut ne amplius tale quidquam admittat, a sua ipsius conscientia admonetur: contra, fieri facile potest, ut si quis initio in sodalitio non vixerit, etiam dum gravissime peccat, ob imperitiam tamen peccare se nesciat. Hæc autem nostra declaratio ipsius Gregorii Nazianzeni verbis maxime confirmatur. Ita enim scribit (*a*): Τοῦ τοίνυν ἐρημικοῦ βίου καὶ τοῦ μιγάδος μαχομένων πρὸς ἀλλήλους ὡς τὰ πολλὰ, καὶ διισταμένων,.... καὶ τούτους ἄριστα κατήλλαξεν ἀλλήλοις καὶ συνεκέρασεν· ἀσκητήρια καὶ μοναστήρια δειμάμενος μὲν, οὐ πόρρω δὲ τῶν κοινωνικῶν καὶ μιγάδων, οὐδὲ ὥσπερ τειχίῳ τινὶ μέσῳ ταῦτα διαβάλλων, καὶ ἀπ' ἀλλήλων χωρίσας, ἀλλὰ πλησίον συνάψας καὶ διαζεύξας, etc. *Cum igitur solitaria vita, et ea, quæ societate gaudet, ut plurimum inter se dissiderent, ac pugnarent.... ipsas tamen præclare inter se reconciliavit, ac permiscuit, pietatis nimirum gymnasia et monasteria exstruens, non tamen longo intervallo ab iis, qui in sodalitio vivunt, remota, nec velut muro quopiam interjecto ea distinguens atque a se invicem separans, verum prope conjungens ac dirimens*, etc. Etenim facile cuique conjicere licet, Basilium ejusmodi monasteria eo consilio ita disposuisse, ut qui anachoretarum vivendi rationem amplecti cuperent, prius in aliquo sodalitio vicino ad pietatem exercerentur. Etsi autem Basilius quodlam anachoretarum genus laudabat, tamen in suis Regulis universe in anachoretas tam vehementer invehi potuit, quorum scilicet pars maxima sine prævia illa exercitatione id vitæ genus eligeret. Et ne quis forte hæc cum superioribus pugnare arbitretur, monere libet, Basilium et Constitutionum monasticarum auctorem in eo maxime inter se dissidere, quod huic anachoretarum institutum generatim probaretur illi idem generatim improbaretur. Magnus autem ille dux ac magister monachorum Benedictus approbabat quoque anachoretas eos, qui cum diu in sodalitio vixissent, ita demum vitam solitariam agere statuerent. Sic enim capite primo Regulæ suæ scribit: *Monachorum quatuor esse genera manifestum est.... Secundum genus est anachoretarum, id est, eremitarum: horum qui non conversionis fervore novitio, sed monasterii probatione diuturna, didicerunt contra diabolum multorum solatio jam docti pugnare*, etc.

A sticarum auctorem esse: sed quasi ei satis fuisset, si suam sententiam declarasset, nusquam illam ullis argumentis comprobavit. Neque tamen virum eruditissimum ullius negligentiæ accusatum velim. Nemo enim, qui præstat quod potest, quod quædam non possit, reprehendendus est. Puto autem neque a Combefisio, neque a quoquam ullum argumentum firmum afferri posse, quo non dico constet, sed verisimile fiat, Basilium parentem legitimum esse monasticarum Constitutionum. Unde enim, quæso, ejusmodi argumenta peterentur? E veterum scriptorum testimoniis? Sed testimonia omnia quæ proferri potuissent, ambigua sunt, nec magis ex se Constitutiones significant, quam Regulas. E ratione? Sed cui, quæso, Combefisius persuadere B potuisset consentaneum esse rationi, ascribi Basilio Magno Constitutiones monasticas, quas ei nullus scriptor antiquus certo tribuit? cum ipse adjudicari Basilio Regulas noluerit, quas ei tamen antiqui multi auctores disertis verbis attribuebant, Rufinus, Cassianus, imperator Justinianus, Photius (*b*). E stylo? Sed quæ convenientia inveniri potest, ubi nulla est? Imo non satis est dicere, nullam esse in stylo convenientiam, cum discrepantia maxima sit. Quanquam autem Combefisius nullis argumentis suam sententiam confirmavit, tamen non temere factum puto, ut monasticas Constitutiones Basilio tribuerit. Cum enim semel in animum induxisset suum, Regulas indignas esse C quarum Basilius auctor diceretur, consequens fuit, ut, sublatis Regulis, ei saltem monasticas Constitutiones daret. Et vero tot testimonia veterum, qui ampli cujusdam operis ascetici Basilium auctorem manifeste faciunt, Regulas atque Constitutiones ei simul adimi non sinunt. Hanc autem Combefisii opinionem nemo, quod sciam, amplexus est. Mihi quidem non ignotum est, videri Scultetum asceticа omnia e Basilianorum scriptorum catalogo prorsus sustulisse: sed neminem novi, qui, Combefisii exemplo, Regulas in spuriis poneret, Constitutiones vero pro Basilii genuino fetu haberet. Adversa igitur sententia omnino vicit, eorum, qui, ut Regulas, ita et monasticas quoque Constitutiones Basilio ascribunt. Ego autem si iis quæ posui principiis stare volo, ut a Combefisio, ita a cæteris quoque dissentire cogor: sed sic tamen, ut si reconciliari me unquam cum Combefisio difficillimum sit, reconciliatum me iri facillime cum cæteris sperem; modo cogitarint me ab ipsis in re levi dissentire. Mihi enim cum illis convenit, quidquid in Asceticis insigne est et eximium, omne id ad Basilium Magnum pertinere: solas vero monasticas Constitutiones ejus esse nego, quæ certe, si cum Regulis comparentur, nihil magni aut eximii complecti videbuntur. Nam, ut monui (*c*), Constitutiones monasticæ nunquam fortasse neque apud anti-

D

§ XI. *Pars septima, ex qua cognosci poterit, Constitutiones monasticas Eustathio Sebasteno tribui debere.*

44. Doctissimus vir Combefisius sæpe quidem et confidenter dicit Basilium Constitutionum mona-

(*a*) Or. 20, pag. 358 et 359.
(*b*) Leg. n. 40.
(*c*) Leg. n. 40.

Digitized by Google

quos, neque apud recentiores citantur, cum tamen Regulas sæpe citari constet : quod indicio est Regulas semper maximo in pretio fuisse, Constitutiones non item. Quare non satis queo Combefisium mirari, qui cum aliquod veterum aut recentiorum testimonium ad monasticas Constitutiones commendandas afferre debuisset, satis sibi esse credidit, si ipse eas impense laudaret. Causam autem, cur monasticarum Constitutionum Eustathium Sebastenum auctorem faciam, vident, opinor, omnes. Cum enim prius pro certo et explorato statuerim (*a*), monasticas Constitutiones et Regulas uni et eidem scriptori tribui non posse, eodemque loco affirmarim Basilium parentem esse Regularum, consequens est, si mecum consentire velim, ut aliquem Constitutionum auctorem, qui Basilius non sit, quæram. Quis autem, quæso, earum auctor verisimilius dici potest, quam Eustathius Sebastenus, qui, ut est apud Sozomenum (*b*), librum asceticum, qui Basilii Cappadocis nomine inscriptus erat, edidisse a quibusdam credebatur? Nam licere nobis non arbitramur, veterum testimonia, nisi eorum falsitas aliunde manifesto probari possit, pro falsis habere. Cum ergo, ut Sozomenus refert, essent qui librum quemdam asceticum, qui Basilii nomen præferebat, ab Eustathio Sebasteno conscriptum fuisse affirmarent : sequitur, si quis liber sit in Asceticis, qui Basilio tribui non possit, eum Eustathio ascribi oportere. Obscurum autem non est, talem esse Constitutionum librum. Nam, ut sæpe dixi (*c*), non idem auctor est Constitutionum, qui Regularum. Cum igitur Basilius Regularum auctor sit, ipse Constitutionum auctor esse non potest. Reliquum est igitur ut Constitutionum librum aut ad Eustathium pertinere dicamus, aut ad incognitum auctorem. Sed nemo hactenus, quod sciam, neque monasticas Constitutiones, neque ullam aliam Asceticorum partem incognito auctori tribuit. Omnes enim, auctoritatem Sozomeni secuti, Ascetica semper aut Basilio ascripsere, aut Eustathio. Et quidem etiamsi eruditi mirifice dissideant inter se de Asceticis, in eo tamen omnes prorsus inter se conveniunt, quod eorum aut Basilium auctorem faciant, aut Eustathium; ita ut si quis quid Basilio sustulit, id Eustathio largitus sit. Quodsi in manibus essent aliqua alia Eustathii opera, fortassis e styli similitudine ostendi posset monasticas Constitutiones ad eum pertinere : sed cum nulla sint, hoc argumentorum genere uti non possumus. Attamen alia adhibere licet non minoris ponderis aut momenti. Cum enim constet inter omnes Ascetica, sive Asceticorum partes, aut Basilii esse, aut Eustathii, si probaverimus monasticas Constitutiones Basilium auctorem non habere, eas Eustathio tribuendas esse simul probabimus.

A 45. Probare autem Constitutiones monasticas Eustathio Sebasteno adjudicari oportere, est proprie actum agere. Nam omnia argumenta quibus usi sumus (*d*), partim, ut ostenderemus Regularum scriptorem alium esse ab eo, qui monasticas Constitutiones edidit; partim, ut planum faceremus (*e*), dubitari nullo modo posse, quin Basilius parens sit legitimus Regularum, si quid probent, probant quoque necessaria quadam consecutione, Eustathium Sebastenum Constitutionum monasticarum auctorem esse. Etenim, si verum est Basilium opificem esse Regularum, consequens est, ut monasticas Constitutiones non ediderit, cum, ut dixi, Regularum et Constitutionum unus et idem auctor non sit. Cui autem, quæso, melius ascribi poterunt B Constitutiones monasticæ, quam Eustathio, cui omnium consensu tribuendum est quidquid in Asceticis Basilianum non est? Ex quibus perspici potest quæstionem, quam hic solvendam nobis proponimus, totam pendere ex iis locis, ubi, ut mihi quidem videtur, satis perspicue probavi, et Basilium Regularum legitimum parentem esse, et Constitutionum monasticarum auctorem alium esse ab eo, qui Regulas conscripsit (*f*); ob idque velim maxime ea Præfationis pars paulo attentius legatur. Interim, ut magis intelligatur, monasticas Constitutiones non immerito a nobis Eustathio Sebasteno tribui, hic eorumdem argumentorum, quæ jam ante protuli (*g*), quasi epitomen quamdam ob C oculos ponendam esse judicavi. Notarunt ante nos et alii, Regularum auctorem anachoretis infensissimum fuisse, viderique hujusce vivendi generis pericula incommodaque ita exaggerasse, ut modum excedere videatur, cum tamen Constitutionum scriptor sic eis faverit, ut mediam sui operis partem totam eorum causa composuerit. Liquet autem ex Basilii Epistolis (epist. 295), summum hunc virum anachoretarum vivendi rationem non probasse, ob idque jure ac merito dici debere Regularum auctorem. Nam hoc modo constabit, præstitisse se eumdem tam in Regulis, quam in Epistolis, hoc est, anachoretarum exagitatorem osoremque. Quomodo vero fieri potuisset ut Basilius, cui certe anachoretarum institutum non placebat, scripsisD set Constitutionum librum, in quo illa vivendi ratio maxime probatur? Restat igitur ut hic liber reddatur suo auctori Eustathio, qui, quidquid in Asceticis Basilii non est, ejus auctor semper ab omnibus habitus est. Insperguntur in Regulis nonnulla, quæ severitatem quamdam redolent (*h*), non aliter atque in quibusdam Basilii scriptis : a qua severitate longissime abest Constitutionum auctor : ergo non unus et idem est Regularum et Constitutionum scriptor, sed duo, quorum alter paulo severior, alter paulo indulgentior videri poterat. Ergo Basilius

(*a*) Leg. n. 34 et seq.
(*b*) Lib. III, c. 14.
(*c*) Leg. n. 34 et seq.
(*d*) Leg. n. 34 et seq.
(*e*) Itidem 39 et seq.
(*f*) Leg. n. 33 et seq. et n. 37 et seq.
(*g*) Leg. n. 34.
(*h*) Leg. n. 37 et 41.

Digitized by Google

Regularum auctor est, cum et in aliis suis scriptis severitatis non mediocris monumenta certa reliquerit : Constitutionum autem legitimus parens est Eustathius, cum, si quid in Asceticis sit, quod Basilii non sit, ejus opifex esse ab omnibus credatur. Ita scriptæ sunt Regulæ, ut refertæ sint Scripturarum testimoniis ; idcircoque Basilius, qui in suis libris sacras Scripturas passim citabat, putandus est composuisse Regulas, non autem Constitutiones, in quibus ejusmodi testimonia raro adhibentur. Nulli ergo alteri rectius ascribi potest Constitutionum liber, quam Eustathio, cui tribui debet quidquid in Asceticis Basilianam scribendi rationem non sapit. Familiare est Constitutionum scriptori, cum monasticum vivendi genus significare vult, vocibus aut φιλοσοφία, aut φιλόσοφος, aut φιλοσοφεῖν uti (*a*) : quas tamen voces invenire non est apud Basilium hoc sensu acceptas. Non male igitur Constitutionum liber adjudicabitur Eustathio, qui, quod in Asceticis a Basiliano scribendi genere alienum est, suo quodam jure, eoque antiquo, sibi vindicat. Simile est quod sequitur. In memoriam igitur revocandum quod dixi, verbum ποιεῖσθαι ita in Constitutionibus adhiberi, ut ipsis etiam locis, ubi tempore passivo ponitur, tamen significationem activam servet (*b*) : cujus rei suo loco multa exempla protulimus. Hic autem verbi ποιεῖσθαι usus Basilianus non est : Eustathianus igitur, cum Eustathiana esse ab omnibus dicantur, quæ non Basiliana esse noscuntur.

46. Quanta sit antiquorum scriptorum auctoritas in ejusmodi quæstionibus persolvendis, nemo, qui paulum modo humanior est, ignorat. Basilio autem Regulas antiquissimi et locupletissimi auctores tribuunt, Rufinus, Cassianus, imperator Justinianus, Photius (*c*). Proinde, cum nulla causa sit, cur ab hac priscorum scriptorum opinione discedamus, Regulas Basilio adjudicari æquum est. Cum igitur satis constet ex dictis (*d*), ut mihi quidem videtur, Regularum scriptorem alium esse ab eo, qui Constitutionum librum edidit, nec Basilius earum opifex dici possit, qui scilicet ex veterum sententia Regulas confecerit, certe hic Constitutionum liber jure ascribitur Eustathio, quem omnes facile fatentur auctorem esse eorum Asceticorum, quorum Basilius auctor non est. Regulæ, si res ipsa diligenter consideretur, opus sunt longe et doctius et perfectius, quam monasticæ Constitutiones. Cum ergo ex his duobus operibus, ut sæpius monui (*e*), alterum Basilio, alterum Eustathio ascribi oporteat, convenit præstantiori Basilio tribui Regulas, quæ præstantiores sunt : Eustathio vero minus præstanti, monasticas Constitutiones, quas nullus æquus rerum æstimator minus præstantes esse inficiabitur. Universe dici potest Regulas ita conscriptas esse, ut ipsa scribendi ratio Basilii phrasim plane redoleat. Neque in hoc mihi fidem haberi volo, sed gravi et erudito scriptori Photio (*f*), qui in Regulis stylum Basilii et manum agnovisse se testatus est. Sunt præterea in Regulis peculiares quædam Basiliani styli notæ, quas qui serio attenderit, eum ipsarum auctorem esse facile fatebitur. Qualis est hæc dicendi formula, *ego vidi*, aut, *ego novi :* qua familiariter uti solitum Basilium adnotavimus (*g*). Similiter suo loco monuimus (*h*), Basilium, cum de aliqua re disseruisset, hac concludendi ratione maxime delectari, καὶ ταῦτα μὲν ἐπὶ τοσοῦτον, vel, τὰ μὲν οὖν περὶ τοσοῦτον, vel alio simili modo. Hoc autem dicendi genus in Regulis quoque usurpatur. Haud dissimile est quod ascribam. Scripturam sacram significare volens Basilius, ita locutus est (*i*), παραδίδωσιν ἴσως ὁ τῆς εὐσεβείας λόγος, *tradit fortasse pietatis sermo.* Ita autem loqui quoque Regularum auctorem ad idem significandum constat (*j*). Basilius in suis libris non raro monet alios interpretes aliter quædam Scripturæ loca interpretari : quod etiam fecit qui Regulas in lucem edidit (*k*). Has dicendi formulas, τὸν ἐπιμέλειαν τὴν κοινὴν πεπιστευμένον, οἱ τὴν ὁδηγίαν τῶν πολλῶν πεπιστευμένοι, et ejusdem generis alias sæpius in Regulis, inveniri aliquanto ante multis exemplis ostendi (*l*). Eodem autem illo in loco ostensum est, Basilium, cum principium Proverbiorum explicaret, non aliter locutum fuisse. Ex quibus omnibus perspici potest, Basilio tribuendas esse Regulas, in quibus Basiliani styli monumenta multa exstant, non autem monasticas Constitutiones, in quibus ne vestigium quidem illius ullum reperitur. Sed si Regulæ semel Basilio ascribantur, superest ut Eustathius ob eam, quam sæpius protuli, causam Constitutionum monasticarum auctor esse dicatur. Præterea notum est et confessum, optimum scriptorem Basilium argumentum quod semel disquirendum suscepisset, ita tractare, ut nunquam aliud agat, nunquam a proposito aberret, nunquam omittat quidquam eorum quæ ad rem pertineant. Ita autem scriptus est Constitutionum liber, ut ejus auctor aliud egerit, aberraveritque a proposito, nec quidquam dixerit eorum quæ ad rem pertinerent. Et vero nisi docuisset ipse (cap. 18), scripsisse se primam sui operis partem ad anachoretas instituendos, id prorsus ignoraremus. Quæcunque enim in prima illa monasticarum Constitutionum parte leguntur, hoc est, in primis totis septemdecim capitibus, ea non magis ad anachoretas spectant, quam ad cœnobitas : imo vero plura sunt, quæ ad Christianos omnes referri possunt. Cui ergo persuaderi poterit, Basilium, qui a proposito decli-

(*a*) Leg. n. 57.
(*b*) Ibidem.
(*c*) Leg. n. 39.
(*d*) Leg. n. 34 et seq.
(*e*) Leg n. 40.
(*f*) Cod. CXCI, p. 493.
(*g*) Leg. n. 29 et 42.
(*h*) Leg. eumdem n. 42.
(*i*) Ibidem.
(*j*) Ibidem.
(*k*) Ibidem.
(*l*) Ibidem.

Digitized by Google

nare non solebat, ejusmodi libri architectum esse, in quo nihil proprium invenitur eorum, quorum gratia conscriptus fuisse dicitur? Certe, quantum ego auguror, si Basilius auctor esset Constitutionum monasticarum, monita, consilia, præcepta multa tradidisset, quibus anachoretæ partim ad proprias ejus status virtutes excolendas excitarentur, partim admonerentur, ut hujus instituti pericula, quæ magna et multa sunt, vitarent : quod cum factum non sit, inde colligi debet, hunc librum tribui non posse Basilio, qui de quacunque re disserebat diligentissime, sed alteri auctori, qui tantam diligentiam in scribendo non ponebat. Recte ergo fecerimus, si Constitutiones monasticas Eustathio adjudicemus, imitemurque doctissimos quosque omnium ætatum homines, qui, si quid putarunt Basilii non esse in Asceticis, id episcopo Sebasteno ascribi oportere pronuntiarunt.

47. Libet alia quædam loca proponere, e quibus quisque facile intelligat Basilium Constitutionum monasticarum auctorem vere dici non posse. Primum exscribam, quod in proœmio legitur (pag. 533) : Πρόφασις μὲν οὖν, ὡς τὰ πολλὰ, τοῖς ἀνθρώποις τῆς περὶ τὰς κοσμικὰς ἐπιθυμίας τε καὶ ἡδονὰς, καὶ φροντίδας, ὁ γάμος· οὔτε γὰρ τῆς τοῦ θήλεος ἐπιθυμίας ἀνδράσιν, ἢ γυναιξὶ τῆς τοῦ ἄῤῥενος, σφοδροτέραν καὶ βιαιοτέραν εὕροι τις ἂν ἐγκειμένην τῇ φύσει τοῦ σώματος· καὶ μάλα γε εἰκότως, οἷα δὴ περὶ τὴν τῶν ἐκγόνων βλάστησιν συνίστασθαι πεφυκυῖαν, etc. *Conjugium autem, ut plurimum, causa est hominibus et occasio cupiditatis illius, quæ circa voluptates mundanas ac curas versatur : neque enim cupiditas ulla, quæ naturæ corporis insita sit, unquam reperiri potest vehementior violentiorque, quam ea est, qua viri feminas, aut feminæ mares appetunt; idque non mirum, cum ipsa suapte natura ad liberorum procreationem tendat*, etc. Quid, quæso, attinebat monachos instituturum ita præfari? Basilium, meo quidem judicio, talia scribere puduisset. Auctor primo capite ita loquitur : Διά τοι τοῦτο καὶ ἐνηνθρώπησεν..... ἵνα κατὰ δύναμιν ἕκαστος καὶ ἑκάστη ὁρῶντες, ζηλώσωμεν τὸ ἀρχέτυπον. *Quapropter etiam naturam humanam assumpsit,..... ut unusquisque et unaquæque ad id respicientes, pro viribus archetypum et exemplar imitaremur.* Illud autem, ἕκαστος καὶ ἑκάστη. Basilianum non est. Etsi enim orator optimus multis admodum locis voce ἕκαστος utitur, nusquam tamen, si bene memini, vocem ἑκάστη addidit; in quo præstantissimos scriptores secutus est, qui vocem ἑκάστη, quæ plane redundat, voci ἕκαστος jungere non solent. Ita aliquanto post legitur (cap. 4, n. 1) : Τὰ δὲ πρὸς τὸν Ἀδὰμ εἰρημένα, ὅτι πᾶσι τοῖς ἐξ αὐτοῦ γεγεννημένοις εἴρηται, δῆλον ἐντεῦθεν. Καὶ γὰρ τὸν θάνατον ὥρισε μὲν Θεὸς κατ' ἐκείνου, *Γῆ εἶ, καὶ εἰς γῆν ἀπελεύσῃ*, εἰπών· πάντες δὲ οἱ ἐξ αὐτοῦ γεγόνοτες μετέσχον παραπλησίως ἐκείνῳ τοῦ πάθους. *Quod autem eu quæ Adamo dicta sunt, dicta sint omnibus ex eo oriundis, hinc perspicuum est. Etenim illum quidem morti addixit Deus, « Terra es, et in terram reverteris »[a], » dicens : sed omnes quotquot ab eo originem duxere, non secus ac ipse hujus calamitatis participes exstitere.* Cum hoc legis, *hinc perspicuum est*, credas sermonem haberi de re aliqua, quæ prius explicata sit : sed secus est. Etenim quod hic perspicuum esse dicitur, id tale esse postea probatur. Auctor paulo peritior, ut mihi quidem videtur, aut vocem ἐντεῦθεν, quæ hoc loco male auditur, omisisset, sicque satis apte omnia consonarent, et ita interpretari liceret, *Quod autem ea quæ Adamo dicta sunt, dicta sint omnibus ex eo oriundis, perspicuum est. Nam illum quidem*, etc.; aut si voce ἐντεῦθεν uti vellet, verba inter se connectere debebat, hoc modo, ἐντεῦθεν δῆλον, ὅτι τὸν θάνατον, etc., *hinc perspicuum est, quod illum quidem*, etc. Interpres vetus, cum videret verba Græca non belle inter se cohærere, ita verterat, quasi reipsa ita legisset, ut scribi debuisse dixi. Sic enim interpretatus fuerat, *Quod autem quæ Adæ dicta tum fuerint, ea omnibus etiam dicta sint qui ab eo sint oriundi, ex hoc liquido perspici potest, quod cum illum*, etc. Neque vero vox, *dicens*, concinne locata est (*a*), neque merito credi potest Basilius hac Scripturæ citandæ formula usus fuisse : qui scilicet, ut jam alii notarunt, unus omnium aptissime eam citaret. Ita rursus capite decimo tertio scriptum invenitur (pag. 558), Ὅτι δὲ καὶ τοῖς πραότητος ἐπιμελουμένοις πρέπει ἡ εὔκαιρος ἀγανάκτησις, δῆλον ἐντεῦθεν. Καὶ γὰρ Μωσῆς πραότατος πάντων ἀνθρώπων μαρτυρηθείς, etc. *Quod autem et eos qui mansuetudinem exsecuti, deceat opportuna indignatio, hinc patet. Moses enim qui hominum omnium mansuetissimus fuisse perhibetur*, etc. Sic, ut jam notavi, loqui potuit vir indisertus Eustathius, non Basilius, oratorum præstantissimus. Nonnihil est, quod auctor de Paulo apostolo loquturus, ita scripsit (pag. 545) : Καὶ τούτου ἀξιοπιστότατόν σοι παρέξομαι μάρτυρα τὸν ἅγιον Παῦλον. *Atque hujus rei testem fide dignissimum tibi adducam, sanctum Paulum.* Etsi enim Basilius, ut jam alibi monui (*b*), sæpissime Paulum apostolum nominat, nusquam tamen, quod sciam, epitheto illo, ἅγιος, utitur. Et quoniam ejus loci mentionem feci, adnotabo quasi præteriens, negligentiam quamdam in iis, quæ retuli, verbis deprehendi, quæ, quantulacunque est, diligentissimo scriptori Basilio tribui nullo modo potest Cum igitur ita auctor scripsisset, παρέξομαι μάρτυρα τὸν ἅγιον Παῦλον, prosecutus est hoc modo, πῂ μὲν λέγοντα · exspectas dum dicat πῂ δέ, sed frustra. Ubi enim πῂ δέ scriptum invenire debuisses, hujusce auctoris (cap. 20, n. 5) indiligentia factum est, ut

[a] Genes. III, 19.

(*a*) Erasmus in præf. edit. Basil.

(*b*) Præf. tom. I, n. 69.

Digitized by Google

scriptum invenias, ἑτέρωθι δὲ πάλιν. Cum alibi ita lego, σύντομον τὴν ἀπόκρισιν παρεξόμεθα, ὅτι ὁ θεῖος Ἀπόστολος, etc., *Paucis respondebimus, hoc a divino Apostolo*, etc., non possum quin rursus notem hanc vocem, θεῖος, mihi videri in genuinis Basilii operibus inusitatam esse. Nec indignum arbitror quod notetur, multas voces in μα cadentes non raro in Constitutionum libro usurpari : quibus auctor non parum delectatus esse mihi videtur. Ejusmodi sunt vocabula hæc, σπούδασμα, ἄσκημα, ἐμπόρευμα, θησαύρισμα, ἀτόπημα, quibus tamen vocibus non video Basilium libenter uti. Animadverti etiam has voces ἐσπουδακὼς, ἐσπούδακε, διεσπούδακε, quæ rarissime apud Basilium leguntur, sæpissime in monasticis Constitutionibus usurpari. Denique universe dicam, si Constitutionum liber ad Basilium pertineret, fore, ut in eo aliquod saltem eloquentiæ Basilianæ atque eruditionis vestigium exstaret. Basilius enim vel invitus facunde et perite scribebat. Tales autem non esse Constitutiones monasticas, vel ex eo solo intelligitur, quod nemo ante Combefisium neque ob eloquentiam, neque ob eruditionem eas laudaverit. Imo ne ipse quidem Combefisius usquam ipsas laudavit ob facundiam. Quis autem præter Combefisium facile sibi persuadebit eruditum esse ejusmodi opus, ex quo eruditi, cum aut de moribus, aut de aliis quibusvis rebus scriberent, nihil unquam ad illustrandas suas sententias excerpsere. Et ut exemplo aliquo confirmetur quod dico, velim legatur eximium illud opus, quod homo doctrina præstans Matthæus Petitdidier adversus multos Ludovici Dupini errores conscripsit (*a*). Cum igitur is, quem dixi, vir eruditissimus multas Basilii sententias scitu dignissimas notaret, ut cætera Basilii scripta, ita genuina ipsius Ascetica sæpius citavit, sermonem *De judicio Dei*, brevem tractatum *De abdicatione rerum*, Regulas tam prolixiores quam breviores : et tamen ibi de monasticis Constitutionibus prorsus siletur.

47 bis. Aliud argumentum proponere libet. Rufinus cum Regulas interpretatus esset, easque Urseio abbati dedicare statuisset, ita eum in sua præfatione alloquitur (*b*) : *Tui sane sit officii, etiam aliis monasteriis exemplaria præbere : ut secundum instar Cappadociæ, omnia monasteria eisdem et non diversis vel institutis vel observationibus vivant.* Ex quibus patet illorum temporum monachos in Cappadocia regulis usos fuisse ad suam instituendam vitam. Nam instituta illa observationesque, quarum eo loco mentio fit, nihil aliud esse quam ipsas Regulas, ex ea, quam mox laudavi, Rufini præfatione constat. Quomodo autem, quæso, Cappadociæ, adeoque ipsius diœcesis Cæsariensis monachi ipsa Basilii ætate regulas sibi sequendas proposuissent, si earum auctor fuisset Eustathius? Quomodo non potius detestati fuissent ejusmodi regulas, quas opus esse cognovissent hominis, qui ut Arianis conjunctissimus et amicissimus, ita Basilio infensissimus ac inimicissimus erat? Futurum fuisse arbitror ego, ut monachi illi, qui Eustathium ducem habuissent, cum in cæteris Cappadociæ locis, tum maxime in diœcesi Cæsariensi lapidibus a populo obruti fuissent. Fateor quidem nihil vetare, quominus Eustathius, qui et ipse monachorum vitam imitabatur, paucos quosdam e discipulis suis habuerit monasticæ vitæ socios, qui ob simulatam et fidem et pietatem populum initio fefellerint : sed ab eo institutum fuisse in Cappadocia monachorum ordinem, eumdemque ibidem perseverasse potuisse post cognitam semel Eustathii in fide inconstantiam, et post apertam illius a Basilio alienationem, credibile non videtur. Par est igitur regulas, quibus, teste Rufino, monachi in Cappadocia regerentur, tribui non Eustathio, sed Basilio : quarum si Basilius semel opifex dicitur, Constitutionum monasticarum parens dici non potest, cum ut ex dictis satis liquet, utriusque operis non idem scriptor sit. Nemo ergo mirari debet, si Constitutionum librum tribuamus Eustathio, cum nihil fecerimus, quod non fecerint cæteri, qui Eustathio quoque ascripserunt quidquid in Asceticis non Basilianum esse sibi videbatur.

48. Ultimo loco Combefisii argumento contra ipsum Combefisium utar. Vir igitur doctissimus, cum probare vellet, Basilium Regularum auctorem non esse, ita ratiocinatus est : Auctor libellorum *De judicio Dei* et *De fide*, idem est, qui Regularum. Is autem qui libellum *De fide* conscripsit, vocem ὁμοούσιος in sua fidei explanatione de industria reticuit, ut mitiorum Arianorum gratiam sibi conciliaret : quod silentium cum cadere non possit in Basilium, qui consubstantialitatis et fidem et vocem semper palam defendit, necesse est ut cadat in Eustathium, qui cum Macedonianus esset, voce illa ὁμοούσιος uti recusabat. Ergo, inquit is, quem modo dixi, vir eruditissimus, dubitari merito non potest, quin Eustathius ut libellorum *De judicio Dei* et *De fide*, ita Regularum quoque legitimus parens sit. Ego autem facile quidem fatebor, eum qui libellos *De judicio Dei* et *De fide* composuit (*c*), alium non esse ab eo qui Regulas in lucem edidit, idque cæteros omnes pariter confessuros puto : sed aliud prorsus concludo. Itaque ita adversus Combefisium ratiocinari licet : Auctor libellorum *De judicio Dei* et *De fide*, idem est, qui Regularum : qui autem libellum *De fide* confecit, voce ὁμοούσιος in sua fidei explanatione usus est (tom. II, n. 4) : non igitur hæc fidei expositio tribui potest Eustathio, qui, quod a Macedonio stabat, voce illa ὁμοούσιος minime utebatur : at hæc ipsa fidei expositio, in qua vox ὁμοούσιος legitur, optime convenit in Basilium Magnum, qui vocem ὁμοούσιος privatim et publice acriter defendere semper gloriatus est. Rursus adversus

(*a*) Tom. II, pag. 502 et seq.
(*b*) *Cod. Regul.* p. 97.
(*c*) Leg. n. 30 et seqq.

Digitized by Google

eumdem Combefisium ita ratiocinari possumus : Regulæ eumdem auctorem habent, quem libelli *De judicio Dei* ac *De fide :* sed hic *De fide* libellus Eustathio ob eam, quam dixi, causam tribui non potest : nec ipsæ igitur Regulæ ei ascribi possunt, cum idem auctor, Combefisio fatente, et Regulas et hunc *De fide* libellum vulgarit. Sed, si neque libellus *De fide*, neque Regulæ ascribi possunt Eustathio, consequens est ut Basilio tribuantur, cum Basilius et Eustathius ita inter se Ascetica partiantur, ut quidquid in Asceticis ad alterum non pertinet, id ad alterum pertinere inter omnes constet. Nunc autem ad propositum ita revertamur, ut Eustathium Constitutionum monasticarum auctorem esse paucis ostendamus : quod factu facile est. Etenim si Basilius ut libelli *De fide*, ita Regularum auctor esse dicitur, alius Constitutionum librum scripserit necesse est, cum, ut sæpe dixi, multisque probavi, Regularum et Constitutionum non unus, sed duo auctores sint. Ex dictis autem liquet Basilium tam libellum *De fide* quam Regulas conscripsisse : non igitur Basilius, sed aliquis alius monasticarum Constitutionum auctor dicendus est. Eustathius autem solus est, cui merito tribui possint : quem videlicet hactenus eruditi omnes auctorem fecerunt eorum, quæ in Basilii Asceticis pro spuriis et adulterinis habita sunt. Et quando ex Combefisii argumento opis aliquid ad meam opinionem stabiliendam capere semel cœpi, ex eodem ipsam confirmare pergam. Etenim, si Combefisio, qui in illo *De fide* libello vocabulum ὁμοούσιος deesse falso putaverat, ita argumentari licuit : Opus in quo vox ὁμοούσιος tacetur, Eustathio convenit magis quam Basilio, non video cur nobis quoque ita argumentari non liceat : Opus in quo nomen ὁμοούσιος omittitur, Eustathio potius tribui debet quam Basilio : sed vocis ὁμοούσιος ne vestigium quidem in toto Constitutionum libro exstat; æquius est igitur ejusmodi librum Eustathio adjudicari, quam Basilio. Et ut hujus argumenti vis magis intelligatur, loca tria quæ maxime ad rem faciunt, hic exscribere non pigebit. Primum adducam e libello *De fide*, in quo ita legitur (pag. 228) : Οὕτω φρονοῦμεν, καὶ οὕτω βαπτίζομεν εἰς Τριάδα ὁμοούσιον. *Sic sentimus, sicque baptizamus in Trinitate consubstantiali.* Alia duo mutuabor e monasticis Constitutionibus (cap. 2, pag. 541), in quibus ita scriptum invenimus : Ἡνίκα μὲν γὰρ ἡ ψυχὴ τὸ ἑαυτῆς ἀνακινοῦσα νοερὸν, τὸ φυσικῶς ἐγκατεσπαρμένον αὐτῇ παρὰ τῆς ποιητικίας αὐτὴν ἁγίας Τριάδος, βουλεύεται τά, etc. *Etenim animus quando sua intelligendi vi commota, quæ ei naturaliter a sancta Trinitate ipsius opifice insita est, de rebus deliberat*, etc. Et paucis interjectis sic persequitur : Τοῦτο μὲν εἰς ἁγίαν καὶ προσκυνητὴν Τριάδα, κατὰ τὸ ἐνὸν, ἀτενὲς ἐνορῶσα, etc. *Hoc videlicet, quantum fieri potest, intentis animi oculis in sancta et adoranda Trinitate contuens*, etc. Vocem ὁμοούσιος videmus in libello *De fide* usurpatam, cum mentio habetur de sanctissima Trinitate : at in monasticis Constitutionibus hic quidem sanctissima Trinitas nominatur, sed tamen utroque loco vocabulum ὁμοούσιος prætermittitur. Varia autem illa scribendi ratio diversum scriptorem indicare merito videri potest : quorum primus erit Basilius, qui voce ὁμοούσιος unice delectabatur; alter erit Eustathius, qui aliorum Macedonianorum exemplo eam, quam dixi, vocem diligenter vitabat. Jam ad reliqua properabo, sed si prius celebrem Sozomeni locum, qui his disputationibus materiam dedit, explicare conatus fuero : quod ut felicius succedat, eum locum iterum oculis subjicere visum est, sed sic tamen ut verba Græca, quæ prius retuli (num. 27), hoc loco omittam. Ita igitur Sozomenus loquitur, lib. III, cap. 14 : *Apud Armenios vero et Paphlagonas, et accolas Ponti, Eustathius, Sebastiæ in Armenia episcopus, monasticæ conversationis auctor fuisse dicitur : et de arctioris vitæ disciplina, de cibis quibus utendum, aut a quibus abstinendum esset, de vestibus quibus uti oporteret, de moribus denique et exacta vivendi ratione præcepta tradidisse; adeo ut quidam affirment librum asceticum, qui Basilii Cappadocis nomine inscribitur, ab eo conscriptum fuisse.* Erant igitur olim, Sozomeno auctore, quorum judicio asceticus quidam liber, qui Basilii Cappadocis nomine conscriptus erat, ad Eustathium Sebastenum pertinebat. Puto autem Sozomenum nihil aliud nisi monasticarum Constitutionum librum indicare voluisse. Nec mirum cuiquam videbitur, librum qui Eustathii erat, nomine Basilii inscriptum fuisse, si meminerit multa scripta esse, quæ tam in vulgatis quam in veteribus libris sanctorum Patrum nomine inscribuntur, quæ tamen hodie ab eruditis hominibus in subditiliis et adulterinis poni videmus. Cum igitur Constitutionum monasticarum liber, qui Eustathii erat, Basilii nomine inscriptus fuit, nihil ei novi accidit : sed eamdem sortem habuit, quam multa alia scripta, quæ cum aliorum essent, aliorum tamen nominibus falso inscripta sunt. Ejus rei causas quærere, nihil ad me attinet : mihi satis est, si res ita sit, nec negari possit. Sed audire mihi videor qui conquerantur immoratum me fuisse in probanda re non dubia, cum ostendere debuissem Sozomenum, cum ita locutus est : *Adeo ut quidam affirment librum asceticum, qui Basilii Cappadocis nomine inscribitur, ab eo* [*Eustathio*] *conscriptum fuisse*, nihil aliud his verbis significare voluisse, nisi solum Constitutionum monasticarum librum, quod ut maxime dubium, ita probatu difficillimum videri potest. Ego autem aliter sentio, idque arbitror non obscurum fore, si ea, quæ mox retuli, Sozomeni verba paulo diligentius legantur. Ibi enim solum mentio fit de arctioris vitæ disciplina, de cibis quibus utendum, aut a quibus abstinendum, de vestibus quibus uti oporteret, de moribus denique et exacta vivendi ratione : quibus verbis Constitutionum monasticarum liber tam perspicue indicatur, ut tantum non nominari videatur. Omnia enim quæ in illo Sozomeni loco legun-

Digitized by Google

tur, unice Constitutionum libro conveniunt, non autem Regulis, quas si Sozomenus designare voluisset, debuisset sane quod in his præcipuum est et singulare recensere : quod cum non fecerit, ne de ipsis quidem cogitasse putandus est. Nemo autem nescit, si quid eximium est et peculiare in Regulis, id situm esse in mira illa innumerorum Scripturæ testimoniorum collectione : quæ testimonia tam apte tamque concinne proferuntur, ut plurimæ atque gravissimæ cujuscunque generis quæstiones doctissime ac dilucidissime solvantur, difficillima Scripturæ loca explicentur breviter simul et perdiligenter, et ubique saluberrima utilissimaque præcepta ad componendos mores tradantur. Rufinus Cassianusque et Photius, cum de Regulis loquerentur, horum Scripturæ locorum meminerunt; nec immerito, cum Basilii Regulæ non aliunde magis quam ex illis testimoniis ab aliorum asceticis distinguantur. (Vide infra num. 62, prope fin.) Qua igitur ratione potuisset Sozomenus de his testimoniis tacere, nec ullam mentionem facere eorum, quæ Regularum propria sunt, si ipsas eo, quem exscripsi, loco indicare sibi proposuisset? Non igitur Sozomeni verba accipienda sunt de Regulis, ad quas apte referri non possunt, sed de Constitutionum monasticarum libro, ad quem optime accommodantur quæcunque Sozomenus hoc loco scripsit. Nunc autem quinam illi essent, qui asceticum illum librum nomine Basilii inscriptum Eustathio adjudicari oportere affirmarent, merito quæri potest. Fuisse arbitror illius ætatis eruditissimos quosque atque studiosissimos, qui, cum assidui essent in volvendis auctorum libris, fortasse antiqua quædam monasticarum Constitutionum exemplaria invenissent, in quibus pro Basilii nomine nomen Eustathii positum esset : aut certe qui cognovissent ex styli dissimilitudine, ejusmodi opus ad Basilium pertinere non posse ; ob idque judicassent illud ascribi debere Eustathio, quem aliunde rescivissent scriptum aliquod asceticum in lucem edidisse. Nec enim res talis sine causa affirmari potuit. Alii vero, qui in legendis auctoribus minus versati essent, falsa libri inscriptione delusi, facile mera Eustathiana Basilio Magno ascripserunt. Sed fortasse dicet aliquis : Si qua olim exstitissent exemplaria, in quibus pro Basilii nomine nomen Eustathii scriptum esset, cur nulla ejusmodi exemplaria hodie in bibliothecis reperiuntur? Mihi verisimile fit, si quando tales libri exstiterint, librarios, qui male audire Eustathium viderent, vererenturque, ne, si illius nomen in iis, quæ exscribebant exemplaribus cerneretur, minoris libros suos venderent, propterea de industria nomen tam mali ominis prorsus rescidisse. Quid tandem sentiam de primis illis Sozomeni verbis, *Apud Armenios vero et Paphlagonas, et accolas Ponti, Eustathius, Sebastiæ in Armenia episcopus, monasticæ conversationis auctor fuisse dicitur*, nunc aperiam. Mihi igitur satis probabile videtur, pauca quædam monasteria ab Eustathio constructa fuisse in Armenia, et, si quis ita velit, in Paphlagonia : in quibus Eustathiana vivendi norma ob viri malam famam non diu viguerit, et in quæ pro Eustathiano Basilianum institutum brevi introductum sit, ob magnam scilicet sanctissimi ac eruditissimi Patris apud omnes existimationem. Quod autem additur de accolis Ponti, id Rufinus, qui Basilii æqualis erat, falsum esse docet. Ita enim lib. II, cap. 9, loquitur : *Basilius Ponti urbes et rura circumiens, desides gentis illius animos et parum de spe futura sollicitos stimulare, verbis et prædicatione succendere, callumque ab his longæ negligentiæ cœpit abolere, subegitque, abjectis inanium rerum et sæcularium curis, suimet notitiam recipere; et in unum coire, monasteria construere, psalmis et hymnis et orationibus docuit vacare ; pauperum curam gerere, eisque habitacula honesta, et quæ ad victum necessaria sunt præbere; virgines instituere, pudicam castamque vitam omnibus pene desiderabilem facere. Ita brevi permutata est totius provinciæ facies, ut in arido et squalenti campo videretur seges fecunda, ac læta vinea surrexisse.* Hoc idem confirmavit et Socrates, qui lib. IV, cap. 26, ita scripsit : Δεδιὼς γὰρ μή πως Ἀρειανὴ καινοτομία καὶ τὰς κατὰ τὸν Πόντον ἐπινεμηθῇ ἐπαρχίας, δρομαῖος ἐπὶ τὰ ἐκεῖ μέρη διέβαινε · ἐκεῖ τε ἀσκητήρια συστησάμενος, καὶ κατηχήσας τοὺς ἄνδρας ταῖς αὐτοῦ διδασκαλίαις, τοὺς σαλευομένους ἐστήριξε. *Veritus enim* [*Basilius*] *ne Ariani dogmatis novitas Ponti quoque provincias depasceretur, celeriter ad eas partes se contulit; cumque illic monasteria constituisset, et cunctos suis prædicationibus instituisset, nutantes eorum animos confirmavit.* Prætereaque, si quis velit pauca quædam monasteria in Ponto etiam ab Eustathio instituta fuisse, quorum ipse jure auctor dictus sit, non pugnabo ego ; nec enim video quid inde nostra sententia lædi possit. Etenim non nego Eustathium monasteria aliqua hic illic initio instituere potuisse : sed dico, si res ita sit, mihi certissimum videri, Eustathianam illam vivendi normam in illis monasteriis parum diu viguisse, ob hominis odiosissimum nomen, eique Basilianam statim subrogatam fuisse, ob piissimi ac doctissimi scriptoris famam.

§ XI. *Pars octava, in qua de Epitimiis disputatur.*

49. Epitimia, de quibus disserere nunc aggredior, non eodem loco in editione Parisiensi leguntur : quod ita factum est, ut ea quæ vera ac germana esse putabantur, a falsis atque adulterinis secernerentur. Ego autem, qui de omnibus idem judicium tuli, omnia simul edenda esse censui : eo magis quod in uno codice Regio continenter legantur. Ordo quidem postulabat, ut prius de Epitimiis agerem quam de monasticis Constitutionibus, cum ea ante ipsas posuerim : sed quoniam argumenta, quibus usus sum partim in probandis ite-

Digitized by Google

gulis, partim in repudiandis Constitutionibus, erant ejusmodi, ut alia ab aliis penderent, idcirco ea continua oratione proponere constitui ; verebar enim ne, si a se invicem divellerentur, ipsorum vis ac pondus minueretur. Hæc igitur causa fuit, cur in hunc locum Epitimia rejecerim. Ita autem sentit doctissimus vir Combefisius (*a*), ut omnia hæc Epitimia Basilii potius quam alterius esse putet : alii vero duntaxat eorum partem Basilio tribuunt. Quid autem de Epitimiis sentiam ipse, aperire non omittam. Sed, antequam rem aggrediar, existimavi, ne aliqua confusio suboriretur, Epitimia illa in tres classes dividenda esse. Prima, priora undecim nostræ editionis Epitimia complectetur : secunda, reliqua omnia ad usque sexagesimum : tertia comprehendet alterius generis Epitimia, quæ a nescio quibus ita inscripta sunt, Ἐπιτίμια εἰς τὰς κανονικάς, *Epitimia in canonicas*. Epitimia primæ et tertiæ classis tanquam genuina in Parisiensi editione posita sunt ante monasticas Constitutiones : at Epitimia secundæ, tanquam adulterina post ipsas rejecta sunt. His dictis, disputationem ingrediamur. Arbitror quidem Epitimia omnia supposititia esse atque adulterina, sed ita tamen, ut alia aliis pejora sint, majoresque ac evidentiores peregrinitatis notas præ se ferant. Ad quod genus referenda esse puto ea, quæ in secunda classe collocavimus : at primæ ac tertiæ classis Epitimia et ipsa quoque meo quidem judicio spuria sunt et peregrina : sed, ut dixi, minora νοθείας indicia præferunt. Incipiam ab Epitimiis primæ ac tertiæ classis ; postea de secunda classe disputabo. Primum ejusmodi Epitimiorum antiquus nullus scriptor mentionem unquam fecit : deinde in uno duntaxat aut altero veteri libro reperiuntur. Accedit, quod multa aut nove dicta sint, aut novo quodam modo accipiantur. Exempla, ut quidque occurret, proferam. Sic igitur in quarto primæ classis epitimio scriptum invenitur (pag. 527) : Εἴ τις ὑβρίζοι ἢ ἀντιλέγοι..... καὶ μὴ ὑπακούει μετὰ πάσης τῆς ἐν Χριστῷ χαρᾶς, ὡς πληροφορῶν αὐτόν, ubi verbum πληροφορεῖν sumi videtur pro eo, quod est, *nimium in se confidere, et in suo sensu abundare*, cum tamen apud Basilium pro *persuadere*, aut *certiorem facere* usurpari soleat (*b*). Verba quæ mox exscribam, sumpta sunt ex epitimio octavo. Ibi autem ita legitur : Εἰ δὲ τούτων γινομένων ἀμελοίη τῆς ἑαυτοῦ σωτηρίας, χωριζέσθω ὁ τοιοῦτος τῆς συνοδίας παντελῶς· *Μικρὰ γὰρ ζύμη ὅλον τὸ φύραμα ζυμοῖ*, κατὰ τὸν εἰπόντα ἅγιον. *Quod si his factis neglexerit suam salutem, separetur prorsus qui est ejusmodi a communitate, nam « Modicum fermentum totam massam corrumpit* [45], *» ut sanctus dixit :* ubi duo non Basiliana esse judico. Etsi enim Basilius passim sermonem instituit de communitate, seu de ipso fratrum conventu, nusquam tamen, ut jam monui (*c*), in Asceticis suis genuinis voce συνοδία usus est. Illud quoque, κατὰ τὸν εἰπόντα ἅγιον, adulterinum esse mihi videtur. Basilius enim, ubi citat apostolum Paulum, citat autem sæpissime, tamen nullo loco simpliciter dixit, ὁ ἅγιος. Imo etiam epithetum illud, ὁ ἅγιος, nusquam apud Basilium, ubi de Paulo apostolo sermo habetur, adhibitum fuisse invenitur. Et illud addere possim, quod Basilius cum testimonia quædam e Scriptura profert, scriptores sacros in fine periodi nominare non soleat. Ergo si horum Epitimiorum esset auctor, omissa voce ἅγιος, qua de Paulo loquens non utebatur, ita potius scripsisset, χωριζέσθω ὁ τοιοῦτος τῆς συνοδίας παντελῶς, κατὰ τὸν εἰπόντα, *Μικρὰ ζύμη*, etc., *separetur prorsus qui est ejusmodi a communitate, juxta eum qui dixit, « Modicum fermentum, »* etc. Nec prætereundum silentio, vocem συνοδία in epitimio undecimo repeti : quæ vocis insolitæ repetitio, horum Epitimiorum peregrinitatem magis ac magis indicat.

50. Hactenus de prima classe Epitimiorum : nunc de tertia disserendum. Et hic quoque paucis absolvam. Sane non video causam ullam, cur hujus classis Epitimia probarentur, cum priora prius repudiata sint ; nam de omnibus pariter siletur apud antiquos. Omnia in uno duntaxat aut altero veteri libro inveniuntur. Præterea cum oculos conjicio in epitimium secundum, mihi persuadere non queo ejusmodi Epitimia Basilii Magni esse. In eo autem ita legitur (pag. 530) : Ἡ βλασφημήσασά τινα τῶν πρεσβυτίδων τῶν πεπιστευμένων διατυποῦν τὰ ἐν τῷ ἀσκητηρίῳ, ἀφοριζέσθω ἑβδομάδα μίαν. *Quæ maledixit alicui ex sororibus quæ rebus asceterii regendis proponuntur, cæterarum privetur consortio hebdomadam unam.* Illud enim ἀσκητήριον insolite dictum est, nec usquam, opinor, ea voce in suis Asceticis genuinis usus est Basilius Ita scriptum est epitimium decimum tertium, ut verborum ordo non parum displiceat. Sic autem legitur : Ἡ καταφρονητικῶς, μετὰ δῆθεν ἡσυχίας μὴ πληροῦσα τὸ ἐπίταγμα, ἀφοριζέσθω, etc., ad verbum : *Quæ contemptim, cum quiete videlicet non implet præceptum, cæterarum consortio privetur*, etc. Ubi vocula μὴ posita est loco non suo. Sic enim potius scribi oportuisset : Ἡ καταφρονητικῶς, μὴ δῆθεν μετὰ ἡσυχίας πληροῦσα τὸ ἐπίταγμα, etc., quod ad verbum ita interpretari licuisset : *Quæ contemptim, non autem quiete et silentio implet præceptum*, etc. ; atque hoc pacto vox quælibet tam Græce quam Latine locum suum obtinuisset. Nec magis placet quod in epitimio decimo septimo legitur, in quo ita

[45] Galat. v, 9.

(*a*) *Basil. recens.* tom. II, pag. 225.
(*b*) Lege n. 38.
(*c*) Num. 32.

Digitized by Google

scriptum est : Ἡ μετὰ τὴν ἀπόλυσιν τῶν συνάξεων ὁμιλοῦσά τινι τῶν ἔξω γυναικῶν, ἀφοριζέσθω, etc. *Quæ post absolutas synaxes cum aliqua externa muliere confabulabatur, separetur*, etc. Illud enim, τῶν συνάξεων, præter Basilii consuetudinem positum est : qui etsi communionis sacræ crebro mentionem facit, nusquam tamen, quod quidem sciam, voce σύναξις utitur.

51. Quod jam ad Epitimia secundæ classis attinet, talia sunt, ut mirum sit eruditissimum virum Combefisium ejusmodi Epitimia pro veris ac germanis agnovisse, aut certe in eam opinionem valde propendisse. Cum enim dixisset Epitimia, quæ in Parisiensi editione diversis locis posita sunt, in suo veteri libro continenter legi, sic loquitur (*a*) : *Mazarini codex omnia simul complexus est, eidemque ascripsit vero aut existimato Basilio : ac potius vero, subnectens iis opusculis quæ communiter in Basilii Magni genuinis numerantur.* Et vero quot sunt voces in hac Epitimiorum classe, tot sunt fere peregrinitatis notæ : quod ex eorum lectione facile a quovis cognosci potest. Hic monere volo, hujus secundæ classis epitimium primum in nostra editione duodecimum esse. In eo autem ita legitur (pag. 527) : Εἴ τις ἐξέλθοι τοῦ μοναστηρίου, μὴ λαβὼν εὐλογίαν ἢ ἀπολυθεὶς ὑπὸ τοῦ ἀρχιμανδρίτου μετὰ εὐχῆς, ἔστω ἀκοινώνητος. *Si quis egrediatur e monasterio non accepta benedictione, aut non dimissus ab archimandrita cum precatione, a cæteris sejungatur.* Certe præstare ausim, duas has voces, μοναστήριον et ἀρχιμανδρίτης, quæ non hic solum, sed in aliis etiam epitimiis sæpe leguntur, nusquam apud Basilium reperiri. Addere possim et alia vocabula non pauca in iisdem illis Epitimiis passim occurrere, quæ si non omnia, at pleraque tamen minus adhuc Basiliana esse videbuntur. Qualia sunt hæc, ἀρχικουνίτις, κούνιον, ἀπευλογίας, μαφόριον, ὄρδινος, ἡσυχαστής, ὁστιάριον, ἀρχιεβδομαδάριος, quæ voces cum aut Latinæ sint, aut valde insolitæ, novi aliquid simul et peregrini manifeste indicant. Et vero si Caroli Cangii *Glossarium Græcum* legatur, ibi horum Epitimiorum non minimam partem e veteri quodam Pœnitentiali Græco citatam intueri licebit. Ejus quam dixi rei exempla duo e voce ἡσυχαστής proferam : si cui libuerit videre plura, alias quas modo notavi voces in ipso *Glossario* quærere poterit ; hacque brevi ac facili via invenict quod quærit. In eo igitur *Glossario* ita scriptum est, ubi vocis ἡσυχαστής declaratio traditur : Εἴ τις εὑρεθῇ λαλῶν εἰς τὰ κελλία, ἐκτὸς τῶν ἐνοικούντων αὐτὰ, ἢ τῶν ἡσυχαστῶν, γενέσθω ἀπευλογίας. Rursus : Εἴ τις περισσῶς, μετὰ τὴν ἐπίσκεψιν τὴν μετὰ τὰ ὀρθρινὰ, εἰσέρχεται εἰς τὸ νοσοκομεῖον, ἐκτὸς τῶν ἡσυχαστῶν καὶ τῶν τὴν φροντίδα ἐγκεχειρισμένων, γενέσθω ἀπευλογίας. Horum autem epitimiorum primum, in nostra editione quadragesimum quartum est ; secundum, quartum et quinquagesimum. Ex quibus satis intelligitur ejusmodi Epitimia non Basilio, sed recentiori cuipiam scriptori tribuenda esse.

§ XI. *Pars nona, ubi expenduntur opuscula duo, quæ Combefisius non ita pridem in suo* Basilio recensito *pro novis ac genuinis edidit.*

52. Horum opusculorum primum ita exorditur (*b*) : Τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ προστάσσοντος· *Ὃ λέγω ὑμῖν ἐν τῇ σκοτίᾳ, εἴπατε ἐν τῷ φωτί· καὶ ὃ πρὸς τὸ οὖς ἠκούσατε, κηρύξατε ἐπὶ τῶν δωμάτων·* καὶ τοῦ Ἀποστόλου, τῆς σιωπῆς τὸ κρῖμα φοβερὸν δεικνύντος, etc. *Cum Dominus noster Jesus Christus præcipiat : « Quod vobis dico in tenebris, dicite in luce ; et quod auditis in ore, prædicate super tecta [46] ; » Apostolus item silentii tremendum judicium ostendens*, etc. Ita autem desinit : Ἵνα πληρωθῇ ἐν ὑμῖν τὸ ὑπὸ τοῦ Ἀποστόλου εἰρημένον, ὅτι *Ταῦτα παράθου πιστοῖς ἀνθρώποις, οἵτινες ἱκανοὶ ἔσονται καὶ ἑτέρους διδάξαι· quo in vobis impleatur illud Apostoli : « Hæc commenda fidelibus hominibus, qui et alios docere erunt idonei [47]. »* Hic quæstio est, fueritne hoc opusculum conscriptum ab eo, qui Asceticum, quod vocant, in lucem edidit, an ab aliquo, qui Ascetici auctor falso haberi voluerit. Meminisse autem juvat, non intelligi proprie Ascetici nomine omnia scripta ascetica, sed duntaxat libellos *De judicio* ac *De fide*, Moralia et Regulas tam breviores quam longiores. Ex quo fit, ut si hæc lucubratiuncula vera sit et genuina, necessario aut Basilio tribuenda sit, aut Eustathio, cum alteruter Asceticum eo quem dixi modo acceptum vulgasse ab omnibus credatur. Combefisius nullo modo dubitat quin hæc lucubratiuncula vera sit ac germana : Tillemontius (*c*) vero eam quidem pro vera habuit, sed ita tamen, ut non obscure indicaret se non longe abesse ab eorum opinione, qui aliter sentirent. Ait enim se in ipsa parum et igniculorum et elegantiæ Basilii vidisse. Ego autem non dicam videre me in hoc opusculo parum Basiliani styli : sed affirmabo potius me nihil omnino in eo invenire, quod tanti viri phrasim vel paululum sapiat. Sermo humilis est et abjectus : verborum constructio in aliquibus locis nulla : sententiæ obscuræ. Sermonem abjectum esse et humilem, nemo, opinor, homo, qui hoc epistolium legerit, inficiabitur. Imo etiam id ita esse, ex eis quæ mox exscribam fragmentis facile a quovis intelligi poterit. Jam unum aut alterum locum proferam, ut verborum constructionem alicubi nullam esse probem. Ita igitur auctor scripsit : Προσθήσεται δέ μοι τὸ κρῖμα, πρῶτον μὲν τὴν αἰτίαν καὶ τὸν κίνδυνον τῆς τοσαύτης τῶν Ἐκ-

[46] Matth. x, 27. [47] II Tim. II 2.

(*a*) *Basil. recens.* t. II, p. 225.
(*b*) Ibid. pag. 99.
(*c*) Tom. IX, pag. 634.

Digitized by Google

κλησιῶν τοῦ Θεοῦ καὶ ἑκάστου πρὸς (*a*) τὸ ἔργον διαφωνίας τε καὶ διαστάσεως· δεύτερον, τὰς ἐκ τῆς θεοπνεύστου Γραφῆς ἀποδείξεις περὶ τοῦ πᾶσαν παράβασιν ἐντολῆς Θεοῦ σφοδρῶς καὶ φοβερῶς ἐκδικήσαντος· ὥστε, etc. Quæ verba sic Latine reddidit Combefisius : *Hinc vero ejusce rei rationem adjungam ; primum quidem quæ causa sit, quodve periculum tantæ Ecclesiarum Dei ac cujusque rebus agendis dissonantiæ ac dissensionis ; tum deinde certas ex divina Scriptura probationes ac rationes, quibus conficitur, in omnem Deum mandati transgressionem acri tremendaque districtione animadvertere, ut,* etc. Illud, πρῶτον μὲν τήν, etc., verbo caret : quod judicium ferendum est quoque de illo, δεύτερον, τὰς ἐκ τῆς θεοπνεύστου.... φοβερῶς ἐκδικήσαντος. Scio quidem aliquid ab homine docto suppleri posse : sed nemo non videt ellipsim hoc loco et violentam esse, et a Basilii perspicuitate alienam. Ab his non multum abludit quod sequitur : Μετὰ ταῦτα περιέξει τὴν εὐσεβῆ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, καὶ τοῦ μονογενοῦς Υἱοῦ αὐτοῦ καὶ Θεοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ὁμολογίαν· ἔπειτα, etc. Ad verbum : *Postea piam de Deo ac Patre, unigenitoque ejus Filio ac Deo, et Spiritu sancto confessionem complectetur : tumque*, etc. Hactenus nulla mentio facta est de ullo scripto, quod ad rem pertineat : et tamen auctor, quasi nominativus ex superioribus suppleri posset ac deberet, sic incipit, μετὰ ταῦτα περιέξει τήν, etc. Scriptor paulo diligentior ita locutus fuisset : Μετὰ ταῦτα ἡ ἄλλη βίβλος περιέξει τήν, etc. *Postea alius libellus complectetur*, etc. Sub finem cum auctor sermonem instituisset de Moralibus, ita persecutus est : Ἐν οἷς τό τε ἀπηκριβωμένον καὶ ἀκριβῶς κεκαθαρμένον τῆς πολιτείας διαφανήσεται· καὶ τὸ, ἵν' οὕτως εἴπω, ἄξίωμα τῶν ἐνταῦθα παρεπόντων ἐκλάμψει, quem locum idem Combefisius ita interpretatus est : *In quibus exacta atque exacte depurgata disciplinæ ratio elucescet ; eorumque, ut sic dicam, qui hic disciplinæ sequuntur dignitas persplendescet.* Ubi in ultimis verbis Græcis obscuri aliquid deprehendo. Illud enim καὶ τὸ, ἵν' οὕτως εἴπω, ἄξίωμα τῶν ἐνταῦθα παρεπόντων ἐκλάμψει, ita simpliciter dictum non satis perspicuum videtur, et, nisi vox aliqua suppleatur, vix intelligi potest. Ad verbum, *eorumque ut ita dicam, qui hic sequuntur, dignitas splendescet.* Combefisius, ut ex ejus interpretatione liquet, vocem μαθητῶν supplevit : quod non fecisset, nisi credidisset verba Græca per se obscura esse, ob idque, ut intelligerentur, aliquid necessario suppleri debere. Notandum præterea id quod maxime ad rem facit, hoc opusculum vere epistolam esse. Ita enim auctor loquitur : Ἀναγκαῖον ἐνόμισα γράψαι πρὸς τὴν πάντων ὑμῶν ἐν Χριστῷ ἀγάπην, etc. *Necessarium putavi, ut ad vestram omnium in Christo charitatem scriberem*, etc. Velim igitur, si quis adhuc dubitet hæreatque, hanc epistolam cum genuinis Basilii Epistolis comparet, statimque, nisi valde fallor, animadvertet eam ab illis et perspicuitate, et elegantia, et urbanitate, et, ut verbo dicam, toto scribendi genere prorsus differre. Certe cum ita lego ipso initio : Τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ προστάσσοντος· *Ὁ λέγω ὑμῖν*.... καὶ τοῦ Ἀποστόλου τῆς σωτηρίας τὸ κρῖμα φοβερὸν δεικνύντος, δι' ὧν φησι πρὸς τοὺς Ἐφεσίων πρεσβυτέρους· *Διαμαρτύρομαι ὑμῖν τῇ σήμερον ἡμέρᾳ*, etc. *Cum Dominus noster Jesus Christus præcipiat : « Quod vobis dico.... » Apostolus autem silentii tremendum judicium ostendat, dum sic Ephesiorum presbyteros alloquitur, « Contestor vos hodie*[49], » etc.; mihi quidem facile persuadeo hoc epistolium scriptum fuisse ab aliquo, qui Basilii Regulas diligenter legisset (nam in illis ita fere aliquando loquitur Basilius) : sed puto hunc hominem, quisquis est, nunquam ejusdem Basilii Epistolas legisse, aut certe eas imitari non potuisse. Nullam enim Basilii epistolam esse, quæ hoc vel simili modo incipiat, Τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ προστάσσοντος. . . καὶ τοῦ Ἀποστόλου, etc., affirmare ausim. Et quidem in indice Græco Basilianarum Epistolarum qui ad calcem editionis Parisiensis locatus est, nihil tale invenio.

53. Nunc conjecturam quamdam meam de hoc epistolio proponere libitum est : sed si prius monuero, hoc idem epistolium, quod pro novo Combefisius edidit, jampridem in Veneta editione vulgatum fuisse. Suspicor igitur has litterulas antiquas non esse, sed longe post Basilii ætatem ex Photii *Bibliotheca* effictas fuisse et expressas. Qua de re ut cuique existimare liceat, utriusque scriptoris verba subjiciam. Ita igitur Photius loquitur (*b*) : Ὁ μὲν οὖν πρῶτος αὐτῷ λόγος διεξέρχεται, τίς ἡ αἰτία καὶ ὁ κίνδυνος τῆς τοσαύτης τῶν Ἐκκλησιῶν τοῦ Θεοῦ καὶ ἑκάστου πρὸς τὸν ἕτερον διαφωνίας τε καὶ διαστάσεως· δεύτερον, ὅτι πάσης ἐντολῆς Θεοῦ παράβασις σφοδρῶς καὶ φοβερῶς ἐκδικεῖται· καὶ ἡ ἀπόδειξις ἐκ τῶν Γραφῶν· τρίτον, περὶ τῆς εὐσεβοῦς πίστεως ἡμῶν, ἤτοι τῆς εἰς τὴν ὑπεραγίαν Τριάδα καθαρᾶς ἡμῶν καὶ εἰλικρινοῦς ὁμολογίας. Ὁ δεύτερος οἷον χαρακτῆρα Χριστιανοῦ κεφαλαιώδη καὶ σύντομον παρατίθεται, καὶ χαρακτῆρα πάλιν παραπλήσιον τῶν προεστώτων τοῦ λόγου. Εἶτα, etc. *Igitur primus ejus liber continet, quæ sit causa, quantumque periculum hujusmodi cum Ecclesiarum Dei, tum singulorum hominum inter ipsos dissensionis atque dissidii : deinde, quod omnis præcepti divini transgressio vehementer ac terribiliter punitur, idque e Scripturis sacris demonstratum : tertio, de fide nostra catholica, sive de pura nostra et sincera confessione sanctissimæ Trinitatis. Liber vero secundus, Christiani*

[49] Act. xx, 26.

(*a*) Ita apud Combef.

(*b*) Cod. CXCI, pag. 494.

Digitized by Google

hominis quamdam veluti descriptionem per summa capita breviterque exponit : similemque rursum descriptionem eorum, qui docendo Evangelio præfecti sunt. Deinde, etc. Ita autem in epistolio scriptum est : Προσθήσεταί δέ μοι τὸ κρῖμα, πρῶτον μὲν τὴν αἰτίαν καὶ τὸν κίνδυνον τῆς τοσαύτης τῶν Ἐκκλησιῶν τοῦ Θεοῦ, καὶ ἑκάστου πρὸς (*a*) τὸν ἕτερον διαφωνίας τε καὶ διαστάσεως· δεύτερον, τὰς ἐκ τῆς θεοπνεύστου Γραφῆς ἀποδείξεις περὶ τοῦ πᾶσαν παράβασιν ἐντολῆς Θεοῦ σφοδρῶς ἐκδικήσαντος.... Μετὰ ταῦτα περιέξει τὴν εὐσεβῆ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, καὶ τοῦ μονογενοῦς Υἱοῦ αὐτοῦ καὶ Θεοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ὁμολογίαν.... ἐπὶ τούτοις οἱονεὶ χαρακτῆρα Χριστιανοῦ κεφαλαιώδη καὶ σύντομον ὅρου τύπον ἔχοντα πειράσεται δοῦναι ἡμῖν ἐκ τῶν ἁγίων Γραφῶν ὁ λόγος, καὶ χαρακτῆρα πάλιν παραπλήσιον τῶν προεστώτων τοῦ λόγου, etc. *Hinc vero ejusque rei ratione adjungam ; primum quidem quæ causa sit, quodve periculum tantæ Ecclesiarum Dei et alterius cum altero dissensionis atque dissidii; tum deinde certas ex divina Scriptura probationes ac rationes, quibus conficitur in omnem Deum mandati transgressionem acri tremendaque districtione animadvertere.... Ad hæc, piam de Deo ac Patre, unigenitoque ejus Filio ac Deo, nec non Spiritu sancto confessionem liber complectetur.... ac præterea, compendiosum brevemque velut characterem hominis Christiani, definitionis forma ex Scripturis sacris conabitur dare; affinemque rursus characterem præpositorum sermonis*, etc. Velim igitur utriusque scriptoris verba inter se conferantur : quod si quis fecerit, animadvertet easdem voces utroque in loco hic illic adhiberi, quales sunt, αἰτία, κίνδυνος, Γραφὴ, ἀπόδειξις, παράβασις, ἐντολὴ, σφοδρῶς, φοβερῶς, ἐκδικεῖν, ob idque fortasse suspicari incipiet, hunc vel illum scriptorem plagiarium fuisse. Sed si paulo attentius consideraverit tum illud, τῆς τοσαύτης τῶν Ἐκκλησιῶν τοῦ Θεοῦ, καὶ ἑκάστου πρὸς τὸν ἕτερον διαφωνίας τε καὶ διαστάσεως (ita enim plane legendum est, ut in Veneta editione, non πρὸς τὸ ἔργον ut apud Combefisium), tum illud, οἱονεὶ χαρακτῆρα Χριστιανοῦ κεφαλαιώδη καὶ σύντομον.... καὶ χαρακτῆρα πάλιν παραπλήσιον τῶν προεστώτων τοῦ λόγου, facile, opinor, sibi persuadebit, alterum ab altero nonnulla aperte ad verbum sumpsisse. Cui autem verisimile fiet, doctissimum virum Photium, eumdemque scribendi peritissimum, a nescio quo non pauca ad verbum mutuatum fuisse? quod eo minus probabile videbitur, quia hoc epistolium pessime conscriptum est. Reliquum est igitur, ut epistolii scriptor plagiarius fuisse dicatur. Sed fortasse quæret aliquis, quo consilio scriptum fuerit hoc epistolium. Puto hominem cætera simplicem et bonum, qui Ἀσκητικόν a nonnullis ob Sozomeni locum Eustathio tribui videret, tentare voluisse, si epistola sua pro vera Basilii epistola haberi posset, sicque illud consequeretur, ut omnes tandem Basilium ejus quod modo dixi scripti auctorem esse uno ore confiterentur. Pauca, nisi actum agere velim, de altero Combefisii opusculo dicam. Nam et ipsum quoque jamdudum in editione Parisiensi vulgatum est, sed ita tamen, ut ibi aliter, aliter apud Combefisium inscriptum sit. Ita enim in editione Parisiensi inscribitur : Ὁμιλία ΛΑ'. Λόγος περὶ τοῦ αὐτεξουσίου. *Homilia XXXI. De libero arbitrio sermo :* apud Combefisium vero (*b*), hoc modo, Τοῦ αὐτοῦ πρόλογος ἀσκητικός. *Basilii Magni prologus asceticus.* Combefisium, qui ut cæteras, ita hanc ipsam homiliam tricesimam primam in suo Basilio recensito aliquibus locis emendaverat, fallere potuit inscriptionis varietas : ut ut hæc sunt, nihil hic dicendum de hoc opusculo Combefisiano arbitramur, cum illud jam in antecessum, ubi nobis de eadem illa oratione tricesima prima sermo erat, in spuriis atque adulterinis posuerimus (*c*). Hic tandem disputationibus asceticis clausulam imponam, si prius hoc unum addidero, primum libellum a Combefisio e duobus libris veteribus Regiis, alterum ex uno itidem Regio editum fuisse (*d*).

§ XII. *Basilione tribuendi sint duo* De baptismo *libri, necne.*

54. Quod ait doctissimus vir Ludovicus Dupinus (*e*), duos hos *De baptismo* libros nusquam apud antiquos laudari, eo nihil verius dici potuit; sed quod addidit, eosdem a nemine in dubium revocari, id non vere dictum fuisse constat. Combefisius enim suspectos ipsos habuit : cujus verba referre non pigebit (*f*). Vir igitur eruditissimus eum in his libris adverbia quædam animadvertisset, qualia sunt, ὁριστικῶς, πολυτρόπως, ἐντρεπτικώτερον, φανερῶς, et alia ejusdem generis multa, ita locutus est : *Affectatior quam soleat hisce adverbiis Basilius toto hoc opere, nec sui simillimus, nativaque puritate gratus; ac, num quæ inde* Ἀσκητικὸν *suspicio pulsare animum possit? Lector videat, deque toto dicendi charactere austeriorique doctrina conjecturam ducat.* Tillemontius, vir peritissimus idemque diligentissimus, viderat quidem hunc Combefisii locum : sed non propterea vulgatam opinionem repudiavit. Imo etiam ait se criticis illis Combefisii notis in sua sententia magis ac magis confirmari. Sed ut hæc melius intelligantur, rem altius petam. Meminisse ergo juvat, Combefisium Ἀσκητικόν, quod vocant, non Basilio, sed Eustathio Sebasteno tribuere, atque inter cætera argumenta, quibus vir doctus ad defendendam suam opinionem utitur, hoc quoque reperiri, quod Ascetici scriptor ita Scripturam citat ut adverbia quædam præponat, qualia sunt, ὁριστικῶς, σαφῶς, ἀποφαντικῶς, et eodem de genere alia : qui adverbiorum usus in aliis Basilii scriptis nullus est. Cum

(*a*) Ita in edit. Ven.
(*b*) *Basil. recens.*, tom. II, pag. 107.
(*c*) Lege Præf. § 8.
(*d*) *Basil. recens.*, tom. II, pag. 97 et 107.
(*e*) Tom. II, pag. 540.
(*f*) *Basil. recens.*, tom. I, pag. 241.

Digitized by Google

igitur Combefisius (*a*) similia adverbia tam in Ascetico quam in his *De baptismo* libris inspergi videret, suspicatus est utrumque opus ad eumdem auctorem pertinere, hoc est ad Eustathium Sebastenum, quem, ut modo dixi, Ascetici auctorem facit. Tillemontius autem, qui et ipse quoque ea de quibus agitur adverbia et in Ascetico et in duobus illis *De baptismo* libris animadvertit, inde quidem pariter collegit, utriusque operis eumdem auctorem esse : sed quoniam semel Asceticum Basilio adscripserat, eidem etiam et hos *De baptismo* libros adjudicare necesse habuit. Nec ego negabo doctissimos viros Combefisium et Tillemontium congruenter suis principiis convenienterque judicasse, viderique primo aspectu argumento satis probabili ad tuendam suam opinionem niti. Cum enim ejusdem generis adverbia non pauca tam in Ascetico quam in controversis istis *De baptismo* libris inveniri constet; certe, nisi attentiores simus, eo animus inclinabit, ut utrumque opus uni et eidem scriptori tribuamus. Sed tamen si quis ea de quibus disputatur scripta paulo attentius legerit, id quod dixi argumentum nullius momenti aut ponderis esse facile, opinor, fatebitur. Non enim omnia adverbia illa semper eodem sensu accipiuntur in utroque opere. Cum enim illud, ὁριστικῶς, semper in Ascetico pro eo quod est, *modo decretorio loqui*, sumatur, tamen in his *De baptismo* libris aliquando tam diverse usurpatur, ut ipsa diversitas diversum auctorem non obscure indicet. Nimirum ibi nonnunquam pro eo quod est, *strictim ac compressius dicere*, accipitur. Neque vero ejus interpretationis auctor ego sum, sed Combefisius ipse (*b*), qui de illis qui nunc in controversiam vocantur libris, deque eorum auctore loquens, ita scripsit : Ὁριστικῶς *passim vocat, quasi indicative strictimque jubendo. Sicque quod ait,* ὁριστικῶς καὶ πολυτρόπως *erit, tum indicando strictimque tradendo doctrinam, tum varie explicando.* Præterea alicubi monui, ejusmodi adverbia, quæ in Ascetico leguntur, non ita multum, si operis prolixitas consideretur, frequentia esse, cum tamen in his *De baptismo* libris tam frequenter usurpentur (*c*), ut sæpe non minus eorum copia quam vocum novitate atque insolentia moveri nausea possit. Quod igitur pro firmo argumento attulerunt ii quos dixi viri eruditissimi, aut nihil, aut parum ad suam tuendam opinionem valet. Sed ne quid dissimulare videar, ingenue fatebor aliud argumentum proponi posse, cui respondere difficillimum sit, et ejusmodi, ut iis qui ad judicandum aliqua styli similitudine contenti sunt, validissimum videri possit. Constat hanc dicendi formulam, ἡ πρὸς Θεὸν εὐάρεστησις, Ascetici auctori non parum familiarem esse : cujus rei duo aut tria exempla proferam, plura prolaturus, si opinionem eorum, qui Asceticum et duos hos *De baptismo* libros eidem scriptori tribuunt, sequi vellem. Ita igitur in Reguli brevioribus scriptum est (reg. 175) : *Καὶ ἐὰν δοξάζηται ἓν μέλος,* κατὰ σκοπὸν, δηλονότι τῆς πρὸς Θεὸν εὐαρεστήσεως, *συγχαίρει πάντα τὰ μέλη,* « *Et si gloria afficitur unum membrum,* » *ex consilio videlicet placendi Deo,* « *congaudent omnia membra* [50]. » Et paulo post scriptor ita locutus est (reg. 179) : Ἐὰν ἄρα δυσωπηθεὶς τὴν τοῦ Θεοῦ χρηστότητα, προτραπῇ εἰς ἐπιμέλειαν τῆς πρὸς αὐτὸν εὐαρεστήσεως, etc. *Si forte bonitatem Dei reveritus, hincque exstimulatus, studeat ei complacere,* etc. Nec ita multo infra sic legitur (reg. 187) : Ὅταν ἀμετεωρίστῳ καὶ τεταμένῃ ἐπιθυμίᾳ τῆς πρὸς Θεὸν εὐαρεστήσεως, etc. *Tum cum assiduo ac vehementi desiderio placendi Deo,* etc. Nunc totidem exempla e duobus *De baptismo* libris subjiciam. Hæc sunt igitur scriptoris verba (lib. 1, c. 1, n. 1) : Κατὰ σκοπὸν τῆς πρὸς Θεὸν εὐαρεστήσεως, *juxta propositum placendi Deo.* Rursus ita loquitur (lib. 1, c. 2, n. 17) : Δύναμις τῆς πρὸς Θεὸν εὐαρεστήσεως, δικαιοσύνης δωρεά, etc. *Virtus qua grati efficimur Deo et accepti, justitiæ donum,* etc. Et alio loco sic scriptum invenitur : Τὰ μὲν νόσον θεραπεύοντα, τὰ δὲ προκοπὴν ἐμποιοῦντα πρὸς τελείωσιν ἄγουσαν τῆς πρὸς Θεὸν εὐαρεστήσεως, etc. *Partim morbum curantia, partim afferentia talem profectum, quo ad perfecte Deo placendum deducamur,* etc. Certe ex his et similibus locis, quæ in ipsis fontibus legi possunt, satis probabiliter effici videtur, Asceticum et controversos hos *De baptismo* libros ad eumdem auctorem pertinere. Quoniam tamen hoc fortasse aliquibus leve videbitur, aliud exemplum proferam, quod ab hominibus, qui cæteroquin non ita multum creduli sint, pro demonstrativo haberi queat. Patet ex dictis, Ascetici auctorem hac dicendi formula, qua voces aut πληροφορία aut πληροφορεῖν ad integram quamdam persuasionem significandam adhibentur, ita delectari, ut nullo alio magis delectetur; neque hic ejus rei exemplum ullum, cum multa superius retulerimus (*d*), ponere necesse est. Constat autem idem loquendi genus in duobus quoque *De baptismo* libris tam frequenter usurpatum inveniri, ut in ipsis etiam passim occurrat. Sed ne falso dictum id fuisse videatur, exempla multa aut proferam, aut certe indicabo. Ita igitur auctor scripsit (lib. 1, c. 1, n. 5) : Στοχαζόμενος δὲ τῆς ἡμετέρας ἀσθενείας, καὶ δι' ὑποδειγμάτων ηὐδόκησε βεβαιῶσαι ἡμῶν τὰς καρδίας ἐν πληροφορίᾳ τῆς ἀληθείας. *Cæterum considerata imbecillitate nostra, etiam per exemplorum voluit animum nostrum in veritatis certa persuasione confirmare.* Haud longe ita (lib. 1, c. 2, n. 1) locutus est : Πλὴν δὲ καὶ βεβαιότερον ἐκ τῆς περὶ τῶν ἱερέων καὶ τῶν προσφερομένων ζώων εἰς

[50] I Cor. XII, 16.

(*a*) Tom. II, pag. 124, 162.
(*b*) *Basil. recens.* tom. I, pag. 240.
(*c*) Nova ed. t. II, p. 625. Lege n. 43.
(*d*) Leg. n. 38.

Digitized by Google

θυσίαν ἀκριβολογίας ἔστι πληροφορηθῆναι. *Sed tamen firmius etiam ejus rei ex sacerdotum et animalium sacrificandorum accurata consideratione convinci possumus.* Rursus ita scripsit (lib. I, c. 2, n. 10) : Ἐν πληροφορίᾳ τῆς ἀληθείας, etc., *in indubitata veritatis persuasione*, etc. Ita quoque legitur alio loco (lib. I, c. 2, n. 13) : Ὅπερ ἐν πληροφορίᾳ ἀληθείας δι' ἐπιμελείας σπουδαιοτέρας φυλάσσοντες, etc. *Quod si in veritatis certa persuasione diligentius servaverimus*, etc. Plura qui vòlent, legere poterunt caput 2, lib. I, num. 14 et 15, ubi earum quas dixi vocum duo exempla reperiuntur : item caput 3 ejusdem libri, num. 1, item quæstion. 6, lib. II, num. 1, item quæst. 8, num. 1 et 9. Jam ita argumentari licet : Si quando quasdam dicendi formulas quæ quodammodo singulares videri possint, in duobus operibus sæpius inveniri contigerit, fere fit ut utrumque opus eidem scriptori tribuatur. Cum igitur id loquendi genus, quo voces aut πληροφορεῖν aut πληροφορία in significatione integræ cujusdam persuasionis ponuntur, quodammodo singulare sit, idemque tam in Ascetico quam in duobus *De baptismo* libris passim occurrat, consequens esse videtur, ut utriusque operis idem auctor esse dicatur. Sed, ut jam commonui (*a*), ejusmodi argumenta e quadam styli similitudine petita non tantum valent, quantum valere vulgo putantur. Nisi enim alia quoque consonent faveantque, nihil omnino in ipsis neque momenti neque roboris inest : quod nunc ostendere conabimur. Etsi enim Asceticum, cujus legitimus parens Basilius est, in aliqua styli similitudine cum duobus *De baptismo* libris consentire viderimus (*b*), tamen dubitari nullo modo posse arbitramur, quin hi libri falso hactenus sanctissimo Patri ascripti sint. Et vero aut nunquam licuit, quod tamen licet sæpissime, opus aliquod ob styli diversitatem in spuriis atque adulterinis numerare : aut ii de quibus agimus libri pro peregrinis haberi merito possunt. Mentior, nisi opus totum toto dicendi genere a Basiliano differt. Etenim sicubi vox aliqua reperitur, quæ similitudinis aliquid cum stylo Basiliano habere videatur, eodem loco adjunctæ sunt voces aliæ, quibus peregrinitas aperte declaretur.

55. Neque vero rara sunt νοθείας argumenta, sed passim obvia. Nam in his libris generale quoddam vitium notari potest, cujus pagina nulla expers est. Id autem, quod dico, vitium, continua quædam est earumdem aut vocum aut dictionum repetitio, quæ minime omnium in copiosissimum hominem Basilium convenit. Et vero sicubi mentio fit aut apostoli Pauli, aut Joannis Baptistæ, aut ipsius Domini, aut Dei, ibi sæpissime additum invenis τοῦ ἐν Χριστῷ λαλοῦντος, *qui in Christo loquebatur :* Οὔ μείζων ἐν γεννητοῖς γυναικῶν οὐδείς, *quo inter natos mulierum major est nemo :* Τοῦ ὑπὲρ ἡμῶν ἀποθανόντος καὶ ἐγερθέντος· τοῦ μονογενοῦς Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος, *qui pro nobis mortuus est et resurrexit : qui unigenitus Filius est Dei viventis :* Καὶ τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ, *et Christi ipsius* (p. 651). Nolim autem accipi in malam partem, quæ jam dixi, aut quæ mox dicturus sum. Voces Ἰησοῦς Χριστός passim quoque repetuntur, modo ambæ conjunctim, modo earum altera. Noverat Basilius, neque nos ignoramus, iis quas recensui vocibus, nihil melius esse, aut sanctius : sed tamen ab earum tam frequenti repetitione se temperabat, quod, opinor, ejusmodi vocum continua repetitio nihil ad docendum conferret : id, quod Pater piissimus, cum scriberet, sibi in primis proponebat. Ad eamdem ταυτολογίαν pertinet ea scribendi ratio, qua vox ἀναγκαῖον passim in his libris ponitur. Ita igitur in brevissimo spatio scriptum invenimus (p. 633) : Καὶ ὥσπερ δι' ἐσόπτρου καὶ ἐν αἰνίγματι ὁδηγούμενοι εἰπεῖν ἀναγκαῖον, *Et velut per speculum et in ænigmate ductos necesse est loqui.* Et statim : Ἀναγκαῖον δὲ λογίζομαι, etc., *necesse autem esse duco*, etc. Nec ita multo post : Ἀναγκαῖον καὶ ἡμᾶς ἐξητασμένως καὶ ἐπιτετηρημένως προσέχειν ἑκάστῳ ῥητῷ, *necesse est et nos accurate diligenterque singulis dictis attendere*, et ad eumdem modum pleraque alia. Frequens est quidem in illo opere ea quam modo dixi scribendi ratio : sed in eodem frequentior est adhuc illud loquendi genus (pag. 656), καὶ πολλὰ τοιαῦτα, *et talia multa*, aut, quod idem est, καὶ πολλὰ ἄλλα ὁμοίως, *et multa hujusmodi alia*, aut similia quædam. Scriptor igitur cum alicubi retulisset verba aliqua e sacra Scriptura, sic persequitur καὶ πολλὰ τοιαῦτα, *et ejusmodi multa.* Et paucis interjectis, ita locutus est, καὶ πολλὰ τοιαῦτα εὕροις ἂν παρά τε τοῖς εὐαγγελισταῖς, etc., *et multa id genus invenias et apud evangelistas*, etc., ubi in transitu notari potest, paria quatuor exempla in tribus quæ proxime sequuntur paginis reperiri. Usus immodicus verbi παιδεύειν ad idem vitium referri potest : quod idem de verbo φυλάσσειν dictum volo. Usus quoque præpositionum ita frequens est (*c*), ut nullo modo convenire possit in præstantissimum oratorem Basilium, cujus oratio non minus dictionum quam rerum varietate omnibus erat admirationi. Velim autem experiatur per se quisque, an vera sint quæ dixi. Spero tot earum quas notavi rerum exempla inventum iri, ut nemo futurus sit, qui non libenter fateatur ejusmodi opus, in quo eædem voces perpetuo repetuntur, peritissimum dicendi magistrum Basilium nullo modo decere. Eodem redit illa genitivorum quasi silva, sic ut in hoc opere nihil aliud nisi ejus quem dixi casus inconditа quædam congeries cernatur. Et vero participia in his *De baptismo* libris ita ad reliquam orationem accommodantur, ut fere quolibet versu genitivus oc-

(*a*) Lege n. 25.
(*b*) Leg. n. 39 et seq.

(*c*) Lege p. 653 et 657

Digitized by Google

currat. Ita legere est in prima pagina (pag. 624) : Εἰπόντος διὰ Δαβὶδ τοῦ προφήτου, *dicentis per David prophetam* ; ἐπεὶ οὖν προστάξαντος τοῦ Κυρίου, etc., *cum igitur, Domino præcipiente*, etc., καὶ τότε ἐπαγαγόντος, *deinde subjungente* : λογισάμενοι παρ' ἐντολὴν τοῦ Ἀποστόλου ποιεῖν, ἐὰν μὴ εὐθὺς ἀποκρινώμεθα, εἰπόντος, etc., *rati, contra mandatum Apostoli facturos nos, si non statim respondeamus, cum dicat*, etc. ; ἐνταῦθα μὲν οὖν, *Μαθητεύσατε*, εἰπόντος, ἠκούσαμεν, *hic igitur audivimus dicentem*, « *Docete.* » Ex quibus videre licet, alios esse genitivos, qui absoluti vocari solent, alios esse, qui ab aliqua orationis parte pendent : quo genitivorum usu ita oblectatus est scriptor, ut genitivis transitionum loco sæpe utatur. Sed nihil mihi magis novum aut insolitum visum est, quam vocum harum Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστός jugis perpetuaque repetitio (*a*). Affirmare possum eas, quas adnotavi, voces aut bis, aut ter, aut quater, aut etiam quinquies in una eademque pagina non raro inveniri : quæ earumdem vocum frequens iteratio facit, ut tibi legere videaris, non librum vulgarem, sed quasdam quasi litanias, in quibus idem sexcenties repetitur, aut, si in rebus seriis ita loqui licet, audire parochum quempiam, qui morienti in aurem continuo occinat, *Dominus noster Jesus Christus*. Scio quidem confiteorque ea quæ indicavi nomina omnium esse et optima et sanctissima : sed non propterea vetitum est dicere, ejusmodi repetitionem tam frequentem apud Basilium inusitatam esse, ex eaque merito colligi posse, hosce *De baptismo* libros ad ipsum non pertinere. Et quoniam fortasse nisi exemplum aliquod ob oculos poneretur, multis non credibile videretur quam in brevi spatio voces illæ repetantur, unum aut alterum locum integrum exscribere constitui, ut ex his de aliis judicium ferri possit. Auctor igitur ita alicubi (pag. 629) scripsit : Ἐν ἀγάπῃ Χριστοῦ Ἰησοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν, ἐπ' ἐλπίδι ζωῆς αἰωνίου καὶ ἐπουρανίου βασιλείας, καὶ τὰ κρίματα τῆς δικαίας ἀνταποδόσεως τῶν τε ποιούντων τὰ ἀπηγορευμένα, ἢ ἀθετούντων τὰ ἐγκεκριμένα εἰς κόλασιν αἰώνιον, καὶ τῶν ἀξίως τοῦ Εὐαγγελίου Θεοῦ πολιτευομένων ἐν ὑγιαινούσῃ πίστει, δι' ἀγάπης Χριστοῦ ἐνεργουμένῃ, ἐπ' ἐλπίδι ζωῆς αἰωνίου καὶ ἐπουρανίου βασιλείας τῆς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν. Λόγος β'. Πῶς βαπτίζεταί τις κατὰ τὸ ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ βάπτισμα. Τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐντολὴν δεδωκότος ἡμῖν ἀγαπᾷν ἀλλήλους καθὼς αὐτὸς ἠγάπησεν ἡμᾶς, καὶ διὰ Παύλου τοῦ ἀποστόλου διδάσκοντος ἡμᾶς, ἀνέχεσθαι ἀλλήλων ἐν ἀγάπῃ, τὸ ἐπίταγμα τῆς ὑμετέρας ἐν Χριστῷ εὐλαβείας, τὸ περὶ τοῦ κατὰ τὸ Εὐαγγέλιον τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐνδοξοτάτου βαπτίσματος, προθύμως ἐδεξάμην, etc. *In dilectione Jesu Christi Domini nostri,* A *ob spem vitæ æternæ et regni cœlestis, et judicia justæ mercedis, tam eorum, qui patrant prohibita, aut respuunt approbata, ad supplicium æternum, quam eorum, qui pro dignitate Evangelii Dei in sana fide, quæ per Christi charitatem operatur, vixerunt, ob spem vitæ æternæ et regni cœlestis, quod est in Christo Jesu Domino nostro. Caput II. Quomodo quis eo baptismate baptizatur, quod in Evangelio Domini nostri Jesu Christi commendatur. Cum Dominus noster Jesus Christus præceperit nobis, ut diligamus nos mutuo, sicut ipse dilexit nos, hocque nos per apostolum Paulum doceat, ut nos mutuo in dilectione toleremus, vestræ in Christo pietatis præceptum, de gloriosissimo secundum Evangelium Domini nostri Jesu Christi baptismate animo alacri suscepi*, etc. B Dicant, quæso, qui in versandis Basilii voluminibus multi sunt, an tale quidquam in illius genuinis scriptis unquam legerint. Et tamen his non contentus auctor, statim in hac ipsa pagina ita persecutus est (pag. 629) : Οὕτω γὰρ αὐτὸς ὁ Κύριος καὶ Θεὸς ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ μονογενὴς Υἱὸς τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος ἐνετείλατο τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς, *Ita enim Dominus ipse et Deus noster Jesus Christus, unigenitus Dei viventis Filius, discipulis suis præcepit.* Sed ut nunc de illa quarumdam vocum repetitione sileam, quis non videt orationem dissolutam esse, nec suaviter fluere, ἐν ἀγάπῃ, ἐπ' ἐλπίδι, δι' ἀγάπης, ἐπ' ἐλπίδι, τὸ περὶ τοῦ, κατὰ τό, etc. ? Præterea cum scriptor jam paulo ante scripsisset, ἐπ' ἐλπίδι ζωῆς αἰωνίου καὶ ἐπουρανίου βασιλείας, C quid, quæso, attinebat eadem verba statim repetere ? Sed ad propositum me refero. Alter igitur locus, quem exscribere integrum libet, hic est (pag. 646) : Τότε γὰρ ὡς Υἱὸν Θεοῦ ἐνδυσάμενος, καταξιοῦται τοῦ τελείου βαθμοῦ, καὶ βαπτίζεται εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς αὐτοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, κατὰ τὴν τοῦ Ἰωάννου μαρτυρίαν διδόντος ἐξουσίαν τέκνα Θεοῦ γενέσθαι, Θεοῦ τοῦ λέγοντος· *Ἐξέλθετε ἐκ μέσου αὐτῶν, καὶ ἀφορίσθητε, ἀκαθάρτου μὴ ἅπτεσθε· κἀγὼ εἰσδέξομαι ὑμᾶς, καὶ ἔσομαι ὑμῖν εἰς πατέρα, καὶ ὑμεῖς ἔσεσθέ μοι εἰς υἱοὺς καὶ θυγατέρας, λέγει Κύριος παντοκράτωρ*, χάριτι αὐτοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ μονογενοῦς Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος, *ἐν ᾧ οὔτε περιτομή τι ἰσχύει,* D *οὔτε ἀκροβυστία, ἀλλὰ πίστις δι' ἀγάπης ἐνεργουμένη*, καθὼς γέγραπται· δι' ἧς εὐόδως ἡμῖν κατορθοῦται τὸ ἐπενεχθὲν συνημμένως τῷ παραγγέλματι τοῦ βαπτίσματος παρὰ τοῦ αὐτοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ εἰπόντος, etc. *Tunc enim quasi Filium Dei indutus, fit dignus gradu perfecto, baptizaturque in nomen Patris ipsius Domini nostri Jesu Christi, qui juxta Joannis testimonium eam potestatem dedit, ut Dei efficiamur filii* [81], *Dei, inquam, qui dicit :* « *Exite de medio eorum, et separemini, et immundum ne tetigeritis : et ego recipiam vos, et ero vobis in patrem, et vos eritis mihi in filios et fi-*

[81] I Joan. III, 1.

(*a*) Legi possunt p. 626, 628, 629, 633, 635, 636, 642, 644, 646, etc.

Digitized by Google

lias, dicit Dominus omnipotens [52], » *per gratiam ipsius Domini nostri Jesu Christi, unigeniti Filii Dei viventis,* « *in quo neque circumcisio aliquid valet, neque præputium, sed fides, quæ per charitatem operatur* [53], » *uti scriptum est, per quam nobis prospere cedit id quod ab ipso Domino nostro Jesu Christo continenter cum baptismatis præcepto appositum est, ubi dixit,* etc. Ex quo loco tanquam ex specimine quodam intelligi potest, opus totum variis Scripturæ testimoniis referciri : quæ quam belle cum reliqua oratione cohæreant, alii viderint. Sed quod ad rem facit, adnotabo scriptorem, cum sacras Scripturas citaret, in idem ταυτολογίας vitium incidisse. Eadem enim, etiam cum nihil opus est, sæpe repetuntur. Proponam locum unum insignem, qui cum iis quæ paulo ante retuli verbis comparari possit. Cum igitur auctor, quicunque ille fuit, locutus fuisset ita, ut mox dixi, statim hoc modo persequitur (pag. 648) : Τὸν δὲ Υἱὸν τοῦ Θεοῦ ἐνδυσάμενοι τὸν δόντα ἐξουσίαν τέκνα Θεοῦ γενέσθαι, ἐν ὀνόματι τοῦ Πατρὸς βαπτιζόμεθα, καὶ τέκνα Θεοῦ ἀναγορευόμεθα τοῦ προστάξαντος καὶ ἐπαγγειλαμένου, καθὼς εἶπεν ὁ προφήτης· *Διὸ ἐξέλθετε ἐκ μέσου αὐτῶν καὶ ἀφορίσθητε, λέγει Κύριος, καὶ ἀκαθάρτου μὴ ἅπτεσθε· κἀγὼ εἰσδέξομαι ὑμᾶς καὶ ἔσομαι ὑμῖν εἰς πατέρα, καὶ ὑμεῖς ἔσεσθέ μοι εἰς υἱοὺς καὶ θυγατέρας, λέγει Κύριος παντοκράτωρ. Postquam autem induimus Dei Filium, qui eam potestatem, ut Dei filii efficiamur præbet, in nomine Patris baptizamur, prædicamurque filii Dei, qui præcepit et edixit, velut ait propheta :* « *Quapropter exite de medio eorum, et separemini, dicit Dominus, et immundum ne tetigeritis : et ego recipiam vos, et ero vobis in patrem, et vos eritis mihi in filios et filias, dicit Dominus omnipotens.*» Hic præterquam quod idem Scripturæ testimonium, ubi non ita multum opus erat, bis in brevi spatio repetitur, præterea et voces et sententiæ, quæ utroque in loco Scripturæ verbis præeunt, eædem quoque sunt : quam ταυτολογίας notam copiosissimus vir Basilius sibi inuri nunquam passus esset. Neque vero voces illæ, Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστός, repetuntur solum in his *De baptismo* libris frequentius, quam apud Basilium fieri solet, sed aliæ etiam non ex sanctissimi Patris consuetudine ipsis adduntur. Rem exempla clariorem reddent. Scriptor igitur sic incipit (pag. 624) : Ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ μονογενὴς Υἱὸς τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος, etc. *Dominus noster Jesus Christus, unigenitus Dei viventis Filius,* etc. Alibi ita loquitur (p. 628) : Τήν τε ἐν ἀρχῇ τοῦ Θεοῦ διὰ τοῦ μονογενοῦς αὐτοῦ Υἱοῦ τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, etc. *Initio a Deo per unigenitum suum Filium Dominum et Deum nostrum Jesum Christum,* etc. Rursus (p. 629) : Οὕτως γὰρ αὐτὸς ὁ Κύριος καὶ Θεὸς ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ μονογενὴς Υἱὸς τοῦ Θεοῦ ζῶντος, etc. *Ita enim Dominus ipse et Deus noster Jesus Christus, unigenitus Dei viventis Filius,* etc. Alio loco (p. 646) : Χάριτι αὐτοῦ τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ μονογενοῦς Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος, etc. *Per gratiam ipsius Domini nostri Jesu Christi unigeniti Filii Dei viventis,* etc. Aliquanto post (p. 651) : Δηλονότι εἰς ἀνεξάλειπτον μνήμην τοῦ ὑπὲρ ἡμῶν ἀποθανόντος Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν, καὶ ἐγερθέντος, etc. *Videlicet ad indelebilem memoriam Jesu Christi Domini nostri, qui pro nobis mortuus est et resurrexit,* etc. Ibidem : Ἐν τῷ μὴ διὰ τῆς μνήμης τοῦ ὑπὲρ ἡμῶν ἀποθανόντος καὶ ἐγερθέντος Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν, τὸ εἰρημένον φυλάσσειν, etc. *Quod non per memoriam Jesu Christi Domini nostri qui pro nobis mortuus est et resurrexit, servat quod dictum est,* etc. Nec ita multo infra (p. 635) : Καθὼς ἐπηγγείλατο ὁ ἀψευδὴς Κύριος καὶ Θεὸς ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστός, *sicut promisit verax Dominus, et Deus noster Jesus Christus.* Hoc ipso in loco : Τὸ ἐρώτημα, εἰ καὶ παντάπασιν ἀνάξιον παντὸς τοῦ καταδεξαμένου ὁμολογεῖν τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν μονογενῆ Υἱὸν τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος, δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο τά τε ὁρατὰ καὶ τὰ ἀόρατα, etc. *Hæc quæstio tametsi prorsus indigna est quocunque, qui Dominum nostrum Jesum Christum unigenitum Dei Filium, per quem omnia tam visibilia quam invisibilia facta sunt, confiteri non recusarit,* etc. Sub finem (p. 672) : Εἰ ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, ὁ μονογενὴς Υἱὸς τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος, δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο ὁρατά τε καὶ ἀόρατα, ζωὴν ἔχων, etc. *Si Dominus noster, Jesus Christus unigenitus Filius Dei viventis, per quem omnia tum visibilia tum invisibilia facta sunt, qui vitam habet,* etc. In ipso fine (p. 673) : Καθὼς ἐπηγγείλατο ὁ ἀψευδὴς Κύριος καὶ Θεὸς ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, ὁ μονογενὴς τοῦ Θεοῦ ζῶντος Υἱός, *quemadmodum promisit verax Dominus et Deus noster Jesus Christus, unigenitus Dei vivi Filius.* Basilius autem sicubi (id quod parcius fecit) his verbis, Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστός, usus est : nusquam tamen, quod quidem sciam, ea quæ mox vidimus additamenta ipsis conjunxit.

56. Nunc proponam alia, quæ a superioribus non ita multum abludunt. Auctor cum aliquod sacræ Scripturæ testimonium proferre vult, tanto verborum circuitu utitur, ut in hoc quoque novam peregrinitatis notam videre mihi visus sim. Et ut rem ipsis oculis subjiciam, ad exempla confugio. Ita ergo auctor scribit (p. 660) : Καθὼς εἶπεν αὐτὸς ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ μονογενὴς Υἱὸς τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος· *Μακάριοι οἱ πεινῶντες. Sicut ipse Dominus noster Jesus Christus unigenitus Dei viventis Filius dixit :* « *Beati qui esuriunt,* » etc. Rursus (p. 671) : Δῆλον, ὅτι καὶ πάντα ἀσφαλέστερον παιδευόμεθα, μνημονεύοντες αὐτοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ μονογενοῦς Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος, ἡνίκα Ἰωάννης ὁ Βαπτιστὴς εἶπεν αὐτῷ· *Ἐγὼ χρείαν ἔχω ὑπὸ σοῦ βαπτισθῆναι, καὶ σὺ ἔρχῃ πρός με·* ἀποκριναμένου, ὅτι *Ἄφες ἄρτι,* etc. *Perspicuum est omnia etiam a nobis certius disci, si ipsius Domini*

[52] II Cor. VI, 17. [53] Galat. V, 6.

Digitized by Google

nostri Jesu Christi unigeniti Filii Dei vivi memores simus, qui cum Joannes Baptista ei dixisset : « Mihi opus est ut abs te baptizer, et tu venis ad me, » respondit, « Sine modo [84], » etc. Statim (p. 671), Τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ μονογενοῦς Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο ὁρατά τε καὶ ἀόρατα, ὁμολογοῦντος μὲν, ὅτι *Οὐκ ἀπεστάλην*, etc. *Cum Dominus noster Jesus Christus unigenitus Dei Filius, per quem omnia facta sunt et visibilia et invisibilia confiteatur, « Non sum missus, »* etc. Neque solum scriptor, cum Christum Dominum loquentem inducit, majori verborum apparatu utitur, quam Basilius soleat : sed idem etiam facit cum apostolum Paulum laudat. Et quoniam pauci sunt, qui ejusmodi loca in ipsis fontibus quærant, ea hic conscribenda esse judicavi. Ita igitur alicubi in his libris legitur (p. 625) : Μαρτυρεῖ δὲ καὶ ὁ ἐν Χριστῷ λαλῶν Παῦλος, γράψας· *Ὁ δὲ δοῦλος*, etc. *Testatur hoc idem et qui in Christo loquebatur Paulus, cum scribit : « Qui vero servus, »* etc. Aliquanto infra (p. 631) : Παῦλος δὲ ὁ ἀπόστολος.... ἐν Χριστῷ λαλῶν διαμαρτύρεται.... ποτὲ μὲν εἰπὼν ὁριστικῶς, ὅτι *Οἱ τὰ τοιαῦτα*, etc. *Paulus vero apostolus... in Christo loquens declarat ea... modo cum minus late dixit : « Qui talia, »* etc. Haud longe (p. 634) : Παῦλος ὁ ἐν Χριστῷ λαλῶν, δογματικῶς παραδίδωσι, λέγων· *Ἢ ἀγνοεῖτε*, etc. *Paulus in Christo loquens, modum decretoriis his verbis tradit, « An ignoratis, »* etc. Nec ita multo post (p. 646) : Αὐτοῦ τοῦ ἐν Χριστῷ λαλοῦντος Παύλου τοῦ ἀποστόλου, εἰπόντος· *Ἐὰν τῇ γλώσσῃ*, etc. *Cum Paulus apostolus qui in Christo loquebatur, dicat : « Si linguis, »* etc. Alibi (pag. 665) : Καὶ Παῦλος δὲ ὁ ἀπόστολος ὁ ἐν Χριστῷ λαλῶν φησιν· *Εἴτε ἐσθίετε*, etc. *Et quem Paulus apostolus in Christo loquens tradidit, cum dixit : « Sive manducatis, »* etc. Rursus (p. 668) : Ὡς ὁ ἐν Χριστῷ λαλῶν Παῦλος ὁριστικῶς ἀπεφήνατο, λέγων· *Μὴ συγκοινωνεῖτε*, etc. *Uti Paulus in Christo loquens definite pronuntiavit, ubi dixit : « Nolite communicare, »* etc. Auctor alicubi (p. 639) pro ἐν Χριστῷ λαλοῦντος scripsit, ἐν Χριστῷ προφητεύοντος. Velim legantur diligenter Basilii Regulæ tam majores quam breviores : in quibus, nisi valde fallor, hæc longior citandi ratio, Παῦλος ὁ ἐν Χριστῷ λαλῶν, semel duntaxat invenitur (reg. 20, n. 2) ; cum tamen in Regulis e Pauli Epistolis sexcenta testimonia proferri constet. Certe si idem auctor omnes Regulas et duos *De baptismo* libros scripsisset, futurum fuisse puto, ut habita ratione prolixitatis utriusque operis, is quem dixi citandi modus quinquagies in Regulis reperiretur. Neque facile crediderim idem illud loquendi genus frequentius in cæteris Basilii libris inventum iri. Possim quidem et alia loca indicare, quibus ostendam scriptorem, cum Joannis Baptistæ mentionem haberet, pari verborum circuitione usum esse (pag. 632, 638, 658) ; sed ne longior esse viderer, ea sciens omisi. Ex quibus omnibus satis liquet multarum aut vocum aut dictionum repetitionem perpetuam in his libris reperiri : quam si quis scriptori vitio dare nolet, tamen, si germana Basilii scripta paulo attentius legat, non negaturum spero, id præter ejus consuetudinem factum esse. Mihi cum hos libros legerem, in mentem venit scriptorem veritum esse, ne ταυτολογίας vitium sibi objiceretur, ob idque Apostoli exemplo se excusare voluisse. Sic enim scribit (pag. 639) : Εἰδὼς δὲ ὁ Ἀπόστολος ὅτι ταυτολογία ὠφελιμωτέρα ἐστὶ τοῖς ἀκούουσι πρὸς τὴν ἀσφάλειαν, καὶ βεβαιοτέραν ἐμποιεῖ διὰ τῆς ἐπαναλήψεως τῶν αὐτῶν τὴν πληροφορίαν τῆς ἀληθείας. *Cum autem Apostolus non ignoraret repetitionem audientibus ad integram confirmationem utilem esse, etiam iisdem rebus repetitis veritatis persuasionem magis stabilit.* Videant eruditi, si ejusmodi excusatio accipienda sit

57. Superest aliud argumentum, quod et ipsum quoque e ratione citandarum Scripturarum sumam. Monere igitur operæ pretium est, hanc citandæ Scripturæ formulam, ἐν τῷ εἰπεῖν, ἐν τῷ γράφειν, aut similes quasdam horum librorum auctori unas omnium fuisse familiarissimas, easque ei, si qua alia, valde admodum placuisse. Multa quidem ejus rei exempla adducam in medium, sed ita tamen, ut ea quam brevissime potero referam. Sic igitur auctor alicubi (pag. 625) scribit : Ἐν τῷ εἰπεῖν· *Ὁ ποιῶν τὴν ἁμαρτίαν*, etc., *cum dixit : « Qui facit peccatum, »* etc. Sic persequitur (p. 626) : Ἐν τῷ εἰπεῖν· *Ταλαίπωρος ἐγώ*, etc., *cum dicit : « Infelix ego, »* etc. Alio loco (p. 630 *bis*) loquitur hoc modo : Ἐν τῷ εἰπεῖν· *Τοῦ ἱεροῦ μεῖζον ὧδε*, *his verbis, « Templo magis aliquid hic est, »* etc. Ibidem : Ἐν τῷ εἰπεῖν· *Ὃ παρέθεντο πολύ*, etc., *ubi dixit : « Cui commendaverunt multum, »* etc. Rursus (p. 635) : Ἐν τῷ εἰπεῖν, *Ὁ γνοὺς τὸ θέλημα*, etc., *cum dicit, « Qui cognovit voluntatem, »* etc. Deinde (p. 639) : Ἐν τῷ εἰπεῖν· *Ὁ ἐμοὶ διακονῶν*, etc., *cum dicit, « Quisquis mihi ministrat, »* etc. Paulo post (p. 640) : Ἐν τῷ εἰπεῖν· *Εἰ γὰρ σύμφυτοι*, etc., *cum dicit, « Si enim complantati, »* etc. Tum (p. 642) : Ἐν τῷ εἰπεῖν· *Τὰ γὰρ ὀψώνια τῆς ἁμαρτίας*, etc., *his verbis : « Stipendia enim peccati, »* etc. Nec ita multo infra (p. 645) : Ἐν τῷ εἰπεῖν· *Αὐτὸς γάρ ἐστιν ἡ εἰρήνη ἡμῶν*, etc., *dum dicit : « Ipse enim est pax nostra, »* etc. Aliquanto post (p. 648) : Ἐν τῷ εἰπεῖν· *Ἐν ᾧ ἔχομεν τὴν ἀπολύτρωσιν*, etc., *ubi dicit : « In quo habemus redemptionem, »* etc. Mox (p. 649 *bis*) : Ἐν τῷ εἰπεῖν· *Πάντα ποιεῖτε χωρὶς γογγυσμῶν*, etc., *his verbis : « Omnia facite sine murmurationibus, »* etc. Hoc ipso in loco : Ἐν τῷ εἰπεῖν· *Ἐμὸν βρῶμά ἐστιν*, etc, *his verbis : « Cibus meus est, »* etc. Statim (p. 650) : Ἐν τῷ εἰπεῖν· *Ἡ γὰρ ἀγάπη τοῦ Χριστοῦ συνέχει ἡμᾶς*, *quo dicit : « Charitas enim Christi constringit nos. »* Inferius (p. 657) : Ἐν τῷ εἰπεῖν, ὅτι *Πᾶς ὁ βλέπων*, etc., *cum dicit : « Omnis qui videt, »* etc. Haud ita longe (p. 661 *bis*) : Ἐν τῷ εἰπεῖν· *Μακάριος ὁ δοῦλος ἐκεῖνος*, etc., *his verbis : « Beatus servus ille, »* etc. In eadem pagina : Ἐν τῷ εἰπεῖν. *Ἢ οὔτε*

[84] Matth. III, 14, 15.

Digitized by Google

αὐτὴ ἡ φύσις, cum dicit, « Annon natura ipsa, » etc. In sequenti (pag. 662 *ter*) : Ἐν τῷ εἰρηκέναι· *Οὔτε ἐν Ἱερουσαλὴμ, οὔτε ἐν τῷ ὄρει τούτῳ*, etc., *his verbis : « Neque in Jerosolymis, neque in monte hoc, »* etc. Ibidem (p. 666) : Ἐν τῷ λέγειν πρὸς πάντας μέν· *Παρακαλῶ δὲ ὑμᾶς*, etc., *cum dicit ad omnes quidem : « Obsecro autem vos, »* etc. Hoc ipso in loco : Ἐν τῷ λέγειν· *Λέγω γὰρ διὰ τῆς χάριτος*, etc., *ubi ait : « Dico enim per gratiam, »* etc. Denique : Ἐν τῷ μὴ εἰπεῖν, *τούτῳ*, ἀλλὰ, *τῷ τοιούτῳ*, *cum non dixerit, « cum hoc, » sed « cum tali. »* Ex quibus a quovis intelligi potest, quod dixi, a me non temere dictum fuisse : sed re ipsa illam quam indicavi Scripturæ citandæ rationem scriptori multum arrisisse. Basilius autem eodem illo dicendi genere tam parum oblectabatur, ut semel (reg. 207), non amplius, quod quidem sciam, ita locutus sit. Ecce igitur tibi duo scriptores, quorum unus certa quadam dicendi formula familiariter uti consueverat ; alter vero præter consuetudinem casu nescio quo hunc illum loquendi modum semel usurpavit. Certe si Basilius auctor esset librorum illorum, in quibus Scripturæ passim citantur ita, ut superius dixi, ne cogitans quidem eas eodem modo in cæteris suis scriptis millies citasset. Scriptores enim, si quo dicendi genere delectantur, eo data occasione uti solent. Atque etiam iis quæ protuli exemplis et alia multa adjungere possem, ex quibus plane constaret auctorem, etiam tum cum Scripturæ verba non referret, similem loquendi rationem sæpe in suis libris adhibuisse. Ita enim loquitur non procul ab initio (pag. 625) : Ἐν τῷ ῥυσθῆναι ἀπὸ τῆς τῶν ἁμαρτημάτων καταδυναστείας, *dum a peccatorum dominio liberatur*. Nec ita multo post (p. 626) : Τῷ εἰπεῖν πεποιηκέναι πάντα τὰ ὑπὸ τοῦ Κυρίου εἰρημένα, *qui scilicet dixisset fecisse se omnia quæ fuerant a Domino dicta*, et alia id genus non pauca (*a*) ; cum tamen Basilius aut nunquam, aut rarissime hoc modo scripserit. Sed ne ipsa exemplorum copia molesta foret et ingrata, ejusmodi loca omittenda esse judicavi.

58. Hic pauca ex multis congeram, ex quibus confirmari possit, duos *De baptismo* libros Basilio Magno tribui non debere. Statim occurrit illud (p. 632) : Ὅσον δὲ διαφέρει τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον τοῦ ὕδατος, τοσοῦτον ὑπερέχει, δηλονότι, καὶ ὁ βαπτίζων ἐν Πνεύματι ἁγίῳ τοῦ βαπτίζοντος ἐν ὕδατι, καὶ αὐτὸ τὸ βάπτισμα· ὥστε, etc. Ad verbum : *Quanto autem excellentior est Spiritus sanctus aqua, tanto videlicet præstat et is qui baptizat in Spiritu sancto, eo qui baptizat in aqua, et ipsum baptisma ; sic ut*, etc. Illud, *et ipsum baptisma*, ita ἐλλειπτικῶς positum non placet ; alius scriptor peritior pluribus verbis rem explicasset. Aliquanto post (p. 635) : Ἐπ' ἐλπίδι ζωῆς αἰωνίου διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν, δι' οὗ, ὥσπερ δι' ἑνὸς, φησὶ, παραπτώματος εἰς πάντας ἀνθρώπους εἰς κατάκριμα, οὕτω καὶ δι' ἑνὸς δικαιώματος εἰς πάντας ἀνθρώπους εἰς δικαίωσιν ζωῆς, quæ verba perturbata esse cum credidisset vetus interpres, ita vertit hunc locum, ut vocum Græcarum ordinem prorsus mutaverit. Sic enim interpretatus est : *In spe vitæ æternæ per Jesum Christum Dominum nostrum*, per cujus unius justificationem in omnes homines ad justitiam vitæ, sicut per unius delictum in omnes homines ad condemnationem. In quo ego non reprehendo interpretem, sed auctorem potius, qui ipse prior aliquid hoc loco perturbasse jure credi potest. Ibidem (num. 10) : Καὶ ἵνα, ὡς προείρηται, διὰ τῶν γνωριμωτέρων ῥητῶν τε καὶ πραγμάτων ὁδηγηθῶμεν εἰς κατανόησιν τοῦ σωτηρίου καὶ ἐν τῷ βαπτίσματι δόγματος : ubi illud, τοῦ σωτηρίου καὶ ἐν τῷ βαπτίσματι δόγματος, non placet, nec videtur optimum scriptorem decere. Ad verbum, *ducamur ad cognitionem salutaris et in baptismate dogmatis*. Nihilo meliora sunt quæ adscribam. Sic igitur auctor scripsit (p. 640) : Νῦν μὲν κατὰ τὸ μέτρον τῆς ἐνανθρωπήσεως συμμορφούμενοι τὸν ἔσω ἄνθρωπον ἐν τῇ καινότητι τῆς ζωῆς, καὶ τῇ μέχρι θανάτου ὑπακοῇ ἐν πληροφορίᾳ τῆς ἀληθείας τῶν ῥημάτων αὐτοῦ· ἵνα, etc. Ad verbum, *Nunc quidem juxta incarnationis mensuram internum hominem conformem præstantes in novitate vitæ, et in obedientia usque ad mortem, in integra persuasione veritatis verborum ipsius, ut*, etc. Hic præterquam quod oratio non absolvitur, illud, κατὰ τὸ μέτρον τῆς ἐνανθρωπήσεως, *juxta incarnationis mensuram* non ita apte dictum videtur. Optime dicas μέτρον πίστεως, *mensuram fidei :* non item fortasse, μέτρον ἐνανθρωπήσεως, *measuram incarnationis*. Cætera, ἐν τῇ, καὶ τῇ, ἐν πληροφορίᾳ, hominis sunt, qui verba verbis eleganter connectere non novit. Neque hic solum, sed in toto opere orationis partes fere non aliter, quam præpositionum ope inter se copulantur. Fortasse aliquanto etiam pejora videbuntur quæ paulo post scripta invenimus (p. 641) : Χριστὸς ἡμᾶς ἐξηγόρασεν ἐκ τῆς κατάρας τοῦ νόμου, γενόμενος ὑπὲρ ἡμῶν κατάρα. Πολὺ δὲ πρότερον τῆς ἁμαρτίας δηλονότι χάριτι τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ, καθὼς γέγραπται. Interpres vetus, cujus menti inepta loquendi ratio tenebras offudisset, ita verterat : *Christus nos liberavit a maledicto legis, factus pro nobis maledictio. Quoniam autem peccati plurimum præcessit, manifestum est, quod gratia Domini nostri Jesu Christi hoc præstitit, sicut scriptum est*. Potius ita scriptum vellem, πολὺ δὲ πρότερον ἐλευθερούμεθα τῆς ἁμαρτίας, atque hoc pacto obscuritas omnis vitabatur : *Longe autem potiori jure liberamur a peccato, videlicet gratia*, etc. Neque eo quem mox exscribam loco videtur apte locutus auctor, qui ita scripsit (p. 662) : Τοῦ Ἀποστόλου παιδεύοντος ἡμᾶς..... καὶ διὰ τῆς ἐν ἀλλήλοις τῶν μελῶν τοῦ σώματος πρὸς τὸ εὔσχημον καὶ ἀκίνδυνον κατηναγκασμένης εὐταξίας κανονίζοντος ἐν ἡμῖν τὴν ἡμῶν πρὸς ἀλλήλους εὐάρεστον τῷ Θεῷ ἐν ἀγάπῃ

(*a*) Leg. p. 628, 637 *bis*, 641 *bis*, 647, 651 *bis*, 668 *bis*.

Digitized by Google

Χριστοῦ Ἰησοῦ εὐταξίαν ἐν τῇ διαφορᾷ τῶν χαρισμάτων. Λέγει γάρ, etc., quæ verba eo retuli, ut magis pateret orationem et perplexam esse et intricatam, nimiaque et inepta præpositionum copia redundare. Haud longe a fine sic scriptum est (p. 672) : Καλεῖ δὲ, ὅτε ἐστὶ πρὸς τὸν Θεὸν καὶ τὸν Χριστὸν αὐτοῦ ἀγάπη πληρῶσαι τὴν ἐντολὴν τοῦ Κυρίου εἰπόντος· *Ἐντολὴν καινὴν*, etc. Quid est, quæso, illud, ἐστὶν ἀγάπη πληρῶσαι? quid illud, πρὸς τὸν Θεὸν καὶ τὸν Χριστὸν αὐτοῦ, ita sine ulla copula positum? Saltem additum oportuisset articulum, hoc modo : ἡ πρὸς τὸν Θεὸν..... ἀγάπη. Monebo hic quasi præteriens, totum fere fragmentum, quod in Appendice ex uno codice Regio orationi cuidam addidimus, e capite tertio libri primi *De baptismo* sumptum esse. Ejus, quam dixi, orationis initium est (in App. pag. 583) : Ὁ βαπτιζόμενος εἰς Τριάδα βαπτίζεται, εἰς Πατέρα καὶ Υἱὸν καὶ ἅγιον Πνεῦμα. *Qui baptizatur, in Trinitatem baptizatur, in Patrem et Filium et Spiritum sanctum :* fragmenti vero (p. 585) : Ἐπεὶ δὲ Θεοῦ τοῦ ἀγαθοῦ χάριτι, τῇ μνήμῃ τῶν τοῦ μονογενοῦς Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος ῥημάτων, etc. *Sed enim ex optimi Dei gratia, recordatione verborum unigeniti Filii Dei viventis*, etc. Ut hic, ita et alias sæpe Deus in his libris vivens nominatur : cujus creberrimæ repetitionis non video ego causam, nisi forte scriptor veritus sit, ne qui Deum mortuum esse arbitrarentur; ob idque necesse esse judicarit, ut eum vivere sæpius affirmaret.

§ XIII. *De Liturgia Basilii, deque Latinis tribus opusculis, et de veteri quadam Rufini quarumdam orationum interpretatione.*

59. De Basilii Liturgia tam multi tam multa scripserunt, ut si quid novi addere vellem, tempus male locare mihi viderer. Quamdam autem Basilii Liturgiam olim exstitisse facile fatentur omnes. Ejus rei et antiqui et recentes testes citantur, Proclus, Petrus Diaconus, Leontius Byzantinus, episcopi in Trullo congregati, Patres concilii septimi, Cabasilas, Marcus Ephesinus. Video igitur satis hodie inter eruditos constare, Liturgiam aliquam a Basilio Magno scriptam fuisse : sed inter eos non minus convenit, eam ad nos integram et puram non pervenisse, sed aliquibus locis aut mutilam, aut auctam, aut variis denique modis mutatam. Et quidem Petrus Diaconus cujusdam precationis meminit, quam in nostris exemplaribus non exstare constat. Inter cæteros autem, qui nostra ætate de Basilii Liturgia disseruere, recenseri possunt, Guillelmus Cavus, Tillemontius, Ludovicus Dupinus, Joannes Albertus Fabricius, Casimirus Oudinus, et vir clarissimus idemque doctissimus Eusebius Renaudotius : cujus scripta, qui rerum liturgicarum curiosi sunt, legere poterunt.

60. Pauca de Latinis tribus opusculis dicere habeo. Primi hic est titulus, *Tractatus S. Basilii de consolatione in adversis, incerto, sed antiquo interprete :* secundi, *Ejusdem S. Patris Basilii salutare et eruditum opus, de laude solitariæ vitæ, incerto interprete :* tertii, *S. Basilii Cæsareæ Cappadociæ episcopi admonitio ad filium spiritualem, incerto interprete.* Quod autem in inscriptione cujuslibet opusculi legitur, *incerto interprete*, non nostrum est, sed eorum, qui editiones antiquas adornarunt. An enim ulla ex his lucubratiunculis unquam Græce exstiterit, dubitari merito posse arbitramur : imo potius, nisi valde fallimur, tria hæc opuscula a Latinis composita fuisse pro certo haberi potest. Opusculi primi mentionem faciens eruditissimus vir Joannes Albertus Fabricius, ita scribit (1) : *Non est Basilii, nec e Græco versus, sed Latine scriptus a Victore, qui post Rusticum Cartennæ Mauritaniæ in Africa episcopus circa A. C. 460 fuit, et hunc consolatorium libellum, qui etiam inter S. Eucherii opera legitur, ad nescio quem Basilium super morte filii scripsit, teste Gennadio cap.* 67 De scriptoribus eccles. Eadem notavit doctissimus vir Casimirus Oudinus, cujus hæc sunt verba (tom. I, p. 572) : *Epistola consolatoria in adversis neutiquam spectat ad sanctum Basilium Cæsareæ archiepiscopum, vel ad Græcum alium auctorem : sed hominis Latini est, Victoris Cartennæ in Africa episcopi, qui eam ad amicum suum quemdam nomine Basilium scripsit, ut infra dicemus.* Alio autem illo in loco Victoris Cartennensis scripta recensens idem Oudinus, ita loquitur (*ibid.* p. 1282) : *Item, liber De consolatione in adversis ad Basilium, inter opera sancti Basilii Magni : quod nullus adnotavit.* Jam autem ipsius Gennadii verba referre operæ pretium est (*a*). Hæc autem sunt : *Victor Cartennæ Mauritaniæ civitatis episcopus, scripsit adversus Arianos librum unum longum..... et ad Basilium quemdam super morte filii consolatorium librum, spe resurrectionis, perfecta instructione munitum.* Nec aliud de eo libello sentit Guillelmus Cavus. Ego autem non negabo quidem illam doctissimorum virorum sententiam veram videri : sed ipsam veram esse non facile fatebor. Cui enim unquam persuaderi poterit, libellum, in quo ne unum quidem verbum de amissione liberorum legitur, illud ipsum opus esse Victoris Cartennensis, quod Gennadius ait ideo scriptum fuisse a Victore, ut quemdam amicum suum super morte filii consolaretur? Certe non est in exemplis, tale quidquam unquam accidisse. Quisquis igitur libellum consolatorium, qui inter Basilii opera invenitur (pag. 697), legerit, statim animadvertet, ipsum confectum fuisse non causa patris, cujus filius mortuus esset, sed causa miserorum, quacunque calamitate aut ærumna afficerentur : sed ita tamen, ut scriptor interea dum omnes calamitosos consolari

(*a*) Genn. *De viris ill.*, c. 77.

(1) *Bibl. Græc.* tom. IX ed. Harles. Vide inter Prolegomena hujus editionis, pag. CCLXVI D. EDIT. PATR.

Digitized by Google

vellet, præcipue iis solatium afferre conatus sit, qui lepræ morbo afflictabantur. Nam ipso initio ita auctor loquitur: *Quemadmodum navis, cum undarum tempestate quassatur, nisi gubernatorem peritissimum habeat, a fluctibus maris cito conteritur: ita et homo cum in aliquibus adversis fuerit constitutus, nisi habuerit mentem divinis eloquiis eruditam, cito animus ejus frangitur, et salutis suæ sustinet damnum. Quisquis ergo ille es positus in adversis, paulisper, peto, verbis meis aurem diligenter accommoda, ut tibi, in quantum possum, consolationem ex Scripturarum fontibus proferam.* Propositum ergo erat auctori, non privatim solari patrem filio orbatum, qua de re nusquam expresse loquitur, sed quemlibet generatim, adversa fortuna utentem. Et interjectis multis, ita scripsit (pag. 701): *Novi enim quosdam, maxime eos, qui lepræ macula sunt corpore aspersi, in tantam desperationem pro hac plaga venire, ut putent se omnino destitutos esse a Domino.* Statim autem eodem illo de morbo loquens, ita persequitur: *Et tu cum sis in plagis ac doloribus constitutus, et ab hac lutea urbe exclusus, si sapienter hæc toleraveris, et humiliter Deo tuo servieris, civitatis ipsius ac paradisi colonus efficieris. Non enim pro exsecratione animæ, sed propter qualitatem ægritudinis, a populi consortio recessisti, eo quod generis ejus morbus (ut quidam asserere volunt) contactu suo soleat polluere.* Nec ita multo infra sic legitur (pag. 702): *Sed quoniam nunc in hac parte animum tuum ægrotare intelligo, cum dicas hoc: Qui cum plaga lepræ de mundo excesserit, ita eum denuo post mortem resurgere*, etc. Ex quibus perspici potest, auctorem, cum scriberet, præsertim ad leprosos respexisse. Non possum quin notem miserrimam esse conditionem scriptorum, qui sæpe de rebus aut exiguis, aut etiam nullius momenti serio disputare coguntur; contraque, quibus aliquando de rebus gravissimis loqui non licet. Tantine fuerit, quæso, orationis, quæ multis merito luce indigna videri potest, auctorem nosse? Nunc communicabo cum studiosis quamdam hominis peritissimi conjecturam quæ ipsis, opinor, non displicebit. Putat igitur vir non minus acri judicio quam acuto ingenio præditus, hanc lucubratiunculam a Gallo compositam fuisse, videlicet tempore, quo lepræ lues has regiones maxime infestaret. Secundam autem oratiunculam caput esse decimum nonum libelli cujusdam Petri Damiani *in « Dominus vobiscum, »* jam alii notarunt. Tertium denique opusculum affirmare ausim Basilii quidem non esse: sed aut a quo, aut quo tempore lucubratum sit, plane ignoro.

61. Sequitur quarumdam Basilii orationum vetus interpretatio (pag. 713): cujus Rufinus auctor est. Rem autem eruditis hominibus gratam facturum me speravi, si veteris illius interpretis opus in lucem edendum curarem: eoque magis, quod, cum Græca etiamnum exstent, Latina cum his a quolibet comparari poterunt, sicque magis intelligere licebit, quantum licentiæ in vertendis Græcorum scriptis sibi sumeret is, quem dixi, antiquissimus interpres Rufinus. Duobus autem libris veteribus usi sumus, uno Regio, altero Colbertino: quorum in primo orationes duntaxat quinque, in altero autem octo reperiuntur. Quæstio hic oriri potest, quot Basilii orationes Rufinus interpretatus sit, octo an decem. Dubitandi autem causa est, quod Rufinus, ubi significat vertisse se decem Basilii orationes, ambigue locutus sit: qui tamen alibi distincte dicit, se duntaxat octo Basilii conciones Latine reddidisse. Primo igitur loco his verbis usus est (*a*): *Exstant quoque utriusque ingenii* [*Basilii et Gregorii*] *monimenta magnifica tractatuum quos ex tempore in ecclesiis declamabant. Ex quibus nos denas ferme singulorum oratiunculas transfudimus in Latinum.* Non enim asseveranter dicit vertisse se decem orationes, sed ferme decem. In altero autem loco (*b*) Rufinus Apronianum, cui suam interpretationem dedicabat, ita allocutus est: *Aliqua tibi in Latinum verti olim poposceras, Aproniane, fili charissime: quod et ex parte aliqua feci in præsenti dum in Urbe essem, sed et nunc aliquantum addidi. Octo ergo beati Basilii breves istos homileticos transtuli libellos.* Quod igitur ait eruditissimus vir Tillemontius (*c*), decem Basilii orationes a Rufino Latine redditas fuisse, de eo mihi cum illo non omnino convenit. Nam vocula, *ferme*, qua Rufinus utitur, faeit, ut eum non plus octo orationes, vertisse suspicer; eoque magis, quod non plures sed totidem ad Apronianum miserit. Quod si quispiam contendere velit, non ego repugnabo: satis esse duco, conjecturam quæ mihi maxime probabilis visa est, eruditorum judicio permisisse. Nec fortasse Rufinus plures Gregorii Nazianzeni orationes in Latinam linguam transtulit. Nam hodie neque in impressis, neque in veteribus libris plus septem aut octo inveniuntur (*d*).

§ XIV. *Ubi de erratis quibusdam meis, deque diversis rebus.*

62. Notavi nonnulla in Ambrosium: quorum in uno hallucinatus sum (*e*). Neque vero leve est hoc mendum, sed tale, ut ne puero quidem condonari facile possit. Nam vel ipsi infantuli oculos saltem paululum attollere possunt: quod si quis fecerit, statim ex iis quæ proxime antecedunt Ambrosii verbis (*f*) intelliget, legi illo loco debere, non, ut duxi, *Noli ergo Deo non credere*, sed ita, ut in vulgatis legitur, *Noli ergo Deum credere*, hoc est, *cave credas solem Deum esse.* Plura ea de re dicere in-

(*a*) *Hist.* l. II, c. 9.
(*b*) Lege App., p. 713.
(*c*) Tom. IX, p. 301.
(*d*) Lege Tillem. t. IX, p. 559.
(*e*) Tom. I, Præf. n. 25.
(*f*) Lib. IV *in Hex.*, n. 1.

Digitized by Google

stitueram : sed est causa, cur ea in aliud tempus rejecta velim. Interpres psalmi XXVIII cum ita scripsisset (pag. 355) : Καὶ ἡ ἐκ τοῦ μαμωνᾶ τῆς ἀδικίας γινομένη φιλία κατασκηνοῖ, inepte et insulse locutus fuisse mihi visus est (*a*) : et tamen ex his quæ retuli verbis apta et idonea sententia, eaque non obscura efficitur. Significavit enim interpres, amicitiam, quæ ex mamona iniquitatis conciliatur, nobis ad beatam requiem aditum dare. Ubi dixi (*b*) illud psal. CXV : Ἀλλ' εἴθε κἀμοὶ γένοιτο πιστεῦσαι ἀξίως ἵνα λαλήσω νῦν τῇ Ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ τῇ μεγάλῃ ταύτῃ λόγους ἐν τῷ νοΐ μου ἀποτηγανίζεσθαι, *Sed utinam et mihi contingat digne credere, ut nunc magnæ huic Dei Ecclesiæ verba quinque in sensu meo loquar*, ubi igitur dixi hæc verba mihi displicere, non monui, id quod decebat, eadem apud Paulum inveniri quidem [55], sed sensu alio. Nam apud Apostolum non de fide, sed de simplici linguæ alicujus notitia sermo habetur. Inter cætera vocabula quæ apud Basilium inusitata esse existimavi, verbum quoque ἀποτηγανίζεσθαι reperitur (*c*) : quo tamen orator optimus in prima *De jejunio* oratione usus est. Similiter ubi notavi illud (*d*), εἶναι τὰ ἔθνη συγκληρονόμα καὶ σύσσωμα, non ita simpliciter scriptum oportuisse, sed addi debuisse, εἰς τό, ut esset, εἰς τὸ εἶναι τά, etc., opinione mea falsus sum. Neque enim illud, εἰς τό, apud apostolum Paulum legitur [56], neque ab interprete Græco adjici decuit. Cum instituissem sermonem de interpretibus Basilii (*e*), Adamum Fumanum, qui Ascetica interpretatus est, nullo discrimine habui : quem tamen cum Ascetica recenserem, vulgum interpretum longe antecellere intellexi. Janum Cornarium laudavi, quem laude dignum etiamnum puto : sed ei tamen Fumanus anteponendus esse mihi videtur. Cornarius fidelius quidem quam temporibus illis fieri soleret, interpretatus est : sed præterquam quod ejus interpretatio dura sit asperaque et minus Latina, sæpe et ipse quoque auctoris sententiam non consecutus est. At Fumanus Latine æque ac Græce doctus erat : qui etsi frequentius ab auctoris sententia aberrabat, id vitium Latinitate accuratiore compensabat. Nec dissimulabo Fumanum in magnum aliud vitium, a quo Cornarius alienissimus erat, incidisse. Ita enim Græca Latine reddebat, ut paraphrasim potius quam interpretationem legere tibi videare : sed eum nihilominus, ut dixi, omni re considerata, Cornario præferri debere existimo. Non committam, ut sodalem nostrum Joannem Jacobum Raverdy non laudem, hominem multi laboris, et ad bona studia juvanda natum : qui omnem curam atque operam in eo posuit, ut novus Basilius nitidior et emendatior legatur. Alius e nostris sodalibus indicem quam diligentissime contexuit. Conquestus est vir clarissimus idemque doctissimus, me nullum argumentum attulisse, ex quo effici posset, Basilium tertii *in Eunomium* libri auctorem esse : id quod tamen promiseram. Hic promissum complerem, nisi judicarem, me, cum in tertio volumine præclari illius *De Spiritu sancto* libri legitimum parentem indagabo, multo commodius ea de re locuturum. Cum paulo ante (num. 48) probare conarer, Sozomeni locum, in quo Basilii Ascetica a quibusdam Eustathio Sebasteno attributa fuisse dicuntur, non de Regulis, sed de monasticis Constitutionibus accipiendum esse, hoc argumento usus sum, quod si Sozomenus regulas indicare voluisset, ita de his fecisset mentionem, ut Scripturarum testimonia, quibus refertæ sunt, laudasset : quorum Scripturæ locorum meminerunt Rufinus Cassianusque et Photius (*f*). Hoc autem eodem modo intellectum nolo. Cum enim Cassianus et Photius de his testimoniis expresse mentionem habuerint, tamen Rufinus ea perspicue notare satis habuit : qui scilicet de Basilii responsis (*g*) locutus sit, in quibus ejusmodi Scripturarum loca continentur. De panegyrica oratione, quæ de martyre Barlaam habita fuit, copiose quidem disputatum est : sed tamen omisi quod notatu non indignum erat (*h*), videlicet in vetustissimo libro ita scriptum inveniri : Εἰς τὸν ἅγιον Βαρλαὰμ τὸν Ἀντιοχείᾳ μαρτυρήσαντα, *In sanctum Barlaam, qui Antiochiæ passus est* : qua nota opinio nostra non nihil confirmatur. Etsi enim talia non sunt ejusmodi librariorum testimonia, ut quidquam ex his certo concludi possit, tamen non omnino contemnenda ea esse constat.

Sæpe rogavit me vir clarissimus Joannes Baptista Coignard, regius architypographus, ut monerem, si tertium volumen non tam cito in lucem prodeat, id non negligentiæ suæ, sed adversæ meæ valetudini assignatum oportere. Enitar, Deo juvante, ut ante insequentis anni finem inceptum opus persequamur.

[55] I Cor. XIV, 19. [56] Ephes. III, 6.

(*a*) In Præf., t. I, n. 34.
(*b*) In Præf., t. I, n. 41.
(*c*) In Præf., t. I, n. 54.
(*d*) In Præf., t. I, n. 55.
(*e*) In Præf., t. I, n. 7.
(*f*) Cod. CXCI.
(*g*) Cod. *Regul.* p. 91.
(*h*) Leg. n. 5 et seq.

Digitized by Google

vellet, præcipue iis solatium afferre conatus sit, qui lepræ morbo afflictabantur. Nam ipso initio ita auctor loquitur: *Quemadmodum navis, cum undarum tempestate quassatur, nisi gubernatorem peritissimum habeat, a fluctibus maris cito conteritur: ita et homo cum in aliquibus adversis fuerit constitutus, nisi habuerit mentem divinis eloquiis eruditam, cito animus ejus frangitur, et salutis suæ sustinet damnum. Quisquis ergo ille es positus in adversis, paulisper, peto, verbis meis aurem diligenter accommoda, ut tibi, in quantum possum, consolationem ex Scripturarum fontibus proferam.* Propositum ergo erat auctori, non privatim solari patrem filio orbatum, qua de re nusquam expresse loquitur, sed quemlibet generatim, adversa fortuna utentem. Et interjectis multis, ita scripsit (pag. 701): *Novi enim quosdam, maxime eos, qui lepræ macula sunt corpore aspersi, in tantam desperationem pro hac plaga venire, ut putent se omnino destitutos esse a Domino.* Statim autem eodem illo de morbo loquens, ita persequitur: *Et tu cum sis in plagis ac doloribus constitutus, et ab hac lutea urbe exclusus, si sapienter hæc toleraveris, et humiliter Deo tuo servieris, civitatis ipsius ac paradisi colonus efficieris. Non enim pro exsecratione animæ, sed propter qualitatem ægritudinis, a populi consortio recessisti, eo quod generis ejus morbus (ut quidam asserere volunt) contactu suo soleat polluere.* Nec ita multo infra sic legitur (pag. 702): *Sed quoniam nunc in hac parte animum tuum ægrotare intelligo, cum dicas hoc: Qui cum plaga lepræ de mundo excesserit, ita eum denuo post mortem resurgere*, etc. Ex quibus perspici potest, auctorem, cum scriberet, præsertim ad leprosos respexisse. Non possum quin notem miserrimam esse conditionem scriptorum, qui sæpe de rebus aut exiguis, aut etiam nullius momenti serio disputare coguntur; contraque, quibus aliquando de rebus gravissimis loqui non licet. Tantine fuerit, quæso, orationis, quæ multis merito luce indigna videri potest, auctorem nosse? Nunc communicabo cum studiosis quamdam hominis peritissimi conjecturam quæ ipsis, opinor, non displicebit. Putat igitur vir non minus acri judicio quam acuto ingenio præditus, hanc lucubratiunculam a Gallo compositam fuisse, videlicet tempore, quo lepræ lues has regiones maxime infestaret. Secundam autem oratiunculam caput esse decimum nonum libelli cujusdam Petri Damiani in « *Dominus vobiscum,* » jam alii notarunt. Tertium denique opusculum affirmare ausim Basilii quidem non esse: sed aut a quo, aut quo tempore lucubratum sit, plane ignoro.

61. Sequitur quarumdam Basilii orationum vetus interpretatio (pag. 713): cujus Rufinus auctor est. Rem autem eruditis hominibus gratam facturum me speravi, si veteris illius interpretis opus in lucem edendum curarem: eoque magis, quod, cum Græca etiamnum exstent, Latina cum his a quolibet comparari poterunt, sicque magis intelligere licebit, quantum licentiæ in vertendis Græcorum scriptis sibi sumeret is, quem dixi, antiquissimus interpres Rufinus. Duobus autem libris veteribus usi sumus, uno Regio, altero Colbertino: quorum in primo orationes duntaxat quinque, in altero autem octo reperiuntur. Quæstio hic oriri potest, quot Basilii orationes Rufinus interpretatus sit, octo an decem. Dubitandi autem causa est, quod Rufinus, ubi significat vertisse se decem Basilii orationes, ambigue locutus sit: qui tamen alibi distincte dicit, se duntaxat octo Basilii conciones Latine reddidisse. Primo igitur loco his verbis usus est (*a*): *Exstant quoque utriusque ingenii* [*Basilii et Gregorii*] *monimenta magnifica tractatuum quos ex tempore in ecclesiis declamabant. Ex quibus nos denas ferme singulorum oratiunculas transfudimus in Latinum.* Non enim asseveranter dicit vertisse se decem orationes, sed ferme decem. In altero autem loco (*b*) Rufinus Apronianum, cui suam interpretationem dedicabat, ita allocutus est: *Aliqua tibi in Latinum verti olim poposceras, Aproniane, fili charissime: quod et ex parte aliqua feci in præsenti dum in Urbe essem, sed et nunc aliquantum addidi. Octo ergo beati Basilii breves istos homileticos transtuli libellos.* Quod igitur ait eruditissimus vir Tillemontius (*c*), decem Basilii orationes a Rufino Latine redditas fuisse, de eo mihi cum illo non omnino convenit. Nam vocula, *ferme*, qua Rufinus utitur, faeit, ut eum non plus octo orationes, vertisse suspicer; eoque magis, quod non plures sed totidem ad Apronianum miserit. Quod si quispiam contendere velit, non ego repugnabo: satis esse duco, conjecturam quæ mihi maxime probabilis visa est, eruditorum judicio permisisse. Nec fortasse Rufinus plures Gregorii Nazianzeni orationes in Latinam linguam transtulit. Nam hodie neque in impressis, neque in veteribus libris plus septem aut octo inveniuntur (*d*).

§ XIV. *Ubi de erratis quibusdam meis, deque diversis rebus.*

62. Notavi nonnulla in Ambrosium: quorum in uno hallucinatus sum (*e*). Neque vero leve est hoc mendum, sed tale, ut ne puero quidem condonari facile possit. Nam vel ipsi infantuli oculos saltem paululum attollere possunt: quod si quis fecerit, statim ex iis quæ proxime antecedunt Ambrosii verbis (*f*) intelliget, legi illo loco debere, non, ut duxi, *Noli ergo Deo non credere*, sed ita, ut in vulgatis legitur, *Noli ergo Deum credere*, hoc est, *cave credas solem Deum esse.* Plura ea de re dicere in-

(*a*) *Hist.* l. II, c. 9.
(*b*) Lege App., p. 713.
(*c*) Tom. IX, p. 301.
(*d*) Lege Tillem. t. IX, p. 559.
(*e*) Tom. I, Præf. n. 25.
(*f*) Lib. IV *in Hex.*, n. 1.

Digitized by Google

stitueram : seu est causa, cur ea in aliud tempus rejecta velim. Interpres psalmi XXVIII cum ita scripsisset (pag. 355) : Καὶ ἡ ἐκ τοῦ μαμωνᾶ τῆς ἀδικίας γινομένη φιλία κατασκηνοῖ, inepte et insulse locutus fuisse mihi visus est (*a*) : et tamen ex his quæ retuli verbis apta et idonea sententia, eaque non obscura efficitur. Significavit enim interpres, amicitiam, quæ ex mamona iniquitatis conciliatur, nobis ad beatam requiem aditum dare. Ubi dixi (*b*) illud psal. CXV : Ἀλλ' εἴθε κἀμοὶ γένοιτο πιστεῦσαι ἀξίως ἵνα λαλήσω νῦν τῇ Ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ τῇ μεγάλῃ ταύτῃ λόγους ἐν τῷ νοΐ μου ἀποτηγανίζεσθαι, *Sed utinam et mihi contingat digne credere, ut nunc magnæ huic Dei Ecclesiæ verba quinque in sensu meo loquar*, ubi igitur dixi hæc verba mihi displicere, non monui, id quod decebat, eadem apud Paulum inveniri quidem [55], sed sensu alio. Nam apud Apostolum non de fide, sed de simplici linguæ alicujus notitia sermo habetur. Inter cætera vocabula quæ apud Basilium inusitata esse existimavi, verbum quoque ἀποτηγανίζεσθαι reperitur (*c*) : quo tamen orator optimus in prima *De jejunio* oratione usus est. Similiter ubi notavi illud (*d*), εἶναι τὰ ἔθνη συγκληρονόμα καὶ σύσσωμα, non ita simpliciter scriptum oportuisse, sed addi debuisse, εἰς τό, ut esset, εἰς τὸ εἶναι τά, etc., opinione mea falsus sum. Neque enim illud, εἰς τό, apud apostolum Paulum legitur [56], neque ab interprete Græco adjici decuit. Cum instituissem sermonem de interpretibus Basilii (*e*), Adamum Fumanum, qui Ascetica interpretatus est, nullo discrimine habui : quem tamen cum Ascetica recenserem, vulgum interpretum longe antecellere intellexi. Janum Cornarium laudavi, quem laude dignum etiamnum puto : sed ei tamen Fumanus anteponendus esse mihi videtur. Cornarius fidelius quidem quam temporibus illis fieri soleret, interpretatus est : sed præterquam quod ejus interpretatio dura sit asperaque et minus Latina, sæpe et ipse quoque auctoris sententiam non consecutus est. At Fumanus Latine æque ac Græce doctus erat : qui etsi frequentius ab auctoris sententia aberrabat, id vitium Latinitate accuratiore compensabat. Nec dissimulabo Fumanum in magnum aliud vitium, a quo Cornarius alienissimus erat, incidisse. Ita enim Græca Latine reddebat, ut paraphrasim potius quam interpretationem legere tibi videare : sed eum nihilominus, ut dixi, omni re considerata, Cornario præferri debere existimo. Non committam, ut sodalem nostrum Joannem Jacobum Raverdy non laudem, hominem multi laboris, et ad bona studia juvanda natum : qui omnem curam atque operam in eo posuit, ut novus Basilius nitidior et emendatior legatur. Alius e nostris sodalibus indicem quam diligentissime contexuit. Conquestus est vir clarissimus idemque doctissimus, me nullum argumentum attulisse, ex quo effici posset, Basilium tertii *in Eunomium* libri auctorem esse : id quod tamen promiseram. Hic promissum complerem, nisi judicarem, me, cum in tertio volumine præclari illius *De Spiritu sancto* libri legitimum parentem indagabo, multo commodius ea de re locuturum. Cum paulo ante (num. 48) probare conarer, Sozomeni locum, in quo Basilii Ascetica a quibusdam Eustathio Sebasteno attributa fuisse dicuntur, non de Regulis, sed de monasticis Constitutionibus accipiendum esse, hoc argumento usus sum, quod si Sozomenus regulas indicare voluisset, ita de his fecisset mentionem, ut Scripturarum testimonia, quibus refertæ sunt, laudasset : quorum Scripturæ locorum meminerunt Rufinus Cassianusque et Photius (*f*). Hoc autem eodem modo intellectum nolo. Cum enim Cassianus et Photius de his testimoniis expresse mentionem habuerint, tamen Rufinus ea perspicue notare satis habuit : qui scilicet de Basilii responsis (*g*) locutus sit, in quibus ejusmodi Scripturarum loca continentur. De panegyrica oratione, quæ de martyre Barlaam habita fuit, copiose quidem disputatum est : sed tamen omisi quod notatu non indignum erat (*h*), videlicet in vetustissimo libro ita scriptum inveniri : Εἰς τὸν ἅγιον Βαρλαὰμ τὸν Ἀντιοχείᾳ μαρτυρήσαντα, *In sanctum Barlaam, qui Antiochiæ passus est :* qua nota opinio nostra non nihil confirmatur. Etsi enim talia non sunt ejusmodi librariorum testimonia, ut quidquam ex his certo concludi possit, tamen non omnino contemnenda ea esse constat.

Sæpe rogavit me vir clarissimus Joannes Baptista Coignard, regius architypographus, ut monerem, si tertium volumen non tam cito in lucem prodeat, id non negligentiæ suæ, sed adversæ meæ valetudini assignatum oportere. Enitar, Deo juvante, ut ante insequentis anni finem inceptum opus persequamur.

[55] I Cor. XIV, 19. [56] Ephes. III, 6.

(*a*) In Præf., t. I, n. 34.
(*b*) In Præf., t. I, n. 41.
(*c*) In Præf., t. I, n. 54.
(*d*) In Præf., t. I, n. 55.
(*e*) In Præf., t. I, n. 7.
(*f*) Cod. CXCI.
(*g*) Cod. *Regul.* p. 91.
(*h*) Leg. n. 5 et seq.

Digitized by Google

ELENCHUS VETERUM LIBRORUM

AD QUOS

Exacta et emendata sunt Basilii opera, quæ in hoc et sequenti volumine continentur.

—

Homiliæ de diversis recensitæ sunt ad eos manuscriptos, qui infra notantur.

Regius codex 1906, quem vocamus primum; sicque de reliquis ordine, ita ut qui primo loco ponitur, vocetur primus; qui secundo, secundus, etc. Hic liber membranaceus est et antiquus et eleganter scriptus.

Reg. codex 1907, membr., scriptus decimo sæculo.

Reg. codex 2287 *ter*, membr. et antiquissimus ac optimæ notæ.

Colb. codex 457, membr., scriptus undecimo sæculo.

Colb. codex 499, membr., scriptus decimo sæculo.

Colb. codex 1934, optimæ notæ, scriptus decimo sæculo, membr.

Coisl. codex 230, noni sæculi : quo tamen parcius usi sumus, quia non parum mendosus est.

Ducæani codices, qui sic notantur, Oliv., Anglic. Sunt autem duo Oliv.

Combefisiani codices, quorum variæ lectiones in Basilio recensito leguntur.

Pro Asceticis.

Reg. codex 1908, membr. et antiquus, qui jam antea fuerat a Combefisio collatus, sed sic ut maximam variantium lectionum partem omisisset.

Reg. codex 2288, membr. et antiquus, eodem modo jam a Combefisio collatus.

Reg. 2895, membr. et antiquus.

Colb. 3063, membr., scriptus decimo sæculo.

Coisl. 231, membr. undecimo sæculo scriptus.

Coisl. codex 233, membr., et antiquus. His duobus ultimus codicibus identidem usi sumus.

Voss. codex a viro doctissimo Andrea Scotto collatus, membr. et antiquissimus.

Editio Ven. ad quam adornandam adhibiti sunt veteres quatuor libri : cujus in ora multæ variantes lectiones reperiuntur : quas diligenter notavimus.

Pro Constitutionibus monasticis.

Reg. codex 1824, membr., quem vocamus primum. Ex quo fit ut codex Regius 1908, qui pro superioribus Asceticis primus est, secundus sit pro monasticis Constitutionibus. Eadem causa Regius codex 2288 tertius est pro monasticis Constitutionibus. Pariter Reg. codex 2895 quartus est pro iisdem Constitutionibus monasticis.

Pro libris De baptismo.

Reg. codex 1908, membr. et antiquus.

Reg. codex 2288, membr. et antiquus.

Reg. codex 2895, membr. et antiquus.

MONITUM.

—

Ita res in hoc volumine disposuimus, ut genuinæ Orationes obtineant primum locum, Ascetica secundum, aliæ conciones spuriæ tertium, duæ lucubratiunculæ Cotelerianæ et altera Combefisiana quartum, duo *De baptismo* libri quintum, Liturgia sextum, alia quædam Latine scripta ultimum. Hoc igitur volumen æque ac primum in duas partes divisum est : quarum in prima genuinæ lucubrationes, in altera adulterinæ continentur. Sed ne cui ea quam dixi rerum dispositio errorem objiciat, monero inutile non fuerit, germanis ac sinceris peregrina quædam admisceri. Statim igitur inter certas ac indu-

Digitized by Google

bitatas invenitur secunda *De jejunio* oratio, non quod eam certam esse atque indubitatam putem, sed quod a doctissimis viris talis esse credatur. Rursus panegyricam orationem, quæ de martyre Barlaam habita est, inter germana ac sincera collocavi : quam tamen peregrinam esse arbitror. Sed hæc concio, etsi meo judicio aliena, ita tamen elegans est et ornata, ut inter genuinas locum mereri mihi visa sit. Reliquas autem orationes omnes, quæ in prima voluminis parte leguntur, pro veris ac certis habeo : eoque magis in hac mea sententia confirmor, quod earum nullam hactenus ab eruditis in dubium revocatam fuisse videam. Neque vero id cuidam mirum videri debet, cum in his nihil sit, unde suspicio vel minima oriri possit. Nam ut interim de quibusdam orationibus quarum veteres mentionem fecere, taceam, neminem inficias iturum spero, si in omnibus, pariter omnes dicendi virtutes, quas antiqui in Basilio laudarunt, splendescere ac micare affirmem. Et vero miras illas ingenii dotes, quibus Basilius excelluisse a veteribus dicitur, in iis quas dixi orationibus videre cuique licet, eloquentiam incredibilem, rerum et verborum copiam, summam mundanæ sapientiæ cognitionem ab omni ostentatione alienissimam, eruditionem, pietatem, artis ornamenta omnia sine ulla significatione artis, in explicandis mysteriis tradendisque morum præceptis diligentiam maximam, perspicuitatem, perfectissimam liberalium disciplinarum intelligentiam, vim persuadendi singularem, et, ut verbo dicam, felicem quamdam naturam cum ad cætera tum ad panegyricum dicendi genus accommodatissimam. Neque mihi hoc credi postulo : imo meis verbis fidem facile adhiberi ægre ferrem. Ita enim sentio, quo attentius diligentiusque hæ conciones legentur, eo minus suspectas fore. Et alioquin dignissimæ sunt, quæ sæpius ab omnibus legantur, cum earum lectio cuivis et utilissima et jucundissima futura sit. Doctissimi quique mirabuntur orationes, in quibus nihil otiosum, nihil redundans reperitur ; in quibus densa sunt et compacta omnia nervorumque et virium plena, cum omnibus condita dicendi festivitatibus, tum præclarissimis suluberrimisque præceptis refertissima.

Ascetica plus mihi negotii exhibuerunt. Modo eorum nonnulla in secunda tomi parte reponebam : modo eadem in primam revocabam. Sed tamen cum rem eamdem in Asceticis omnibus tractari cogitavi, alia ab aliis non separanda esse censui. Quare ne vera cum falsis incaute confundantur, hoc loco breviter singula recensere non pigebit. Genuina sunt et germana, ut nobis quidem videtur, ascetica tria opuscula prævia, libelli *De judicio Dei* ac *De fide*, *Moralia*, *Regulæ* tam longiores quam breviores : in spuriis vero cætera numeramus, videlicet breves duos libellos qui post *Moralia* locati sunt, Constitutiones monasticas, Epitimia, duas quas Combefisius edidit lucubratiunculas. Attuli in Præfatione argumenta omnis generis, quibus probari posse credidi, tractatum quemque aut genuinum esse, aut adulterinum. Quare hic quidquam addi iis de rebus necesse non puto. cum potius vereri debeam, ne singulis explicandis diutius immoratus fuisse videar.

Pars voluminis secunda a prima in hoc differt, quod quæcunque in ea reperiuntur, aut spuria sint aut certe spuria esse mihi videantur : quod tamen ita accipi volo, ut Rufiniana quarumdam Basilii orationum interpretatio in subdititiis non ponatur. Cum autem præstiterim in Præfatione, quæcunque homo meæ sortis præstare poterat, in eaque omnia disposuerim suo ordine et loco, nec quidquam omiserim eorum, quibus meam sententiam defendi posse arbitrarer, tædium parerem, si res fuse explicatas hic fusius explicare conarer. Satis igitur habebo petere ac rogare ab eruditis hominibus hoc unum, ut pro sua humanitate atque benevolentia Præfationem nostram benigne et legant et interpretentur.

Digitized by Google

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΒΑΣΙΛΕΙΟΥ

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΑΙΣΑΡΕΙΑΣ ΚΑΠΠΑΔΟΚΙΑΣ

(1) ΠΕΡΙ ΝΗΣΤΕΙΑΣ ΛΟΓΟΣ Α'.

—

S. P. N. BASILII

CÆSAREÆ CAPPADOCIÆ ARCHIEPISCOPI

DE JEJUNIO HOMILIA I.

—

1 1. *Clangite*, inquit, *in initio mensis, buccina in insigni die solemnitatis vestræ*[1]. Hoc mandatum est propheticum. Porro festum quod hos dies antecedit, quavis tuba vocalius, et quovis instrumento musico significantius indicant nobis scripturæ recitatæ. Nam ex Isaia didicimus jejuniorum gratiam, qui ut Judaicum jejunandi modum aversatus est, **2** ita verum jejunium nobis commonstravit. *Ne jejunetis ad lites ac contentiones, sed dissolve omne vinculum iniquitatis*[2]. Et Dominus : *Nolite fieri tristes, sed lava faciem tuam, et unge caput tuum*[3]. Sic igitur animis affecti simus, quemadmodum sumus edocti, ac dies instantes haudquaquam tristi, sed hilari animo excipiamus, sicuti decet sanctos. Nemo dejectæ mentis coronatur, nemo mœrens tropæum statuit. Noli tristis esse, dum curaris. Absurdum fuerit non lætari de sanitate animæ, imo de commutatis cibis dolere, ac videri tales qui plus tribuamus voluptati ventris, quam curæ mentis. Nam in ventre sistitur satietatis delectatio ; sed jejunium in animam subvehit lucrum. Sis hilari animo, quod tibi a medico

A

B

1. *Σαλπίσατε*, φησίν, *ἐν νεομηνίᾳ* (2), *σάλπιγγι ἐν εὐσήμῳ ἡμέρᾳ ἑορτῆς ὑμῶν*. Τοῦτο πρόσταγμά ἐστι προφητικόν. Ἡμῖν δὲ πάσης σάλπιγγος μεγαλοφωνότερον, καὶ παντὸς ὀργάνου μουσικοῦ εὐσημότερον, τὴν προάγουσαν (3) τῶν ἡμερῶν ἑορτὴν ὑποσημαίνει τὰ ἀναγνώσματα. Ἐγνωρίσαμεν γὰρ τῶν νηστειῶν τὴν χάριν ἐκ τοῦ Ἡσαΐου, τὸν μὲν Ἰουδαϊκὸν τῆς νηστείας τρόπον παρωσαμένου, τὴν δὲ ἀληθινὴν (4) νηστείαν ἡμῖν παραδείξαντος. *Μὴ εἰς κρίσεις καὶ μάχας νηστεύετε, ἀλλὰ λύε πάντα σύνδεσμον ἀδικίας*. Καὶ ὁ Κύριος· *Μὴ γίνεσθε σκυθρωποί, ἀλλὰ νίψαι σου τὸ πρόσωπον καὶ ἄλειψαι τοῦ τὴν κεφαλήν*. Διατεθῶμεν τοίνυν, ὡς ἐδιδάχθημεν, μὴ κατασκυθρωπάζοντες ἐπὶ ταῖς προσιούσαις ἡμέραις, ἀλλὰ φαιδρῶς πρὸς αὐτὰς, ὡς πρέπει ἁγίοις, διαχιθέμενοι. Οὐδεὶς ἀθυμῶν στεφανοῦται· οὐδεὶς στυγνάζων τρόπαιον ἵστησι. Μὴ σκυθρωπάσῃς θεραπευόμενος. Ἄτοπον μὴ χαίρειν ἐπὶ ὑγείᾳ ψυχῆς, ἀλλὰ λυπεῖσθαι ἐπὶ βρωμάτων ὑπαλλαγῇ (5), καὶ πλείονα χάριν φαίνεσθαι διδόντας ἡδονῇ γαστρὸς ἢ ἐπιμελείᾳ ψυχῆς. Κόρος μὲν γὰρ εἰς γαστέρα τὴν χάριν ἵστησι· νηστεία δὲ πρὸς ψυχὴν ἀναβιβάζει τὸ

[1] Psal. LXXX, 4. [2] Isa. LVIII, 4-6. [3] Matth. VI, 16, 17.

(1) Editi perinde ut Regii secundus et tertius : Τοῦ αὐτοῦ περὶ νηστείας λόγος α', *Ejusdem sermo primus de jejunio*. Reg. primus : Ὁμιλία εἰς τὴν παρεισβασιν τῶν νηστειῶν, *Homilia in ingressum jejuniorum*. At duo Colbertini : Περὶ νηστείας λόγος β', *Sermo secundus de jejunio*. Quod ait vir doctissimus Tillemontius, duas has quas in editione Parisiensi habemus orationes Dominica prima Quadragesimæ habitas esse, sed non eodem anno, de eo cum ipso contendere nolumus : sed eidem, utramque orationem Basilii videri affirmanti, non ita facile assentiemur. Ea de re in Præfatione.

(2) Editi ἐν νεομηνίαις, *in initiis mensium*. At in antiquis quinque libris et apud LXX legitur ἐν νεομηνίᾳ, *in initio mensis*.

(3) Veteres aliquot libri προσάγουσαν τῶν, male.

(4) Reg. secundus τὴν δὲ ἀληθῆ. Mox Colb. primus λύετε πάντα.

(5) Illud, ἐπὶ βρωμάτων ὑπαλλαγῇ, sic verterat Erasmus, *ob cibos subtractos* : ubi, ut omnes vident, vertere debuerat, *ob cibos commutatos*.

Digitized by Google

κέρδος. Εὐθύμησον, ὅτι σοι δέδοται παρὰ τοῦ ἰατροῦ φάρμακον ἀμαρτίας ἀναιρετικόν. Ὥσπερ γὰρ οἱ ἐν τοῖς ἐγκάτοις τῶν παίδων ζωογονούμενοι σκώληκες φαρμάκοις τισὶ δριμυτάτοις ἐξαφανίζονται, οὕτως ἁμαρτίαν, ὑποικουροῦσαν τῷ βάθει, ἐναποκτείνει τῇ ψυχῇ ἐπεισελθοῦσα νηστεία, ἥνε ὡς ἀληθῶς τῆς προσηγορίας ταύτης ἀξία.

2. Ἄλειψαί σου τὴν κεφαλὴν, καὶ νίψαι τὸ πρόσωπον. Ἐπὶ μυστήριά σε καλεῖ ὁ λόγος. Ὁ ἀλειψάμενος ἐχρίσατο· ὁ νιψάμενος ἀπεπλύνατο (6). Ἐπὶ τὰ ἔνδον λάμβανε τῶν μελῶν τὴν νομοθεσίαν (7). Ἀπόπλυνε τὴν ψυχὴν ἁμαρτημάτων. Χρῖσαι τὴν κεφαλὴν χρίσματι ἁγίῳ, ἵνα μέτοχος γένῃ Χριστοῦ, καὶ οὕτω πρόσελθε τῇ νηστείᾳ. Μὴ ἀφανίσῃς τὸ πρόσωπόν σου ὥσπερ οἱ ὑποκριταί. Ἀφανίζεται πρόσωπον, ὅταν ἡ ἔνδον διάθεσις ἐπιπλάστῳ σχήματι τῷ ἔξωθεν ἐπισκοτῆται, ὥσπερ ὑπὸ παραπετάσματι τῷ ψεύδει καλυπτομένη. Ὑποκριτής ἐστιν ὁ ἐν θεάτρῳ ἀλλότριον πρόσωπον ὑπελθών· δοῦλος ὤν, πολλάκις τὸ τοῦ δεσπότου, καὶ ἰδιώτης, τὸ τοῦ βασιλέως. Οὕτω καὶ ἐν τῷ βίῳ τούτῳ, ὥσπερ ἐπὶ ὀρχήστρας τῆς ἑαυτῶν ζωῆς οἱ πολλοὶ θεατρίζουσιν, ἄλλα μὲν ἐν τῇ καρδίᾳ φέροντες, ἄλλα δὲ ἐν τῇ ἐπιφανείᾳ τοῖς ἀνθρώποις δεικνύντες. Μὴ ἀφάνιζε οὖν τὸ πρόσωπον. Οἷος εἶ, τοιοῦτος φαίνου· μὴ κατασχηματίζου (8) σεαυτὸν πρὸς τὸ σκυθρωπὸν, τὴν ἐκ τοῦ δοκεῖν ἐγκρατὴς εἶναι δόξαν θηρώμενος. Οὔτε γὰρ εὐποιίας σαλπιζομένης ὄφελος, καὶ νηστείας δημοσιευομένης κέρδος οὐδέν. Τὰ γὰρ ἐπιδεικτικῶς γινόμενα οὐ πρὸς τὸν αἰῶνα τὸν μέλλοντα τὸν καρπὸν ἐκτείνει, ἀλλ' εἰς τὸν τῶν ἀνθρώπων ἔπαινον καταστρέφει. Πρόσδραμε τοίνυν φαιδρῶς τῇ δωρεᾷ τῆς νηστείας. Ἀρχαῖον δῶρον ἡ νηστεία· οὐ παλαιούμενον καὶ γηράσκον, ἀλλ' ἀνανεούμενον ἀεὶ, καὶ εἰς ἀκμὴν ἐπανθοῦν.

3. Οἴει με τὴν ἀρχαιογονίαν αὐτῆς ἀπὸ τοῦ νόμου τίθεσθαι; Καὶ νόμου πρεσβυτέρα νηστεία. Ἐὰν μικρὸν ἀναμείνῃς, εὑρήσεις τοῦ λόγου τὴν ἀλήθειαν. Μὴ οἶου τὴν ἡμέραν τοῦ ἱλασμοῦ, τὴν διατεταγμένην τῷ Ἰσραὴλ τῷ ἑβδόμῳ μηνὶ, τῇ δεκάτῃ ἡμέρᾳ τοῦ μηνὸς, ταύτην εἶναι τῆς νηστείας τὴν ἀρχήν. Δεῦρο δὴ διὰ τῆς ἱστορίας βαδίζων, ἀνερεύνησον τὴν ἀρχαιογονίαν αὐτῆς. Οὐ γὰρ νεώτερον τὸ ἐφεύρεμα· πατέρων ἐστὶ τὸ κειμήλιον. Πᾶν τὸ ἀρχαιότητι διαφέρον, αἰδέσιμον. Δυσωπήθητι τὴν πολιὰν τῆς νη-

datum est pharmacum efficax abolendo peccato. Quemadmodum enim vermes, qui in puerorum intestinis germinant, pharmacis quibusdam vehementer acribus et amaris excutiuntur, ita peccatum, in intimis secessibus inhabitans, delet enecatque, simul atque in animam supervenerit, jejunium, quod scilicet vere sit hoc nomine dignum.

2. *Unge caput tuum, et lava faciem*[a]. Ad mysteria te vocat Scriptura. Qui unctus est, inunxit; qui ablutus fuit, abluit. Transfer præceptum ad interna membra. Ablue animam a peccatis. Unge caput unguento sancto, ut consortium habeas cum Christo, sicque accedito ad jejunium. Noli obscurare faciem tuam more hypocritarum. Obscuratur facies, cum internus affectus externo quodam habitu simulato obumbratur, mendacio veluti velo obtento contectus. Hypocrita est qui in theatro personam sustinet alienam, sæpe heri, cum sit servus, aut regis, cum sit privatus. Itidem in hac vita velut in orchestra quadam agunt plerique vitam theatricam, aliud in corde gerentes, aliud in specie hominibus ostendentes. Itaque ne obscures faciem. Qualis es, talis appare; ne teipsum transfigures in habitum tristem ac tetricum, hinc laudem ac gloriam aucupans, quod videare continens, ac temperans. Neque enim boni operis, cui tuba præcinit, utilitas est ulla, neque fructus ullus jejunii, quod ad publicam fit ostentationem. Quæ enim ostentationis causa fiunt, ea nequaquam porrigunt fructum in sæculum venturum, verum in hominum laudem commendationemque desinunt. Proin hilariter accurre ad jejunii donum. Vetus donum est jejunium, quod non veterascit, nec senescit, sed usque renovatur, sed perpetuo vigore pubescit.

3. Putasne me jejunii antiquitatem a legis initio supputare? Etiam ipsa lege antiquius est jejunium. Paulisper si manseris, comperies verum esse quod dixi. Cave existimes diem propitiationis, qui designatus Israelitis erat mense septimo, decimo die mensis[b], fuisse jejunii principium. Ades huc, ac per historiam decurrens, vestiga jejunii antiquitatem. Neque enim recens inventum est, sed pretiosus thesaurus a majoribus repositus ac traditus. Quidquid vetustate præcellit, idem venerabile est.

[a] Matth. VI, 17. [b] Levit. XVI, 29; XXIII, 27.

(6) Hæc verba, ὁ ἀλειψάμενος ἐχρίσατο· ὁ νιψάμενος ἀπεπλύνατο, sic interpretatus est Erasmus, *Qui alios ungebat, unctus est; qui lavabat, ablutus est*: quibus ex verbis quæ apta sententia idoneaque effici possit, non video. Ita igitur interpretare: *Qui unctus est, inunxit: qui ablutus fuit, abluit.* Hoc est: Christus qui unctus est, ungi caput nostrum voluit: Christus, qui ablutus est in baptismate, faciem nostram ablui jussit. — Ὁ ἀλειψάμενος ἐχρίσατο· ὁ νιψάμενος ἀπεπλύνατο. *Qui illinit, inunxit. qui lavat, abluit.* Cum vellet Basilius illud præceptum Christi, Ἄλειψαί σου τὴν κεφαλὴν, καὶ νίψαι τὸ πρόσωπον, ad animam transferre, observat has voces, ἄλειψαι, νίψαι, *illine, lava*, idem valere ac, unge et ablue, quæ animæ melius congruunt. In eadem oratione p. 8, A, 10: Σὺ δὲ, ὑπερπιαίνων μὲν σεαυτὸν καὶ κατασαρκῶν, οὐκ ἀνίης; ἐκτήκων δὲ τὸν νοῦν ἐν ἀτροφίᾳ τῶν σωτηρίων καὶ ζωοποιῶν διδαγμάτων, οὐδένα λόγον ποιῇ; *Tu vero nullumne finem facturus es teipsum supra modum saginandi ac carne onerandi? animum autem a te tabefieri salutarium et vivificorum documentorum inedia, parvi pendes?*

MARAN.

(7) Antiqui duo libri τῶν μελῶν τὴν ὀνομασίαν, *velim accipias de internis appellationem membrorum.* Alii quatuor mss. et editi μελῶν τὴν νομοθεσίαν.

(8) Olim, ut notat Ducæus, in Oliv. pro κατασχηματίζων legebatur κατασχηματίζου, quam lectionem alteri prætulimus. Ita enim legi debere, si nihil aliud, ipsa certe orationis series ostendit.

Digitized by Google

Reverere jejunii canitiem. Tam vetus est, ut simul cum homine condito cœperit : in paradiso præscriptum est. Primum illud præceptum accepit Adamus : *De ligno scientiæ boni et mali non comedetis*[6]. Illud autem, *non comedetis*, jejunii et abstinentiæ lex est. Si a ligno jejunasset Eva, nequaquam hoc nunc jejunio opus haberemus. *Neque enim opus est valentibus medico, sed male habentibus*[7]. Fuimus per peccatum læsi; sanemur per pœnitentiam : pœnitentia autem sine jejunio iners est et infrugifera. *Maledicta terra, spinas et tribulos germinabit tibi*[8]. In tristitia vivere jussus es, non indulgere deliciis. Per jejunium satisfacito Deo. Quin et ipsa in paradiso vita, jejunii simulacrum est, non ob id modo quod homo, communi cum angelis vivendi ratione utens, ipsis efficiebatur similis, utpote paucis contentus ; verum etiam quod, quæcunque post hominum cogitatio commenta est, ea nondum degentibus in paradiso excogitata erant : nondum vini potatio, nondum pecudum mactatio, non alia quæcunque perturbant mentem humanam.

4. Quoniam non jejunavimus, exsulamus e paradiso : jejunemus igitur, ut ad illum revertamur. An non vides, quomodo Lazarus per jejunium ingressus est paradisum[9] ? Noli imitari Evæ inobedientiam, noli rursus serpentem in consilium adhibere, edulium ad carnem mollius curandam proponentem. Ne causeris corporis infirmam valetudinem ac debilitatem. Neque enim mihi istas excusationes profers, sed scienti dicis. Age, dic mihi, jejunare non potes, et potes continuo expleri cibis, potes conficere corpus pondere escarum ? Atqui infirmis non ciborum varietatem, sed inediam et abstinentiam a medicis solere præscribi scio. Qui fit igitur ut, cum ista possis, illa te non posse causeris ? Utrum ventri facilius est tenui victu transmittere noctem, an copia ciborum gravatum jacere ? imo ne jacere quidem, sed crebro huc et huc verti, dehiscentem ac stridentem ? Nisi forte dicturus es illud, quod naucleri facilius servant navim sarcinis onustam quam eam quæ expeditior est ac levior. Nam oneris magnitudine gravatam, quamvis exiguus fluctus adoriens demergit ; contra, cujus sarcina moderata est ac modica, hæc facile fluctus superat, eo quod eam his fieri altiorem impediat nihil. Eumdem ad modum et hominum corpora assidua expletione degravata facile a morbis demerguntur ; quæ vero facili levique utuntur alimonia, non modo quod ex morbo imminet

A στείας. Συνηλικιῶτίς ἐστι τῆς ἀνθρωπότητος· νηστεία (9) ἐν τῷ παραδείσῳ ἐνομοθετήθη. Τὴν πρώτην ἐντολὴν ἔλαβεν Ἀδάμ· *Ἀπὸ τοῦ ξύλου τοῦ γινώσκειν καλὸν καὶ πονηρὸν οὐ φάγεσθε.* Τὸ δὲ, *οὐ φάγεσθε*, νηστείας ἐστὶ καὶ ἐγκρατείας νομοθεσία. Εἰ ἐνήστευσεν ἀπὸ τοῦ ξύλου ἡ Εὔα, οὐκ ἂν ταύτης νῦν ἐδεόμεθα (10) τῆς νηστείας. *Οὐ γὰρ χρείαν ἔχουσιν οἱ ἰσχύοντες ἰατροῦ, ἀλλ' οἱ κακῶς ἔχοντες.* Ἐκακώθημεν διὰ τῆς ἁμαρτίας· ἰαθῶμεν διὰ τῆς μετανοίας· μετάνοια δὲ χωρὶς νηστείας ἀργή. *Ἐπικατάρατος ἡ γῆ, ἀκάνθας καὶ τριβόλους ἀνατελεῖ σοι.* Στυγνάζειν προσετάχθης (11), μὴ γὰρ τρυφᾷν. Διὰ νηστείας ἀπολόγησαι τῷ Θεῷ. Ἀλλὰ καὶ ἡ ἐν παραδείσῳ διαγωγὴ νηστείας ἐστὶν εἰκών, οὐ μόνον καθότι τοῖς ἀγγέλοις ὁμοδίαιτος ὢν ὁ
B ἄνθρωπος, διὰ τῆς ὀλιγαρκίας τὴν πρὸς αὐτοὺς ὁμοίωσιν κατώρθου, ἀλλ' ὅτι καὶ ὅσα ὕστερον ἡ ἐπίνοια τῶν ἀνθρώπων (12) ἐξεῦρεν, οὕπω τοῖς ἐν τῷ παραδείσῳ διαιτωμένοις ἐπενενόητο· οὔπω οἰνοποσίαι, οὔπω ζωοθυσίαι, οὐχ ὅσα τὸν νοῦν ἐπιθολοῖ τὸν ἀνθρώπινον.

4. Ἐπειδὴ οὐκ (13) ἐνηστεύσαμεν, ἐξεπέσομεν τοῦ παραδείσου· νηστεύσωμεν τοίνυν, ἵνα πρὸς αὐτὸν ἐπανέλθωμεν. Οὐχ ὁρᾷς τὸν Λάζαρον, πῶς διὰ νηστείας εἰσῆλθεν εἰς τὸν παράδεισον ; Μὴ μιμήσῃ τῆς Εὔας τὴν παρακοήν, μὴ πάλιν σύμβουλον παραδέξῃ τὸν ὄφιν (14), φειδοῖ τῆς σαρκὸς τὴν βρῶσιν ὑποτιθέμενον. Μὴ προφασίζου ἀῤῥωστίαν σώματος καὶ ἀδυναμίαν. Οὐ γὰρ ἐμοὶ τὰς προφάσεις, ἀλλὰ τῷ (15) εἰδότι λέγεις. Νηστεύειν οὐ δύνασαι (εἰπέ μοι) ; κορέννυσθαι
C δὲ διὰ βίου, καὶ συντρίβειν τὸ σῶμα τῷ βάρει τῶν ἐσθιομένων δύνασαι ; Καὶ μὴν τοῖς ἀσθενοῦσιν οὐχὶ βρωμάτων ποικιλίαν, ἀλλ' ἀσιτίαν καὶ ἔνδειαν οἶδα τοὺς ἰατροὺς ἐπιτάσσοντας. Πῶς οὖν ὁ ταῦτα δυνάμενος, ἐκεῖνα προφασίζῃ μὴ δύνασθαι ; Τί εὐκοπώτερον τῇ γαστρί ; λιτότητι διαίτης παρενεγκεῖν τὴν νύκτα, ἢ δαψιλείᾳ βρωμάτων βεβαρημένην κεῖσθαι ; μᾶλλον δὲ μηδὲ κεῖσθαι, ἀλλὰ πυκνὰ μεταστρέφεσθαι διαῤῥηγνυμένην καὶ στένουσαν ; εἰ μὴ καὶ τοὺς κυβερνήτας φήσεις βαρυνομένην τοῖς ἀγωγίμοις ὁλκάδα εὐκολώτερον σώζειν τῆς εὐσταλεστέρας καὶ κούφης. Τὴν μὲν γὰρ πεπιεσμένην τῷ πλήθει βραχεῖα κύματος ἐπανάστασις κατεβάπτισεν· ἡ δὲ συμμέτρως τῶν ἀγωγίμων ἔχουσα ῥᾳδίως ὑπεραίρει τοῦ κλύδωνος,
D οὐδενὸς ἐμποδίζοντος αὐτὴν ὑψηλοτέραν γενέσθαι. Καὶ τοίνυν τὰ τῶν ἀνθρώπων σώματα, συνεχεῖ μὲν τῷ κόρῳ καταβαρυνόμενα, εὐκόλως ὑποβρύχια ταῖς ἀῤῥωστίαις γίνεται· εὐσταλεῖ δὲ καὶ κούφῃ τῇ τροφῇ κεχρημένα, καὶ τὸ προσδοκώμενον ἐκ νόσου κακὸν

[6] Gen. II, 17. [7] Matth. IX, 12. [8] Gen. III, 17, 18. [9] Luc. XVI, 20-31.

(9) Augustinus, cum peccatum originale probare vellet, hunc Basilii locum protulit lib. I *Contra Jul.*, cap. 5, num. 18.

(10) In duobus Colbertinis pro ἐδεόμεθα legitur ἐδεήθημεν.

(11) Unus codex Regius στυγνάζειν ἐπετάχθης. Alius itidem Regius ἐτάχθης.

(12) Reg. secundus τοῖς ἄνθρώποις. Nec ita multo post editi διαιτωμένοις ἐπενενόητο. Libri veteres ἐπινενόητο.

(13) Codex unus ἐπεὶ δὲ ἐκ.

(14) Reg. primus ita habet in contextu μὴ... παραδέξῃ τὸν ἐχθρόν, *cave inimicum adhibeas in consilium* : at in ora libri scriptum invenitur τὸν ὄφιν.

(15) Illud loquendi genus, εἰδότι λέγεις, *scienti dicis*, in proverbii consuetudinem venisse, monet vir doctissimus Ducæus. Ejus eruditissimam notam studiosi legere poterunt.

Digitized by Google

ὥσπερ χειμῶνος ἐπανάστασιν ὑπεξέφυγε, καὶ τὸ ἤδη παρὸν ὀχληρὸν ὥσπερ τινὰ (16) σπιλάδος ἐπιδρομὴν διεκρούσατο. Ἤπου καὶ τὸ ἡσυχάζειν κατὰ σὲ τοῦ τρέχειν ἐπιπονώτερον, καὶ τοῦ παλαίειν τὸ ἠρεμεῖν· εἴπερ οὖν καὶ τὸ τρυφᾶν τοῦ λιτῶς (17) διαιτᾶσθαι τοῖς ἀσθενοῦσι φῂς εἶναι καταλληλότερον. Ἡ γὰρ οἰκονομοῦσα τὸ ζῶον δύναμις αὐτάρκειαν μὲν καὶ λιτότητα ῥᾳδίως κατειργάσατο, καὶ ᾠκείωσε τῷ τρεφομένῳ· πολυτέλειαν δὲ καὶ ποικιλίαν βρωμάτων παραλαβοῦσα, εἶτα ἀντισχεῖν πρὸς τὸ πέρας οὐκ ἐξαρκέσασα, τὰ ποικίλα γένη τῶν νοσημάτων ἐποίησεν.

A malum, velut procellæ assultum effugiunt, verum etiam præsentem jam ægritudinem velut turbinem quemdam exorientem discutiunt. Videlicet juxta tuam sententiam laboriosius erit quiescere quam currere, et otiosum esse quam luctari : siquidem judicas congruentius esse infirmos deliciis expleri quam parco tenuique uti victu. Nam vis illa qua animali providetur, temperatum ac parcum victum nullo negotio concoquit, et in corporis quod alitur substantiam vertit; at eadem ubi opiparos variosque cibos complexa est, nec deinde par est his omnino coquendis, tum diversa gignit morborum genera.

5. Ἀλλ' ἐπὶ τὴν ἱστορίαν βαδιζέτω ὁ λόγος (18), τὸ ἀρχαῖον τῆς νηστείας διεξιών· καὶ ὅπως πάντες οἱ ἅγιοι, ὥσπερ τινὰ κλῆρον πατρῷον διαδεξάμενοι, οὕτω διεφύλαξαν, πατὴρ παιδὶ παραδιδόντες· ὅθεν καὶ εἰς ἡμᾶς ἀκολουθίᾳ διαδοχῆς διεσώθη τὸ κτῆμα (19). Οὐκ ἦν ἐν τῷ παραδείσῳ οἶνος, οὔπω ζωοθυσία, οὔπω κρεωφαγίαι. Μετὰ τὸν κατακλυσμὸν οἶνος· μετὰ τὸν κατακλυσμόν, *Φάγεσθε πάντα ὡς λάχανα χόρτου.* Ὅτε ἀπεγνώσθη ἡ τελείωσις, τότε συνεχωρήθη ἡ ἀπόλαυσις. Δεῖγμα δὲ τῆς τοῦ οἴνου ἀπειρίας Νῶε ἀγνοῶν τοῦ οἴνου τὴν χρῆσιν. Οὔπω γὰρ εἰς τὸν βίον παρελήλυθει, οὐδ' ἐτέτριπτο ἐν τῇ συνηθείᾳ τῇ τῶν ἀνθρώπων. Οὔτε οὖν ἄλλον τεθεαμένος, οὔτε αὐτὸς πειραθείς, τῇ ἀπ' αὐτοῦ βλάβῃ περιέπεσεν ἀφυλάκτως· *Ἐφύτευσε γὰρ ἄμπελον Νῶε, καὶ ἔπιεν ἀπὸ τοῦ καρποῦ, καὶ ἐμεθύσθη,* οὐχὶ τῷ πάροινος εἶναι, ἀλλὰ τῷ ἄπειρος εἶναι τῶν μέτρων τῆς μεταλήψεως. Οὕτω νεαρώτερον παραδείσου τὸ εὕρημα τῆς οἰνοποσίας, καὶ οὕτως ἀρχαῖον τὸ τῆς νηστείας σεμνόν. Ἀλλὰ καὶ Μωϋσέα διὰ νηστείας ἔγνωμεν προσβαλόντα τῷ ὄρει. Οὐ γὰρ ἂν κατετόλμησε καπνιζομένης τῆς κορυφῆς, οὐδ' ἂν ἐθάρσησεν εἰσελθεῖν εἰς τὸν γνόφον, εἰ μὴ νηστείᾳ καθώπλιστο. Διὰ νηστείας τὴν ἐντολὴν ὑπεδέξατο δακτύλῳ Θεοῦ γραφεῖσαν ἐν ταῖς πλαξί. Καὶ ἄνω μὲν ἡ νηστεία νομοθεσίας πρόξενος ἦν, κάτω δὲ ἡ γαστριμαργία εἰς εἰδωλολατρείαν ἐξέμηνεν· *Ἐκάθισε γὰρ ὁ λαὸς φαγεῖν καὶ πιεῖν, καὶ ἀνέστησαν παίζειν.* Τεσσαράκοντα ἡμερῶν προσεδρίαν (20) νηστεύοντος καὶ δεομένου τοῦ θεράποντος ἄχρηστον ἀπέδειξεν οἰνοφλυγία μία. Ἃς γὰρ ἡ νηστεία ἔλαβε πλάκας δακτύλῳ Θεοῦ γεγραμμένας, ταύτας ἡ μέθη συνέτριψεν, οὐκ ἄξιον κρίναντος τοῦ προφήτου μεθύοντα λαὸν νομοθετεῖσθαι παρὰ τοῦ Θεοῦ. Ἐν μιᾷ καιροῦ ῥοπῇ διὰ γαστριμαργίας ὁ λαὸς ἐκεῖνος ὁ τὸν Θεὸν διὰ τῶν μεγίστων τεραστίων δεδιδαγμένος, εἰς τὴν Αἰγυπτίων εἰδωλομανίαν ἐξεκυλίσθη. Παράλληλα θὲς ἀμφότερα· πῶς νηστεία Θεῷ προσάγει,

5. Sed jam ad historiam se nostra recipiat oratio, jejunii antiquitatem percurrens, et quantopere omnes sancti, perinde quasi hæreditatem a majoribus traditam, jejunium observaverint, patresque suis quique liberis tradiderint : unde et ad nos perpetua quadam successionis serie pervenit hæc possessio. Non erat in paradiso vinum, non erat pecudum mactatio, non carnium esus. Post diluvium cœpit vinum; post diluvium, *Comedite omnia sicut olera, pabuli* [10]. Posteaquam desperata est perfectio, tum denique his utendi concessa est potestas. Porro nullam tum fuisse vini experientiam, argumento est Noe, qui nesciebat vini usum. Nondum enim obrepserat in humanam vitam, nondum mortalium usu tritum erat. Itaque cum ille nec alium quemquam bibentem vidisset, nec ipse esset expertus, in noxam a vino afferri solitam incidit incautus. *Plantavit enim Noe vineam, bibitque de fructu, et inebriatus est* [11]; non quidem eo quod vinolentus esset, sed quod sumendi vini modum nesciret. Itaque inventum bibendi vinum recentius est paradiso, adeo vetusta est jejunii dignitas. Quin et Moysem novimus per jejunium accessisse ad montem [12]. Neque enim ausus esset verticem fumantem attingere, neque ingredi in nubem, nisi fuisset jejunio obarmatus. Per jejunium legem accepit digito Dei scriptam in tabulis, atque in montis quidem cacumine jejunium legem impetravit, in radice vero montis ingluvies ad idololatriam dementavit. *Sedit enim populus ut ederet ac biberet, et surrexerunt ad ludendum* [13]. Quod famulus quadraginta dies jejunus assidue versans cum Deo, deprecansque confecerat, id unica temulentia reddidit irritum infrugiferumque. Nam tabulas, quas jejunium impetrarat conscriptas digito Dei, ebrietas comminuit; judicavit quippe propheta ebrium populum dignum non esse, qui legem acciperet a Deo. In unico temporis momento populus ille, qui maximis

[10] Genes. IX, 3. [11] ibid. 20, 21. [12] Exod. XXIV, 18. [13] Exod. XXXII 6.

(16) Editi ὥσπερ τινός. At mss. plerique omnes ὥσπερ τινά.

(17) Antiqui duo libri et editi τοῦ τρυφᾶν τὸ λιτῶς, corrupte. At Regii primus et secundus cum aliis duobus Colbertinis τὸ τρυφᾶν τοῦ λιτῶς, emendate.

(18) Reg. primus ἱστορίαν ὁ λόγος βαδίζει.

(19) Antiqui duo libri διεφυλάχθη τὸ κτῆμα. Nec ita multo infra Colb. primus οἶνος καὶ μετά.

(20) Veteres quatuor libri προσεδρίαν. Editi προσεδρείᾳ.

Digitized by Google

prodigiis Dei cognitionem acceperat, per gulam ad insanam Ægyptiorum idololatriam devolutus est. Hæc utraque inter se componito : hinc quomodo jejunium adjungat Deo, illinc quomodo luxus auferat salutem. Descende, ac via qua cœpisti ad inferiora perge.

καὶ πῶς τρυφὴ τὴν σωτηρίαν προδίδωσι (21). Κατάβα ὁδῷ βαδίζων ἐπὶ τὰ κάτω.

6. Ecquid inquinavit Esau, et servum fecit fratris? Nonne edulium unum, cujus gratia vendidit jus primogeniti [14]? Jam Samuelem nonne deprecatio cum jejunio conjuncta donavit matri [15]? Quid fortissimum virum Sampsonem invictum 5 reddidit? Annon jejunium, quocum in utero matris conceptus est [16]? Hunc peperit jejunium, hunc enutrivit jejunium instar nutricis, jejunio in virum adolevit, quod jejunium angelus præscripserat matri : *Quidquid proficiscitur e vinea, ne edat, vinumque et siceram ne bibat* [17]. Jejunium prophetas generat, B roborat fortes; jejunium legum latoribus subministrat sapientiam : bona animæ custodia, corpori tutus contubernalis, armatura fortiter belligerantibus, athletis exercitium. Hoc tentationes depellit, ungit ad pietatem, sobrietatis domesticus comes, opifex castitatis. In bellis fortiter agit, in pace docet quietem. Nazaræum sanctificat, perficit sacerdotem. Neque enim fieri potest, ut absque jejunio audeat ad sanctum ministerium accedere, non tantum in mystico horum temporum vero cultu, verum etiam in eo qui juxta legem in figuris peragebatur. Jejunium Eliam magni illius spectaculi spectatorem fecit, qui cum quadraginta dierum jejunio repurgasset animam, ita demum in spelunca quæ C est in Choreb, promeruit videre Dominum [18], quantum quidem licet homini videre. Jejunans reddidit viduæ filium, fortis factus adversus ipsam mortem per jejunium. Vox abs jejunantis ore profecta, scelerato populo clausit cœlum annos tres ac menses sex. Ut enim hominum duram cervicem habentium cor indomitum emolliret, voluit et seipsum ea calamitate cum cæteris condemnare. Propterea, *Vivit Dominus*, inquit, *si erit aqua super terram, nisi per os meum* [19]. Et jejunium intulit per famem populo omni, videlicet ut ortam ex deliciis vitaque dissoluta nequitiam corrigeret. Rursus quinam victus Elisæi? quomodo apud Sunamitidem hospitio usus est? quomodo ipse prophetas excepit? Nonne agrestia olera ac farinæ pauxillum hospitalitatis D munus explebant [20]? quo tempore etiam colocynthide sumpta, erant periclitaturi qui gustarant, ni

6. Τί τὸν Ἡσαῦ ἐβεβήλωσε, καὶ δοῦλον ἐποίησε τοῦ ἀδελφοῦ; Οὐ βρῶσις μία, δι' ἣν ἀπέδοτο τὰ πρωτοτόκια; Τὸν δὲ Σαμουὴλ οὐχ ἡ μετὰ (22) νηστείας προσευχὴ ἐχαρίσατο τῇ μητρί; Τί τὸν μέγαν ἀριστέα τὸν Σαμψὼν ἀκαταγώνιστον ἀπειργάσατο; Οὐχ ἡ νηστεία, μεθ' ἧς ἐν τῇ γαστρὶ τῆς μητρὸς συνελήφθη; Νηστεία αὐτὸν ἐκύησε· νηστεία αὐτὸν ἐτιθηνήσατο· νηστεία αὐτὸν ἠνδρωσεν, ἣν ὁ ἄγγελος διετάξατο τῇ μητρί· *Ὅσα ἐκπορεύεται ἐξ ἀμπέλου, οὐ μὴ φάγῃ, καὶ οἶνον καὶ σίκερα οὐ μὴ* B *πίῃ*. Νηστεία προφήτας γεννᾷ, δυνατοὺς ῥώννυσι· νηστεία νομοθέτας σοφίζει, ψυχῆς ἀγαθὸν φυλακτήριον, σώματι σύνοικος (23) ἀσφαλὴς, ὅπλον ἀριστεύουσιν, ἀθληταῖς γυμνάσιον. Τοῦτο πειρασμοὺς ἀποκρούεται, τοῦτο ἀλείφει πρὸς εὐσέβειαν, νήψεως σύνοικος, τωφροσύνης δημιουργός. Ἐν πολέμοις ἀνδραγαθεῖ, ἐν εἰρήνῃ ἡσυχίαν διδάσκει. Τὸν Ναζιραῖον (24) ἁγιάζει, τὸν ἱερέα τελειοῖ. Οὐ γὰρ δυνατὸν ἄνευ νηστείας ἱερουργίας κατατολμῆσαι, οὐ μόνον ἐν τῇ μυστικῇ νῦν καὶ ἀληθινῇ λατρείᾳ, ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ τυπικῇ τῇ κατὰ τὸν νόμον προσαγομένῃ. Αὕτη θεατὴν ἐποίησε τοῦ μεγάλου θεάματος (25) τὸν Ἠλίαν· τεσσαράκοντα γὰρ ἡμέραις νηστείᾳ τὴν ψυχὴν ἀποκαθάρας, οὕτως ἐν τῷ σπηλαίῳ τῷ ἐν Χωρὴβ ἰδεῖν κατηξιώθη, ὡς δυνατόν ἐστιν ἰδεῖν ἀνθρώπῳ, τὸν Κύριον. Νηστεύων ἀπέδωκε τῇ χήρᾳ τὸν παῖδα, ἰσχυρὸς φανεὶς κατὰ τοῦ θανάτου διὰ νηστείας. Ἀπὸ νηστεύοντος στόματος φωνὴ ἐξελθοῦσα ἀπέκλεισε (26) τῷ παρανομοῦντι λαῷ τὸν οὐρανὸν τρία ἔτη καὶ μῆνας ἕξ. Ἵνα γὰρ μαλάξῃ τὴν ἀδάμαστον καρδίαν τῶν σκληροτραχήλων, εἵλετο καὶ ἑαυτὸν τῇ κακοπαθείᾳ συγκαταδικάσαι. Διὰ τοῦτο, *Ζῇ Κύριος*, ἔφη (27), *εἰ ἔσται ὕδωρ ἐπὶ τῆς γῆς, εἰ μὴ διὰ στόματός μου*. Καὶ ἐπήγαγε παντὶ τῷ λαῷ νηστείαν διὰ τοῦ λιμοῦ, ὥστε τὴν ἐκ τῆς τρυφῆς καὶ τοῦ ἀνειμένου βίου κακίαν ἐπανορθώσασθαι. Ἐλισσαίῳ δὲ ποταπὸς ὁ βίος; πῶς μὲν παρὰ τῇ Σουναμίτιδι τῆς ξενίας ἀπέλαυσε (28); πῶς δὲ αὐτὸς τοὺς προφήτας ἐδεξιοῦτο; Οὐχὶ λάχανα ἄγρια καὶ D ἀλεύρου βραχὺ τὴν φιλοξενίαν ἐπλήρου; ὅτε, καὶ τῆς τολύπης συμπαραληφθείσης, κινδυνεύειν ἔμελλον οἱ ἁψάμενοι, εἰ μὴ τῇ εὐχῇ τοῦ νηστευτοῦ ἡμαυρώθη

[14] Genes. xxv, 30-34. [15] I Reg. i, 13-16. [16] Judic. xiii, 4. [17] ibid. 14. [18] III Reg. xix, 8-13. [19] III Reg. xvii, 1. [20] IV Reg. iv, 42-44.

(21) Colb. primus σωτηρίαν ἀποδιώκει, *salutem fugat*. Non contemnenda lectio. Aliquanto post idem codex ἐποίησε τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ.

(22) Veteres aliquot libri οὐχ ἡ μετά. Editi οὐχὶ μετά. Et infra quoque, ubi editi habent οὐχὶ ἡ νηστεία, legitur in aliquot mss. οὐχ ἡ νηστεία. Error autem utroque in loco inde evenit, quod librarii ex his duabus vocibus οὐχ ἡ unam effecerint, οὐχί videlicet.

(23) Veteres quinque libri σώματος σύνοικος. Editi σώματι.

(24) E regione vocis Ναζιραῖον in ora Colbertini primi scriptum invenimus τὸν μοναχόν.

(25) Editi, perinde ut Colb. primus et Reg. tertius, μεγάλου θαύματος, *magni miraculi*. Alii duo Colbertini cum Reg. tertio et cum Oliv. μεγάλου θεάματος. Utraque lectio optima cum sit, utro quis modo legerit, peccaturum non puto.

(26) Antiqui tres mss. ἐξελθοῦσα ἔκλεισε.

(27) Codex quidam Combef. Κύριος, καὶ ζῇ ἡ ψυχή μου, *et vivit anima mea*. Ibidem editi Κύριος ἔφη. Illud, ἔφη, abest a nostris codicibus.

(28) Colb. primus ξενίας ἀπήλαυε.

Digitized by Google

τὸ δηλητήριον. Καὶ ἁπαξαπλῶς εὕροις ἂν τὴν νη- A στείαν πάντας τοὺς ἁγίους εἰς τὴν κατὰ Θεὸν πολιτείαν χειραγωγήσασαν. Ἔστι τις φύσις σώματος, ἣν καλοῦσιν *ἀμίαντον*, ἀνάλωτος πυρὶ, ἥτις, ἐν μὲν τῇ φλογὶ κειμένη, ἀπηνθρακῶσθαι δοκεῖ, ἐξαιρεθεῖσα δὲ τοῦ πυρὸς, ὡς ὕδατι λαμπρυνθεῖσα, καθαρωτέρα γίνεται. Τοιαῦτα ἦν τὰ τῶν τριῶν παίδων ἐκείνων σώματα ἐπὶ τῆς Βαβυλωνίας ἐκ τῆς νηστείας ἔχοντα τὸ ἀμίαντον (29). Ἐν γὰρ τῇ μεγάλῃ φλογὶ τῆς καμίνου, οἱονεὶ χρυσοῖ τὴν φύσιν ὄντες, οὕτω κρείττους τῆς ἀπὸ τοῦ πυρὸς διεδείκνυντο βλάβης. Ἦπου καὶ χρυσοῦ δυνατώτεροι διεδείκνυντο· οὐ γὰρ ἐχώνευεν αὐτοὺς τὸ πῦρ, ἀλλ' ἐφύλασσεν ἀκεραίους. Καίτοι οὐδὲν ἂν ἐκείνην τότε τὴν φλόγα ὑπέστη, ἣν νάφθα καὶ πίσσα καὶ κληματίδες ἔτρεφον, ὡς ἐπὶ τεσσαρακονταεννέα πήχεις (30) αὐτὴν B διαχεῖσθαι, καὶ τὰ κύκλῳ αὐτῆς ἐπινεμομένην πολλοὺς τῶν Χαλδαίων ἐξαναλῶσαι. Ἐκείνην τοίνυν τὴν πυρκαϊὰν μετὰ νηστείας εἰσελθόντες κατεπάτουν οἱ παῖδες, λεπτὸν ἀέρα καὶ ἔνδροσον ἐν οὕτω λάβρῳ πυρὶ ἀναπνέοντες. Οὐδὲ γὰρ τῶν τριχῶν τὸ πῦρ κατετόλμησε, διὰ τὸ ὑπὸ νηστείας αὐτὰς ἐκτραφῆναι.

fuisset jejunatoris prece dissipatum venenum [21]. Atque, ut semel omnia dicam, reperies quotquot fuere sancti, omnes per jejunium ad vitam Deo dignam institutos fuisse. Ea est natura corporis cujusdam, quod *amiantον* vocant, ut igni consumi non possit. Id si in flamma ponatur, videtur quidem ignescere, et in prunam verti: sed si eximatur igni, perinde quasi fuisset aqua illustratum, evadit purius. Hujusmodi erant trium illorum puerorum corpora in Babylone, naturam amianti per jejunium habentia [22]. Siquidem in vehementi fornacis flamma, quasi natura fuissent aurei, ita apparuerunt noxa ignis ac injuria superiores. Quin et auro ostensi sunt fortiores: neque enim ipsos conflabat ignis, sed integros illibatosque tuebatur. Atqui nihil est quod illam tum flammam sustinere potuisset, quam naphthe, pix, et **6** sarmenta sic alebant, ut ad quadraginta novem cubitos diffusa esset, atque circumjacentia depascens, plurimos Chaldæos absumpserit. Hoc igitur tantum incendium pueri cum jejunio ingressi conculcarunt, liquidum ac roscidum aerem in igne tam vehementi respirantes. Neque enim ignis vel pilos illorum ausus est attingere, eo quod a jejunio essent aliti [23].

7. Δανιὴλ δὲ ὁ ἀνὴρ τῶν ἐπιθυμιῶν, ὁ τρεῖς ἑβδομάδας ἄρτον μὴ φαγὼν, καὶ ὕδωρ μὴ πιὼν (31), καὶ τοὺς λέοντας νηστεύειν ἐδίδαξε, κατελθὼν εἰς τὸν λάκκον (32). Ὥσπερ γὰρ ἐκ λίθου ἢ χαλκοῦ, ἢ ἄλλης στερρότερας τινὸς ὕλης συμπεπηγότι, ἐμβαλεῖν οὐκ εἶχον τοὺς ὀδόντας οἱ λέοντες. Οὕτως οἱονεὶ C βαφῇ σιδήρου τὸ σῶμα τοῦ ἀνδρὸς ἡ νηστεία στομώσασα, ἀδάμαστον (33) ἐποίει τοῖς λέουσιν· οὐ γὰρ ἤνοιγον κατὰ τοῦ ἁγίου τὸ στόμα. Νηστεία ἔσβεσε δύναμιν πυρὸς, ἔφραξε στόματα λεόντων. Νηστεία προσευχὴν εἰς οὐρανὸν ἀναπέμπει, οἱονεὶ πτερὸν αὐτῇ γινομένη πρὸς τὴν ἄνω πορείαν. Νηστεία οἴκων αὔξησις, ὑγείας μήτηρ, νεότητος παιδαγωγὸς, κόσμος πρεσβύταις, ἀγαθὴ συνέμπορος ὁδοιπόροις, ἀσφαλὴς ὁμόσκηνος τοῖς συνοίκοις. Οὐχ ὑποπτεύει γάμων ἐπιβουλὴν ὁ ἀνὴρ, νηστείαις ὁρῶν (34) τὴν γυναῖκα συζῶσαν. Οὐ τήκεται ζηλοτυπίαις γυνὴ, τὸν ἄνδρα βλέπουσα νηστείαν καταδεχόμενον. Τίς τὸν ἑαυτοῦ οἶκον ἠλάττωσεν ἐν νηστείᾳ; Ἀρίθμησον

7. Porro Daniel vir desideriorum, cum tres hebdomadas panem non edisset, nec bibisset aquam [24], demissus in lacum etiam leones jejunare docuit [25]. Neque enim leones dentes in illum impingere valuerunt, perinde quasi e lapide, aut ære, aut alia quapiam rigidiore materia concretus fuisset. Adeo jejunium velut quædam ferri tinctura firmarat viri illius corpus, ac leonibus insuperabile reddiderat; neque enim os aperuerunt adversus sanctum. Jejunium restinxit vim ignis, obturavit ora leonum. Jejunium precationem transmittit in cœlum, dum ipsi est alarum loco ad supernum iter conficiendum. Jejunium domorum incrementum est, sanitatis mater, juventutis pædagogus, ornamentum senibus, bonus comes viatoribus, tutus contubernalis conjugatis. Nullas maritus suspicatur conjugio strui insidias, conspiciens uxori familiare jejunium. Non contabescit uxor zelotypia, cernens maritum amplecti jejunium. Quis rem familiarem diminuit

[21] IV Reg. IV, 39-41. [22] Dan. I, 8-16. [23] Dan. III 24-50. [24] Dan. X, 2. [25] Dan. VI, 16-22.

(29) Reg. secundus ἔχοντα τὸ αἰδέσιμον. Aliquanto post Reg. primus πυρὸς ἐδείκνυτο.

(30) Codex Oliv. ἐπὶ ἐννέα καὶ τεσσαράκοντα πήχεις.

(31) Et in impressis libris et in duobus Oliv. et in nostris quinque codicibus constanter legitur, καὶ ὕδωρ μὴ πιών, *et aquam non bibens*. Quem locum interpretans Erasmus, vidensque Basilii verba cum verbis Danielis non concordare, interpretis neglecto munere, pro Basilianis verba prophetæ ita expressit: *nec vinum bibisset*: qua in re, ut alibi sæpe, nimium sibi indulsit vir alioquin eruditissimus. Ait quidem Ducæus, fieri potuisse, ut Basilius rationem habuerit puerorum captivorum quotidiani victus, de quibus scriptum est Danielis I, 12: *Dentur nobis legumina ad vescendum, et aqua ad bibendum*; sed vir doctissimus nihil Basilium juvat. Non enim ipsum ab errore vindicat, sed errorem cum errore commutat. Satis enim intelligitur ex his quæ protuli Danielis verbis, Danielem et alios pueros captivos aquam bibisse. Ergo si Basilius respexit ad puerorum captivorum quotidianum victum, quomodo ita scribere potuit, Δανιὴλ ὕδωρ μὴ πιών, *Daniel aquam non bibens*? Dicam igitur libentius, et, ut puto, verius, Basilium respexisse ad versiculum secundum capitis decimi Danielis: sed ipsum, quod aliquando contingit vel summis viris, memoria lapsum fuisse, atque pro οἶνον incaute ὕδωρ scripsisse.

(32) Reg. secundus ἐν τῷ λάκκῳ, male.

(33) Codex Combef. ἀδάμαστον αὐτόν.

(34) Veteres quinque libri præter Oliv. et Anglic. νηστείαις ὁσῶν. Editi νηστείᾳ.

Digitized by Google

in jejunio? Recense hodie domus supellectilem, ac postea denuo numera : nihil deerit ob jejunium in rebus domesticis. Nullum animal deplorat mortem, nusquam sanguis, nusquam sententia ab inexorabili ventre adversus animantia prolata. Cessat machæra coquorum, mensa contenta est sponte nascentibus. Sabbatum Judæis erat traditum, ut requiescat, inquit [16], jumentum tuum et servus tuus. Sit jejunium famulis requies a perpetuis laboribus, qui tibi per totum annum inserviunt. Dato respirationem et moram coquo tuo, sine vacare structorem mensarum; siste pocillatoris manum; sit aliquando respiratio variorum bellariorum ac cupediarum architecto. Conquiescat tandem ipsa domus ab infinitis tumultibus, a fumo, a nidore, ab his qui sursum deorsum cursitant, ac ventri velut imperiosæ dominæ ministrant. Prorsus etiam tributorum exactores sibi obnoxiis pusillum concedunt libertatis. Det aliquantum vacationis et venter ori, paciscatur nobiscum quinque dierum inducias, qui semper alioqui flagitat, nec unquam desinit, dum quod accepit hodie, cras obliviscitur. Cum fuerit expletus, tum de abstinentia philosophatur; ubi detumuit, dogmatum illorum obliviscitur.

6. Νῦν δὲ οἱ μὲν τὴν νηστείαν ἀποπεμπόμενοι, τὴν τρυφὴν δὲ ὡς μακαριότητα βίου μεταδιώκοντες, τόν τε πολὺν ἐκεῖνον τῶν κακῶν ἐσμὸν ἐπεισήγαγον, καὶ τὰ ἑαυτῶν προσδιαφθείρουσι σώματα. Παρατήρησόν μοι τῶν προσώπων τὴν διαφοράν, τῶν τε σήμερόν σοι κατὰ τὴν ἑσπέραν φανησομένων καὶ τῶν αὔριον. Σήμερον οἰδοῦντα, ὑπέρυθρα, ἱδρῶτι λεπτῷ νοτιζόμενα, ὀφθαλμοὶ δίυγροι, προπετεῖς, τὸ ἀκριβὲς τῆς αἰσθήσεως ἐκ τῆς ἔνδοθεν ἀχλύος ἀφῃρημένοι· αὔριον δὲ κατεσταλμένα, σεμνά, τὴν ἐκ τῆς φύσεως χρόαν ἀπολαβόντα (89), συννοίας γέμοντα καὶ πάσης αἰ- B σθήσεως ἀκριβοῦς, οὐδεμιᾶς ἔνδοθεν αἰτίας ταῖς φυσικαῖς ἐνεργείαις ἐπισκοτούσης. Νηστεία ἡ τῶν ἀγγέλων ὁμοίωσις, ἡ τῶν δικαίων ὁμόσκηνος, ὁ τοῦ βίου σωφρονισμός. Αὕτη νομοθέτην ἐποίησε τὸν Μωϋσῆν· νηστείᾳ ἐστὶ καρπὸς Σαμουήλ. Νηστεύουσα προσηύξατο τῷ Θεῷ Ἄννα· *Ἀδωναὶ Κύριε, Ἐλωΐ* (90) *Σαβαὼθ, ἐὰν ἐπιβλέπων ἐπιβλέψῃς ἐπὶ τὴν δούλην σου, καὶ δῷς μοι σπέρμα ἀνδρὸς, δώσω αὐτὸν ἐνώπιόν σου δοτόν. Οἶνον καὶ σίκερα οὐ μὴ πίοι* (91), *ἕως ἡμέρας θανάτου αὐτοῦ.* Αὕτη τὸν μέγαν Σαμψὼν ἐτιθηνήσατο, καὶ ἕως ὅτε συμπαρῆν τῷ ἀνδρὶ, *κατὰ χιλίους* ἔπιπτον οἱ πολέμιοι, καὶ πύλαι (92) πόλεων ἀνεσπῶντο, καὶ λέοντες τῶν χειρῶν τὴν ἰσχὺν οὐχ ὑφίσταντο. Ὅτε δὲ μέθη αὐτὸν καὶ *πορνεία παρέλαβον*, ἀλώσιμος ἦν τοῖς ἐχθροῖς, καὶ C τῶν ὀφθαλμῶν στερηθεὶς, παίγνιον προέκειτο τοῖς παιδαρίοις τῶν ἀλλοφύλων. Νηστεύσας (93) Ἠλίας ἀπέκλεισε τὸν οὐρανὸν *τρία* ἔτη καὶ μῆνας ἕξ. Ἐπειδὴ γὰρ εἶδε πολλὴν ἐκ τοῦ κόρου τικτομένην τὴν ὕβριν, ἀναγκαίως αὐτοῖς τὴν ἀκούσιον ἐκ τοῦ λιμοῦ νηστείαν ἐπήγαγε· δι' ἧς πρὸς τὸ ἄμετρον ἤδη χεομένην αὐτῶν τὴν ἁμαρτίαν ἔστησεν, οἷον καυτῆρί τινι ἢ τομῇ τῇ νηστείᾳ τὴν εἰς τὸ πλέον πρόοδον τοῦ κακοῦ διακόψας.

6. Nunc vero qui ut jejunium rejiciunt, ita delicias tanquam in his sita sit vitæ felicitas, expetunt, non tantum infinitum illud vitiorum examen induxerunt, verum et sua ipsorum corpora corrumpunt. Observa mihi vultuum discrimen, tum eorum qui hodie sub vesperam conspicientur, tum eorum qui cras apparebunt. Hodie tument, rubore suffusi, sudore tenui rorantes, oculi humentes, procaces, atque ob internam caliginem exacta cernendi facultate privati : crastino vero die videbis eosdem vultus compositos, graves, colore naturali recepto, toto habitu præsentem animum præ se ferentes, omnibus sensibus integris, utpote quorum naturalibus actionibus nulla intus causa tenebras offundit. Jejunium similitudo est hominum cum angelis, justorum contubernalis, vitæ moderatio. Per jejunium Moyses factus est legislator : jejunii fructus est Samuel. Jejunans Anna Deum deprecata est : *Adonai Domine, Eloi Sabaoth, si respiciens respexeris ad ancillam tuam, dederisque mihi semen viri, dabo illud in conspectu tuo donum* [63]. *Vinum et siceram non bibet, usque ad diem obitus sui* [64]. Jejunium magnum illum Sampsonem educavit, idque quandiu viro affuit, cadebant hostes mille, urbium portæ evellebantur, leones robur manuum illius non sustinebant [65]. At simul atque ebrietas ac scortatio apprehendit hominem, facile in manus hostium incidit, atque exoculatus pro ludo expositus est pueris alienigenarum. Elias cum jejunasset clausit cœlum tres annos ac menses sex [66]. Etenim cum videret multam nasci e satietate petulantiam, accedente fame illos invitos coegit jejunare ; eoque peccata illorum jam in immensum excurrentia cohibuit, dum jejunio velut ustione aut sectione quadam, majorem mali progressum interrupit.

7. Δέξασθε αὐτὴν, οἱ πένητες, τὴν σύνοικον ὑμῶν καὶ ὁμοτράπεζον. Οἱ δοῦλοι, τὴν ἀνάπαυσιν τῶν συνεχῶν τῆς ὑπηρεσίας καμάτων. Οἱ πλούσιοι, τὴν ἰατρεύουσαν ὑμᾶς τῆς ἐκ τοῦ κόρου βλάβης, καὶ τῇ μεταβολῇ τερπνότερα ποιοῦσαν τὰ ὑπὸ τῆς συνηθείας κατα- D ψρονούμενα. Οἱ ἄῤῥωστοι, τὴν τῆς ὑγείας μητέρα. Οἱ εὐεκτοῦντες, τὸ τῆς εὐεξίας ὑμῶν φυλακτήριον. Ἐρώτησον τοὺς ἰατροὺς, καὶ ἀναγγελοῦσί σοι, ὅτι σφαλερώτατόν ἐστι πάντων ἡ ἐπ' ἄκρον εὐεξία. Διόπερ διὰ νηστείας ὑφαιροῦσι τὸ πλεονάζον οἱ ἐμπειρότατοι, ὡς μὴ τῷ βάρει τῆς πολυσαρκίας ὑποκλασθῆναι τὴν δύναμιν. Ἐξεπίτηδες γὰρ διὰ τῆς ἐνδείας

7. Excipite hoc, pauperes, contubernale vobis, ac mensæ socium. Excipite, servi, uti relaxationem a perpetuis servitii laboribus. Excipite, divites, quod noxæ a luxu vobis illatæ medeatur, quodque vicissitudine et novitate vobis jucundiora reddat ea quæ nunc ob assuetudinem fastidiuntur. Excipite, male valentes, sanitatis matrem. Qui bona estis habitudine, excipite bonæ vestræ habitudinis custodem. Interroga medicos, ac dicent tibi nihil esse periculosius habitudine corporis extreme bona. Quapropter qui peritissimi sunt artis, per jejunium detrahunt redundantia, ne vis naturæ pondere

[63] I Reg. I, 11. [64] Judic. XIII, 14. [65] Judic. XV, 16 ; XVI, 3 ; XIV, 6. [66] III Reg. XVII, 1.

(88) Regii duo codices ἐκώλυεν ἐν γαλήνῃ βαθείᾳ. Haud longe editi τὴν ζωὴν καὶ ἡμᾶς. Vocula καί in nostris mss. non invenitur.

(89) Unus codex Regius χρόαν ἀναλαβόντα.

(90) Editi et mss. habent Ἐλωΐ. At apud LXX legitur Ἐλωέ. Mox editi δώσω αὐτό. Antiqui sex libri αὐτόν. Colb. tertius δώσω σοι αὐτόν.

(91) Reg. primus σίκερα οὐ πίεται. Alii duo mss. οὐ μὴ πίῃ.

(92) In Colb. tertio legitur πύλαι πόλεως. Mox idem codex πορνεία παρέλαβεν.

(93) Unus codex Reg. νηστεύων.

Digitized by Google

corpulentiæ fracta succumbat. Nam quod nimium est, per inediam ac famem consulto detrahentes, capacitatem quandam, ac alteram nutricationem, alteriusque incrementi principium facultati nutrienti præstant. Adeo omni instituto omnique corporis habitudini jejunii congruit utilitas, ac pariter omnia condecorat, domos, fora, noctes, dies, civitates, deserta. Cum igitur tot modis sua commoda nobis impertiatur, hilariter illud, juxta Domini præceptum [66], excipiamus, non tristes sicut hypocritæ, sed mentis hilaritatem absque fuco præ nobis ferentes. Quanquam non arbitror tanto mihi labore opus esse, ut vos ad jejunium exhorter, quanto ut dehorter ne quis hodie in vitium ebrietatis incidat. Nam jejunium quidem plerique, partim ob consuetudinem, partim ob pudorem inter ipsos mutuum, suscipiunt. Verum ab ebrietate metuo, quam vinolenti, non aliter quam paternam hæreditatem, mordicus tenent. Quemadmodum enim qui longinquam profectionem adornant, ita nonnulli vecordes hodie adversus quinque dierum jejunium vino indulgent. Quis est usque adeo vesanus, ut priusquam bibere incipiat, ebriorum more deliret? An ignoras quod venter non servat depositum? Venter est pessima fide in conventis. Penum incustoditum, in quod cum multa reposueris, noxam quidem retinet, at non servat deposita. Vide ne tibi quoque, si cras post ebrietatem veneris, dicantur ea quæ modo lecta sunt : *Non istud jejunium elegi, dicit Dominns* [67]. Quid misces ea quæ misceri non possunt? Quod consortium temulentiæ cum jejunio? quæ societas vinolentiæ cum abstinentia? *Quis consensus templo Dei cum idolis* [68]? Templum enim Dei sunt, in quibus habitat Spiritus Dei [69] : contra, templum idolorum sunt, qui fœdam impudicitiæ colluviem per ebrietatem admittunt. Hodiernus dies vestibulum est jejunii. Neque vero qui in vestibulis profanatur, dignus est qui ad sancta introeat. Nullus famulus cupiens herum suum placare, hostem illius patronum ac reconciliatorem adhibet. Ebrietas inimicitia est in Deum; jejunium, pœnitentiæ initium. Itaque si cupis per confessionem reverti ad Deum, fugito temulentiam, ne magis te a Deo alienet. Attamen ad hoc, ut laudem promereatur jejunium, non est per se satis abstinere a cibis, sed jejunium jejunemus acceptabile, Deo gratum. Verum jejunium est, a vitiis alienum esse, continentia linguæ, iræ cohibitio, concupiscentiarum amputatio, obtrectationis, mendacii, perjurii. Ab his abstinere, verum est jejunium. In his igitur situm est bonum ac laudabile jejunium.

8. Cæterum delectemur in Domino, in medita-

καθελόντες την ἀμετρίαν, εὐρυχωρίαν τινὰ, καὶ ἀνατροφὴν, καὶ ἀρχὴν δευτέρας αὐξήσεως τῇ θρεπτικῇ δυνάμει παρασκευάζουσιν. Οὕτω παντὶ ἐπιτηδεύματι καὶ πάσῃ σώματος ἕξει τὸ παρ' αὐτῆς ὠφέλιμον ἁπανταχοῦ, καὶ πᾶσιν ὁμοίως ἐπιπρέπει, τοῖς οἴκοις, ταῖς ἀγοραῖς, ταῖς νυξὶ, ταῖς ἡμέραις, ταῖς πόλεσι, ταῖς ἐρημίαις. Τὴν τοίνυν διὰ τοσούτων ἡμῖν τὸ παρ' ἑαυτῆς καλὸν χαριζομένην φαιδρῶς ὑποδεξώμεθα, κατὰ τὸν τοῦ Κυρίου λόγον, μὴ κατασκυθρωπάζοντες ὡς οἱ ὑποκριταὶ, ἀλλὰ τὸ ἱλαρὸν τῆς ψυχῆς ἀνεπιτηδεύτως διαδεικνύντες. Καὶ οὐ τοσούτου μοι δεῖν ἀγῶνος ἡγοῦμαι τὴν περὶ νηστείας παράκλησιν, ὅσου τὸ μὴ σήμερόν τινα τοῖς κακοῖς τῆς μέθης περιπεσεῖν. Τὴν μὲν γὰρ νηστείαν καὶ διὰ τὴν συνήθειαν καὶ διὰ τὴν πρὸς ἀλλήλους αἰδὼ οἱ πολλοὶ καταδέχονται· φοβοῦμαι δὲ τὴν μέθην, ἣν, ὥσπερ τινὰ κλῆρον πατρῷον, οἱ φίλοινοι διασώζουσιν. Ὡς γὰρ οἱ πρὸς τὰς μακρὰς ἀποδημίας ἀπαίροντες, οὕτω τινὲς τῶν ἀνοήτων σήμερον πρὸς τὰς πέντε τῶν νηστειῶν ἡμέρας οἰνίζονται. Τίς οὕτως ἀνόητος, ὥστε, πρὶν ἄρξασθαι πίνειν, τὰ τῶν μεθυόντων παραφρονεῖν; Οὐκ οἶδας, ὅτι γαστὴρ παρακαταθήκην οὐ διασώζει; Γαστὴρ συναλλακτὴς ἐστιν ἀπιστότατος· ταμιεῖον ἀφύλακτον, πολλῶν ἐναποτεθέντων, τὴν μὲν βλάβην παρακατέχουσα, τὰ μέντοι παρατεθέντα (94) οὐ διασώζουσα. Ὅρα καὶ μή σοι αὔριον ἀπὸ μέθης ἐλθόντι τὰ νῦν ἀναγνωσθέντα λεχθῇ· *Οὐ ταύτην τὴν νηστείαν ἐξελεξάμην, λέγει Κύριος.* Τί μιγνύεις τὰ ἄμικτα; Τίς μετοχὴ νηστείας πρὸς μέθην; τίς κοινωνία τῇ οἰνοφλυγίᾳ (95) πρὸς τὴν ἐγκράτειαν; *Τίς συγκατάθεσις ναῷ Θεοῦ μετὰ εἰδώλων;* Ναὸς μὲν γὰρ Θεοῦ εἰσιν ἐν οἷς τὸ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ ἐνοικεῖ, ναὸς δὲ εἰδώλων οἱ διὰ τῆς μέθης τὸν συρφετὸν τῆς ἀκολασίας ὑποδεχόμενοι. Ἡ (96) σήμερον ἡμέρα προπύλαιόν ἐστι τῶν νηστειῶν. Οὐ δήπου δὲ ὁ ἐν τοῖς προθύροις βεβηλωθεὶς ἄξιός ἐστιν εἰσελθεῖν εἰς τὰ ἅγια. Οὐδεὶς οἰκέτης, ἐξευμενίσασθαι θέλων τὸν ἑαυτοῦ δεσπότην, τῷ ἐχθρῷ αὐτοῦ προστάτῃ καὶ διαλλακτῇ κέχρηται. Μέθη ἔχθρα ἐστὶν εἰς Θεόν· νηστεία δὲ ἀρχὴ μετανοίας. Εἰ οὖν βούλει διὰ τῆς ἐξομολογήσεως ἐπανελθεῖν πρὸς τὸν Θεὸν, φεῦγε τὴν μέθην, μή σοι χαλεπωτέραν κατασκευάσῃ τὴν ἀλλοτρίωσιν. Οὐ μέντοι ἐξαρκεῖ καθ' ἑαυτὴν ἡ ἀποχὴ τῶν βρωμάτων πρὸς τὴν ἐπαινετὴν νηστείαν, ἀλλὰ νηστεύσωμεν νηστείαν δεκτὴν, εὐάρεστον τῷ Θεῷ (97). Ἀληθὴς νηστεία ἡ τοῦ κακοῦ ἀλλοτρίωσις, ἐγκράτεια γλώσσης, θυμοῦ ἐποχὴ (98), ἐπιθυμιῶν χωρισμὸς, καταλαλιᾶς, ψεύδους, ἐπιορκίας. Ἡ τούτων ἔνδεια νηστεία ἐστὶν ἀληθής. Ἐν τούτοις μὲν οὖν ἡ νηστεία καλόν.

8. Κατατρυφήσωμεν δὲ τοῦ Κυρίου, ἐν τῇ μελέτῃ

[66] Matth. VI, 16, 17. [67] Isa. LVIII, 5. [68] II Cor. VI, 16. [69] I Cor. III, 16.

(94) Antiqui duo libri Regii τὰ μέντοι παραδοθέντα. Statim Reg. primus ἐγὼ ἐξελεξάμην.

(95) Unus codex Colb. τῆς οἰνοφλυγίας.

(96) Aliquanto ante ostendimus hanc orationem habitam esse die Dominica. Nunc ex illis, *hodiernus dies vestibulum est jejunii; nec certe qui*, etc., plane constat eamdem prima Dominica Quadragesimæ habitam esse.

(97) In Regio primo scriptum invenimus εὐάρεστον τῷ Κυρίῳ.

(98) Colbertini duo θυμοῦ ἀποχή.

Digitized by Google

τῶν λογίων τοῦ Πνεύματος, καὶ ἐν τῇ ἀναλήψει τῶν σωτηρίων νομίμων, καὶ ἐν πᾶσι τοῖς διορθωτικοῖς τῶν ψυχῶν ἡμῶν δόγμασιν. Ἀπὸ μέντοι τῆς ἐν τῷ κρυπτῷ νηστείας φυλαξώμεθα, περὶ ἧς καὶ ὁ (99) προφήτης ἀπεύχεται λέγων· *Οὐ λιμοκτονήσει Κύριος ψυχὰς δικαίων*· καὶ τό· *Οὐκ εἶδον δίκαιον ἐγκαταλελειμμένον, οὐδὲ τὸ σπέρμα αὐτοῦ ζητοῦν ἄρτους*. Οὐ γὰρ ἂν περὶ αἰσθητῶν ἄρτων εἶπεν ὁ εἰδὼς τοὺς παῖδας τοῦ πατριάρχου ἡμῶν (1) Ἰακὼβ ἄρτων ἕνεκεν καταβάντας εἰς Αἴγυπτον, ἀλλὰ περὶ τῆς πνευματικῆς λέγει τροφῆς, καθ' ἣν ὁ ἔσω ἡμῶν ἄνθρωπος τελειοῦται. Μὴ ἔλθῃ καὶ ἐφ' ἡμᾶς (2) ἡ τοῖς Ἰουδαίοις ἀπειληθεῖσα νηστεία· *Ἰδοὺ γὰρ ἡμέραι ἔρχονται, λέγει Κύριος, καὶ ἐπάξω ἐπὶ τὴν γῆν ταύτην λιμόν, οὐ λιμὸν ἄρτου, οὐδὲ δίψαν ὕδατος, ἀλλὰ λιμὸν τοῦ ἀκοῦσαι λόγον Κυρίου*· ὃν διὰ τοῦτο ἐπήγαγεν ὁ δίκαιος κριτής, ἐπειδὴ ἑώρα αὐτῶν τὸν μὲν νοῦν ἐν τῇ ἀτροφίᾳ τῶν τῆς ἀληθείας δογμάτων (3) λιμαγχονούμενον, ὑπερπιαινόμενον δὲ αὐτῶν καὶ κατασαρκούμενον τὸν ἔξω ἄνθρωπον. Πάσας τοίνυν τὰς ἐφεξῆς ἡμέρας ἑστιάσει ὑμᾶς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἑωθιναῖς τε καὶ ἑσπεριναῖς εὐφροσύναις. Μηδεὶς ἑκουσίως ἀπολιμπανέσθω (4) τῆς πνευματικῆς εὐωχίας. Πάντες μετάσχωμεν τοῦ νηφαλίου κρατῆρος, ὃν ἡ σοφία, κεράσασα, προέθηκεν ἡμῖν ἐξίσου, καθ' ὅσον ἐστὶ χωρητικὸς ἕκαστος ἀπαρύεσθαι. *Ἐκέρασε γὰρ τὸν ἑαυτῆς κρατῆρα, καὶ ἔσφαξε τὰ ἑαυτῆς θύματα*· τουτέστι, τὴν τῶν τελείων τροφήν, *Τῶν διὰ τὴν ἕξιν τὰ αἰσθητήρια γεγυμνασμένα ἐχόντων πρὸς διάκρισιν καλοῦ τε καὶ κακοῦ*. Ὧν δαψιλῶς ἐμφορηθέντες, εὑρεθείημεν ἄξιοι καὶ τῆς ἐν τῷ νυμφῶνι εὐφροσύνης ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν (5).

A tione eloquiorum Spiritus, inque suscipiendis salutaribus institutis, denique in cunctis dogmatibus, quibus emendantur animi nostri. Rursus ab interno mentis jejunio caveamus, quod et propheta deprecatur, his verbis : *Non occidet Dominus fame animas justorum* [70]. Ac rursus : *Non vidi justum derelictum, nec semen ejus quærens panem* [71]. Nec enim loquitur de panibus sensibilibus, qui noverat filios patriarchæ nostri Jacob panum causa descendisse in Ægyptum, sed de spirituali loquitur alimonia, qua interior **16** noster homo perficitur. Ne veniat etiam in nos jejunium quod Deus comminatur Judæis : *Ecce enim dies veniunt, dicit Dominus, et inducam in terram hanc famem, non famem panis, neque sitim aquæ, sed famem audiendi verbum Domini* [72] : quam ideo immisit justus judex, quod perspiceret eorum mentem verorum dogmatum inedia, fame necari; contra vero, externum eorum hominem supra modum pinguescere et obesum fieri. Per omnes igitur hosce sequentes dies convivio excipiet vos Spiritus sanctus, matutinis simul et vespertinis epulis. Nemo sua sponte seipsum fraudet hoc epulo spirituali. Omnes participes simus sobrii calicis, quem ipsa Sapientia temperavit, ac nobis apposuit ex æquo, ut quantum quisque capax est hauriat. *Miscuit enim craterem suum, occidit hostias suas* [73]; hoc est, perfectorum cibum, *Qui propter assuetudinem sensus exercitatos habent ad discretionem boni et mali* [74]. Quibus affatim expleti, reperiamur et illo digni gaudio, quod exhibebitur in sponsi thalamo, in Christo Jesu Domino nostro, cui gloria et imperium in sæcula. Amen.

B

C

D

ΟΜΙΛΙΑ ΕΙΣ ΤΟ,

Πρόσεχε σεαυτῷ (6).

1. Τοῦ λόγου τὴν χρῆσιν δέδωκεν ἡμῖν ὁ κτίσας ἡμᾶς Θεὸς, ἵνα τὰς βουλὰς τῶν καρδιῶν ἀλλήλοις ἀποκαλύπτωμεν, καὶ διὰ τὸ κοινωνικὸν τῆς φύσεως ἕκαστος τῷ πλησίον μεταδιδῶμεν, ὥσπερ ἔκ τινων ταμιείων, τῶν τῆς καρδίας κρυπτῶν, προφέροντες τὰ βουλεύματα. Εἰ μὲν γὰρ γυμνῇ τῇ ψυχῇ διεζῶμεν, εὐθὺς ἂν ἀπὸ τῶν νοημάτων ἀλλήλοις συνεγινόμεθα· ἐπειδὴ δὲ ὑπὸ παραπετάσματι τῇ σαρκὶ καλυπτομένη ἡμῶν ἡ ψυχὴ τὰς ἐννοίας ἐργάζεται, ῥημάτων δεῖται καὶ ὀνομάτων πρὸς τὸ δημοσιεύειν τὰ ἐν τῷ βάθει κείμενα. Ἐπειδὰν οὖν ποτε λάβηται φωνῆς σημαντικῆς ἡ ἔννοια ἡμῶν (7), ὥσπερ πορθμείῳ τινὶ τῷ λόγῳ

HOMILIA IN ILLUD,

Attende tibi ipsi [75].

1. Qui nos condidit Deus, ideo impertivit nobis sermonis usum, ut alter alteri cordis consilia aperiamus, eaque unusquisque propter naturæ societatem communicemus cum proximo, ex abditis cordis recessibus, velut ex cellis quibusdam penariis, depromentes. Etenim si constaremus anima nuda, statim certe cogitationum ope inter nos congrederemur : quia vero anima nostra carnis tegumento operta, cogitationes producit, verbis opus habet et nominibus, ut ea quæ in reconditiore mentis secessu delitescunt, proferat in apertum. Mens igitur nostra simul ut vocem quidpiam si-

[70] Prov. x, 3. [71] Psal. xxxvi, 25. [72] Amos viii, 11. [73] Prov. ix, 2. [74] Hebr. v, 14. [75] Deut. xv, 9.

(99) Antiqui tres libri περὶ ἧς καὶ ὁ. Aberat vocula καί a vulgatis. Mox Reg. primus Κύριος ψυχήν.

(1) Veteres quinque libri πατριάρχου ἡμῶν. Ultima vox in impressis libris deerat.

(2) Colbertini primus et tertius μὴ ἔλθοι καὶ ἐφ' ὑμᾶς.

(3) Sic Regii primus et tertius. Alii mss. et editi διδαγμάτων.

(4) Antiqui duo libri Colbertini ἑκουσίως ἀπολειπέσθω.

(5) Colb. primus τὸ κράτος σὺν τῷ Πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι νῦν καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

(6) In Reg. primo ita scriptum invenimus : Οὗτος ὁ λόγος ἀναγινώσκεται τῇ β' τῆς τυρινῆς. *Hic sermo legitur die secunda ejus hebdomadis, qua lacticiniis vesci licet.*

(7) Colb. tertius ἡ ἐπίνοια ἡμῶν.

Digitized by Google

gnificantem apprehendit, sermone velut cymba quadam vehitur, et aerem transvolans, a loquente transit ad audientem. Quodsi nacta fuerit altam tranquillitatem ac quietem, tum sermo veluti portum quemdam placidum ac tranquillum, discipulorum aures subit; sin autem excitatus ab auditoribus tumultus, quasi aspera quædam tempestas contra aspirarit, medio in aere dissolutus naufragium facit. Date igitur quietem sermoni per silentium. In eo enim fortasse videbitur aliquid utile, nec indignum quod hinc vobiscum exportetis. Difficilis captu est veritatis sermo, ac facile potest effugere non attentos. Ita enim voluit Spiritus sanctus sermonem suum contractum esse ac brevem, ut paucis multa significet, nulloque negotio ob brevitatem valeat facile memoria retineri. Nam et naturale sermonis munus est, neque obscuritate **17** ea quæ significantur occultare, neque supervacaneum esse et vanum, ac temere rebus circumfluum. Certe ejusmodi sunt ea verba, quæ modo nobis ex Moysis libris recitata sunt, quorum omnino recordamini, vos qui studiosi estis, nisi forte ob suam brevitatem vestras præterfluxerint aures. Ita autem se habet sententia: *Attende tibi ipsi, ne quando fiat verbum occultum in corde tuo iniquitas.* Sumus nos homines ad peccata cogitationum proclives. Quapropter qui corda nostra singillatim finxit [76], haud nescius in voluntatis appetitione compleri maximam peccatorum partem, puritatem in principali animæ parte sitam, ceu principem ac primariam nobis constituit. Nam maxime qua parte facile prolabimur in peccata, hanc custodia ac cura majore dignatus est. Quemadmodum enim medici providentiores imbecilliora corpora monitis quibusdam ad cautionem adhibitis multo ante communiunt: eumdem ad modum communis curator, et verus animarum medicus, quam partem ad peccatum pronam in nobis maxime novit, eam validioribus præsidiis præmunivit. Etenim corporeæ actiones tempore indigent, opportunitate, labore, adjutoribus, denique reliquo commeatu. E diverso, animi motus citra temporis moram fiunt, perficiuntur citra lassitudinem, citra negotium ullum consistunt, idoneum ipsis est tempus omne. Et sane nonnunquam invenitur qui arrogans sit, superbiatque de gravitate et castitate, quique extrinsecus præ se ferens temperantiæ larvam, ac plerumque inter eos qui ipsum ob virtutem beatum prædicant, desidens medius, mox tamen cogitatione per occultum cordis motum ad peccati locum accurrat. Videt animo concupita, comminiscitur congressum quempiam indecorum, ac denique in abdita cordis officina, claram in seipso voluptatis speciem depingens, nullis testibus intra se peccatum perpetrat, omni-

A ἐποχουμένη, διαπερῶσα τὸν ἀέρα, ἐκ τοῦ φθεγγομένου μεταβαίνει πρὸς τὸν ἀκούοντα· κἂν μὲν εὕρῃ γαλήνην βαθεῖαν καὶ ἡσυχίαν, ὥσπερ λιμέσιν εὐδίοις καὶ ἀχειμάστοις ταῖς ἀκοαῖς τῶν μανθανόντων ὁ λόγος ἐγκαθορμίζεται· ἐὰν δὲ οἷον ζάλη τις τραχεῖα ὁ παρὰ τῶν ἀκουόντων θόρυβος ἀντιπνεύσῃ, ἐν μέσῳ τῷ ἀέρι διαλυθεὶς ἐναυάγησε. Ποιήσατε τοίνυν γαλήνην τῷ λόγῳ διὰ τῆς σιωπῆς. Ἴσως γὰρ ἄν τι φανείη χρήσιμον ἔχων τῶν ἀγωγίμων. Δυσθήρατός ἐστιν ὁ τῆς ἀληθείας λόγος, ῥᾳδίως δυνάμενος ἐκφεύγειν (8) τοὺς μὴ προσέχοντας, οὕτω τοῦ Πνεύματος οἰκονομήσαντος συνεσταλμένον αὐτὸν εἶναι καὶ βραχύν, ὥστε πολλὰ ἐν ὀλίγοις δηλοῦν, καὶ διὰ συντομίαν εὔκολον εἶναι τῇ μνήμῃ παρακατασχέσθαι (9). Καὶ γὰρ φύσει ἀρετὴ λόγου μήτε ἀσαφείᾳ κρύπτειν τὰ σημαινόμενα, μήτε B περιττὸν εἶναι καὶ μάταιον εἰκῇ τοῖς πράγμασι περιῤῥέοντα. Ὁποῖος οὖν δή ἐστι καὶ ὁ ἀρτίως ἡμῖν ἐκ τῶν Μωϋσέως βίβλων ἀνεγνωσμένος λόγος, οὗ μέμνησθε πάντως οἵ γε φιλόπονοι, πλὴν εἰ μή που διὰ βραχύτητα παρέδραμεν ὑμῶν τὰς ἀκοάς. Ἔχει δὲ ἡ λέξις οὕτως· *Πρόσεχε σεαυτῷ, μή ποτε γέγηται ῥῆμα κρυπτὸν ἐν τῇ καρδίᾳ σου ἀνόμημα.* Εὔκολοί ἐσμεν πρὸς τὰς κατὰ διάνοιαν ἁμαρτίας οἱ ἄνθρωποι. Διόπερ ὁ πλάσας καταμόνας τὰς καρδίας ἡμῶν, εἰδὼς, ὅτι τὸ πλεῖστον τῆς ἁμαρτίας ἐν τῇ ὁρμῇ πληροῦται τῇ κατὰ πρόθεσιν, τὴν ἐν τῷ ἡγεμονικῷ καθαρότητα πρώτην ἡμῖν διετάξατο. Ὃ γὰρ μάλιστα προχείρως ἐξαμαρτάνομεν, τοῦτο πλείονος φυλακῆς καὶ ἐπιμελείας ἠξίωσεν. Ὥσπερ γὰρ τῶν σωμάτων C τὰ ἀσθενέστερα οἱ προμηθέστεροι τῶν ἰατρῶν ταῖς προφυλακτικαῖς ὑποθήκαις πόῤῥωθεν ἀσφαλίζονται· οὕτως ὁ κοινὸς κηδεμὼν, καὶ ἀληθινὸς τῶν ψυχῶν ἰατρὸς, ὃ μάλιστα ἡμῶν οἶδε (10) πρὸς ἁμαρτίαν ὀλισθηρότερον, τοῦτο ἰσχυροτέραις προκατελάβετο φυλακαῖς. Αἱ μὲν γὰρ διὰ τοῦ σώματος πράξεις καὶ χρόνου δέονται, καὶ εὐκαιρίας, καὶ καμάτων, καὶ συνεργῶν, καὶ τῆς λοιπῆς χορηγίας· αἱ δὲ τῆς διανοίας κινήσεις ἀχρόνως ἐνεργοῦνται, ἀκόπως ἐπιτελοῦνται, ἀπραγματεύτως συνίστανται, πάντα καιρὸν ἐπιτήδειον ἔχουσι. Καί πού τις τῶν σοβαρῶν καὶ κατωφρυωμένων ἐπὶ σεμνότητι, πλάσμα σωφροσύνης ἔξωθεν περικείμενος, ἐν μέσοις καθεζόμενος πολλάκις τοῖς ἐπ' ἀρετῇ αὐτὸν μακαρίζουσιν, ἀπέδραμε τῇ διανοίᾳ πρὸς τὸν τῆς ἁμαρτίας τόπον ἐν τῷ ἀφανεῖ D τῆς καρδίας κινήματι. Εἶδε τῇ φαντασίᾳ τὰ σπουδαζόμενα, ἀνετυπώσατό τινα ὁμιλίαν οὐκ εὐπρεπῆ, καὶ ὅλως ἐν τῷ κρυφαίῳ τῆς καρδίας ἐργαστηρίῳ, ἐναργῆ ἐν ἑαυτῷ τὴν ἡδονὴν ζωγραφήσας, ἁμάρτυρον ἔσω τὴν ἁμαρτίαν εἰργάσατο, ἄγνωστον πᾶσιν, ἕως ἂν ἔλθῃ ὁ ἀποκαλύπτων τὰ κρυπτὰ τοῦ σκότους, καὶ φανερῶν τὰς βουλὰς τῶν καρδιῶν. *Φύλαξαι οὖν, μή ποτε γέγηται ῥῆμα κρυπτὸν ἐν τῇ καρδίᾳ σου ἀνόμημα. Ὁ γὰρ ἐμβλέψας γυναικὶ πρὸς τὸ ἐπιθυμῆσαι, ἤδη ἐμοίχευσεν ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ.*

[76] Psal. xxxiv, 11.

(8) In aliquibus codicibus Combefisianis legitur δυνάμενος ἐκφυγεῖν. Nec ita multo post tres mss. ὥστε πλεῖστα ἐν.

(9) Codices Compendiani παρακατασχέσθαι. Nostri et editi προσκατέχεσθαι.

(10) Antiqui duo libri ἡμῶν εἶδε.

Digitized by Google

διότι αἱ μὲν τοῦ σώματος πράξεις ὑπὸ πολλῶν διακόπτονται, ὁ δὲ κατὰ πρόθεσιν ἁμαρτάνων, τῷ τάχει τῶν νοημάτων συναπαρτιζομένην ἔχει τὴν ἁμαρτίαν. Ὅπου οὖν ὀξὺ τὸ παράπτωμα, ταχεῖα δέδοται ἡμῖν ἡ φυλακή. Διαμαρτύρεται γάρ, *Μήποτε γένηται ῥῆμα κρυπτὸν ἐν τῇ καρδίᾳ σου ἀνόμημα.* Μᾶλλον δὲ ἐπ' αὐτὴν τοῦ λόγου τὴν ἀρχὴν ἀναδράμωμεν.

A bus ignotum, donec veniat qui revelabit occulta tenebrarum, et manifestabit consilia cordium [76]. *Cave* igitur *ne quando verbum occultum in corde tuo fiat delictum. Quisquis enim aspexit mulierem ad concupiscendum eam, jam adulterium commisit in corde suo* [77]. Nam corporis actiones a multis intercipiuntur : qui vero peccat voluntate, statim celeri cogitationum motu peccatum explevit. Ubi igitur lapsus est repentinus, ibi repentina cavendi facultas fuit nobis tradita. Obtestatur enim, *Ne quando verbum occultum in corde tuo fiat delictum.* Jam potius ad ipsum sermonis recurramus exordium.

2. *Πρόσεχε*, φησὶ, *σεαυτῷ*. Τῶν ζώων ἕκαστον παρὰ τοῦ τὰ πάντα συστησαμένου Θεοῦ οἰκοθεν ἔχει τὰς ἀφορμὰς πρὸς τὴν φυλακὴν τῆς οἰκείας συστάσεως. Καὶ εὕροις ἄν, εἰ καταμάθοις ἐπιμελῶς, τῶν ἀλόγων τὰ πλεῖστα ἀδίδακτον ἔχοντα τὴν πρὸς τὸ βλάπτον B διαβολὴν· καὶ φυσικῇ τινι πάλιν ὁλκῇ πρὸς τὴν τῶν ὠφελούντων ἀπόλαυσιν ἐπειγόμενα. Διὸ καὶ ἡμῖν ὁ παιδεύων ἡμᾶς Θεὸς τὸ μέγα τοῦτο παράγγελμα δέδωκεν, ἵνα, ὅπερ ἐκείνοις ἐκ φύσεως, τοῦτο ἡμῖν ἐκ τῆς τοῦ λόγου βοηθείας προσγένηται· καὶ ὅπερ κατορθοῦται τοῖς ἀλόγοις ἀνεπιστάτως, τοῦτο παρ' ἡμῶν ἐπιτελῆται διὰ τῆς προσοχῆς καὶ τῆς συνεχοῦς τῶν λογισμῶν (11) ἐπιστάσεως· καὶ φύλακες ὦμεν ἀκριβεῖς τῶν παρὰ Θεοῦ δεδομένων ἡμῖν ἀφορμῶν· φεύγοντες μὲν τὴν ἁμαρτίαν, ὥσπερ τὰ ἄλογα φεύγει τῶν βρωμάτων τὰ δηλητήρια· διώκοντες δὲ τὴν δικαιοσύνην, ὥσπερ κἀκεῖνα μεταδιώκει (12) τῆς πόας τὸ τρόφιμον. *Πρόσεχε* οὖν *σεαυτῷ*, ἵνα δυνατὸς ᾖς διακρίνειν τὸ βλάπτον ἀπὸ τοῦ σώζοντος. Ἐπειδὴ δὲ διπλοῦν τὸ προσέχειν· τὸ μὲν, σωματικοῖς ὀφθαλμοῖς C ἐνατενίζειν τοῖς ὁρατοῖς· τὸ δὲ, τῇ νοερᾷ τῆς ψυχῆς δυνάμει ἐπιβάλλειν τῇ θεωρίᾳ τῶν ἀσωμάτων· ἐὰν μὲν ἐπὶ τῆς τῶν ὀφθαλμῶν ἐνεργείας κεῖσθαι εἴπωμεν τὸ παράγγελμα, εὐθὺς αὐτοῦ τὸ ἀδύνατον ἀπελέγξομεν. Πῶς γὰρ ἄν τις ὅλον ἑαυτὸν τῷ ὀφθαλμῷ καταλάβοι; Οὐδὲ γὰρ αὐτὸς ἐφ' ἑαυτὸν ὁ ὀφθαλμὸς κέχρηται τῷ ὁρᾶν (13)· οὐ κορυφῆς ἐφικνεῖται, οὐ τὰ νῶτα οἶδεν, οὐ πρόσωπα, οὐ τὴν ἐν τῷ βάθει τῶν σπλάγχνων διάθεσιν. Ἀσεβὲς οὖν τὸ λέγειν ἀδύνατα εἶναι τὰ τοῦ Πνεύματος παραγγέλματα (14). Λείπεται τοίνυν ἐπὶ τῆς κατὰ νοῦν ἐνεργείας τοῦ προστάγματος ἐξακούειν. *Πρόσεχε* οὖν *σεαυτῷ*· τουτέστι, Πανταχόθεν σεαυτὸν περισκόπει. Ἀκοίμητον ἔχε πρὸς τὴν σεαυτοῦ φυλακὴν τὸ τῆς ψυχῆς ὄμμα. *Ἐν μέσῳ παγίδων διαβαίνεις.* Κεκρυμμένοι βρόχοι παρὰ τοῦ D ἐχθροῦ πολλαχόθεν καταπεπήγασι. Πάντα οὖν περισκόπει, *Ἵνα σώζῃ ὥσπερ δορκὰς ἐκ βρόχων, καὶ ὥσπερ ὄρνεον ἐκ παγίδος.* Ἡ μὲν γὰρ δορκὰς ἀνάλωτός ἐστι τοῖς βρόχοις δι' ὀξύτητα τῆς ὁράσεως· ὅθεν καὶ ἐπώνυμός ἐστι τῆς οἰκείας ὀξυδορκίας· τὸ δὲ ὄρνεον κούφῳ τῷ πτερῷ ὑψηλότερον τῆς ἐπιβουλῆς

2. *Attende*, inquit, *tibi ipsi*. Animal quodvis ad se tuendum ab omnium conditore Deo habet intus impetum quemdam. Invenias itidem, si modo animum diligenter attenderis, maximam brutorum animalium partem, nullo magistro, noxia vitare aversarique : contra vero, naturali quadam propensione ad sua commoda capienda incitari. Quapropter et qui nos erudit Deus, magnum hoc nobis præceptum dedit, ut quod illa a natura accepere, idipsum accedat nobis rationis ope; et quod fit a brutis inconsiderate, hoc a nobis perficiatur ex animi attentione et assidua mentis consideratione : item, ut datos nobis a Deo impetus diligenter custodiamus, fugientes peccatum perinde atque bruta animalia venenatum pabulum fugiunt; sectantes vero justitiam, velut illa herbas edules consectantur. *Attende* igitur *tibi ipsi*, ut possis **18** noxium a salubri discernere. Quoniam autem duplex est attentio : altera, cum considerantur oculis corporeis visibilia; altera, cum speculamur incorporea intelligente animi facultate; si dixerimus quidem hoc præceptum in oculorum actione esse situm, statim id fieri non posse deprehendemus. Qui enim fieri potest, ut quis seipsum totum oculo complectatur? Neque enim oculus ipse ad seipsum videndum adhibet suos obtutus; non pertingit ad verticem, terga non novit, non vultus, non internam viscerum dispositionem. Denique impium fuerit dicere præcepta Spiritus sancti perfici non posse. Superest igitur ut illud præceptum de mentis actione accipiamus. *Attende* igitur *tibi ipsi :* hoc est, Teipsum omni ex parte conspice. Habeto oculum animæ insomnem ad tui ipsius custodiam. *In medio laqueorum transis* [78]. Latent laquei multis in locis ab hoste defixi. Circumspice igitur et lustra omnia, *Ut serveris tanquam damula e laqueis, et tanquam avis e reti* [79]. Caprea enim præ visus claritate capi laqueis non potest; inde est etiam quod id nominis acceperit a proprio visus acumine; avis vero, si modo sibi attendat, levi penna sursum erecta, redditur altior quam ut incidat in aucupum insidias.

[76] I Cor. IV, 5. [77] Matth. V, 28. [78] Eccli. IX, 20. [79] Prov. VI, 5.

(11) Editi et Reg. tertius τῶν λόγων. Alii mss. τῶν λογισμῶν. Ibidem in Reg. primo pro ἐπιστάσεως legitur ἐπιτάσεως.

(12) Editi διώκει. At mss. plerique omnes μεταδιώκει.

(13) Unus codex Reg. et editi τὸ ὁρᾶν. Alii non pauci τῷ ὁρᾶν. Statim unus codex Camb. νῶτα εἶδε : quæ scriptura viro doctissimo magis placet; nec diffitebor eam mihi quoque magis placere. Quoniam tamen alii mss. vulgatam lectionem præferunt, nihil mutandum censuimus.

(14) Reg. primus τὰ τοῦ Σωτῆρος παραγγέλματα, *præcepta Salvatoris*. Ibidem editi λείπεται οὖν. Multi libri veteres λείπεται τοίνυν.

Digitized by Google

Cave igitur, ne brutis animantibus deterior videare ad teipsum custodiendum, nequando laqueis irretitus, præda efficiaris diaboli, ab eo captus et ad illius voluntatem adductus [80].

3. *Attende* itaque *tibi ipsi :* hoc est, Non tuis, neque his quæ circum te sunt, sed tibi ipsi soli attende. Aliud enim sumus nos ipsi, aliud nostra, aliud quæ circum nos sunt. Nos quidem anima sumus et mens, quatenus ad imaginem Conditoris sumus facti ; nostrum vero corpus est, et qui per ipsum sunt sensus ; circum nos autem pecuniæ, artes et reliqua vitæ suppellex. Quid igitur ait Scriptura ? Ne carni attende, nec ullo modo prosequare illius bona, sanitatem, pulchritudinem, voluptatum usum, longam vitam ; nec pecunias aut gloriam, aut potentiam admirare ; nec alia quæcunque temporalis tuæ vitæ munera explent, magna aut eximia tanti duxeris, ut horum studio primariam tuam vitam negligas, sed *attende tibi ipsi ;* hoc est, animæ tuæ. Exorna illam, et ejus curam gere, ut sordes omnes ex nequitia ipsi accedentes, submoveantur per animi attentionem, omnisque vitiorum turpitudo expurgetur, ac contra condecoretur illustreturque omni virtutis ornatu. Perscrutare te ipse, quis sis ; fac noscas tuam ipsius naturam, nimirum corpus quidem mortale esse, animam vero immortalem : item, duplicem esse vitam nostram, alteram carnis propriam, cito transeuntem ; alteram animæ cognatam, limites nullos admittentem. *Attende* ergo *tibi ipsi*, neque iis quæ peritura sunt, ac si æterna essent, adhæseris, neque æterna quasi fluxa asperneris. Carnem despicito, quippe quæ transeat ; curam habeas animæ rei **19** immortalis. Omni diligentia tibi ipsi intende, ut quod utrique profuturum sit, noveris dispertiri, carni quidem alimoniam et tegumenta : animæ vero pietatis dogmata, institutionem urbanam, virtutis exercitationem, vitiorum emendationem. Neque vero plus æquo pinguefacias corpus, neque sis sollicitus de copia carnium. Quoniam enim *Caro concupiscit adversus spiritum, spiritus autem adversus carnem, et hæc sibi invicem adversantur* [81], cave nequando addictus carni, multas vires tribuas deteriori. Nam quemadmodum in staterarum momentis unam lancem si degravabis, necesse est omnino ut oppositam reddas leviorem : ita etiam in corpore et animo, dum unum redundat, alterum necessario imminuitur. Fruente enim corpore habitudine bona, atque obesitate aggravato, consequens est ut mens ad peculiares sibi actiones infirma sit ac debilis ; contra, animo se bene habente

[80] II Tim. II, 26. [81] Galat. v, 17.

τῶν ἀγρευόντων, ὅταν προσέχῃ, γίνεται. Ὅρα οὖν μὴ χείρων φανῇς τῶν ἀλόγων πρὸς τὴν σεαυτοῦ φυλακήν· μήποτε, ταῖς παγίσιν ἁλοὺς, θήραμα γένῃ τοῦ διαβόλου, ἐζωγρημένος ὑπ' αὐτοῦ εἰς τὸ ἐκείνου θέλημα.

3. *Πρόσεχε* οὖν *σεαυτῷ*· τουτέστι, Μήτε τοῖς σοῖς μήτε τοῖς περὶ σὲ, ἀλλὰ σεαυτῷ μόνῳ πρόσεχε. Ἄλλο γάρ ἐσμεν ἡμεῖς αὐτοὶ, καὶ ἄλλο τὰ ἡμέτερα, καὶ ἄλλο τὰ περὶ ἡμᾶς. Ἡμεῖς μὲν οὖν ἐσμεν ἡ ψυχὴ καὶ ὁ νοῦς, καθὸ κατ' εἰκόνα τοῦ κτίσαντος γεγενήμεθα· ἡμέτερον δὲ τὸ σῶμα καὶ αἱ δι' αὐτοῦ (15) αἰσθήσεις· περὶ ἡμᾶς δὲ, χρήματα, τέχναι καὶ ἡ λοιπὴ τοῦ βίου κατασκευή. Τί οὖν φησιν ὁ λόγος ; Μὴ τῇ σαρκὶ πρόσεχε, μηδὲ τὸ ταύτης ἀγαθὸν ἐκ παντὸς τρόπου δίωκε· ὑγείαν καὶ κάλλος καὶ ἡδονῶν (16) ἀπολαύσεις, καὶ μακροβίωτιν· μηδὲ χρήματα καὶ δόξαν, καὶ δυναστείαν θαύμαζε· μηδὲ ὅσα σοι (17) τῆς προσκαίρου ζωῆς τὴν ὑπηρεσίαν πληροῖ, ταῦτα μεγάλα νομίσας, τῇ περὶ ταῦτα σπουδῇ τῆς προηγουμένης σεαυτοῦ ζωῆς καταμέλει· ἀλλὰ *πρόσεχε σεαυτῷ*· τουτέστι, τῇ ψυχῇ σου. Ταύτην κατακόσμει, καὶ ταύτης ἐπιμελοῦ, ὥστε πάντα μὲν τὸν ἐκ τῆς πονηρίας ἐπιγινόμενον αὐτῇ ῥύπον ἀποικονομεῖσθαι διὰ τῆς προσοχῆς, πᾶν δὲ τὸ ἀπὸ κακίας αἶσχος ἀποκαθαίρεσθαι, παντὶ δὲ τῷ ἐξ ἀρετῆς κάλλει κατακοσμεῖν αὐτὴν καὶ φαιδρύνειν. Ἐξέτασον σεαυτὸν τίς εἶ, γνῶθι σαυτοῦ τὴν φύσιν· ὅτι θνητὸν μέν σου τὸ σῶμα, ἀθάνατος δὲ ἡ ψυχή· καὶ ὅτι διπλῆ τίς ἐστιν ἡμῶν ἡ ζωή· ἡ μὲν οἰκεία τῇ σαρκὶ, ταχὺ παρερχομένη· ἡ δὲ συγγενὴς τῇ ψυχῇ, μὴ δεχομένη περιγραφήν. *Πρόσεχε* οὖν *σεαυτῷ*, μήτε τοῖς θνητοῖς ὡς ἀϊδίοις ἐναπομείνῃς, μήτε τῶν ἀϊδίων ὡς παρερχομένων καταφρονήσῃς. Ὑπερόρα σαρκὸς, παρέρχεται γάρ· ἐπιμελοῦ ψυχῆς, πράγματος ἀθανάτου. Ἐπίστηθι μετὰ πάσης ἀκριβείας σεαυτῷ, ἵνα εἰδῇς διανέμειν ἑκατέρῳ τὸ πρόσφορον, σαρκὶ μὲν διατροφὰς καὶ σκεπάσματα, ψυχῇ δὲ δόγματα εὐσεβείας, ἀγωγὴν ἀστείαν, ἀρετῆς ἄσκησιν, παθῶν ἐπανόρθωσιν· μήτε ὑπερπιαίνειν τὸ σῶμα, μήτε περὶ τὸν ὄχλον τῶν σαρκῶν ἐσπουδακέναι. Ἐπειδὴ γὰρ *Ἐπιθυμεῖ ἡ σὰρξ κατὰ τοῦ πνεύματος, τὸ δὲ πνεῦμα κατὰ τῆς σαρκὸς, ταῦτα δὲ ἀλλήλοις ἀντίκειται* (18), ὅρα μή ποτε, προσθέμενος τῇ σαρκὶ, πολλὴν παράσχῃ τὴν δυναστείαν τῷ χείρονι. Ὥσπερ γὰρ ἐν ταῖς ῥοπαῖς τῶν ζυγῶν, ἐὰν μίαν καταβαρύνῃς πλάστιγγα, κουφοτέραν πάντως τὴν ἀντικειμένην ποιήσεις· οὕτω καὶ ἐπὶ σώματος καὶ ψυχῆς, ὁ τοῦ ἑτέρου πλεονασμὸς ἀναγκαίαν ποιεῖ τὴν (19) ἐλάττωσιν τοῦ ἑτέρου. Σώματος μὲν γὰρ εὐπαθοῦντος καὶ πολυσαρκίᾳ βαρυνομένου, ἀνάγκη ἀδρανῆ καὶ ἄτονον εἶναι πρὸς τὰς οἰκείας ἐνεργείας τὸν νοῦν· ψυχῆς δὲ εὐεκτούσης καὶ διὰ τῆς τῶν ἀγαθῶν μελέτης πρὸς τὸ οἰκεῖον μέγεθος

(15) Reg. primus αἱ διὰ τούτου.
(16) Unus codex ἡδονῶν ἀπόλαυσιν.
(17) Antiqui duo libri ὅσα σου. Alii mss. et editi ὅσα σοι. Nec ita multo post editi et Reg. tertius νομίσας, καὶ τῇ. Sed voculam καί delevimus, fidem trium librorum veterum secuti.
(18) In Colb. tertio pro ἀντίκειται legitur ἀντίκεινται. Mox quatuor mss. παράσχῃ. Editi παράσχῃς.
(19) Antiqui tres libri ποιεῖται τήν.

Digitized by Google

ὑφουμένης, ἐπόμενόν ἐστι τὴν τοῦ σώματος ἕξιν καταμαραίνεσθαι.

4. Τὸ αὐτὸ δὲ τοῦτο παράγγελμα καὶ ἀσθενοῦσι χρήσιμον, καὶ ἐῤῥωμένοις ἁρμοδιώτατον. Ἐν μέν γε ταῖς ἀσθενείαις οἱ ἰατροὶ τοῖς κάμνουσι παρεγγυῶσι προσέχειν αὐτοὺς ἑαυτοῖς, καὶ μηδενὸς τῶν εἰς θεραπείαν ἡκόντων καταμελεῖν. Ὁμοίως δὲ καὶ ὁ ἰατρὸς τῶν ψυχῶν ἡμῶν λόγος (20) τὴν ὑπὸ τῆς ἁμαρτίας κεκακωμένην ψυχὴν διὰ τοῦ μικροῦ τούτου βοηθήματος ἐξιᾶται. *Πρόσεχε* οὖν *σεαυτῷ*, ἵνα κατὰ ἀναλογίαν τοῦ πλημμελήματος καὶ τὴν ἐκ τῆς θεραπείας βοήθειαν καταδέξῃ (21). Μέγα καὶ χαλεπὸν τὸ ἁμάρτημα· πολλῆς σοι χρεία τῆς ἐξομολογήσεως, δακρύων πικρῶν, συντόνου τῆς ἀγρυπνίας, ἀδιαλείπτου τῆς νηστείας. Κοῦφον καὶ φορητὸν τὸ παράπτωμα· ἐξισαζέσθω καὶ ἡ μετάνοια. Μόνον πρόσεχε σεαυτῷ, ἵνα γνωρίζῃς ψυχῆς εὐρωστίαν καὶ νόσον. Πολλοὶ γὰρ ἀπὸ τῆς (22) ἄγαν ἀπροσεξίας μεγάλα καὶ ἀνίατα νοσοῦντες, οὐδὲ αὐτὸ τοῦτο ἴσασιν, ὅτι νοσοῦσι. Μέγα δὲ τὸ ἐκ τοῦ παραγγέλματος ὄφελος καὶ τοῖς ἐῤῥωμένοις περὶ τὰς πράξεις· ὥστε τὸ αὐτὸ (23) καὶ νοσοῦντας ἰᾶται, καὶ ὑγιαίνοντας τελειοῖ. Ἕκαστος γὰρ ἡμῶν τῶν μαθητευομένων τῷ λόγῳ μιᾶς τινος πράξεώς ἐστιν ὑπηρέτης, τῶν κατὰ τὸ Εὐαγγέλιον διατεταγμένων ἡμῖν. Ἐν γὰρ τῇ μεγάλῃ οἰκίᾳ τῇ Ἐκκλησίᾳ ταύτῃ οὐ μόνον σκεύη ἐστὶ παντοδαπὰ, χρυσᾶ καὶ ἀργυρᾶ, καὶ ξύλινα (24) καὶ ὀστράκινα, ἀλλὰ καὶ τέχναι παντοῖαι. Ἔχει γὰρ ὁ οἶκος τοῦ Θεοῦ, ἥτις ἐστὶν Ἐκκλησία Θεοῦ ζῶντος, θηρευτὰς, ὁδοιπόρους, ἀρχιτέκτονας, οἰκοδόμους, γεωργοὺς, ποιμένας, ἀθλητὰς, στρατιώτας. Πᾶσι τούτοις ἐφαρμόσει τὸ βραχὺ τοῦτο ῥῆμα, ἑκάστῳ (25) καὶ ἀκρίβειαν τοῦ ἔργου καὶ σπουδὴν τῆς προαιρέσεως ἐμποιοῦν. Θηρευτὴς εἶ ἀπεσταλμένος ὑπὸ τοῦ Κυρίου τοῦ εἰπόντος· *Ἰδοὺ ἐγὼ ἀποστέλλω πολλοὺς θηρευτὰς, καὶ θηρεύσουσιν αὐτοὺς ἐπάνω παντὸς ὄρους.* Πρόσεχε οὖν ἐπιμελῶς, μή πού σε διαφύγῃ τὸ θήραμα, ἵνα, συλλαβόμενος τῷ λόγῳ τῆς ἀληθείας, τοὺς ὑπὸ τῆς κακίας ἀγριωθέντας προσαγάγῃς τῷ σώζοντι. Ὁδοιπόρος εἶ ὁμοίως τῷ (26) εὐχομένῳ· *Τὰ διαβήματά μου κατεύθυνον.* Πρόσεχε σεαυτῷ, μὴ παρατραπῇς τῆς ὁδοῦ, μὴ ἐκκλίνῃς δεξιᾷ ἢ ἀριστερᾷ· ὁδῷ βασιλικῇ πορεύου. Ὁ ἀρχιτέκτων ἀσφαλῶς τὸν θεμέλιον καταβαλλέσθω (27) τῆς πίστεως, ὅς ἐστιν Ἰησοῦς ὁ Χριστός. Ὁ οἰκοδόμος βλεπέτω πῶς ἐποικοδομεῖ· μὴ ξύλα, μὴ χόρτον, μὴ καλάμην, ἀλλὰ χρυσίον, ἀργύριον, λίθους τιμίους. Ὁ ποιμὴν, πρόσεχε μή τι παρέλθῃ τῶν ἐπιβαλ-

A et bonorum meditatione ad propriam magnitudinem evecto, sequitur bonam corporis habitudinem contabescere et elanguere.

4. Porro hoc idem præceptum cum infirmis conducit, tum maxime congruit bene valentibus. Et in morbis quidem medici adhortantur ægrotos, ut sibi ipsi attendant, nihilque eorum quæ ad medelam pertinent negligant. Eumdem ad modum sermo etiam, animarum nostrarum medicus, animam a peccato male affectam exiguo hoc remedio persanat. *Attende* igitur *tibi ipsi*, ut pro delicti ratione recipias etiam subsidium curationis. Magnum est peccatum et grave, multa tibi opus est confessione, lacrymis amaris, intentis vigiliis, jugi jejunio. Leve est et tolerabile delictum : huic quoque B exæquetur pœnitentia. Tantummodo attende tibi ipsi, ut sanitatem animi ac morbum agnoscas. Sunt enim plerique, qui præ nimia animi inconsiderantia ægrotare se ne norunt quidem, quanquam gravibus morbis et insanabilibus laborant. Sed et bene valentibus in agendo non parum prodest illud mandatum : quare hoc idem et ægros sanat, et sanis conciliat sanitatem perfectiorem. Nam quisque nostrum qui inter verbi discipulos recensemur, sumus administri unius alicujus eorum munerum, quæ nobis, juxta Evangelium, præscripta sunt. Enimvero in magna domo Ecclesia hac non modo vasa sunt cujuscunque generis, aurea et argentea, lignea et testacea [82], sed sunt etiam artes omnigenæ. Habet enim domus Dei, quæ est Ecclesia Dei viventis [83], venatores, viatores, architectos, ædificatores, agricolas, pastores, athletas, milites. Conveniet brevis hæc C dictio his omnibus, impertiens singulis tum operis integritatem, tum voluntatis studium. Venator es missus a Domino dicente : *Ecce ego mitto multos venatores, et venabuntur eos super omnem montem* [84]. Attende igitur diligenter, ne forte effugiat te præda, ut eos qui vitiis efferati sunt, sermone veritatis captos adducas Servatori. Viator es non secus ac ille **20** qui sic precabatur : *Gressus meos dirige* [85], attende tibi ipsi ne deflectas a via, ne declines ad dextram aut sinistram, via regia incede. Jaciat architectus firmum fidei fundamentum, quod est Jesus Christus. Videat ædificator, quo pacto ædificet : non lignum, non fenum, non stipulam, sed D aurum, argentum, lapides pretiosos [86]. Pastor es? attende ne te quidquam eorum quæ ad munus pastorale attinent, prætereat. Hæc autem quid sibi

[82] II Tim. II, 20. [83] I Tim. III, 15. [84] Jerem. XVI, 16. [85] Psal. CXVIII, 133. [86] I Cor. III, 11, 12.

(20) Codices permulti ἡμῶν λόγος. Editi ὁ λόγος.

(21) Reg. primus βοήθειαν καταδέχῃ. Statim idem codex χαλεπὸν τὸ παράπτωμα. Nec ita multo post idem ms. φορητὸν τὸ ἁμάρτημα.

(22) Antiqui duo libri Πολλοὶ γὰρ ὑπὸ τῆς.

(23) Sic mss. At editi ὥστε αὐτὸ τοῦτο.

(24) Editi et Reg. tertius ἀργυρᾶ, ἀλλὰ καὶ ξύλινα. Alii tres mss. ἀργυρᾶ καὶ ξύλινα. Ibidem editi ὀστράκινα, ἀλλὰ καί, etc. Sed vox ἀλλά hoc loco in Reg. tertio deest.

(25) Veteres aliquot libri ἑκάστου. Ibidem Reg. primus et Colb. primus κατὰ ἀκρίβειαν, male. Nec ita multo post duo mss. παρὰ τοῦ Κυρίου.

(26) Editi et Colb. tertius ὅμοιος τῷ, *similis ei qui*, etc. At Regii primus et tertius ὁμοίως τῷ, *perinde atque is qui*, etc., rectius. Hoc ipso in loco Colb. primus προσευχομένῳ.

(27) Veteres duo libri καταβαλέτω. Codex Combef. καταβαλλέτω.

Digitized by Google

volunt? Fac reducas errabundum pecus, obliga contritum, ægrum sana. Agricola si fueris, ficum infructuosam circumfodito, et ea quæ fecunditatem juvant appone [87]. Tu qui miles [88] es, *collabora Evangelio* [89] : milita bonam militiam [90] contra spiritus nequitiæ [91], adversus libidines carnis, assume omnem armaturam Dei [92] : ne impliceris vitæ negotiis [93], ut ei qui te in militiam delegit, placeas. Athleta es? attende tibi ipsi, ne quam legem athleticam transgrediaris. Coronatur enim nemo, nisi legitime certaverit [94]. Imitare Paulum et currentem, et luctantem, et pugnis certantem [95] : tu itidem, velut bonus pugil, animi oculum omnino intentum habe. Partes præcipuas obtegito objectu manuum; intentis in adversarium oculis esto. Extende te in cursibus ad anteriora [96]. Sic curre, ut comprehendas [97]. Oppone te invisibilibus adversariis in luctatione. Esse te ejusmodi, quoad vives, hæc sententia vult, non concidentem animo, neque dormientem, sed sobrie et vigilanter tibi ipsi præsidentem.

5. Deficiet me dies, si narrare pergam tum studia eorum qui Evangelio Christi operam dant, tum vim præcepti, videlicet quam conveniat omnibus. Attende tibi ipsi; sobrius esto, utere consiliis, præsentium custos, futuri provisor. Quod jam præsens est, præ segnitie ne amitte, neque eorum, quæ non sunt, nec forte futura sunt, quasi jam in manibus sint, tibi promitte possessionem. Nonne hic morbus natura insitus est adolescentibus, ut ob mentis levitatem habere se jam putent sperata? Nam si quando otium nacti fuerint, aut quietem nocturnam, imagines quasdam rerum non subsistentium sibi ipsi animo fingunt, et præ mentis instabilitate feruntur in omnia, pollicentes sibi splendorem vitæ, nuptias illustres, numerosam ac faustam sobolem, longævam senectutem, deferendos ab omnibus honores. Deinde cum nulla in re possint spes suas sistere, ad ea quæ inter homines maxima sunt, nimio animi tumore rapiuntur. Domos pulchras comparant et amplas, quas pretiosa ac omnigena supellectile replent; tantum adjiciunt terræ in circuitu, quantum vana eorum cogitatione a toto terrarum orbe rescissum est. Rursus provenientes illinc reditus in vanitatis horreis includunt. His addunt pecora, innumeram servorum turmam, magistratus civiles, principatus gentium, imperia militaria, bella, trophæa denique regnum

A λόντων τῇ ποιμαντικῇ. Ταῦτα δέ εἰσι (28) ποῖα; Τὸ πεπλανημένον ἐπίστρεφε, τὸ συντετριμμένον ἐπίδησον, τὸ νοσοῦν ἴασαι. Ὁ γεωργὸς, περίσκαπτε τὴν ἄκαρπον συκῆν, καὶ ἐπίβαλλε τὰ πρὸς βοήθειαν τῆς καρποφορίας. Ὁ στρατιώτης, *συγκακοπάθησον τῷ Εὐαγγελίῳ* (29), στρατεύου τὴν καλὴν στρατείαν κατὰ τῶν πνευμάτων τῆς πονηρίας, κατὰ τῶν παθῶν τῆς σαρκὸς, ἀνάλαβε πᾶσαν τὴν πανοπλίαν τοῦ Θεοῦ· μὴ ἐμπλέκου ταῖς τοῦ βίου πραγματείαις, ἵνα τῷ στρατολογήσαντι ἀρέσῃς. Ὁ ἀθλητὴς, πρόσεχε σεαυτῷ, μή πού τινα παραβῇς τῶν ἀθλητικῶν νόμων. Οὐδεὶς γὰρ στεφανοῦται, ἐὰν μὴ νομίμως ἀθλήσῃ. Μιμοῦ τὸν Παῦλον, καὶ τρέχοντα, καὶ παλαίοντα, καὶ πυκτεύοντα· καὶ αὐτὸς, ὡς ἀγαθὸς πύκτης, ἀμετεώριστον ἔχε τὸ τῆς ψυχῆς βλέμμα (30). Σκέπε τὰ B καίρια τῇ προβολῇ τῶν χειρῶν· ἀτενὲς τὸ ὄμμα πρὸς τὸν ἀντίπαλον ἔστω. Ἐν τοῖς δρόμοις τοῖς ἔμπροσθεν ἐπεκτείνου. Οὕτω τρέχε, ἵνα καταλάβῃς. Ἐν τῇ πάλῃ τοῖς ἀοράτοις ἀνταγωνίζου. Τοιοῦτόν σε εἶναι διὰ βίου ὁ λόγος βούλεται, μὴ ἀναπεπτωκότα, μηδὲ καθεύδοντα, ἀλλὰ νηφόντως καὶ ἐγρηγορότως ἑαυτοῦ (31) προεστῶτα.

5. Ἐπιλείψει με ἡ ἡμέρα διηγούμενον τά τε ἐπιτηδεύματα τῶν συνεργούντων εἰς τὸ Εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ, καὶ τὴν δύναμιν τοῦ προστάγματος, ὅπως εὐαρμόστως ἔχει (32) πρὸς ἅπαντας. Πρόσεχε σεαυτῷ· νηφάλιος ἔσο, βουλευτικὸς, τῶν παρόντων φύλαξ, προνοητικὸς τοῦ μέλλοντος. Μὴ τὸ μὲν ἤδη παρὸν διὰ ῥᾳθυμίας προΐεσο, τῶν δὲ μήτε ὄντων μήτε ἐσομένων τυχὸν, ὡς ἐν χερσὶν ὄντων, τὴν ἀπόλαυσιν C ὑποτίθεσο. Ἢ οὐχὶ φύσει ὑπάρχει τὸ ἀῤῥώστημα τοῦτο τοῖς νέοις, κουφότητι γνώμης ἔχειν ἤδη νομίζειν τὰ ἐλπισθέντα; Ὅταν γάρ ποτε ἠρεμίας λάβωνται, ἢ ἡσυχίας νυκτερινῆς, ἀναπλάττουσιν ἑαυτοῖς φαντασίας ἀνυποστάτους, τῇ εὐκολίᾳ τῆς διανοίας ἐπὶ πάντα φερόμενοι· ὑποτιθέμενοι περιφανείας βίου, γάμους λαμπροὺς, εὐπαιδίαν, γῆρας βαθὺ, τὰς παρὰ πάντων τιμάς. Εἶτα μηδαμοῦ στῆναι τῶν ἐλπίδων δυνάμενοι, πρὸς τὰ μέγιστα τῶν ἐν ἀνθρώποις ὑπερφυσῶνται. Οἴκους κτῶνται καλοὺς καὶ μεγάλους· πληρώσαντες τούτους παντοδαπῶν κειμηλίων, γῆν περιβάλλονται, ὅσην ἂν αὐτοῖς ἡ ματαιότης τῶν λογισμῶν τῆς ὅλης κτίσεως ἀποτέμηται. Πάλιν τὰς ἐντεῦθεν εὐπορίας ταῖς τῆς ματαιότητος D ἀποθήκαις ἐναποκλείουσι. Προστιθέασι τούτοις βοσκήματα, οἰκετῶν πλῆθος ἀριθμὸν ὑπερβαῖνον, ἀρχὰς πολιτικὰς, ἡγεμονίας ἐθνῶν, στρατηγίας, πολέμους, τρόπαια, βασιλείαν αὐτήν. Πάντα ταῦτα τοῖς διακένοις τῆς διανοίας ἀναπλασμοῖς ἐπελθόντες, ὑπὸ τῆς

[87] Luc. XIII, 8. [88] II Tim. II, 3. [89] II Tim. I, 8. [90] I Tim. I, 18. [91] Ephes. VI, 12. [92] ibid. 13. [93] II Tim. II, 4. [94] ibid. 5. [95] I Cor. IX, 26. [96] Philipp. III, 13. [97] I Cor. IX, 24.

(28) Unus codex Colb. Ταῦτα δέ ἐστι. Mox idem ms. τὸν νοσοῦντα, male.

(29) Illud, συγκακοπάθησον τῷ Εὐαγγελίῳ, interpretans Erasmus, videtur vim verbi συγκακοπαθεῖν non male expressisse, cum ita interpretatus est : *Esto particeps afflictionum Evangelii.*

(30) In Reg. primo scriptum invenimus ψυχῆς ὄμμα, sed ita tamen, ut vox βλέμμα in ora libri addita sit. Mox e regione vocis καίρια vox ψυχικά in Colb. primo legitur. Utrum autem vox ψυχικά varia lectio sit, an declaratio vocis καίρια viderint alii.

(31) Regii duo codices ἀλλὰ νήφοντα.... σεαυτοῦ.

(32) Unus codex Colb. εὐαρμόστως ἔχῃ. Editi et alii duo mss. ἔχει.

Digitized by Google

ἄγαν ἀνοίας ἀπολαύειν δοκοῦσι τῶν ἐλπισθέντων ὡς ἤδη παρόντων καὶ ἐν ποσὶ κειμένων αὐτοῖς. Ἴδιον ἀῤῥώστημα τοῦτο ἀργῆς καὶ ῥᾳθύμου ψυχῆς, ἐνύπνια βλέπειν ἐγρηγορότος τοῦ σώματος. Ταύτην τοίνυν τὴν χαυνότητα τῆς διανοίας, καὶ τὴν φλεγμονὴν τῶν λογισμῶν καταπιέζων ὁ λόγος, καὶ οἷον χαλινῷ τινι ἀνακρούων τῆς διανοίας τὸ ἄστατον, παραγγέλλει τὸ μέγα τοῦτο καὶ σοφὸν παράγγελμα· *Σεαυτῷ*, φησὶ, *πρόσεχε*· μὴ ὑποτιθέμενος τὰ ἀνύπαρκτα, ἀλλὰ τὰ παρόντα πρὸς τὸ συμφέρον διατιθέμενος. Οἶμαι δὲ, κἀκεῖνο τὸ πάθος ἐξαιροῦντα τῆς συνηθείας, ταύτῃ χρήσασθαι τῇ παραινέσει τὸν νομοθέτην. Ἐπειδὴ ῥᾴδιον ἑκάστῳ ἡμῶν πολυπραγμονεῖν τὰ ἀλλότρια, ἢ τὰ οἰκεῖα ἑαυτοῦ διασκέπτεσθαι· ἵνα μὴ τοῦτο πάσχωμεν, Παῦσαι, φησὶ, τὰ τοῦ δεῖνος κακὰ περιεργαζόμενος· μὴ δίδου σχολὴν τοῖς λογισμοῖς τὸ ἀλλότριον ἐξετάζειν ἀῤῥώστημα· ἀλλὰ σαυτῷ πρόσεχε· τουτέστιν, ἐπὶ τὴν οἰκείαν ἔρευναν στρέφε σου τὸ ὄμμα τῆς ψυχῆς. Πολλοὶ γὰρ, κατὰ τὸν λόγον τοῦ Κυρίου, τὸ μὲν κάρφος τὸ ἐν τῷ ὀφθαλμῷ τοῦ ἀδελφοῦ κατανοοῦσι, τὴν δὲ ἐν τῷ οἰκείῳ ὀφθαλμῷ δοκὸν οὐκ ἐμβλέπουσι. Μὴ παύσῃ τοίνυν διερευνώμενος σεαυτὸν, εἴ σοι κατ' ἐντολὴν ὁ βίος πρόεισιν· ἀλλὰ μὴ τὰ ἔξω περισκόπει, εἴ πού τινος μῶμον ἐξευρεῖν δυνηθείης (33), κατὰ τὸν Φαρισαῖον τὸν βαρὺν ἐκεῖνον καὶ ἀλαζόνα, ὃς εἱστήκει ἑαυτὸν δικαιῶν, καὶ τὸν τελώνην κατευτελίζων· ἀλλὰ σεαυτὸν ἀνακρίνων μὴ διαλίπῃς (34), μή τι κατὰ τὰς ἐνθυμήσεις ἥμαρτες, μή τι ἡ γλῶσσα παρώλισθε τῆς διανοίας προεκδραμοῦσα, μὴ ἐν τοῖς ἔργοις τῶν χειρῶν πέπρακταί τι τῶν ἀβουλήτων. Κἂν εὕρῃς ἐν τῷ βίῳ σεαυτοῦ πολλὰ τὰ ἁμαρτήματα (εὑρήσεις δὲ πάντως ἄνθρωπος ὤν), λέγε τὰ τοῦ τελώνου· *Ὁ Θεὸς, ἱλάσθητί μοι τῷ ἁμαρτωλῷ. Πρόσεχε* οὖν *σεαυτῷ.* Τοῦτό σοι τὸ ῥῆμα καὶ λαμπρῶς εὐημεροῦντί ποτε, καὶ παντὸς τοῦ βίου κατὰ ῥοῦν φερομένου, χρησίμως παραστήσεται, ὥσπερ τις ἀγαθὸς σύμβουλος ὑπόμνησιν φέρων τῶν ἀνθρωπίνων. Καὶ μέντοι καὶ ὑπὸ περιστάσεων (35) πιεζομένῳ ἐν καιρῷ ἂν γένοιτο τῇ καρδίᾳ κατεπᾴδόμενον, ὡς μήτε τύφῳ πρὸς ἀλαζονείαν ὑπέρογκον ἐπαρθῆναι, μήτε ἀπογνώσει πρὸς ἀγενῆ δυσθυμίαν καταπεσεῖν. Πλούτῳ κομᾷς, καὶ ἐπὶ προγόνοις μέγα φρονεῖς; καὶ ἐπαγάλλῃ πατρίδι καὶ κάλλει σώματος, καὶ ταῖς παρὰ πάντων τιμαῖς; *Πρόσεχε* σεαυτῷ, ὅτι θνητὸς εἶ, *Ὅτι γῆ εἶ, καὶ εἰς γῆν ἀπελεύσῃ.* Περίβλεψαι τοὺς πρὸ σοῦ ἐν ταῖς ὁμοίαις περιφανείαις ἐξετασθέντας. Ποῦ οἱ τὰς πολιτικὰς δυναστείας περιβεβλημένοι; ποῦ οἱ δυσμαχώτατοι ῥήτορες; ποῦ οἱ τὰς πανηγύρεις διατιθέντες; οἱ λαμπροὶ ἱπποτρόφοι, οἱ στρατηγοὶ, οἱ σατράπαι, οἱ τύραννοι; Οὐ πάντα κόνις; οὐ πάντα μῦθος; Οὐκ ἐν ὀλίγοις ὀστέοις τὰ μνημόσυνα (36) τῆς ζωῆς αὐ-

A ipsum. Hæc omnia ubi inanibus animi commentis recensuere, sibi præ nimia stoliditate **21** videntur speratis velut jam præsentibus et sibi ante pedes positis frui. Propria hæc est otiosi ac socordis animi ægritudo, in vigili corpere insomnia cernere. Hanc itaque mentis laxitatem et cogitationum tumorem comprimens Scriptura, et velut freno quodam mentis inconstantiam arcens, magnum hoc ac sapiens præceptum annuntiat: *Tibi ipsi*, inquit, *attende*, nequaquam promittens tibi quæ non exsistunt, sed præsentia ad utilitatem tuam dirigens. Existimo autem ideo usum fuisse hac admonitione legislatorem, ut illud etiam vitium ab hominum consuetudine amandaret. Quia unicuique nostrum facilius est aliena curiose indagare, quam sua ipsius ac propria expendere, ut ne nobis id accidat: Desine, inquit, alterius cujuspiam mala explorare; cave cogitationibus otium dederis alienum morbum inquirendi: sed tibi ipsi attende: hoc est, ad teipsum perscrutandum converte oculos animi tui. Sunt enim nec pauci, qui juxta Domini verba [38], festucam quidem animadvertunt in oculo fratris, trabem vero in suo ipsorum oculo non vident. Cave igitur cesses perscrutari teipsum, an præcepto congruenter convenienterque vita tibi procedat: ea autem quæ extrinsecus sunt ne circumspice, numcubi cujuspiam reprehendendi locum possis invenire, gravem illum arrogantemque Pharisæum imitatus, qui stans seipsum justificabat, ac publicanum habebat despicatui [39]. Imo vero ne intermittas teipsum percontari, nunquid deliqueris cogitatione, nunquid lingua labarit mentem præcurrens, nunquid in manuum operibus factum sit quidquam temerarium. Quod si in vita tua te multa deliquisse inveneris (prorsus autem invenies, homo cum sis), verba profer publicani: *Deus, propitius esto mihi peccatori* [1]. *Attende.* igitur *tibi ipsi.* Hoc verbum tibi, et splendido ac felici rerum successu utenti, et vitam omnem secundo flumine traducenti, assidebit utiliter, sicut quasi bonus quispiam consiliarius rerum humanarum suggerat memoriam. Et quanquam afflicteris adversis casibus, opportune potest cordi tuo accini, ut neque fastu tumidus eveharis ad jactantiæ vitium; neque desperatione ad degenerem mœstitiam delabaris. Efferis ob divitias? jactas te ob majorum nobilitatem? de patria ac pulchritudine corporis, deque delatis ab omnibus honoribus gloriaris? Attende tibi ipsi, quod mortalis es, *Quod terra es, et in terram reverteris* [2]. Circumspice eos qui ante te degerunt in similibus splendoribus. Ubi sunt qui magistratus civiles gessere?

[38] Matth. VII, 3. [39] Luc. XVIII, 11. [1] ibid. 13. [2] Genes. III, 19.

(33) Editi δυνηθῇς. Antiqui sex libri δυνηθείης. Mox duo Colbertini τελώνην ἐξευτελίζων.

(34) Reg. primus μὴ διαλείπῃς. Haud longe tres mss. γλῶσσα παρωλίσθησε. Editi et duo mss. παρώλισθε.

(35) In Colb. tertio pro περιστάσεων legitur περιστάσεως. Aliquando post editi τύφῳ τι. Sed vocularn τι expunximus, fide veterum librorum innixi.

(36) Reg. primus τὸ μνημόσυνον. Mox editi Ἐγκυψον ἐν τοῖς. Vocula ἐν et in mss. Combef. et in nostris deest.

Digitized by Google

ubi rhetores illi inexpugnabiles? ubi qui constituerunt conventus publicos? ubi illustres equorum altores, exercituum duces, satrapæ, tyranni? Annon omnia pulvis? annon omnia fabula? Annon vitæ ipsorum memoria conservatur in paucis ossibus? Conspicito sepulcra, num possis servum ab hero, et pauperem a divite discernere. Discerne, si quo modo potes, vinctum a rege, fortem a debili, formosum a deformi. Itaque naturæ si memineris, nunquam te extolles; memor autem fueris tui ipsius, si attenderis tibi ipsi.

A τῶν; Ἔγκυψον τοῖς τάφοις, εἰ δυνήσῃ διακρῖναι τίς ὁ οἰκέτης, καὶ τίς ὁ δεσπότης· τίς ὁ πτωχὸς, καὶ τίς ὁ πλούσιος. Διάκρινον, εἴ τίς σοι δύναμις, τὸν δέσμιον ἀπὸ τοῦ βασιλέως· τὸν ἰσχυρὸν ἀπὸ τοῦ ἀσθενοῦς, τὸν εὐπρεπῆ ἀπὸ τοῦ δυσειδοῦς. Μεμνημένος οὖν τῆς φύσεως, οὐκ ἐπαρθήσῃ ποτέ· μεμνήσῃ δὲ σαυτοῦ (37), ἐὰν προσέχῃς σεαυτῷ.

A εἴρηται τὸ, Ἐγὼ ὁ κατασκευάσας φῶς, καὶ ποιήσας σκότος, ποιῶν εἰρήνην καὶ κτίζων κακά; Καὶ πάλιν· Κατέβη, φησὶ, κακὰ παρὰ Κυρίου ἐπὶ πύλας Ἰερουσαλήμ· καὶ· Οὐκ ἔστι κακία ἐν πόλει, ἣν Κύριος οὐκ ἐποίησε. Καὶ ἐν τῇ μεγάλῃ ᾠδῇ τοῦ Μωϋσέως· Ἴδετε, ἴδετε, ὅτι (43) ἐγώ εἰμι, καὶ οὐκ ἔστι θεὸς πλὴν ἐμοῦ· ἐγὼ ἀπυκτενῶ, καὶ ζῆν ποιήσω· πατάξω, κἀγὼ ἰάσομαι. Ἀλλ' οὐδὲν τούτων τῷ συνιέντι τὸν νοῦν τῆς Γραφῆς κατηγορίαν ἔχει Θεοῦ, ὡς κακῶν αἰτίου καὶ ποιητοῦ· ὁ γὰρ εἰπὼν, ὅτι Ἐγὼ ὁ κατασκευάζων φῶς, καὶ

B ποιῶν σκότος, τῆς κτίσεως δημιουργὸν ἑαυτὸν διὰ τούτων παρίστησιν, οὐχὶ κακοῦ τινος ποιητήν. Ἵνα τοίνυν μὴ νομίσῃς ἄλλον μὲν εἶναι τοῦ φωτὸς αἴτιον, ἄλλον δὲ τοῦ σκότους, ἑαυτὸν εἶπε τῶν δοκούντων ἐναντίως ἔχειν κατὰ τὴν κτίσιν ποιητὴν καὶ τεχνίτην, ἵνα μὴ ζητήσῃς ἄλλον (44) πυρὸς δημιουργὸν, καὶ ἄλλον ὕδατος, μηδὲ ἄλλον ἀέρος, καὶ ἄλλον γῆς· ἐπειδὴ δοκεῖ πως ἀντικεῖσθαι ἀλλήλοις κατὰ τὴν τῶν ποιοτήτων ἐναντίωσιν. Ὅπερ ἤδη τινὲς παθόντες εἰς πολυθεΐαν ἐτράπησαν. Ποιεῖ δὲ εἰρήνην, καὶ κτίζει κακά. Μάλιστα μὲν εἰρήνην ποιεῖ ἐν σοὶ, ὅταν διὰ τῆς καλῆς διδασκαλίας κατειρηνεύσῃ τὸν νοῦν σου, καὶ διαλλάξῃ τὰ πάθη τὰ πρὸς τὴν ψυχὴν στασιάζοντα· κτίζει δὲ κακά· τουτέστι, μετακοσμεῖ αὐτὰ καὶ εἰς βελτίωσιν ἄγει· ὥστε, ἀποθέμενα τὸ εἶναι κακὰ, τὴν τοῦ καλοῦ φύσιν μεταλαβεῖν. *Καρδίαν* (45) *καθαρὰν κτίσον ἐν ἐμοὶ, ὁ Θεός*. Οὐχὶ νῦν δημιούργησον, ἀλλὰ τὴν ἐκ τῆς κακίας παλαιωθεῖσαν ἀνακαίνισον. Καὶ, Ἵνα τοὺς δύο κτίσῃ εἰς ἕνα καινὸν

C ἄνθρωπον. Τὸ, κτίσῃ, οὐχ ἵνα ἐκ τοῦ μὴ ὄντος παραγάγῃ, ἀλλ' ἵνα τοὺς ὄντας μετακοσμήσῃ. Καὶ, Εἴ τις ἐν Χριστῷ καινὴ κτίσις. Καὶ πάλιν ὁ Μωϋσῆς· Οὐκ αὐτὸς οὗτος ὁ σου πατὴρ ἐκτήσατό σε, καὶ ἐποίησέ σε, καὶ ἔκτισέ σε (46); Σαφῶς γὰρ ἐνταῦθα μετὰ τὴν ποίησιν ἡ κτίσις ταχθεῖσα διδάσκει ἡμᾶς, ὅτι ἐπὶ τῆς βελτιώσεως τέτακται, ὡς τὰ πολλὰ, τὸ τῆς κτίσεως ὄνομα. Ὥστε Ποιῶν εἰρήνην, οὕτω ποιεῖ τὴν εἰρήνην, ἐκ τοῦ τὰ κακὰ κτίζειν· τουτέστι, μεταποιεῖν, καὶ εἰς βελτίωσιν ἄγειν. Ἔπειτα μέντοι, κἂν εἰρήνην νοήσῃς τὴν ἐκ τῶν πολέμων ἄδειαν, καὶ κακὸν εἴπῃς τὰ ἀκολουθοῦντα τοῖς πολεμοῦσιν ἐπίπονα, ἐκστρατείας ὑπερορίους, πόνους, ἀγρυπνίας,

D ἀγωνίας (47), ἱδρῶτας, τραύματα, σφαγὰς, πόλεων ἁλώσεις, ἀνδραποδισμοὺς, ἀπαγωγὰς, τὰ ἐλεεινὰ τῶν ἁλόντων θεάματα, καὶ ἁπλῶς ὅσα λυπηρὰ τοῖς πολέμοις ἀκολουθεῖ, λέγομεν κρίσει (48) Θεοῦ δικαίᾳ γενέσθαι, τοῖς ἀξίοις κολάσεως διὰ τῶν πολέμων τὰς

[75] Isa. XLV, 7. [76] Mich. I, 12. [77] Amos III, 6. [78] Deut. XXXII, 39. [79] Psal. L, 12. [80] Ephes. II, 15. [81] II Cor. V, 17. [82] Deut. XXXII, 6.

(43) Antiqui tres libri Ἴδετε, φησὶν, ὅτι.

(44) Colb. tertius ἵνα μὴ νομίσῃς ἄλλον, *ut ne existimares alium esse ignis opificem*. Reg. primus ἵνα μὴ ζητήσῃς ἄλλον τινά, *ut ne quæras ullum alium*, etc.

(45) Codices Combefisiani καρδίαν γάρ.

(46) Antiqui duo libri οὗτός σου ὁ πατήρ. Ibidem utraque editio et Colb. primus et Reg. tertius ἐκτήσατό σε, καὶ ἐποίησέ σε, καὶ ἔκτισέ σε, *possedit te, et fecit te, et creavit te*. In cæteris quidem Colb. tertius consentit cum iis quos diximus libris : sed pro ἔκτισε habet ἔπλασε, *formavit*. Alii duo mss. Regii et Colb. secundus ἐκτίσατό σε, καὶ ἐποίησέ σε, καὶ ἔπλασέ σε, *creavit te, et fecit te, et formavit te*.

(47) Editi ἀγρυπνίας, ἀγῶνας, *vigilias, prælia*. At mss. sex ἀγρυπνίας, ἀγωνίας, *vigilias, timores*.

(48) Colb. primus λέγω κρίσει. Mox Reg. primus γίνεσθαι τοῖς ἀξίοις κολάσεων.

Digitized by Google

τιμωρίας ἐπάγοντος. Ἢ σὺ ἐβούλου μὴ καταπρησθῆναι τὰ Σόδομα μετὰ τὰς ἀνοσιουργίας ἐκείνας; ἢ μὴ καταστραφῆναι τὴν Ἱερουσαλὴμ, μηδὲ ἐρημωθῆναι τὸν ναὸν, μετὰ τὴν φρικτὴν κατὰ τοῦ Κυρίου τῶν Ἰουδαίων ἀπόνοιαν; Γενέσθαι δὲ ταῦτα πῶς ἄλλως δίκαιον ἦν, καὶ οὐχὶ διὰ τῶν Ῥωμαϊκῶν χειρῶν, αἷς παρέδωκαν τὸν Κύριον ἡμῶν οἱ ἐχθροὶ τῆς ζωῆς ἑαυτῶν (49) Ἰουδαῖοι; Ὥστε ἔστι ποτὲ καὶ δικαίως τὰ ἐκ τοῦ πολέμου κακὰ τοῖς ἀξίοις ἐπενεχθῆναι. Καὶ τὸ, *Ἐγὼ ἀποκτενῶ, καὶ ζῆν ποιήσω*, δέχου μὲν, εἰ βούλει, κατὰ τὸ πρόχειρον τῆς ἐννοίας. Οἰκοδομεῖ γὰρ ὁ φόβος τοὺς ἁπλουστέρους. *Πατάξω, κἀγὼ ἰάσομαι.* Καὶ τοῦτο χρήσιμον αὐτόθεν νοούμενον· τῆς μὲν πληγῆς ἐμποιούσης τὸν φόβον, τῆς δὲ ἰάσεως εἰς τὴν ἀγάπην προτρεπομένης. Ἔξεστί γε μήν σοι καὶ ὑψηλότερον διανοηθῆναι περὶ τῶν εἰρημένων. *Ἐγὼ ἀποκτενῶ, τῇ ἁμαρτίᾳ· καὶ ζῆν ποιήσω, τῇ δικαιοσύνῃ. Ὅσον γὰρ ὁ ἔξω ἡμῶν ἄνθρωπος διαφθείρεται, τοσοῦτον ὁ ἔσω ἀνακαινοῦται.* Οὐκ ἄλλον οὖν ἀποκτείνει, καὶ ἄλλον ζωοποιεῖ (50)· ἀλλὰ τὸν αὐτὸν, δι' ὧν ἀποκτείνει, ζωοποιεῖ· καὶ δι' ὧν πατάσσει, ἰᾶται, κατὰ τὴν Παροιμίαν τὴν λέγουσαν, ὅτι *Σὺ μὲν πατάξεις αὐτὸν ῥάβδῳ, τὴν δὲ ψυχὴν αὐτοῦ ἐκ θανάτου ῥύσῃ.* Οὐκοῦν πατάσσεται μὲν σὰρξ, ἵνα ἰαθῇ ψυχή· θανατοῦται δὲ ἁμαρτία, ἵνα ζήσῃ δικαιοσύνη. Τὸ δὲ, *Κατέβη κακὰ παρὰ Κυρίου ἐπὶ πύλας Ἱερουσαλὴμ*, αὐτόθεν ἔχει τὴν ἐξήγησιν. Ποῖα κακά; Ψόφος ἁρμάτων καὶ ἱππευόντων. Ὅταν δὲ ἀκούσῃς, *Οὐκ ἔστι κακία ἐν πόλει, ἣν Κύριος οὐκ ἐποίησε*· νόει τῆς κακίας τὸ ὄνομα· ὅτι τὴν προσαγομένην κάκωσιν τοῖς ἁμαρτάνουσιν ἐπὶ διορθώσει τῶν πλημμελημάτων ὁ λόγος αἰνίσσεται. *Ἐκάκωσα γάρ σε*, φησὶ, *καὶ ἐλιμαγχόνησα*, ἵνα εὖ σε ποιήσω· πρὶν εἰς ἄμετρον ἐκχυθῆναι τὴν ἀδικίαν ἰστῶν (51), ὥσπερ ῥεῦμα ἔρκει τινὶ κρατερῷ καὶ διαφράγματι κατεχόμενον.

5. Διὰ ταῦτα νόσοι πόλεων καὶ ἐθνῶν, ἀέρων αὐχμοὶ καὶ ἀφορίαι γῆς, καὶ αἱ κατὰ τὸν βίον ἑκάστῳ τραχύτεραι περιπτώσεις, τῆς κακίας τὴν αὔξησιν περικόπτουσαι. Ὥστε τὰ τοιαῦτα κακὰ παρὰ Θεοῦ γίνεται, τῶν ἀληθινῶν κακῶν τὴν γένεσιν ἐξαιροῦντα. Αἵ τε γὰρ κατὰ τὸ σῶμα κακώσεις, καὶ τὰ ἐκτὸς ἐπίπονα, πρὸς ἐποχὴν τῆς ἁμαρτίας ἐπινενόηνται. Ἀναιρεῖ τοίνυν τὸ κακὸν ὁ Θεός· οὐχὶ δὲ τὸ κακὸν ἐκ τοῦ Θεοῦ· ἐπεὶ καὶ ὁ ἰατρὸς ἐξαιρεῖ τὴν νόσον, ἀλλ' οὐχὶ νόσον ἐμβάλλει τῷ σώματι. Πόλεων δὲ ἀφανισμοὶ, σεισμοί τε καὶ ἐπικλύσεις, καὶ στρατοπέδων ἀπώλειαι, καὶ ναυάγια, καὶ πᾶσαι πολυάνθρωποι φθοραὶ, εἴτε ἐκ γῆς, εἴτε ἐκ θαλάσσης, εἴτε ἐξ ἀέρος, ἢ πυρὸς, ἢ ἐξ ὁποιασοῦν αἰτίας ἐπιγινόμεναι, εἰς τὸν τῶν ὁπολειπομένων σωφρονισμὸν γίνονται, τὴν πάνδημον πονηρίαν δημοσίαις μάστιξι τοῦ Θεοῦ σωφρονίζοντος. Τὸ μὲν οὖν κυρίως κακὸν ἡ ἁμαρτία, ὅπερ μάλιστά ἐστι τῆς τοῦ κακοῦ προσηγορίας ἄξιον,

per bella irrogantis. An **76** tu non vis tradita fuisse incendio Sodoma post flagitia illa ac scelera? an non eversam fuisse Jerusalem, neque desolatum templum, post horrendam illam Judæorum adversus Dominum vesaniam? Hæc autem fieri quonam alio modo æquum erat, nisi per manus Romanorum, quibus Dominum nostrum tradiderunt inimici suæ ipsorum vitæ Judæi? Quapropter etiam juste nonnunquam belli mala infliguntur merentibus. Illud quoque, *Ego occidam et vivere faciam*, accipe, si vis, obvio sensu. Timor enim simpliciores ædificat. *Percutiam, et ego sanabo.* Et hoc acceptum ad verbum, utile est et conducibile, plaga timorem incutiente, sanatione vero ad dilectionem incitante. Licet tamen tibi etiam altius de his quæ dicta sunt, sentire. *Ego occidam*, peccato: *et vivere faciam*, justitiæ. *Quantum enim externus noster homo corrumpitur, tantum internus renovatur* [83]. Non igitur alium occidit, alium vivificat; sed eumdem, per ea quibus occidit, vivificat: itemque per ea quibus percutit, sanat, ex Proverbio illo: *Tu quidem percuties ipsum virga, animam vero ipsius a morte liberabis* [84]. Caro itaque percutitur, ut anima sanetur: peccatum vero perimitur, ut vivat justitia. Illud vero, *Descenderunt mala a Domino super portas Jerusalem*, per sese exponitur. Quæ mala? Strepitus curruum et equitum. Cum autem audieris, *Non est malitia in civitate, quam Dominus non fecerit*, intellige afflictionem aliquam quæ peccantibus ad peccata corrigenda infligatur, a Scriptura nomine malitiæ significari. *Afflixi enim*, inquit, *te, et fame strangulavi* [85], tibi ut benefaciam: quippe injustitiam prius sistit ac coercet, quam in immensam diffundatur, eo modo quo fluentum valido quodam obice ac septo cohibetur.

5. Hinc urbium morbi gentiumque, aeris siccitas, sterilitas terræ, atque asperiores quæ cuique in vita accidunt calamitates, quibus mali progressus intercipitur. Quare inferuntur a Deo ejusmodi mala, malorum verorum ortum prohibitura. Nam corporis afflictiones ac molestiæ externæ ad peccata compescenda excogitatæ sunt. Tollit igitur malum Deus; non autem ex Deo malum est. Nam et medicus tollit morbum, non morbum accersit corpori. At vero urbium excidia, terræ motus, inundationes, exercituum clades, naufragia et quivis multorum hominum interitus, sive ex terra, sive ex mari, sive ex aere, aut igne, aut ex quacunque alia causa proveniat, hæc ad superstitum castigationem emendationemque contingunt; Deo nequitiam publicam publicis flagris castigante. Malum igitur quod proprie dicitur, peccatum videlicet, quodque maxime mali nomine dignum est, pendet ex no-

[83] II Cor. IV, 16. [84] Prov. XXIII, 14. [85] Deut. VIII, 3.

(49) Editi αὐτῶν. At multi mss. ἑαυτῶν.
(50) Colb. tertius ἄλλον ζῆν ποιεῖ.
(51) Unus aut alter ms. et editi ἀδικίαν ἰστῶν. Alii quatuor ἰστῶντος. Ibidem duo mss. Combefisiani ἐρκίῳ τινί.

Digitized by Google

stra voluntate; cum penes nos sit aut abstinere a malo, aut mala perpetrare. Reliqua vero, uti sunt certamina, partim ad fortitudinem ostendendam irrogantur, velut Jobo liberorum privatio, divitiarum omnium in uno temporis momento amissio, plaga ulceris : partim tanquam peccatorum medela, uti Davidi turpitudo domus et dedecus, scelestæ cupiditatis pœnas **77** danti. Ac rursus novimus aliud quoddam malorum horribilium genus a justo Dei judicio induci, quo moderatiores cautioresque reddat eos, qui lubrici sunt et proclives ad peccatum, ut cum Dathan et Abiron a terra absorpti sunt, barathris hiatibusque terræ ad eos excipiendos apertis [86]. Hic enim ipsi nihilo meliores hoc supplicii genere effecti sunt (quomodo enim, cum in infernum descenderint?), sed tamen reliquos exemplo suo prudentiores cautioresque reddidere. Sic et Pharao cum toto exercitu in mari submersus est [87]. Sic exterminati sunt qui Palæstinam pridem habitabant. Quare etiamsi Apostolus dicat aliquando, *Vasa iræ aptata in interitum* [88], absit tamen ut opus quoddam malum Pharaonem esse existimemus (ita enim culpa potiori jure transferretur in opificem); verum ubi audieris *Vasa*, intellige unumquemque nostrum fuisse ad quidpiam utile conditum. Et ut in magna domo, aliud vas est aureum, aliud argenteum, aliud testaceum, aliud ligneum [89] (habet autem uniuscujusque liberum arbitrium harum materiarum similitudinem; et aureum quidem vas est his, qui puris et minime fraudulentis moribus præditus est; argenteum vero, qui merito ac dignitate inferior illo est; testaceum autem, qui terrena sapit, et est idoneus qui conteratur ; ligneum denique, qui facile peccato coinquinatur, et materia fit æterno igni) : ita iræ vas est, qui omnem diaboli suggestum instar vasis recipit, nec potest amplius ob accedentem sibi ex corruptione fetorem ad usum ullum adhiberi, sed interitu solo ac exitio dignus est. Quamobrem quoniam conteri Pharaonem opor-

ἐκ τῆς ἡμετέρας προαιρέσεως ἤρτηται, ἐφ' ἡμῖν A
ὄντος ἢ ἀπέχεσθαι τῆς πονηρίας, ἢ μοχθηροῖς (52)
εἶναι· τῶν δὲ λοιπῶν τὰ μὲν ὡς ἀγωνίσματα εἰς
ἐπίδειξιν ἀνδρείας προβάλλεται, ὡς τῷ Ἰὼβ ἡ τῶν
παίδων στέρησις, ὁ τοῦ πλούτου παντὸς ἐν μιᾷ καιροῦ ῥοπῇ ἀφανισμός, ἡ διὰ τοῦ ἕλκους πληγή· τὰ δὲ
ὡς θεραπεία τῶν ἡμαρτημένων, ὡς τῷ Δαβὶδ ἡ
περὶ τὸν οἶκον αἰσχύνη, παρανόμου ἐπιθυμίας δίκας
ἀποτεννύντι. Καὶ πάλιν κατενοήσαμεν ἄλλο τι εἶδος
τῶν φοβερῶν παρὰ τῆς δικαίας τοῦ Θεοῦ κρίσεως
ἐπαγόμενον, ἐπὶ τῷ σωφρονεστέρους ποιῆσαι τοὺς
πρὸς ἁμαρτίαν εὐολισθήτους· ὡς ὁ Δαθὰν καὶ Ἀβειρὼν ὑπὸ τῆς γῆς κατεπόθησαν, βαράθρων αὐτοῖς καὶ
χασμάτων ὑπορῥαγέντων. Ἐνταῦθα γὰρ οὐκ αὐτοί
τι τῷ τοιούτῳ τρόπῳ τῆς κολάσεως βελτίους γεγό- B
νασι (πῶς γὰρ οἱ καταβάντες (53) εἰς ᾅδου;), ἀλλὰ
τοὺς λοιποὺς σωφρονεστέρους τῷ ὑποδείγματι πεποιήκασιν. Οὕτω καὶ Φαραὼ κατεποντίσθη πανστρατιᾷ. Οὕτως ἐξετρίβησαν οἱ προενοικοῦντες τὴν Παλαιστίνην. Ὥστε, κἂν λέγῃ ποτὲ ὁ Ἀπόστολος, *Σκεύη ὀργῆς κατηρτισμένα* (54) *εἰς ἀπώλειαν*, μὴ κατασκευήν τινα πονηρὰν οἰηθῶμεν εἶναι τοῦ Φαραώ (οὕτω γὰρ ἐπὶ τὸν κατασκευάσαντα δικαιότερον ἡ αἰτία μετενεχθήσεται)· ἀλλ' ὅταν ἀκούσῃς *σκεύη*, νόει, ὅτι πρός τι χρήσιμον (55) ἕκαστος ἡμῶν πεποίηται. Καὶ ὥσπερ ἐν τῇ μεγάλῃ οἰκίᾳ τὸ μέν τοι χρυσοῦν ἐστι σκεῦος, τὸ δὲ ἀργυροῦν, τὸ δὲ ὀστράκινον, τὸ δὲ ξύλινον (τῆς προαιρέσεως ἑκάστου τὴν πρὸς τὰς ὕλας ὁμοιότητα παρεχομένης· καὶ χρυσοῦν μὲν ἔστι σκεῦος ὁ καθαρὸν τὸν τρόπον καὶ ἄδολος· ἀργυροῦν C
δὲ, ὁ ὑποδεέστερος ἐκείνου κατὰ τὴν ἀξίαν· ὀστράκινον δὲ, ὁ τὰ γήινα φρονῶν καὶ πρὸς συντριβὴν ἐπιτήδειος· καὶ ξύλινον, ὁ εὐκόλως διὰ τῆς ἁμαρτίας καταῤῥυπούμενος καὶ ὕλη γινόμενος τῷ αἰωνίῳ πυρί)· οὕτω καὶ ὀργῆς σκεῦος, ὁ πᾶσαν τὴν τοῦ διαβόλου ἐνέργειαν, ὥσπερ ἀγγεῖον, χωρήσας, καὶ διὰ τὴν ἐγγενομένην αὐτῷ ἐκ τῆς φθορᾶς δυσωδίαν οὐκέτι ἀχθῆναι πρὸς χρῆσιν δυνάμενος, ἀλλ' ἀφανισμοῦ μόνου καὶ ἀπωλείας ἄξιος. Διόπερ, ἐπειδὴ ἔδει συντριβῆναι αὐτὸν, ὁ φρόνιμος καὶ σοφὸς τῶν ψυχῶν οἰκονόμος (56)

[86] Num. xvi, 31. [87] Exod. xiv, 28. [88] Rom. ix, 22. [89] II Tim. ii, 20.

(52) Codex Coisl. et duo Colbertini ἢ μοχθηρούς. Reg. tertius et editi μοχθηροῖς· quod puto dictum esse per figuram, quam grammatici vocant attractionem.

(53) Antiqui duo libri καταβαίνοντες.

(54) Unus codex Combef. καταρτισμένα· sed certe culpa est operarum, non viri docti, qui sine dubio scripsit κατηρτισμένα. Ut ut hæc sunt, editi et Regii tres mss. et totidem Colbertini habent κατηρτισμένα, nec aliter legitur in Vulgata. Qui locus ita Latine reddi potest, *Vasa iræ aptata in interitum*. Hic mirum videri potest, in Vulgata Latina pro *aptata* legi *apta*, cum nemo non videat verbum καταρτίζεσθαι voce hac *apta* exprimi nullo modo posse. Sed facile crediderim mendum esse alicujus librarii, qui, cum scriberet, ob oculos habebat aliquod exemplar, quod commode aperiri non poterat, sic ut cujusque versus ultimæ litteræ vix conspicerentur. Ejusmodi autem libros sæpe inveniri quotidiana experientia docet. Puto igitur factum esse, ut aliquis librarius in ejusmodi librum qui difficile aperiretur inciderit; atque in eo libro scriptum quidem fuisse totidem syllabis *aptata*, sed ita tamen, ut in fine unius versus legeretur *apta*, initio vero alterius scriptum esset *ta*. Ex quo contigit, ut librarius, qui mediam syllabam *ta* ob eam quam dixi causam non videret, *apta* necessario scripserit. Quam autem facile sit, errorem, qui semel in unum librum irrepserit, in alios permultos transire, notum est. Duo autem me moverunt ad id suspicandum. Primum, quod vox, *aptata* ad verbum καταρτίζεσθαι exprimendum maxime idonea sit, cum contra vox *apta* quidvis potius quam verbum Græcum exprimat; alterum, quod in optimis et vetustissimis duobus libris syllabis totidem *aptata* legatur : quorum librorum alter in bibliotheca Regia, alter in nostra diligentissime servatur. Monere libet antiquam Vulgatam ex duobus his pervetustis codicibus a nostris propediem edendam esse. D

(55) Reg. primus πρὸς τὸ χρήσιμον.

(56) Colb. tertius ψυχῶν ἰατρὸς καὶ οἰκονόμος, *animarum medicus et rector*.

Digitized by Google

διῳκήσατο αὐτὸν περιφανῆ γενέσθαι καὶ πᾶσιν ἐξάκουστον, ἵνα ἄλλοις γοῦν ὠφέλιμος διὰ τοῦ πάθους γένηται, ἐπειδὴ αὐτὸς ὑπὸ τῆς ἄγαν κακίας ἀνίατος ἦν. Ἐσκλήρυνε δὲ αὐτὸν, τῇ μακροθυμίᾳ καὶ τῇ τῆς τιμωρίας ἀναβολῇ ἐπιτείνων αὐτοῦ τὴν κακίαν, ἵνα, εἰς τὸν ἔσχατον ὅρον (57) αὐξηθείσης αὐτοῦ τῆς πονηρίας, τὸ δίκαιον ἐπ' αὐτῷ τῆς θείας κρίσεως διαφανῇ. Διὰ τοῦτο ἀπὸ μικροτέρων πληγῶν ἀεὶ προστιθεὶς καὶ ἐπιτείνων τὰς μάστιγας, οὐκ ἐμάλαξεν αὐτοῦ τὸ ἀνυπότακτον, ἀλλ' εὗρισκεν αὐτὸν καὶ τῆς ἀνοχῆς τοῦ Θεοῦ καταφρονοῦντα, καὶ τοῖς ἐπαγομένοις αὐτῷ δεινοῖς ὑπὸ τῆς συνηθείας ἐμμελετήσαντα (58). Καὶ οὐδὲ οὕτως αὐτὸν παρέδωκε τῷ θανάτῳ, ἕως αὐτὸς ἑαυτὸν ἐποίησεν ὑποβρύχριον, ἐν τῇ ὑπερηφανίᾳ τῆς καρδίας αὐτοῦ τῆς τῶν δικαίων πορείας κατατολμήσας, καὶ νομίσας ὥσπερ τῷ λαῷ τοῦ Θεοῦ, οὕτω καὶ αὐτῷ βάσιμον ἔσεσθαι τὴν Ἐρυθρὰν θάλασσαν. Ταῦτα δὴ οὖν εἰδὼς παρὰ Θεοῦ, καὶ διῃρημένα ἔχων παρὰ σεαυτῷ τοῦ κακοῦ τὰ εἴδη, καὶ εἰδὼς τί μὲν τὸ ὄντως κακὸν, ὅτι ἡ ἁμαρτία, ἧς τὸ τέλος ἀπώλεια· τί δὲ τὸ δοκοῦν μὲν κακὸν διὰ τὸ τῆς αἰσθήσεως ἀλγεινὸν, ἀγαθοῦ δὲ δύναμιν ἔχον, ὡς αἱ κακώσεις αἱ πρὸς ἐποχὴν τῆς ἁμαρτίας ἐπαγόμεναι, ὧν οἱ καρποὶ σωτηρία ψυχῶν (59) αἰώνιος· παῦσαι δυσαρεστούμενος ταῖς θείαις οἰκονομίαις· ὅλως δὲ μήτε θεὸν αἴτιον ἡγοῦ τῆς ὑπάρξεως τοῦ κακοῦ, μήτε ἰδίαν ὑπόστασιν τοῦ κακοῦ εἶναι φαντάζου. Οὐ γάρ ἐστιν ὑφεστὼς, ὥσπερ τι ζῶον, ἡ πονηρία· οὔτε οὐσίαν αὐτῆς ἐνυπόστατον παραστῆσαι ἔχομεν. Στέρησις γὰρ ἀγαθοῦ ἐστι τὸ κακόν. Ὀφθαλμὸς ἐκτίσθη· τυφλότης δὲ τῇ ἀπωλείᾳ τῶν ὀφθαλμῶν ἐπεγένετο (60). Ὥστε, εἰ μὴ ἦν φθαρτῆς φύσεως ὁ ὀφθαλμὸς, οὐκ ἂν ἔσχεν ἡ τυφλότης παρείσδυσιν. Οὕτω καὶ τὸ κακὸν οὐκ ἐν ἰδίᾳ ὑπάρξει ἐστὶν, ἀλλὰ τοῖς τῆς ψυχῆς πηρώμασιν ἐπιγίνεται. Οὔτε γὰρ ἀγέννητόν (61) ἐστιν, ὡς ὁ τῶν ἀσεβῶν λόγος, ὁμότιμον ποιούντων τῇ ἀγαθῇ φύσει τὴν πονηράν, εἴπερ ἀμφότερα ἄναρχα καὶ γενέσεώς ἐστιν ἀνώτερα· οὔτε μὴν γεννητόν. Εἰ γὰρ πάντα ἐκ τοῦ Θεοῦ, πῶς τὸ κακὸν ἐκ τοῦ ἀγαθοῦ; Οὐδὲ γὰρ τὸ αἰσχρὸν (62) ἀπὸ τοῦ καλοῦ, οὔτε ἡ κακία ἀπὸ τῆς ἀρετῆς. Ἀνάγνωθι τὴν κοσμοποιίαν, καὶ εὑρήσεις, ὅτι ἐκεῖ *Πάντα καλὰ, καὶ καλὰ λίαν*. Οὐ τοίνυν τὸ κακὸν τοῖς καλοῖς συνεκτίσθη. Ἀλλ' οὐδὲ ἡ νοητὴ κτίσις, γενομένη παρὰ τοῦ Δημιουργοῦ, ἀναμεμιγμένη τῇ (63) πονηρίᾳ εἰς τὸ εἶναι παρήχθη. Εἰ γὰρ τὰ σωματικὰ οὐκ ἔσχεν ἐν ἑαυτοῖς τὸ κακὸν συγκτίσαν, ἀλλ' ἐν τῷ ἐπιγενομένῳ τῇ κτίσει τὸ κακὸν ἐγένετο, πῶς ἂν ἡ νοητὴ κτίσις ἐν ἑαυτῇ τὸ κακὸν ἔσχεν, ἐν τῷ μηδὲν ἐπιγενομένῳ τῇ κτίσει τὸ κακὸν γεγονέναι;

tebat, prudens ac sapiens animarum gubernator statuit cum illustrem fieri, et apud omnes celebrem ut infortunio suo reliquis saltem utilis foret, cum esset ipse ob nimiam malitiam insanabilis. Induravit autem eum, tolerantia ac pœnæ dilatione malitiam ipsius adaugens, ut nequitia ejus ad extremum usque cumulum provecta, judicii divini æquitas in eo effulgeret. Eoque a minoribus plagis initio ducto, flagella semper addens ac augens, contumaciam ejus non emollivit : sed invenit ipsum et Dei patientiam contemnentem, et talem, cujus esset animus in malis sibi illatis præ assuetudine exercitatus. Et ne sic quidem eum tradidit morti, donec se ipse submersit, viam justorum ingredi ausus mentis suæ superbia, et ut populo Dei, ita sibi quoque mare Rubrum pervium fore ratus. Hæc igitur a Deo edoctus, et distincta apud temetipsum mali genera habens, **78** nec ignorans quid vere malum sit, peccatum videlicet, cujus finis interitus, quid vero malum duntaxat apparens ob excitatum in sensibus dolorem, vim alioqui boni habens, velut sunt mulctæ et incommoda quæ ad cohibenda peccata inferuntur, quorum fructus salus animarum æterna, fac desinas regimen divinum ægre ferre. Uno verbo, neque Deum substantiæ mali auctorem esse putes : neque mali ullam esse propriam subsistentiam fingas. Non enim subsistit, velut animal quoddam, pravitas : neque illius essentiam vere exsistentem ponere ob oculos possumus. Nam boni privatio malum est. Creatus oculus est, sed oculis amissis supervenit cæcitas. Unde si oculi natura non fuisset corruptioni obnoxia, non patuisset aditus cæcitati. Sic etiam malum non in propria substantia exsistit, sed ex animæ læsionibus accedit. Neque enim ingenitum est, velut dicunt impii qui naturam malam bonæ æqualem constituunt, si quidem utraque principio caret, anteceditque generationem; neque genitum est. Etenim si ex Deo sunt omnia, quomodo malum ex bono est? Neque enim turpe ex honesto est, neque vitium ex virtute. Lege creationem mundi, et invenies illic *Cuncta bona et bona valde* [90]. Non igitur malum una cum bonis creatum est. Sed neque spiritualis creatura ab Opifice condita, in rerum naturam cum aliqua sibi admista pravitate producta est. Si enim corporea non haberent in seipsis malum una secum crea-

[90] Gen. 1, 31.

(57) Colb. tertius ὅρον αὐτοῦ. Mox editi δίκαιον ἐπ' αὐτοῦ. At quinque mss. ἐπ' αὐτῷ.

(58) Colb. primus ἐκμελετήσαντα.

(59) Antiqui duo libri σωτηρία ψυχῆς. Ibidem aliquot mss. Combefisiani παύσῃ. Colb. tertius οὐ παύσῃ, *nonne desines?*

(60) Reg. tertius ὀφθαλμῶν προσεγένετο.

(61) Hic et infra, ubi vox ἀγέννητος, aut γεννητός occurrit, variant tum calamo notati, tum typis descripti libri. Nec id cuiquam mirum videri debet, cum hæ voces in diversis exemplaribus modo cum unico ν scribantur, modo cum duobus. Certe, cum de divinis rebus agitur, multum quidem refert hoc an illo modo legatur, ἀγέννητος, aut ἀγένητος, γεννητός, aut γενητός. Et vero nefas est Filium dicere *ingenitum*, quem tamen vere profitemur *increatum* : item, fides docet Filium esse *genitum*, quem negat esse *factum*. Sed si sermo sit de rebus creatis, nihil refert utro quis modo legat, cum pro una voce aliam sæpius sumi constet. Lege Ducæum. De cætero nemo, opinor, non videt Manichæos hic a Basilio impugnari. Mox Colb. tertius φύσει τὴν πονηρίαν. Subinde idem codex καὶ γεννήσεως.

(62) Reg. primus ἀγαθοῦ· Οὐδὲν γὰρ αἰσχρόν.

(63) Colb. secundus ἀναμεμιγμένως τῇ.

Digitized by Google

tum; quomodo spiritualia longe puritate ac sanctitate præstantia, communem cum malo subsistentiam habuissent? Sed tamen malum est, et vis ejus id non parum per omnem vitam diffundi demonstrat. Unde ergo habet quod est, si neque principio careat, inquit, neque factum ac creatum sit?

A ζόμενον, πῶς ἂν τὰ νοητὰ, τοσοῦτον καθαρότητι καὶ ἁγιασμῷ διαφέροντα, κοινὴν ἂν ἔσχε πρὸς τὸ κακὸν τὴν ὑπόστασιν; Ἀλλὰ μήν ἐστι τὸ κακὸν, καὶ ἡ ἐνέργεια δείκνυσι πολὺ κατὰ τοῦ βίου παντὸς κεχυμένον. Πόθεν οὖν αὐτῷ τὸ εἶναι, εἰ μήτε ἀναρχόν ἐστι, φησὶ, μήτε πεποίηται;

6. Vicissim interrogentur qui talia quærunt: Unde morbi? unde corporis oblæsi vitia? Neque enim morbus increatus est, neque etiam opificium Dei. Sed creata quidem sunt animalia cum conveniente sibi structura secundum naturam, ac integris absolutisque membris prodiere in lucem; sed tamen ægrotaverunt e naturali statu emota. Amittunt enim sanitatem aut propter diætam malam, aut per quamcunque aliam quæ morbum afferat causam. Ergo corpus creavit Deus, non morbum; et animam quoque fecit Deus, non peccatum: vitiata tamen est anima, e naturali statu dejecta. Quodnam autem erat ipsi præcipuum bonum illud? Adhærere Deo, eique per charitatem conjungi: a qua ubi excidit, variis morbis ac diversis vitiata est. Quid est autem quod omnino mali capax sit? Quoniam prædita est libero arbitrio, quod naturæ rationis compoti **79** maxime congruit. Soluta namque anima necessitate omni, liberamque et in sua potestate sitam vitam a Conditore sortita, quod ad Dei imaginem facta sit, bonum quidem intelligit ejusque jucunditatem novit: et dum speculari bonum, ac spiritualibus frui perseverat, ut facultatem potestatemque habet suæ, quæ secundum naturam est, vitæ conservandæ, ita quoque potestatem habet declinandi aliquando a bono. Hoc autem ei contingit, cum beata delectatione exsatiata, et velut sopore quodam gravata, et a supernis dilabens, fruendarum turpium voluptatum causa sese carni admiscuerit.

6. Ἀντερωτάσθωσαν οἱ τὰ τοιαῦτα ἐπιζητοῦντες· Πόθεν νόσοι (64); πόθεν αἱ πηρώσεις τοῦ σώματος; Οὔτε γὰρ ἀγέννητος ἡ νόσος, οὔτε μὴν δημιούργημα τοῦ Θεοῦ. Ἀλλ' ἐκτίσθη μὲν τὰ ζῶα μετὰ τῆς πρεπούσης αὐτοῖς κατασκευῆς κατὰ φύσιν, καὶ παρήχθη (65) πρὸς τὴν ζωὴν ἀπηρτισμένα τοῖς μέλεσιν, ἐνόσησε δὲ τοῦ κατὰ φύσιν παρατραπέντα. Ἐξίσταται γὰρ τῆς ὑγιείας ἢ διὰ πονηρὰν δίαιταν ἢ δι' B ἡσδηποτοῦν νοσοποιοῦ αἰτίας (66). Οὐκοῦν σῶμα μὲν ἔκτισεν ὁ Θεὸς, οὐχὶ νόσον· καὶ ψυχὴν τοίνυν ἐποίησεν ὁ Θεὸς, οὐχὶ δὲ ἁμαρτίαν· ἐκακώθη δὲ ἡ ψυχὴ, παρατραπεῖσα τοῦ κατὰ φύσιν. Τί δὲ ἦν αὐτῇ τὸ προηγούμενον ἀγαθόν; Ἡ προσεδρεία τοῦ Θεοῦ, καὶ ἡ διὰ τῆς ἀγάπης συνάφεια· ἧς ἐκπεσοῦσα, τοῖς ποικίλοις καὶ πολυτρόποις (67) ἀῤῥωστήμασιν ἐκακώθη. Διὰ τί δὲ ὅλως δεκτικὴ τοῦ κακοῦ; Διὰ τὴν αὐτεξούσιον ὁρμὴν, μάλιστα πρέπουσαν λογικῇ φύσει. Λελυμένη γὰρ πάσης ἀνάγκης, καὶ αὐθαίρετον ζωὴν λαβοῦσα παρὰ τοῦ κτίσαντος, διὰ τὸ κατ' εἰκόνα γεγενῆσθαι Θεοῦ, νοεῖ μὲν τὸ ἀγαθὸν, καὶ οἶδεν αὐτοῦ τὴν ἀπόλαυσιν, καὶ ἔχει ἐξουσίαν καὶ δύναμιν, ἐπιμένουσα τῇ τοῦ καλοῦ θεωρίᾳ καὶ τῇ ἀπολαύσει C τῶν νοητῶν, διαφυλάσσειν αὐτῆς τὴν κατὰ φύσιν ζωήν· ἔχει δὲ ἐξουσίαν καὶ ἀπονεῦσαί ποτε τοῦ καλοῦ. Τοῦτο δὲ συμβαίνει αὐτῇ, ὅταν, κόρον λαβοῦσα τῆς μακαρίας τέρψεως, καὶ οἷον νυσταγμῷ τινι βαρυνθεῖσα καὶ ἀπορῥυεῖσα τῶν ἄνωθεν, τῇ σαρκὶ διὰ τὰς αἰσχρὰς τῶν ἡδονῶν ἀπολαύσεις ἀναμιχθῇ.

7. Erat aliquando Adam in supernis, non loco, sed animo, cum statim accepta anima, erectisque in cœlum oculis, rebus conspectis valde exhilaratus, diligensque maxime datorem beneficum, qui vitam æternam fruendam largitus, locarat eum in deliciis paradisi, quique post traditum ei perinde ut angelis principatum, effecerat ipsum ejusdem cum archangelis victus participem, et vocis divinæ D auditorem: præter hæc omnia protectus a Deo, ejusque bonis fruitus, statim tamen his omnibus exsaturatus, et præ satietate, quasi conviciatus, quod carneis oculis jucundum videbatur, id prætulit spirituali pulchritudini, ac ventris saturitatem

7. Ἦν ποτε ὁ Ἀδὰμ ἄνω, οὐ τόπῳ, ἀλλὰ τῇ προαιρέσει, ὅτε, ἄρτι ψυχωθεὶς καὶ ἀναβλέψας πρὸς οὐρανὸν (68), περιχαρὴς τοῖς ὁρωμένοις γενόμενος, ὑπεραγαπῶν τὸν εὐεργέτην, ζωῆς μὲν αἰωνίου ἀπόλαυσιν χαρισάμενον, τρυφαῖς δὲ παραδείσου ἐναναπαύσαντα, ἀρχὴν δὲ δόντα κατὰ τὴν τῶν ἀγγέλων, καὶ ἀρχαγγέλοις αὐτὸν ποιήσαντα ὁμοδίαιτον, καὶ φωνῆς θείας ἀκροατήν· ἐπὶ πᾶσι τούτοις ὑπερασπιζόμενος παρὰ Θεοῦ, καὶ ἀπολαύων τῶν αὐτοῦ ἀγαθῶν (69), ταχὺ πάντων ἀναπλησθεὶς, καὶ οἷον ἐξυβρίσας τῷ κόρῳ, τὸ τοῖς σαρκίνοις ὀφθαλμοῖς φανὲν τερπνὸν τοῦ νοητοῦ προετίμησε κάλλους, καὶ τὴν πλησμονὴν τῆς γαστρὸς τῶν πνευματικῶν ἀπολαύσεων τιμιωτέραν ἔθετο.

(64) Editi πόθεν αἱ νόσοι. Colb. primus πόθεν νόσοι. Alii quatuor mss. πόθεν νόσος.

(65) Regii primus et secundus et Colb. tertius κατασκευῆς, καὶ κατὰ φύσιν παρήχθη. Alii tres mss. et editi κατασκευῆς κατὰ φύσιν, καὶ παρήχθη.

(66) Editi ἢ δι' ἀσδηποτοῦν νοσοποιοὺς αἰτίας. Antiqui duo libri ut in contextu.

(67) Veteres duo libri ποικίλοις καὶ πολυπλόοις ἀῤ.

(68) Colb. primus εἰς οὐρανόν. Aliquanto post idem codex δόντα τὴν τῶν. Ibidem quatuor mss. καὶ ἀγγέλοις αὐτόν.

(69) Editio Paris. ὑπερασπιζόμενος πρὸς Θεοῦ καὶ ἀπολαύσεων ταχὺ πάντων ἀναπλησθείς. Editio Basil. ἀπολαύων: cætera vero ut supra. Colb. primus ὑπερασπαζόμενος Θεὸν καὶ ἀπολαύων τὰ Χριστοῦ καὶ πάντων ἀναπλησθείς. Reg. tertius ὑπερασπαζόμενος Θεῷ καὶ ἀπολαύων, ταχύ, etc. Reg. secundus ut in contextu.

Digitized by Google

Ἔξω μὲν εὐθὺς ἦν τοῦ παραδείσου, ἔξω δὲ τῆς μακαρίας ἐκείνης διαγωγῆς, οὐκ ἐξ ἀνάγκης κακὸς, ἀλλ' ἐξ ἀβουλίας, γενόμενος. Διὰ τοῦτο καὶ ἥμαρτε μὲν διὰ μοχθηρὰν προαίρεσιν, ἀπέθανε δὲ διὰ τὴν ἁμαρτίαν· *Τὰ γὰρ ὀψώνια τῆς ἁμαρτίας θάνατος.* Ὅσον γὰρ ἀφίστατο τῆς ζωῆς, τοσοῦτον προσήγγιζε τῷ θανάτῳ. Ζωὴ γὰρ ὁ Θεός· στέρησις δὲ τῆς ζωῆς θάνατος. Ὥστε ἑαυτῷ τὸν θάνατον ὁ Ἀδὰμ διὰ τῆς ἀναχωρήσεως τοῦ Θεοῦ κατεσκεύασε, κατὰ τὸ γεγραμμένον, ὅτι *Ἰδοὺ οἱ μακρύνοντες ἑαυτοὺς ἀπὸ σοῦ, ἀπολοῦνται.* Οὕτως οὐχὶ Θεὸς ἔκτισε θάνατον, ἀλλ' ἡμεῖς ἑαυτοῖς ἐκ πονηρᾶς γνώμης ἐπεσπασάμεθα. Οὐ μὴν οὐδὲ ἐκώλυσε τὴν διάλυσιν διὰ τὰς προειρημένας αἰτίας, ἵνα μὴ ἀθάνατον ἡμῖν τὴν ἀῤῥωστίαν διατηρήσῃ. Ὥσπερ ἂν εἴ τις σκεῦος πήλινον διαῤῥυὲν μὴ καταδέχοιτο παραδοῦναι πυρὶ, ἕως ἂν τὸ ἐνυπάρχον αὐτῷ πάθος διὰ τῆς ἀναπλάσεως ἐξιάσαιτο (70). Ἀλλὰ διὰ τί οὐκ ἐν τῇ κατασκευῇ τὸ ἀναμάρτητον ἔσχομεν, φησὶν, ὥστε μηδὲ βουλομένοις ἡμῖν ὑπάρχειν τὸ ἁμαρτάνειν; Ὅτι καὶ σὺ τοὺς οἰκέτας, οὐχ ὅταν δεσμίους ἔχῃς, εὐνοῦς ὑπολαμβάνεις, ἀλλ' ὅταν ἑκουσίως ἴδῃς ἀποπληροῦντάς σοι τὰ καθήκοντα. Καὶ Θεῷ τοίνυν οὐ τὸ ἠναγκασμένον φίλον, ἀλλὰ τὸ ἐξ ἀρετῆς κατορθούμενον. Ἀρετὴ δὲ ἐκ προαιρέσεως, καὶ οὐκ ἐξ ἀνάγκης γίνεται. Προαίρεσις δὲ τῶν ἐφ' ἡμῖν ἤρτηται. Τὸ δὲ ἐφ' ἡμῖν ἐστι τὸ αὐτεξούσιον. Ὁ τοίνυν μεμφόμενος τὸν ποιητὴν ὡς μὴ φυσικῶς κατασκευάσαντα ἡμᾶς ἀναμαρτήτους, οὐδὲν ἕτερον ἢ τὴν ἄλογον φύσιν τῆς λογικῆς προτιμᾷ, καὶ τὴν ἀκίνητον καὶ ἀνόρμητον τῆς προαιρετικῆς καὶ ἐμπράκτου. Ταῦτα εἰ καὶ παρεκβατικῶς, ἀλλ' ἀναγκαίως εἴρηται, ἵνα μὴ, εἰς βυθὸν διαλογισμῶν ἐμπεσὼν, πρὸς τῇ στερήσει τῶν περισπουδάστων, ἔτι καὶ Θεοῦ στέρησιν ὑπομείνῃς. Παυσώμεθα οὖν ἐπανορθούμενοι τὸν σοφόν. Παυσώμεθα τὸ βέλτιον τῶν παρ' αὐτοῦ γινομένων ἐπιζητοῦντες. Εἰ γὰρ καὶ τῶν κατὰ μέρος οἰκονομουμένων διαφεύγουσιν ἡμᾶς οἱ λόγοι, ἀλλ' ἔν γε ἐκεῖνο δόγμα ταῖς ψυχαῖς ἡμῶν ἐνυπαρχέτω, τὸ, μηδὲν κακὸν παρὰ τοῦ ἀγαθοῦ γίνεσθαι.

A duxit spiritualibus deliciis potiorem. Quare statim ejectus e paradiso, beata illa vita privatus fuit, non ex necessitate, sed ex insipientia malus effectus. Quamobrem peccavit quidem ob pravam voluntatem: sed mortuus est ob peccatum. *Stipendia enim peccati mors* [91]. Quantum enim secedebat a vita, tantum appropinquabat ad mortem. Nam vita Deus est, vitæ vero privatio mors. Quare Adamus secedendo a Deo mortem conscivit sibi ipsi, juxta id quod scriptum est: *Ecce qui elongant se a te, peribunt* [92]. Sic non creavit Deus mortem, sed nos nobis ipsis ex prava mente eam accersivimus. Neque vero dissolvi nos prohibuit ob eas quas prius diximus causas, ut ne immortalem in nobis ægritudinem conservaret. Quemadmodum si quis fictile quoddam effluens vas igni admovere nolit, donec reconcinnando vitium illius resarciat. Sed cur, inquit, non ita conditi sumus, ut peccare natura non possimus, adeo ut ne volentibus quidem nobis facultas inesset peccandi? Quia et tu famulos, non cum vinctos detines, benevolos putas, sed cum eos libenter sua in te officia videris explere. Itaque neque Deo gratum est quod coactum est, sed quod virtute geritur. Virtus autem ex voluntate, non ex necessitate proficiscitur. Jam vero voluntas ex iis quæ penes nos sunt, dependet. Quod autem in nobis situm est, liberi arbitrii facultas est. Proinde qui opificem reprehendit, quod nos non condiderit natura tales ut peccare nequeamus, nihil aliud facit, nisi naturam irrationalem rationali et immobilem appetendique incapacem, liberæ atque actuosæ præfert. **80** Hæc etsi per digressionem, necessario tamen dicta sunt, ut ne in abyssum cogitationum inanium lapsus præter privationem eorum quorum studio teneris, adhuc et Deo ipso priveris. Desinamus igitur corrigere sapientem. Desinamus quidquam melius quam quæ fecerit, indagare. Etsi enim singulorum quæ ejus providentia ac consilio fiunt, rationes nos latent; at certe unum illud dogma ratum fixumque in nostris animis sit, nullum malum a bono fieri.

B

C

8. Ἐπεισέρχεται δὲ τούτῳ, κατὰ τὸ ἀκόλουθον τῆς ἐννοίας, καὶ τὸ περὶ τοῦ διαβόλου ζήτημα. Πόθεν ὁ διάβολος, εἰ μὴ παρὰ Θεοῦ (71) τὰ κακά; Τί οὖν φαμεν; Ὅτι ὁ αὐτὸς ἡμῖν ἀρκέσει καὶ περὶ τοῦ ζητήματος τούτου λόγος, ὁ καὶ περὶ τῆς ἐν ἀνθρώποις πονηρίας ἀποδοθείς. Πόθεν γὰρ πονηρὸς ὁ ἄνθρωπος; Ἐκ τῆς οἰκείας αὐτοῦ (72) προαιρέσεως. Πόθεν κακὸς ὁ διάβολος; Ἐκ τῆς αὐτῆς αἰτίας, αὐθαίρετον ἔχων καὶ αὐτὸς τὴν ζωὴν, καὶ ἐπ' αὐτῷ κειμένην τὴν ἐξουσίαν, ἢ παραμένειν τῷ Θεῷ, ἢ ἀλλοτριωθῆναι τοῦ ἀγαθοῦ. Γαβριὴλ ἄγγελος, καὶ παρέστηκε τῷ Θεῷ διηνεκῶς. Ὁ Σατανᾶς ἄγγελος, καὶ ἐξέπεσε τῆς οἰκείας τάξεως παντελῶς. Κἀκεῖνον ἡ προαίρεσις διεφθείρατο, καὶ τοῦτον ἐπὶ τὰ ἄμεινον ἐπανάγει. Ἐπὶ τοσοῦτον ἐν ἡμῖν ἐστι τὸ αὐτεξούσιον.

8. Huic autem quæstioni alia de diabolo ex cogitatorum serie accedit. Unde sit diabolus, si non sunt a Deo mala? Quid igitur dicimus? rationem eamdem quam jam de hominum pravitate reddidimus, nobis pro hac quoque quæstione sufficere. Unde enim malus est homo? ex sua ipsius voluntate. Unde malus diabolus? Ex eadem causa; cum et ipse liberam vitam haberet, ac penes se esset vel Deo perseveranter adhærere, vel a bono secedere. Gabriel angelus est, et Deo jugiter astitit. Satanas erat angelus quoque, sed ex suo ordine penitus excidit. Et illum retinuit in cœlis liberum arbitrium, et hunc dejecit voluntatis libertas. Pote-

D

[91] Rom. VI, 23. [92] Psal. LXXII, 27.

(70) Colb. primus ἐξιάσηται. Ibidem editi ἀλλὰ καὶ διά. Voculæ καί abest a nostris codicibus.

(71) Editi παρὰ τοῦ Θεοῦ. Articulus in nostris mss., non invenitur.

(72) Antiqui tres libri οἰκείας ἑαυτοῦ.

Digitized by Google

rat namque et ille desciscere, et hic non labi. Sed illum servavit Dei dilectio insatiabilis, hunc vero reprobum fecit suus a Deo recessus. Hoc est malum, abalienatio a Deo. Parva oculi conversio facit, ut aut cum sole, aut cum corporis nostri umbra simus. Et illuc quidem si respicias, prompte ac cito illustraris : ad umbram vero si declines, necessario degis in tenebris. Hunc ad modum malus est diabolus, ex voluntate habens malitiam, non illius natura adversatur bono. Unde igitur ei adversus nos bellum ? Quia cum sit cujuscunque malitiæ receptaculum, recepit quoque invidiæ morbum, et invidit nobis honorem. Non enim potuit vitam nostram in paradiso citra mœrorem actam ferre : nam dolis ac versutiis hominem decipiens, eaque cupiditate, qua ipse fieri Deo similis expetebat, ad fallendum illum usus, lignum ostendit, ac promisit futurum, ut si eo vesceretur, eum efficeret similem Deo. *Si enim*, inquit, *comederitis, eritis sicut dii, scientes bonum et malum* [93]. Non igitur conditus est inimicus nobis : sed ex invidia effectus est nobis inimicus. Nam cum videret se ex angelorum cœtu projectum, tunc hominem, qui terrestris erat, ad angelorum dignitatem suo in virtute profectu exaltatum videre non sustinuit.

9. Quoniam igitur inimicus factus est, inimicitiam nobis Deus adversus illum indidit, cum serpentem cujus opera usus fuerat, sic allocutus est, ut minas ad diabolum referret : *Ponam inimicitiam inter te et inter semen illius* [94]. Nam re ipsa nocent amicitiæ cum malitia initæ, siquidem ista amicitiæ lex inter conjunctos ex quadam similitudine solet intercedere. Unde recte dictum est : *Corrumpunt mores bonos colloquia mala* [95]. Quemadmodum enim in pestilentibus locis aer sensim spiritu ductus latentem morbum incolis ingenerat : sic inita cum malis **81** consuetudo animis infert mala non parva, tametsi noxa non statim sentitur. Quapropter implacabilis est adversus serpentem inimicitia. Quod si instrumentum odio tanto dignum est, quantam inimicitiam cum instrumenti motore gerere nos convenit? Sed cur, inquit, erat lignum in paradiso, per quod aggressurus nos erat diabolus? Etenim si fallaciæ illecebram non habuisset, quomodo nos per inobedientiam induxisset in mortem? Quia probanda erat obedientia nostra per præceptum. Eam ob causam planta erat speciosorum fructuum ferax, ut per abstinentiam voluptatis virtutem temperantiæ ostendentes, coronis patientiæ merito donaremur. Comesturam autem secuta est non modo violatio præcepti, sed nuditatis etiam cognitio. *Comederunt enim*, inquit, *et aperti sunt oculi eorum*,

[93] Gen. III, 5. [94] ibid. 15. [95] I Cor. XV, 33.

εφύλαξεν (73) ἐν τοῖς ἄνω, καὶ τοῦτον κατέρριψε τῆς γνώμης τὸ αὐτεξούσιον. Ἐδύνατο γὰρ κἀκεῖνος ἀποστατῆσαι, καὶ οὗτος μὴ ἐκπεσεῖν. Ἀλλὰ τὸν μὲν διεσώσατο τῆς ἀγάπης τοῦ Θεοῦ τὸ ἀκόρεστον· τὸν δὲ ἀπόβλητον ἔδειξεν ἡ ἐκ Θεοῦ ἀναχώρησις. Τοῦτό ἐστι τὸ κακὸν, ἡ τοῦ Θεοῦ ἀλλοτρίωσις. Μικρὰ περιστροφὴ ὀφθαλμοῦ ἢ μετὰ ἡλίου ἡμᾶς εἶναι ποιεῖ, ἢ μετὰ τῆς σκιᾶς τοῦ σώματος ἡμῶν. Κἀκεῖ μὲν ἀναβλέψαντι ἕτοιμον τὸ φωτισθῆναι, ἀπονεύσαντι δὲ πρὸς τὴν σκιὰν ἀναγκαία ἡ σκότωσις. Οὕτω πονηρὸς ὁ διάβολος, ἐκ προαιρέσεως ἔχων τὴν πονηρίαν, οὐ φύσις ἀντικειμένη τῷ ἀγαθῷ. Πόθεν οὖν αὐτῷ ὁ πρὸς ἡμᾶς πόλεμος; Ὅτι, δοχεῖον ὢν πάσης κακίας, ἐδέξατο καὶ τοῦ φθόνου τὴν νόσον, καὶ ἐβάσκηνεν ἡμῖν τῆς τιμῆς. Οὐ γὰρ ἤνεγκεν ἡμῶν τὴν ἄλυπον ζωὴν B τὴν ἐν τῷ παραδείσῳ· δόλοις δὲ καὶ μηχαναῖς ἐξαπατήσας τὸν ἄνθρωπον, καὶ τὴν ἐπιθυμίαν αὐτοῦ, ἣν ἔσχε πρὸς τὸ ὁμοιωθῆναι τῷ Θεῷ, ταύτῃ πρὸς τὴν ἀπάτην ἀποχρησάμενος, ἔδειξε τὸ ξύλον, καὶ ἐπηγγείλατο διὰ τῆς βρώσεως αὐτοῦ ὅμοιον τῷ Θεῷ (74) καταστήσειν. *Ἐὰν γὰρ φάγητε*, φησὶν, *ἔσεσθε ὡς θεοὶ, γινώσκοντες καλὸν καὶ πονηρόν*. Οὐκ ἐχθρὸς τοίνυν ἡμῖν κατεσκευάσθη, ἀλλ' ἐκ ζηλοτυπίας ἡμῖν εἰς ἔχθραν ἀντικατέστη. Ὁρῶν γὰρ ἑαυτὸν ἐκ τῶν ἀγγέλων καταῤῥιφέντα, οὐκ ἔφερε βλέπειν τὸν γήϊνον ἐπὶ τὴν ἀξίαν τῶν ἀγγέλων διὰ προκοπῆς ἀνυφούμενον.

9. Ἐπεὶδὴ οὖν γέγονεν ἐχθρὸς, ἐφύλαξεν ἡμῖν ὁ Θεὸς τὴν πρὸς αὐτὸν ἐναντίωσιν, δι' ὧν τῷ ὑπηρετησαμένῳ αὐτῷ θηρίῳ διελέγετο, πρὸς αὐτὸν ἀναφέρων C τὴν ἀπειλήν· ὅτι *Ἔχθραν θήσω ἀναμέσον σοῦ καὶ ἀναμέσον τοῦ σπέρματος αὐτῆς*. Τῷ ὄντι γὰρ βλαβεραὶ αἱ πρὸς τὴν κακίαν καταλλαγαί· ἐπειδὴ νόμος οὗτος φιλίας (75) δι' ὁμοιότητος πέφυκε τοῖς συναπτομένοις ἐγγίνεσθαι. Ὅθεν ὀρθῶς ἔχει τὸ, *Φθείρουσιν ἤθη χρηστὰ ὁμιλίαι κακαί*. Ὡς γὰρ ἐν τοῖς νόσοποιοῖς χωρίοις ὁ κατὰ μέρος ἀναπνεόμενος ἀὴρ λανθάνουσαν νόσον τοῖς ἐνδιαιτωμένοις ἐναποτίθεται· οὕτως ἡ πρὸς τὰ φαῦλα συνήθεια μεγάλα κακὰ ταῖς ψυχαῖς ἐναφίησι, κἂν τὴν παραυτίκα αἴσθησιν τὸ βλαβερὸν διαφεύγῃ. Διὰ τοῦτο ἀδιάλλακτος ἡ πρὸς τὸν ὄφιν ἔχθρα. Εἰ δὲ τὸ ὄργανον τοσούτου μίσους ἄξιον, πόσον ἐχθραίνειν ἡμᾶς τῷ ἐνεργήσαντι προσῆκεν; Ἀλλὰ καὶ διὰ τί ἦν τὸ ξύλον, φησὶν, ἐν τῷ παραδείσῳ, δι' οὗ τῷ διαβόλῳ ἔμελλε προχωρήσειν ἡ καθ' D ἡμῶν ἐπιχείρησις; Εἰ γὰρ μὴ εἶχε τῆς ἀπάτης τὸ δέλεαρ, πῶς ἂν ἡμᾶς διὰ τῆς παρακοῆς εἰς τὸν θάνατον ὑπηγάγετο; Ὅτι ἔδει εἶναι ἐντολὴν τὴν δοκιμάζουσαν ἡμῶν τὸ ὑπήκοον. Διὰ τοῦτο ἦν φυτὸν ὡραίων καρπῶν εὔφορον, ἵνα ἐν τῇ ἀποχῇ τοῦ ἡδέος, τὸ τῆς ἐγκρατείας καλὸν ἐπιδειξάμενοι, τῶν τῆς ὑπομονῆς στεφάνων δικαίως ἀξιωθῶμεν. Ἐπηκολούθησε δὲ τῇ βρώσει οὐ παρακοὴ μόνον (76) τῆς ἐντολῆς, ἀλλὰ καὶ ἡ ἐπίγνωσις τῆς γυμνότητος. *Ἔφαγον γὰρ*, φησὶ, *καὶ διηνοίχθησαν αὐτῶν οἱ ὀφθαλ-*

(73) Editi ἐφύλαξε. At mss. tres διεφύλαξε.

(74) Reg. primus ὅμοιον τοῦ Θεοῦ. Mox utraque editio ἔσεσθαι ὡς θεοί. At mss. multi ἔσεσθε. Nec ita multo infra quatuor mss. ἔχθραν ἀντεκατέστη. Alii duo mss. et editi ἀντικατέστη.

(75) Colb. primus οὕτος φιλανθρωπίας.

(76) Colb. primus παρακοὴ μόνη.

Digitized by Google

μοι, καὶ ἔγνωσαν, ὅτι γυμνοί εἰσιν. Ἔδει δὲ μὴ γινώσκειν τὴν γύμνωσιν, ἵνα μὴ ὁ νοῦς τοῦ ἀνθρώπου περιεσπᾶτο πρὸς τὴν τοῦ λείποντος ἀναπλήρωσιν, ἀμφιέσματα ἑαυτῷ καὶ τῆς γυμνότητος παραμυθίαν ἐπινοῶν, καὶ ὅλως τῇ τῆς σαρκὸς ἐπιμελείᾳ τῆς πρὸς Θεὸν ἐνατενίσεως ἀφελκόμενος. Διὰ τί δὲ οὐκ εὐθὺς αὐτῷ συγκατεσκευάσθη καὶ τὰ ἐνδύματα; Ὅτι οὔτε φυσικὰ ἔπρεπεν εἶναι ταῦτα, οὔτε ἐκ τέχνης. Τὰ μὲν γὰρ φυσικὰ ἴδια τῶν ἀλόγων ἐστίν· οἷον πτερὰ, καὶ τρίχες, καὶ δερμάτων παχύτητες, στέγειν μὲν χειμῶνας, φέρειν δὲ καύσωνας δυναμένων. Ἐν οἷς οὐδὲν τὸ ἕτερον τοῦ ἑτέρου διενήνοχεν, ὁμοτίμου πᾶσι τῆς φύσεως ὑπαρχούσης· ἀνθρώπῳ δὲ ἔπρεπε, κατὰ τὴν ἀναλογίαν τῆς πρὸς Θεὸν ἀγάπης, παρηλλαγμένας τῶν ἀγαθῶν τὰς ἀντιδόσεις ὑπάρχειν. Αἱ δὲ ἐκ τέχνης ἐπιτηδεύσεις ἀσχολίας ἂν ἐγένοντο πρόξενοι· ὃ μάλιστα φευκτὸν ἦν ὡς βλαβερὸν τῷ ἀνθρώπῳ. Διὸ καὶ ὁ Κύριος, εἰς τὴν ἐν τῷ παραδείσῳ ζωὴν ἡμᾶς ἀνακαλούμενος, ἐκβάλλει τὴν μέριμναν τῶν ψυχῶν, λέγων· *Μὴ μεριμνᾶτε* (77) *τῇ ψυχῇ ὑμῶν, τί φάγητε· μηδὲ τῷ σώματι ὑμῶν, τί ἐνδύσησθε.* Οὔτε οὖν ἐκ φύσεως ἔπρεπεν αὐτῷ ἔχειν τὰ σκεπάσματα, οὔτε ἐκ τέχνης· ἀλλ' ἕτερα ἦν ηὐτρεπισμένα, ἐπιδειξαμένῳ τὴν ἀρετὴν, τὰ ἐκ τῆς τοῦ Θεοῦ χάριτος ἐπανθεῖν τῷ ἀνθρώπῳ, καὶ περιαστράπτειν μέλλοντα φωτειναῖς τισι περιβολαῖς (78), ὁποῖαι αἱ τῶν ἀγγέλων, ὑπὲρ τὴν τῶν ἀνθέων ποικιλίαν, ὑπὲρ τὴν τῶν ἀστέρων φαιδρότητα καὶ στιλβότητα. Διὰ τοῦτο οὖν οὐκ εὐθὺς αὐτῷ τὰ ἐνδύματα, ἐπειδὴ ἄθλα ἦν ἀρετῆς ἀποκείμενα τῷ ἀνθρώπῳ, εἰς ἃ φθάσαι ὑπὸ τῆς ἐπηρείας τοῦ διαβόλου οὐκ ἐπετράπη. Ἀγωνιστὴς τοίνυν ἔστηκεν ἡμῖν ὁ διάβολος διὰ τὸ ἐξ ἐπηρείας πάλαι γενόμενον ἡμῖν πτῶμα, τοῦ Κυρίου οἰκονομήσαντος ἡμῖν τὴν πρὸς αὐτὸν πάλην, ὥστε διὰ τῆς ὑπακοῆς ἀναπαλαῖσαι ἡμᾶς (79), καὶ καταστεφανωθῆναι τοῦ ἀντιδίκου. Εἴθε μὲν γὰρ μὴ ἐγεγόνει διάβολος, ἀλλ' ἔμεινεν ἐν τῇ τάξει, ἐν ᾗ ἐξ ἀρχῆς ἐτάχθη παρὰ τοῦ ταξιάρχου! ἐπειδὴ δὲ γέγονεν ἀποστάτης, ἐχθρὸς μὲν Θεοῦ, ἐχθρὸς δὲ ἀνθρώπων τῶν κατ' εἰκόνα Θεοῦ γεγενημένων (διὰ τοῦτο γάρ ἐστι μισάνθρωπος, διότι καὶ θεομάχος· καὶ μισεῖ μὲν ἡμᾶς ὡς κτήματα τοῦ Δεσπότου (80), μισεῖ δὲ ὡς ὁμοιώματα τοῦ Θεοῦ)· συνεχρήσατο οὖν αὐτοῦ τῇ πονηρίᾳ εἰς γυμνάσιον τῶν ἡμετέρων ψυχῶν ὁ σοφῶς καὶ προνοητικῶς οἰκονομῶν τὰ ἀνθρώπινα, ὥσπερ ἰατρὸς τῷ τῆς ἐχίδνης ἰῷ εἰς σωτηρίων φαρμάκων κατασκευὴν ἀποχρώμενος. Τίς οὖν ἦν (81) ὁ διάβολος; καὶ τίς ἡ τάξις; καὶ τί τὸ ἀξίωμα; καὶ πόθεν ὅλως Σατανᾶς προσηγόρευται (82); Σατανᾶς μὲν οὖν, διὰ τὸ ἀντικεῖσθαι τῷ ἀγαθῷ· οὕτω γὰρ σημαίνει ἡ φωνὴ τῶν Ἑβραίων, ὡς ἐν ταῖς Βασι-

A *et cognoverunt quod nudi essent* [96]. Par autem erat eos non agnovisse nuditatem, ne mens hominis ad supplendum quod deerat, distraheretur, indumenta nuditatisque solatia sibi excogitans, et ne totus carnis curæ incumbens, a continua Dei contemplatione avocaretur. Cur autem non statim una cum ipso indumenta etiam constructa sunt? Quoniam neque naturalia ea esse conveniebat, neque ex arte. Nam naturalia brutorum animalium sunt propria, velut pennæ, pili, pelles crassæ, sic ut hiemem arcere, et æstum ferre possint. In quibus alterum ab altero nihil differt, cum par et æqualis natura insit omnibus: sed homini pro ratione suæ in Deum dilectionis retribui decebat bona præstantiora. Rursus artium studia negotiis ansam B dedissent et occasionem: quod maxime fugiendum erat, ut homini exitiosum. Quare et Dominus nos ad paradisi vitam revocans, ex animo curam ac sollicitudinem expellit, his verbis: *Ne solliciti sitis animæ vestræ, quid manducetis; neque corpori vestro, quid induamini* [97]. Neque igitur ex natura, neque ex arte habere eum tegumenta decebat: sed virtutem si ostendisset, apparata erant alia, in homine ex Dei munere emicatura, et lucido quodam cultu, qualis angelorum est, coruscatura, florum varietatem, stellarumque claritatem ut fulgorem superatura. Igitur non ei fuere statim data indumenta, quod virtutis præmia essent homini reposita; quæ consequi diaboli insidiæ non sivere. Diabolus igitur adversarius noster est, ob casum no- C bis olim per illius insidias invectum, Domino luctam nobis adversus eum constituente, ut redintegrata per obedientiam lucta, de inimico triumphemus. Utinam quidem factus non esset diabolus, sed in eo ipso ordine, in quo fuerat initio ab ordinatore collocatus, remansisset! Sed posteaquam desertor factus est, tam Dei quam hominum qui ad Dei imaginem conditi sunt, inimicus fuit. Nam ideo hominem odio prosequitur, quod ipsius etiam Dei exsistat hostis. Et odit quidem nos tanquam Domini hæreditatem: odit et tanquam imaginem Dei. Itaque sapiens ille ac providus rerum humanarum moderator improbitate illius et animas nostras **82** exercendas usus est, perinde atque medicus vi- D peræ venenum ad salutaria paranda pharmaca adhibet. Quis igitur erat diabolus? et quis ipsius ordo? et quæ dignitas? et unde tamen Satanas appellatus est? Satanas erat quidem, quod adversatur bono. Hoc enim significat vox Hebraica, ut ex Regnorum libris didicimus: *Suscitavit enim*, inquit, *Dominus Salomoni Satan, Ader regem Sy-*

[96] Gen. III, 7. [97] Matth. VI, 25.

(77) Reg. primus μὴ μεριμνήσητε. Haud longe Colb. tertius ἕτερα ἦν αὐτῷ ηὐτρεπισμένα.

(78) Veteres quinque libri cum editione Basil. φωτειναί τινες περιβολαί. Alii duo mss. cum editione Paris. φωτειναῖς τισι περιβολαῖς. Statim Reg. primus ἀστέρων τερπνότητα καὶ στιλβότητα. Colb. primus ἀστέρων τερπνότητα. Διὰ τοῦτο, etc.

(79) Colb. primus ὑπακοῆς ἀναπλάσαι ἡμᾶς. Mox aliquot mss. τάξει ἐν ᾗ. Illud ἐν a vulgatis aberat.

(80) Editi ὡς κτίσμα τοῦ Δεσπότου. Reg. secundus ὡς κτίσματα. Alii quinque mss., si non plures, κτήματα. Statim mss. nonnulli ὡς ὁμοίωμα.

(81) Illud, ἦν, ex multis mss. addidimus.

(82) Colb. tertius προσαγορεύεται.

Digitized by Google

rorum [98]. Diabolus vero, quod idem peccati nostri adjutor est et accusator, gaudens quidem nostro interitu, ob ea vero quæ patravimus traducens nos. Cæterum natura ejus incorporea est, juxta Apostolum dicentem : *Non est nobis colluctatio adversus sanguinem et carnem, sed contra spiritualia nequitiæ* [99]. Dignitas vero est imperatoria : dicit namque, *Adversus principatus, et potestates, et mundi rectores tenebrarum harum* [1]. Locus autem principatus situs est in aere sicuti idem ait : *Secundum principem potestatis aeris, spiritus qui nunc operatur in filiis inobedientiæ* [2]. Idcirco mundi quoque princeps dicitur, quod circum orbem terrarum est ipsius principatus. Ita quoque Dominus loquitur : *Nunc judicium est mundi hujus, nunc princeps mundi hujus ejicietur foras* [3]. Et rursus : *Venit princeps mundi hujus, et in me non inveniet quidquam* [4]. *ὁ ἄρχων τοῦ κόσμου τούτου ἐκβληθήσεται* (84) *τούτου, καὶ ἐν ἐμοὶ εὑρήσει οὐδέν.*

10. Quoniam autem de exercitu diaboli dictum est : *Spiritualia* sunt *nequitiæ in cœlestibus* [5], scire operæ pretium est aerem, ut mos est, cœlum a Scriptura vocari. Exempli causa : *Volatilia cœli* [6], et, *Ascendunt usque ad cœlos* [7] : hoc est, in aerem alte sustolluntur. Eam ob causam et Dominus *Satanam vidit sicut fulgur de cœlo cadentem* [8] : hoc est, ex suo principatu prolapsum, et in imis jacentem ; ut ab iis qui in Christo spem reposuere, conculcetur. Nimirum dedit discipulis suis virtutem calcandi super serpentes et scorpiones, et super omnem virtutem inimici [9]. Proinde cum flagitiosa ejus tyrannis ejecta sit, locusque terræ circumjacens mundatus sit, per salutarem passionem illius, qui pacificavit quæ sunt super terram, et quæ in cœlis [10], tum demum regnum cœlorum nobis prædicatur. Quippe Joannes quidem ait : *Appropinquavit regnum cœlorum* [11] : Dominus vero prædicat ubique evangelium regni. Atque etiam prius angeli clamabant, *Gloria in altissimis Deo, et in terra pax* [12]. Et qui in ingressu Domini nostri in Jerusalem exsultabant, vociferabantur quoque : *Pax in cœlis, et gloria in altissimis* [13]. Et in summa, innumeræ sunt epinicii voces, quæ inimici extremam ruinam testantur, videlicet, quod lucta nulla, nullumque certamen nobis in supernis supersit, nec sit qui resistat nobis, et avertat nos a beata vita : sed simus deinceps jucundam ac hilarem successionem

A λείαις μεμαθήκαμεν· *Ἐξήγειρε γάρ*, φησὶ, *Κύριος τῷ Σολομῶντι Σατᾶν, Ἄδερ τὸν βασιλέα τῶν Σύρων*· διάβολος (83) δέ, ἐπειδὴ ὁ αὐτὸς καὶ συνεργὸς τῆς ἁμαρτίας ἡμῶν καὶ κατήγορος γίνεται· χαίρων μὲν (83') ἡμῶν ἀπωλείᾳ, παραδειγματίζων δὲ ἡμᾶς ἐπὶ τοῖς πεπραγμένοις. Φύσις δὲ αὐτοῦ ἀσώματος, κατὰ τὸν Ἀπόστολον, τὸν εἰπόντα· *Οὐκ ἔστιν ἡμῖν ἡ πάλη πρὸς αἷμα καὶ σάρκα, ἀλλὰ πρὸς τὰ πνευματικὰ τῆς πονηρίας*. Ἀξίωμα δὲ ἀρχικόν· *Πρὸς γὰρ τὰς ἀρχὰς*, φησὶ, *καὶ τὰς ἐξουσίας, καὶ τοὺς κοσμοκράτορας τοῦ σκότους τούτου*. Τόπος δὲ τῆς ἀρχῆς ὁ ἐναέριος, ὡς φησιν ὁ αὐτός· *Κατὰ τὸν ἄρχοντα τῆς ἐξουσίας τοῦ ἀέρος, τοῦ πνεύματος τοῦ νῦν ἐνεργοῦντος ἐν τοῖς υἱοῖς τῆς ἀπειθείας*. Διὰ τοῦτο καὶ κόσμου ἄρχων λέγεται, ἐπειδὴ B περίγειος αὐτοῦ ἐστιν ἡ ἀρχή. Καὶ οὕτως φησὶν ὁ Κύριος· *Νῦν κρίσις ἐστὶ τοῦ κόσμου τούτου, νῦν ἔξω*. Καὶ πάλιν· *Ἔρχεται ὁ ἄρχων τοῦ κόσμου*

10. Ἐπειδὴ δὲ εἴρηται περὶ τῆς στρατιᾶς τοῦ διαβόλου, ὅτι *Πνευματικά ἐστι τῆς πονηρίας ἐν τοῖς ἐπουρανίοις*, εἰδέναι χρὴ, ὅτι οὐρανὸν συνήθως ἡ Γραφὴ τὸν ἀέρα λέγει, ὡς τὸ, *Τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ*· καὶ τὸ, *Ἀναβαίνουσιν ἕως τῶν οὐρανῶν*· τουτέστιν, ἐπὶ πολὺ τοῦ ἀέρος ὑψοῦνται. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ Κύριος *Εἶδε τὸν Σατανᾶν ὡς ἀστραπὴν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ πεσόντα*· τουτέστι, τῆς οἰκείας ἀρχῆς ἐκπεσόντα, καὶ κάτω γενόμενον, ἵνα πατῆται ὑπὸ C τῶν εἰς Χριστὸν ἠλπικότων (85). Ἔδωκε γὰρ δύναμιν τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς τοῦ πατεῖν ἐπάνω ὄφεων καὶ σκορπίων, καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν δύναμιν τοῦ ἐχθροῦ. Ἐπεὶ οὖν ἐξεβλήθη ἡ πονηρὰ αὐτοῦ τυραννὶς, καὶ ἐκαθάρθη (86) ὁ περίγειος τόπος διὰ τοῦ σωτηρίου πάθους, τοῦ εἰρηνεύσαντος τὰ ἐπὶ τῆς γῆς καὶ τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, κηρύσσεται ἡμῖν λοιπὸν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν· Ἰωάννου μὲν λέγοντος· *Ἤγγικεν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν*· τοῦ Κυρίου δὲ πανταχοῦ τὸ Εὐαγγέλιον τῆς βασιλείας κηρύσσοντος· καὶ ἔτι πρότερον τῶν ἀγγέλων βοώντων· *Δόξα ἐν ὑψίστοις Θεῷ, καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη*· καὶ τῶν ἀγαλλιωμένων ἐπὶ τῇ εἰς Ἱερουσαλὴμ εἰσόδῳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν, καὶ κραζόντων· *Εἰρήνη ἐν οὐρανοῖς, καὶ δόξα ἐν ὑψίστοις*. Καὶ ὅλως, μυρίαι εἰσὶ τῶν ἐπινικίων αἱ D φωναὶ, τὴν εἰς τέλος καθαίρεσιν τοῦ ἐχθροῦ παριστῶσαι, ὡς οὐδεμιᾶς πάλης, οὐδὲ ἀγῶνος ἐν τοῖς ἄνω ὑπολειπομένου ἡμῖν, οὐδέ τινος ἀνθισταμένου καὶ παρατρέποντος ἡμᾶς τῆς μακαρίας ζωῆς, ἀλλ',

[98] III Reg. xi, 14. [99] Ephes. vi, 12. [1] ibid. [2] Ephes. ii, 2. [3] Joan. xii, 31. [4] Joan. xiv, 30. [5] Ephes. vi, 12. [6] Matth. vi, 26. [7] Psal. cvi, 26. [8] Luc. x, 18. [9] ibid. 19. [10] Coloss. i, 20. [11] Matth. iii, 2. [12] Luc. ii 14. [13] Luc. xix, 38.

(83) Codex Coisl. et duo Colbertini βασιλέα τῶν Ἀσσυρίων διάβολος. Alii quatuor mss. et utraque editio βασιλέα τῶν Σύρων. Imo Colb. secundus, qui habet quidem prima manu Ἀσσυρίων, habet tamen et ipse secunda manu et minutis litteris Σύρων. Basilius, quod et ipsis summis viris non nunquam contingit, memoria hoc loco falsus est; cum constet ex lib. III Reg. xi, 22, Ader non fuisse regem Syrorum, sed populorum terræ Edom. Ducæi præclaram notam legas velim.

(83') Desideratur τῇ, vel ἐπὶ τῇ. Edit.

(84) Veteres aliquot libri τούτου βληθήσεται. Nec ita multo post editi ἀέρα καλεῖ. At mss. sex ut in contextu.

(85) Reg. primus et duo alii Combefisiani εἰς Χριστὸν πιστευόντων, *ab iis qui in Christum credunt*. Lectio optima. Alii quinque mss. et editi ἠλπικότων, *ab iis qui in Christum spem reposuere*.

(86) Veteres aliquot libri καὶ ἐξεκαθάρθη

Digitized by Google

ἄλυπον ἡμῶν τὴν διαδοχὴν ἐχόντων πρὸς τὸ ἑξῆς, καὶ ἀπολαυόντων ἡμῶν τοῦ ξύλου τῆς ζωῆς εἰς τὸ διηνεκὲς, οὗ μετασχεῖν ἐξ ἀρχῆς διὰ τὴν τοῦ ὄφεως ἐπιβουλὴν ἐκωλύθημεν. *Ἔταξε γὰρ ὁ Θεὸς τὴν φλογίνην ῥομφαίαν φυλάσσειν τὴν ὁδὸν τοῦ ξύλου ζωῆς*· ἣν παρελθόντες ἀκωλύτως, εἴσω γενοίμεθα (87) τῆς ἀπολαύσεως τῶν καλῶν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

A habituri, ac jugiter ligno vitæ fruituri, cujus nos initio participes esse insidiæ serpentis prohibuere. *Posuit enim Deus flammeum gladium ad custodiendam viam ligni vitæ* [14]: quo citra impedimentum superato, utinam intus **83** admissi, bonis perfruamur, in Christo Jesu Domino nostro, cui gloria et imperium in sæcula. Amen.

ΟΜΙΛΙΑ Ι'.

Κατὰ ὀργιζομένων (88).

1. Ὥσπερ ἐπὶ τῶν ἰατρικῶν παραγγελμάτων, ὅταν εὐστόχως καὶ κατὰ τὸν λόγον τῆς τέχνης γίγνηται (89), μετὰ τὴν πεῖραν μάλιστα τὸ ἀπ' αὐτῶν ὠφέλιμον διαδείκνυται· οὕτως ἐπὶ τῶν πνευματικῶν παραινέσεων, ἐπειδὰν μάλιστα τὴν ἔκβασιν μαρτυροῦσαν λάβῃ τὰ παραγγέλματα, τότε τὸ σοφὸν αὐτῶν καὶ ὠφέλιμον πρὸς τὴν ἐπανόρθωσιν τοῦ βίου καὶ τὴν τῶν πειθομένων τελείωσιν ἀναφαίνεται. Ἀκούοντες μὲν γὰρ τῶν Παροιμιῶν διαῤῥήδην ἀποφαινομένων, ὅτι *Ὀργὴ ἀπόλλυσι καὶ φρονίμους*· ἀκούοντες δὲ καὶ ἀποστολικῶν παραινέσεων· *Πᾶσα ὀργὴ καὶ θυμὸς καὶ κραυγὴ ἀρθήτω ἀφ' ὑμῶν σὺν πάσῃ κακίᾳ*· καὶ τοῦ Κυρίου λέγοντος τὸν ὀργιζόμενον εἰκῇ τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ ἔνοχον εἶναι τῇ κρίσει· νῦν ὅτε εἰς πεῖραν ἤλθομεν τοῦ πάθους, οὐκ ἐν ἡμῖν γενομένου, ἀλλ' ἔξωθεν ἡμῖν προσπεσόντος ὥσπερ καταιγίδος τινὸς ἀδοκήτου, τότε μάλιστα τὸ θαυμαστὸν τῶν θείων παραγγελμάτων ἐπέγνωμεν. Δόντες μὲν αὐτοὶ τῇ ὀργῇ τόπον, ὥσπερ ῥεύματι βιαίῳ διέξοδον, καταμανθάνοντες δὲ ἐν ἡσυχίᾳ τὴν ἀσχήμονα ταραχὴν τῶν ὑπὸ τοῦ πάθους κατεχομένων, ἐπέγνωμεν ἐπὶ τῶν ἔργων τὴν εὐστοχίαν τοῦ ῥήματος· ὅτι *Ἀνὴρ θυμώδης οὐκ εὐσχήμων*. Ἐπειδὰν γὰρ ἅπαξ παρωσάμενον τοὺς λογισμοὺς τὸ πάθος αὐτὸ τὴν δυναστείαν τὴν ψυχῆς παραλάβῃ, ἀποθηρίοι παντελῶς τὸν ἄνθρωπον, καὶ οὐδὲ ἄνθρωπον εἶναι συγχωρεῖ, οὐκέτι ἔχοντα τὴν ἐκ τοῦ λόγου βοήθειαν. Ὅπερ γὰρ τοῖς ἰοβόλοις ἐστὶν ὁ ἰὸς, τοῦτο τοῖς παροξυνθεῖσιν ὁ θυμὸς γίνεται. Λυσσῶσιν (90) ὥσπερ οἱ κύνες, ἅπτουσιν ὥσπερ οἱ σκορπίοι, δάκνουσιν ὥσπερ οἱ ὄφεις. Οἶδε καὶ ἡ Γραφὴ τοὺς ὑπὸ τοῦ πάθους κεκρατημένους ταῖς τῶν θηρίων προσηγορίαις ἀποκαλεῖν, οἷς ἑαυτοὺς διὰ τῆς πονηρίας ὡκείωσαν. Κύνας γὰρ ἐννεοὺς, καὶ ὄφεις, γεννήματα ἐχιδνῶν, καὶ τὰ τοιαῦτα προσαγορεύει. Οἱ γὰρ ἕτοιμοι πρὸς τὴν κατ' ἀλλήλων φθορὰν, καὶ τὴν κατὰ τῶν

HOMILIA X.

Adversus eos qui irascuntur.

1. Quemadmodum in medicorum præceptis, cum apposite et ex artis ratione fiunt, post experientiam maxime eorum utilitas solet ostendi: sic in spiritualibus exhortationibus, ubi maxime monita ac præcepta fuerint exitu testata comprobataque, tunc ea sapienter utiliterque ad vitæ emendationem atque ad obtemperantium perfectionem adhibita fuisse apparet. Etenim cum Proverbiorum audimus disertam sententiam: *Ira perdit et prudentes* [15]; rursus cum audimus apostolicas commonitiones: *Omnis ira et indignatio et clamor tollatur a vobis, cum omni malitia* [16]; item Dominum ipsum, qui eum qui fratri suo temere irascitur, reum esse ait judicii [17]: cum denique experti fuerimus vitium, quod in nobis non gignitur, sed forinsecus in nos tanquam improvisa quædam procella irruit, tunc maxime divinarum præceptionum miram excellentiam cognoscemus. Quod si ipsi iræ locum veluti fluento vehementi exitum unquam dedimus, ac silentio didicimus eorum qui hoc vitio tenentur indecoram perturbationem, tum reipsa perspectam habuimus dicti hujus solertiam, videlicet quod *Vir iracundus haud honestus est* [18]. Postquam enim hoc vitium, depulsa ratione, dominium animæ semel usurpaverit, hominem prorsus convertit in belluam, et ne hominem quidem esse sinit, cum auxilio rationis privetur. Quod enim venenatis venenum est, hoc idem ira est exasperatis. Fiunt rabidi canum in morem, insiliunt ut scorpii, mordent ut serpentes. Novit et Scriptura eos qui vitio aliquo tenentur, bestiarum nominibus vocare, quibuscum necessitudinem affinitatemque per nequitiam contraxere. Nam canes mutos [19], serpentes, sobolem viperarum [20], et similibus nominibus ipsos appellat. Qui enim ad mutuum exitium, et ad tribulium suorum perniciem parati sunt, possunt nec injuria

[14] Gen. III, 24. [15] Prov. XV, 1. [16] Ephes. IV, 31. [17] Matth. V, 23. [18] Prov. XI, 25. [19] Isa. LVI, 10. [20] Matth. XXIII, 33.

(87) Reg. primus εἴσω γενώμεθα.

(88) Editi et quatuor mss. κατὰ ὀργιζομένων, *adversus irascentes*. Colb. tertius περὶ ὀργῆς, πρός τινα εὐεμπτώτως ἔχοντα πρὸς τὸ πάθος, *de ira, adversus quemdam qui ad hoc vitium pronus erat;* nec aliter habet Colb. primus, nisi quod in eo pro εὐεμπτώτως legitur εὐόπτως. Coisl. περὶ ὀργῆς, πρός τινας εὐεμπτώτως περὶ τὸ πάθος ἐχόντων, *de ira, adversus quosdam, qui ad hoc vitium proni erant.*

(89) Reg. primus τέχνης γενηται

(90) Editi γίνεται, ὁρμῶσι, πηδῶσι, λυσσῶσιν. Sed illa duo, ὁρμῶσι, πηδῶσι, in mss. non leguntur; nec mihi dubium, quin debeant abesse. Recte igitur, opinor, admonuit Combefisius, has duas voces in ora libri ad vocem ἅπτουσι declarandam primum positas esse: deinde vero in ipsum contextum obrepsisse, in eoque male locatas fuisse.

Digitized by Google

inter bestias ac venenata numerari, quibus natura odium implacabile inest in homines. Per iram linguæ fiunt effrenatæ et ora incustodita : manus incontinentes, contumeliæ, probra, maledicta, plagæ et reliqua omnia quæ ne numerare quidem ullus potest, vitia sunt ex ira et furore nata. Per iram ensis acuitur; patratur homicidium humana manu; per hanc fratres alii alios ignoravere; parentes quoque et liberi naturæ obliti sunt. Nam irati primum ignorant sese, deinde omnes simul familiares atque necessarios. Ut enim torrentes **84** ad loca cava confluentes, quidquid obvium est transversum trahunt : ita violenti ac impotentes irascentium impetus cunctos similiter invadunt. Non canities iratis est venerationi, non virtus vitæ, non sanguinis conjunctio, non beneficia prius accepta, non alia ulla dignitas. Brevis quædam est insania, ira. Irati scilicet plerumque in apertum malum conjiciunt se ipsi, sua ipsorum commoda ulciscendi studio negligentes. Nam eorum qui ipsis molesti fuerunt, recordatione quasi œstro exstimulati, effervescente in eis ira atque subsiliente, non prius cessant quam damnum aliquod inferant irritanti, aut forte ipsi, si ita contingat, accipiant : quemadmodum sæpe evenit, ut quæ violenter alliduntur, plus accipiant detrimenti quam afferent, dum a rebus renitentibus conquassantur.

2. Quis possit id mali explicare? quomodo scilicet ii qui ad iram proclives sunt, ex levi occasione accensi, vociferantes, ferocientes, ac impudentius venenata quavis bestia irruentes, non prius desistant quam inflammatio per magnam immedicabilemque perniciem, ira in ipsis bullæ in modum disrupta, discutiatur. Neque enim ensis acies, neque ignis, neque aliud quoddam horrendum, furentem ira animum cohibere potest, certe non magis quam eos qui a dæmonibus detenti sunt, a quibus nihil irati neque habitu, neque animi affectu differunt. Nam circa cor quidem in iis qui vindictam anhelant, effervescit sanguis, utpote vi ignis exagitatus ac exæstuans; in superficie autem efflorescens, irascentem in alia forma ostendit, consuetam et notam omnibus formam tanquam personam in scena commutans. Nam illorum et proprii et consueti oculi non cognoscuntur, efferatus est aspectus, atque igne jam micat. Quin et more suum grassantium acuit dentes. Facies est livida, et sanguine suffusa : moles corporis tumida : venæ disrumpuntur, spiritu ab interna tempestate commoto. Vox aspera, et maxime intensa : sermo in-

(91) Unus codex Combef. κατὰ τῶν ὁμογενῶν.

(92) Colb. primus ἐστὶ παθήματα.

(93) Colb. tertius πάντας ὁμοίως. Mox Reg. primus ὥσπερ δὲ αἱ. Subinde duo mss. ὁμοίως χωροῦσαι.

(94) Editio Paris. εἰς προῦπτον, male. Veteres aliquot libri εἰς προῦπτον, bene.

(95) In aliquibus mss. pro παροξύναντι legitur παροξύνοντι.

(95') Interpres legisse videtur ἐξαπτόμενοι. EDIT.

ὁμοφύλων βλάβην (91), εἰκότως ἂν θηρίοις καὶ λοβόλοις συναριθμοῖντο, οἷς ἀδιάλλακτον ἐκ φύσεως ἐνυπάρχει πρὸς ἀνθρώπους τὸ μῖσος. Διὰ θυμὸν ἀχάλινοι γλῶσσαι, καὶ ἀπύλωτα στόματα· χεῖρες ἀκρατεῖς, ὕβρεις, ὀνείδη, κακηγορίαι, πληγαί, τὰ ἄλλα ὅσα οὐδ' ἂν ἐξαριθμήσαιτό τις, ὀργῆς καὶ θυμοῦ ἔκγονά ἐστι πάθη (92). Διὰ θυμὸν καὶ ξίφος ἀκονᾶται· θάνατος ἀνθρώπου ἐκ χειρὸς ἀνθρωπείας τολμᾶται. Διὰ τοῦτον ἀδελφοὶ μὲν ἀλλήλους ἠγνόησαν, γονεῖς δὲ καὶ τέκνα τῆς φύσεως ἐπελάθοντο. Ἀγνοοῦσι μὲν γὰρ ἑαυτοὺς πρῶτον οἱ ὀργιζόμενοι, ἔπειτα καὶ πάντας ὁμοῦ (93) τοὺς ἐπιτηδείους. Ὥσπερ γὰρ αἱ χαράδραι, πρὸς τὰ κοῖλα συῤῥέουσαι, τὸ προστυχὸν παρασύρουσιν· οὕτως αἱ τῶν ὀργιζομένων ὁρμαὶ βίαιοι καὶ ἀκάθεκτοι διὰ πάντων ὁμοίως χωροῦσιν. Οὐ πολιὰ τοῖς θυμουμένοις αἰδέσιμος, οὐκ ἀρετὴ βίου, οὐκ οἰκειότης γένους, οὐ προλαβοῦσαι χάριτες, οὐκ ἄλλο τι τῶν τιμίων. Μανία τίς ἐστιν ὀλιγοχρόνιος ὁ θυμός. Οἵ γε καὶ εἰς προῦπτον (94) κακὸν ἑαυτοὺς πολλάκις ἐμβάλλουσι, τῇ πρὸς τὴν ἄμυναν σπουδῇ τοῦ καθ' ἑαυτοὺς ἀμελοῦντες. Οἱονεὶ γὰρ οἴστρῳ τῇ μνήμῃ τῶν λελυπηκότων περικεντούμενοι, σφαδάζοντος αὐτοῖς τοῦ θυμοῦ καὶ πηδῶντος, οὐ πρότερον ἀπολήγουσι, πρὶν ἢ κακόν τι δοῦναι τῷ παροξύναντι (95), ἢ πού τι καὶ προσλαβεῖν, ἐὰν τύχῃ· ὥσπερ που πολλάκις τὰ βιαίως καταῤῥηγνύμενα ἔπαθέ τι πλέον ἢ ἔδρασε τοῖς, ἀντιτύποις περιθραυσθέντα.

2. Τίς ἂν ἐφίκοιτο τοῦ κακοῦ; ὅπως οἱ ὀξύῤῥοποι πρὸς θυμὸν ὑπὸ τῆς τυχούσης προφάσεως ἐξαπτόμενον (95'), βοῶντες καὶ ἀγριαίνοντες, καὶ τίνος οὐχὶ λοβόλων ἀναιδέστερον ἐφορμῶντες, οὐ πρότερον ἵστανται πρὶν ἢ διὰ μεγάλου καὶ ἀνηκέστου κακοῦ, οἷον πομφόλυγος, αὐτοῖς τῆς ὀργῆς ἐκραγείσης, διαπνευσθῇ τὸ φλεγμαῖνον (96). Οὔτε γὰρ ξίφους ἀκμὴ, οὔτε πῦρ, οὔτε ἄλλο τι τῶν φοβερῶν, ἱκανὸν τὴν ὑπὸ τῆς ὀργῆς ἐκμανεῖσαν ψυχὴν ἐπισχεῖν· οὐ μᾶλλόν γε ἢ τοὺς ὑπὸ δαιμόνων κατασχεθέντας, ὧν οὐδὲν, οὔτε κατὰ τὸ σχῆμα, οὔτε κατὰ τὴν τῆς ψυχῆς διάθεσιν, οἱ ὀργιζόμενοι διαφέρουσιν. Ὀρεγομένους γὰρ τῆς ἀντιλυπήσεως περιζεῖ μὲν τῇ καρδίᾳ τὸ αἷμα, ὥσπερ βίᾳ πυρὸς κυκώμενον (97) καὶ παφλάζον· πρὸς δὲ τὴν ἐπιφάνειαν ἐξανθῆσαν, ἐν ἄλλῃ μορφῇ τὸν ὀργιζόμενον ἔδειξε, τὴν συνήθη πᾶσι καὶ γνωρίμην ὥσπερ τι προσωπεῖον ἐπὶ σκηνῆς ὑπαλλάξαν. Ὀφθαλμοὶ μὲν γὰρ ἐκείνοις (98) οἱ οἰκεῖοί τε καὶ συνήθεις ἠγνόηνται· παράφορον δὲ τὸ ὄμμα, καὶ πῦρ ἤδη βλέπει. Καὶ παραθήγει τὸν ὀδόντα, κατὰ τῶν συῶν τοὺς ὁμόσε χωροῦντας. Πρόσωπον πελιδνὸν καὶ ὕφαιμον· ὄγκος τοῦ σώματος ἐξοιδαίνων· φλέβες διαῤῥηγνύμεναι, ὑπὸ τῆς ἔνδοθεν ζάλης κλονουμένου

(96) Reg. primus τὸ φλεγόμενον.

(97) Colb. tertius pro κυκώμενον habet κυκλώμενον. Statim utraque editio ἐξανθεῖσαν, depravate. At mss. aliquot ἐξανθῆσαν, emendate.

(98) Editio Paris. γὰρ ἐκείνους, male. Antiqui libri ἐκείνοις, bene. Quod mox sequitur, καὶ πῦρ ἤδη βλέπει, ita, si vis, ad verbum interpretabere, *et ignem jam videt*. Nec ita multo infra Colb. primus κατὰ τοὺς τῶν συῶν τούς. Subinde Colb tertius πρόσωπον δέ.

Digitized by Google

τοῦ πνεύματος. Φωνὴ τραχεῖα, καὶ ὑπερτεινομένη, καὶ ὁ λόγος ἄναρθρος καὶ εἰκῆ προεκπίπτων, οὐ κατὰ μέρος, οὐδὲ εὐτάκτως, οὐδὲ εὐσήμως προϊών. Ἐπειδὰν δὲ εἰς τὸ (99) ἀνήκεστον, ὥσπερ φλὸξ ὕλης ἀφθονίᾳ, τοῖς παροξύνουσιν ἐξαφθῇ, τότε δὴ τότε τὰ οὔτε λόγῳ ῥητὰ οὔτε ἔργῳ φορητὰ ἐπιδεῖν ἐστι θεάματα· χεῖρας μὲν διηρμένας κατὰ τῶν ὁμοφύλων, καὶ πᾶσι μέρεσι τοῦ σώματος ἐπιφερομένας, πόδας δὲ ἀφειδῶς τοῖς καιριωτάτοις ἐναλλομένους, πᾶν δὲ τὸ φανὲν ὅπλον τῇ μανίᾳ γινόμενον. Ἐὰν δὲ καὶ ἐκ τοῦ ἐναντίου τὸ ἴσον κακὸν ἀντιστρατευόμενον εὕρωσιν, ὀργὴν ἄλλην καὶ μανίαν ὁμότιμον· οὕτω δὴ (1) συμπεσόντες ἔδρασαν ἀλλήλους καὶ ἔπαθον, ὅσα εἰκὸς τοὺς ὑπὸ τοιούτῳ δαίμονι στρατηγουμένους παθεῖν. Πηρώσεις γὰρ μελῶν ἢ καὶ θανάτους πολλάκις ἆθλα τῆς ὀργῆς οἱ μαχόμενοι ἀπηνέγκαντο. Ἦρξε χειρῶν ἀδίκων, ὁ δὲ ἠμύνατο· ὁ δὲ ἀντεπήνεγκεν, ὁ δὲ οὐχ ὑφίεται. Καὶ τὸ μὲν σῶμα ταῖς πληγαῖς διακόπτεται, ὁ δὲ θυμὸς τοῦ ἀλγεινοῦ τὴν αἴσθησιν παραιρεῖται (2). Οὐ γὰρ ἄγουσι σχολὴν πρὸς τὴν ὧν πεπόνθασιν αἴσθησιν, ὅλης αὐτοῖς τῆς ψυχῆς πρὸς τὴν ἄμυναν τοῦ λελυπηκότος κεκινημένης.

3. Μὴ δὴ κακῷ τὸ κακὸν ἰᾶσθε, μηδὲ ἐπιχειρεῖτε ἀλλήλους ὑπερβαίνειν ταῖς συμφοραῖς. Ἐν γὰρ ἀμίλλαις πονηραῖς (3) ἀθλιώτερος ὁ νικήσας, διότι ἀπέρχεται τὸ πλεῖον ἔχων τῆς ἁμαρτίας. Μὴ τοίνυν γένῃ κακοῦ πλῆρωτὴς ἑράνου, μηδὲ πονηροῦ δανείου πονηρότερος ἐκτιστής. Ὕβρισεν ὀργισθείς; στῆσον τῇ σιωπῇ τὸ κακόν. Σὺ δὲ ὥσπερ ῥεῦμα τὴν ἐκείνου ὀργὴν εἰς τὴν ἰδίαν καρδίαν ὑποδεξάμενος, τοὺς ἀνέμους μιμῇ, διὰ τῆς ἀντιπνοίας ἀντιδιδόντας τὸ ἐνεχθέν. Μὴ διδασκάλῳ χρήσῃ τῷ ἐχθρῷ, μηδὲ ὃ μισεῖς, τοῦτο ζηλώσῃς. Μηδὲ γένῃ ὥσπερ κάτοπτρον τοῦ ὀργίλου, τὴν ἐκείνου μορφὴν ἐν σεαυτῷ δεικνύς. Ἐρυθρὸς ἐκεῖνος· σὺ δὲ οὐκ ἐφοινίχθης; Ὀφθαλμοὶ ὄφαιμοι· οἱ δὲ σοί, εἰπέ μοι (4), γαλήνην βλέπουσι; Φωνὴ τραχεῖα· ἡ δὲ σὴ ἠπία; Οὐδὲ ἡ ἐν ταῖς ἐρημίαις ἠχὼ οὕτως ἀνεκλάσθη ἀκεραία πρὸς τὸν φθεγξάμενον, ὡς ἐπὶ τὸν λοίδορον αἱ ὕβρεις ἐπαναστρέφουσι. Μᾶλλον δὲ ὁ μὲν ἦχος ὁ αὐτὸς ἀπεδόθη· ἡ δὲ λοιδορία μετὰ προσθήκης ἐπάνεισιν. Οἷα γὰρ ἀλλήλους ἐφυβρίζοντες ἀντιφθέγγονται; Ὁ μὲν εἶπεν ἀφανῆ, καὶ ἐξ ἀφανῶν· ὁ δὲ ἀπεκάλεσεν οἰκοτρίβων οἰκότριβα· οὗτος πένητα, ἐκεῖνος ἀλήτην· οὗτος ἀμαθῆ, ἐκεῖνος παραπλῆγα· ἕως ἂν αὐτοῖς αἱ ὕβρεις, ὥσπερ τοξεύματα, ἐπιλείπωσιν (5). Εἶτα, ἐπειδὰν πᾶσαν λοιδορίαν διὰ τῆς γλώττης ἐκσφενδονήσωσιν, οὕτω λοιπὸν πρὸς τὴν διὰ τῶν ἔργων χωροῦσιν ἄμυναν. Θυμὸς μὲν γὰρ ἐγείρει μάχην,

distinctus, et temere cadens, non paulatim, nec ordine, nec significanter procedens. Postquam autem ira gravius atrociusque exarserit ob ea quibus animus exasperatur, haud secus ac flamma ob materiæ copiam, tum demum neque verbis explicabilia, neque factu tolerabilia spectacula videre licet : manus attolli adversus tribules, ac injici in omnes corporis partes, pedes in præcipua membra citra discrimen insilire, denique quidquid in conspectum venit, id furori ac insaniæ pro armis esse. Quod si ex adverso æquale malum renitens repererint, aliam videlicet iram et parem insaniam; ita demum inter se conserti, mutuo faciunt ac perpetiuntur quæ æquum est perpeti eos, qui sub ejusmodi dæmone militant. Nam mutilationes membrorum, aut etiam plerumque mortem præmia iræ referunt pugnatores. Hic cœpit injustas manus inferre, ille repulit : hic rursus intulit, ille non cedit. Et corpus quidem plagis **85** contunditur : furor vero adimit doloris sensum. Neque enim vacat sibi eorum quæ perpetiuntur, dolorem sentire, toto eorum animo ad ulciscendum molestiæ auctorem commoto.

3. Malum malo ne curetis, neque contendatis vos mutuo inferendis damnis superare. Nam in malis pugnis miserior est qui vicit, quippe quia cum majori peccato abit. Ne igitur referas malum, neque debitum malum pejus persolvas. Contumelia te affecit iratus? Siste silentio malum. Tu contra, iram illius velut quoddam fluentum in animum tuum suscipiens, ventos imitaris, qui, quod illatum est, id reflatu repellunt. Ne inimico magistro utaris, neque quod odio habes, æmuleris : cave fias irati quasi speculum, formam ejus exhibens in temetipso. Rubet ille; an non tu rubefactus es? Suffusi sanguine sunt oculi illius; tuine, quæso, placide vident? Vox ipsius aspera est, num tua lenis ac mitis est? Ne echo quidem in desertis locis æque integra refringitur ad loquentem, atque contumeliæ ad conviciatorem revertuntur. Vel potius sonus quidem idem redditur : sed convicium cum accessione redit. Qualia enim contumeliosi alter alteri vicissim objiciunt? Alter alterum dixit obscurum, et ex obscuris oriundum : hic illum vernam vernarum vicissim appellat : hic pauperem, ille erronem : hic indoctum, ille insanum; idque, quoad contumeliæ velut spicula eos deficiant. Deinde conviciis omnibus per linguam velut per fundam emissis, tum demum ad vindictam re ipsa procedunt. Nam excitat ira rixam, rixa parit convicia, convicia

(99) Colb. primus ἐπὶ τό.

(1) Editi οὕτω δὴ καί. Conjunctio καί in nostris mss. deest.

(2) Editi et duo saltem antiqui libri παραιτεῖται. At codex Coisl. et duo Colbertini παραιρεῖται. Primam lectionem contemptam nolim quidem, sed alia mihi multo magis probatur. Græci enim in significatione auferendi, verbo posteriore potius quam priore uti solent. Statim editi et mss. nonnulli μηδὲ ἐπιχειρῆτε. Alii quidam mss. ἐπιχειρεῖτε.

(3) Antiqui duo libri ἀμίλλαις πονηρίας. Ibidem Reg. primus ἀθλιώτερος ὁ νικῶν· sed additum est in ora libri γρ. καὶ ὁ νικήσας. Nec ita multo post Reg. primus εἰς τὴν σὴν καρδίαν.

(4) Editi et Colb. tertius οἱ δὲ σοὶ, εἰπέ μοι· sed illud, εἰπέ μοι, in quibusdam mss. non legitur. Infra mss. aliquot ἦχος ὁ αὐτός. Abest articulus a vulgatis. Subinde duo mss. Οἷα γὰρ ἀλλήλοις.

(5) Editi ἐπιλίπωσιν. Veteres quatuor libri ἐπιλείπωσιν.

Digitized by Google

verbera, verbera autem vulnera : denique ex vulneribus mors ipsa plerumque sequitur. Malum a prima origine cohibeamus, iram arte omni ex animis pellentes. Ita enim mala plurima una cum hoc vitio, tanquam cum radice atque principio, exscindere poterimus. Maledixit? Tu benedicas. Percussit? Tu sustine. Despicit, teque facit nihili? Tu tecum cogita constare te ex terra, ac rursus in terram reversurum [21]. Quisquis enim rationibus ejusmodi præmunierit semetipsum, ignominiam quamcunque comperiet veritate inferiorem. Sic namque eo etiam redigetur inimicus, ut ulcisci se nullo modo possit, cum te sis contumeliis conviciisque invulneratum exhibiturus : quin et ipse magnam parabis patientiæ coronam, qui alterius insaniam occasionem tuæ philosophiæ exercendæ facias. Quare, si mihi fidem habes, illatis tibi injuriis aliquid etiam addes. Obscurum te dixit, ingloriumque et nihili hominem, qui infimo loco natus sit? Tu teipsum terram ac cinerem dicito. Illustrior non es patre nostro Abraham, qui se ipse ita appellavit [22]. Indoctum et pauperem et nullius pretii te dixit? Tu te dicas vermem, teque ex stercore habere originem, Davidis verba usurpans [23]. His etiam præclarum **86** Moysis facinus adjice. Ille ab Aaron et Maria maledictis lacessitus, non Deum adversus eos interpellavit, sed pro eis oravit [24]. Quorum mavis esse discipulus, virorumne Deo gratorum beatorumque, an hominum spiritu nequitiæ expletorum? Cum invaserit te conviici ingerendi tentatio, puta teipsum probari, utrum per patientiam ad Deum accedas, an per iram confugias ad adversarium. Da cogitationibus tuis tempus partem optimam eligendi. Aut enim profueris illi per mansuetudinis exemplum : aut, dum contemnes, eum gravius ulciscere. Quid enim inimico acerbius esse potest, quam si inimicum suum videat injuriis ac contumeliis superiorem? Animum ne abjicias, neque patiaris ullum ad te accessum conviciatoribus patere. Sine eum frustra te allatrare, disrumpatur in semetipso. Ut enim qui verberat sensu carentem, sibi ipse irrogat pœnam (nam nec hostem ulciscitur, nec iram sedat) : ita quisquis hominem qui injuriis non movetur, probris ac maledictis lacessit, is cupiditatem suam solari ac mollire non potest. Contra, uti dixi, disrumpitur. Quale enim nomen uterque vestrum statim ab iis qui absunt, consequitur? Ille quidem contumeliosus audit, tu vero magnanimus; ille iracundus et morosus, tu patiens et mitis : illum pœnitebit dictorum, te vero nunquam pœnitebit virtutis.

4. Quid attinet plura dicere? Huic maledicentia claudit regnum cœlorum, quippe *Maledici hæ-*

μάχη δὲ γεννᾷ λοιδορίας, αἱ δὲ λοιδορίαι πληγάς, αἱ δὲ πληγαὶ τραύματα, ἐκ δὲ τραυμάτων πολλάκις θάνατοι. Ἀπὸ τῆς πρώτης ἀρχῆς τὸ κακὸν ἐπίσχωμεν, τὴν ὀργὴν πάσῃ μηχανῇ τῶν ψυχῶν ἐξελόντες. Οὕτω γὰρ ἂν δυνηθείημεν τὰ πλεῖστα τῶν κακῶν, ὥσπερ ῥίζῃ τινὶ καὶ ἀρχῇ, τῷ πάθει τούτῳ συνεκτεμεῖν. Ἐλοιδόρησε; σὺ δὲ εὐλόγησον. Ἐτύπτησε; σὺ δὲ ὑπόμεινον. Διαπτύει καὶ τὸ μηδὲν ἡγεῖταί σε; σὺ δὲ ἔννοιαν λάβε σεαυτοῦ, ὅτι ἐκ γῆς ὑφέστηκας (6), καὶ εἰς γῆν πάλιν ἀναλυθήσῃ. Ὁ γὰρ τούτοις τοῖς λόγοις ἑαυτὸν προκατασχὼν πᾶσαν ἀτιμίαν ἐλάττονα εὑρήσει τῆς ἀληθείας. Οὕτω γὰρ καὶ τῷ ἐχθρῷ ἀμήχανον κατασκευάσεις τὴν ἄμυναν, ἄτρωτον σεαυτὸν ταῖς λοιδορίαις δεικνύς· καὶ σεαυτῷ μέγαν τῆς ὑπομονῆς προξενήσεις τὸν στέφανον, τὴν ἑτέρου μανίαν ἀφορμὴν οἰκείας φιλοσοφίας ποιούμενος. Ὥστε, ἂν ἐμοὶ πείθῃ, καὶ ἐπιδαψιλεύσῃ τῶν ὕβρεων. Ἀφανῆ σε εἶπε, καὶ ἄδοξον, καὶ μηδένα μηδαμόθεν; σὺ δὲ γῆν εἰπὲ καὶ σποδὸν σεαυτόν. Οὐκ εἶ σεμνότερος τοῦ πατρὸς ἡμῶν Ἀβραάμ, ὃς ἑαυτὸν ταῦτα ἀπεκάλει. Ἀμαθῆ καὶ πτωχὸν καὶ τοῦ μηδενὸς ἄξιον; σὺ δὲ σκώληκα σεαυτὸν εἰπὲ, καὶ ἀπὸ κοπρίας ἔχειν τὴν γένεσιν, τὰ τοῦ Δαβὶδ λέγων ῥήματα. Τούτοις πρόσθες καὶ τὸ τοῦ Μωϋσέως καλόν. Ἐκεῖνος, ὑπὸ Ἀαρὼν καὶ Μαρίας λοιδορηθείς, οὐ κατενέτυχε τῷ Θεῷ, ἀλλὰ προσηύχετο ὑπὲρ αὐτῶν. Τίνων βούλει μαθητὴς εἶναι μᾶλλον, τῶν θεοφιλῶν καὶ μακαρίων ἀνδρῶν, ἢ τῶν ὑπὸ τοῦ πνεύματος τῆς πονηρίας πεπληρωμένων; Ὅταν σοι κινηθῇ τῆς λοιδορίας πειρασμὸς, νόμιζε κρίνεσθαι σεαυτὸν, πότερον διὰ τῆς μακροθυμίας προσχωρεῖς τῷ (7) Θεῷ, ἢ διὰ τῆς ὀργῆς ἀποτρέχεις πρὸς τὸν ἀντίδικον. Δὸς καιρὸν τοῖς λογισμοῖς σεαυτοῦ τὴν ἀγαθὴν ἐκλέξασθαι μερίδα. Ἢ γὰρ ὠφέλησάς τι κἀκεῖνον τῷ ὑποδείγματι τῆς πραότητος, ἢ χαλεπώτερον ἡμύνω διὰ τῆς ὑπεροψίας. Τί γὰρ ἂν γένοιτο ὀδυνηρότερον τῷ ἐχθρῷ, ἢ τὸν ἐχθρὸν ἑαυτοῦ ὁρᾷν ὕβρεων ὑψηλότερον; Μὴ καταβάλῃς σεαυτοῦ τὴν γνώμην, μηδὲ ἀνάσχῃ γενέσθαι ἐφικτὸς τοῖς ὑβρίζουσιν. Ἔασον αὐτὸν ἄπρακτά σου (8) καθυλακτεῖν· ἐφ' ἑαυτῷ διαῤῥηγνύσθω. Ὥσπερ γὰρ ὁ τύπτων τὸν μὴ ἀλγοῦντα ἑαυτὸν τιμωρεῖται (οὔτε γὰρ τὸν ἐχθρὸν ἠμύνατο, καὶ τὸν θυμὸν οὐκ ἀνέπαυσεν)· οὕτως ὁ τὸν ἀλοιδόρητον ὀνειδίζων παραμυθίαν εὑρεῖν τοῦ πάθους οὐ δύναται. Τοὐναντίον μὲν οὖν, ὅπερ ἔφην, καὶ διαπρίεται. Εὐθὺς γὰρ ἐκ τῶν παρόντων οἷα ἑκάτερος ὑμῶν προσαγορεύεται; Ὁ μὲν λοίδορος, σὺ δὲ μεγαλόψυχος· ὁ μὲν ὀργίλος καὶ χαλεπὸς, σὺ δὲ μακρόθυμος καὶ πρᾶος· ὁ μὲν μεταγνώσεται ἐφ' οἷς ἐφθέγξατο, σὺ δὲ οὐδέποτε μεταμελήσῃ (9) τῆς ἀρετῆς.

4. Τί δεῖ τὰ πολλὰ λέγειν; Τῷ μὲν ἀπέκλεισε τὴν τῶν οὐρανῶν βασιλείαν ἡ λοιδορία· *Λοίδοροι* γὰρ

[21] Gen. III, 19. [22] Gen. XVIII, 27. [23] Psal. XXI, 7. [24] Num. XII, 1 seqq.

(6) Reg. primus ἐκ γῆς ὑπέστης.
(7) Sic mss. plerique omnes. Editi προχωρεῖς τῷ.
(8) Colb. primus ἄπραχτά σοι. Ibidem Reg. primus ἐφ' ἑαυτοῦ.
(9) Reg. primus οὐδέποτε μεταμελητήσῃ.

Digitized by Google

βασιλείαν Θεοῦ οὐ κληρονομήσουσι· σοὶ δὲ ἡτοίμασε τὴν βασιλείαν ἡ σιωπή (10). Ὁ γὰρ ὑπομείνας εἰς τέλος, οὗτος σωθήσεται. Ἀμυνόμενος δὲ καὶ εἰς ἴσον ἀντικαθιστάμενος τῷ λοιδόρῳ, τί καὶ ἀπολογήσῃ; Ὅτι παρώξυνε κατάρξας; Καὶ ποίας τοῦτο συγγνώμης ἄξιον; Οὐδὲ γὰρ ὁ πόρνος, ἐπὶ τὴν ἑταίραν τὴν αἰτίαν μετατιθεὶς ὡς πρὸς τὴν ἁμαρτίαν διερεθίσασαν, ἧττον τῆς κατακρίσεως (11) ἀξιοῦται. Οὔτε στέφανοι χωρὶς ἀνταγωνιστῶν, οὔτε πτώματα χωρὶς ἀντιπάλων. Ἄκουε τοῦ Δαβὶδ λέγοντος· *Ἐν τῷ συστῆναι τὸν ἁμαρτωλόν ἐναντίον μου*, οὐχὶ παρωξύνθην, οὐδὲ ἠμυνάμην, ἀλλ' *Ἐκωφώθην καὶ ἐταπεινώθην, καὶ ἐσίγησα ἐξ ἀγαθῶν*. Σὺ δὲ παροξύνῃ μὲν ὡς ἐπὶ φαύλῃ τῇ λοιδορίᾳ· μιμῇ δὲ πάλιν ὡς ἀγαθόν. Ἰδοὺ γὰρ ἔπαθες ἃ ἐγκαλεῖς. Ἢ τὸ μὲν ἀλλότριον κακὸν ἐπιμελῶς καταβλέπεις; τὸ δὲ σεαυτοῦ αἰσχρὸν οὐδαμοῦ τιθεῖς; Πονηρὸν ἡ ὕβρις; φεῦγε (12) τὴν μίμησιν. Οὐ γὰρ δὴ τὸ ἕτερον κατάρξαι ἱκανὸν εἰς παραίτησιν. Δικαιότερον μὲν οὖν, ὡς ἐμαυτὸν πείθω, καὶ ἐπιτεῖναι τὴν ἀγανάκτησιν, διότι ὁ μὲν οὐκ εἶχε τὸ σωφρονίζον ὑπόδειγμα· σὺ δὲ, βλέπων ἀσχημονοῦντα τὸν ὀργιζόμενον, οὐκ ἐφυλάξω αὐτοῦ τὴν ὁμοίωσιν, ἀλλ' ἀγανακτεῖς καὶ χαλεπαίνεις καὶ ἀντοργίζῃ· καὶ γίνεταί σου (13) τὸ πάθος ἀπολογία τοῦ προλαβόντος. Αὐτοῖς γὰρ οἷς ποιεῖς, κἀκεῖνον αἰτίας ἀφίης, καὶ σεαυτὸν κατακρίνεις. Εἰ μὲν γὰρ πονηρὸν ὁ θυμὸς, τί οὐκ ἐξέκλινας τὸ κακόν; εἰ δὲ συγγνώμης ἄξιον, τί χαλεπαίνεις τῷ θυμουμένῳ; Ὥστε, εἰ δεύτερος ἦλθες πρὸς τὴν ἀντίδοσιν, οὐδέν σε τοῦτο ὀνήσει. Οὐδὲ γὰρ ἐν τοῖς στεφανίταις ἀγῶσιν ὁ κατάρξας τῶν παλαισμάτων, ἀλλ' ὁ ὑπερβαλλόμενος (14) στεφανοῦται. Καὶ κατακρίνεται τοίνυν οὐχὶ μόνον ὁ καθηγησάμενος τοῦ δεινοῦ, ἀλλ' ὁ καὶ πονηρῷ ἡγεμόνι πρὸς τὴν ἁμαρτίαν ἐξακολουθήσας. Ἐὰν πένητά σε προσέλθῃ, εἰ μὲν ἀληθῆ λέγει, κατάδεξαι τὴν ἀλήθειαν· εἰ δὲ ψεύδεται, τί πρὸς σὲ τὸ λεγόμενον; Μήτε πρὸς ἐπαίνους χαυνωθῇς τοὺς ὑπὲρ τὴν ἀλήθειαν· μήτε πρὸς ὕβρεις ἀγριανθῇς τὰς οὐχ ἁπτομένας σου. Οὐχ ὁρᾷς τὰ τοξεύματα, πῶς τῶν μὲν στερρῶν καὶ ἀντιτύπων πέφυκε διεκπίπτειν, ἐν δὲ τοῖς ἀπαλοῖς καὶ ὑπείκουσι τὴν ὁρμὴν ὑπεκλύειν; Τοιοῦτον δή τι νόμιζε εἶναι καὶ τὸ τῆς λοιδορίας. Ὁ μὲν ἀντιβαίνων εἰς ἑαυτὸν καταδέχεται· ὁ δὲ ἐνδιδοὺς καὶ ὑπείκων ἐν τῇ ἀπαλότητι τοῦ τρόπου τὴν ἐπ' αὐτὸν φερομένην πονηρίαν διέλυσε. Τί δέ σε ταράσσει ἡ προσηγορία τοῦ πένητος; Μνήσθητι τῆς φύσεως σεαυτοῦ· ὅτι γυμνὸς εἰς τὸν κόσμον εἰσῆλθες, γυμνὸς καὶ ἀπελεύσῃ. Τί δὲ γυμνοῦ πενιχρότερον; Οὐδὲν ἤκουσας δεινὸν, ἐὰν μὴ σεαυτῷ οἰκειώσῃς (15)

reditatem regni Dei non consequentur [25]: tibi silentium regnum præparavit. *Qui enim sustinuerit usque ad finem, hic salvus erit* [26]. Quodsi par pari referas, et ex æquo insurgas adversus conviciatorem, quam tandem prætendes excusationem? Quod te prior ad iram provocavit? Sed hoc qua venia dignum? Neque enim scortator qui culpam in meretricem transfert, tanquam quæ ad peccatum impulerit, remissius condemnatur. Neque coronæ habentur sine adversariis, neque strages sine hostibus. Audi David dicentem: *Dum consisteret peccator adversum me*, non sum exasperatus, nec ultus sum, sed *Obmutui et humiliatus sum, et silui a bonis* [27]. Tu vero exacerbaris quidem ob convicium velut malum: sed tamen imitaris illud uti bonum. Ecce enim facis quod reprehendis. An alienum malum diligenter intueris? ducis vero pro nihilo tuam ipsius turpitudinem? Nonne malum contumelia? Cave imiteris. Nam incepisse alium, non sufficit ad excusationem. Imo vero æquius est, ut mihi persuadeo, intendi etiam adversum te querelam, quod ille exemplum quo emendaretur, nequaquam habuerit. Tu tamen videns iratum indecore se gerentem, non illius vitasti similitudinem: sed indignaris, et ægre fers, et vicissim irasceris; ideoque tua ipsius perturbatio aggredientis exordientisque defensio fit et excusatio. Nam per ea quæ ipse facis, tum **87** illum liberas culpa, tum te ipse condemnas. Etenim si malum ira est, cur malum non declinasti? Sin autem quidpiam est venia dignum, cur infensus es irascenti? Quare etsi posterior par pari retulisti, nihil inde capies emolumenti. Neque enim in certaminibus in quibus præmium corona proponitur, certaminis inceptor, sed victor coronatur. Idcircoque non solum qui mali auctor fuit, sed etiam qui malum ducem ad peccatum secutus est, condemnatur. Si te pauperem appellaverit, si verum loquatur, perfer veritatem; sin mentitur, quid ad te quod dixit? Neque efferaris ob eas quæ verum excedunt laudes; neque ob contumelias quæ te non attingunt, exaspereris. An non vides quomodo sagittæ duriora, et quæ renituntur, soleant penetrare, in mollibus vero et quæ cedant, impetum suum frangere? Consimile quiddam, convicium esse puta. Qui contra tendit, id in se recipit: qui vero remisse agit ac cedit, morum lenitate illatam sibi injuriam dissolvit. Quid autem te perturbat pauperis cognomen? in mentem veniat tuæ naturæ, quod nudus ingres-

[25] I Cor. VI, 10. [26] Matth. X, 22. [27] Psal. XXXVIII, 2, 3.

(10) Reg. primus ἡτοίμασε τὴν σωτηρίαν ἡ, *præparavit salutem*.

(11) Codex Coisl. et Colb. tertius τῆς κρίσεως. Statim ubi et in editis et in mss. magno inter se consensu legitur πτώματα, legi debere τρόπαια suspicatur vir doctissimus Combefisius: cujus nos conjecturam, nisi libri veteres prohiberent, haud inviti sequeremur. Quodsi quispiam, reluctantibus veteribus libris, τρόπαια legere malit, sic vertere poterit, *neque tropæa sine hostibus*. Ibidem duo Colbertini ἄκουε.

(12) Editi φύγε. At mss. nonnulli φεῦγε.

(13) Sic multi libri veteres. Editi γίνεταί σοι.

(14) Reg. primus ὑπερβαλόμενος. Aliquanto post mss. nonnulli ἀλλ' ὁ καὶ πονηρῷ. Articulus in editis non invenitur. Subinde duo mss. ἁμαρτίαν ἀκολουθήσας.

(15) Editi οἰκειώσῃ. At mss. non pauci οἰκείωσης. Mox Colb. primus φέρειν γενναίως.

Digitized by Google

sus es in mundum, nudusque es egressurus [28]. Quid autem nudo pauperius est? Nihil grave audivisti, nisi quod ea quæ dicta sunt, tua solius et propria duxeris. Quis unquam ob paupertatem abductus est in carcerem? Pauperem esse non probrosum est, sed paupertatem generose non ferre. Memor esto Domini, *Qui cum dives esset, propter nos egenus factus est* [29]. Stultum te et indoctum si appellarit, memineris earum quæ a Judæis in veram sapientiam jactæ sunt, injuriarum : *Samaritanus es, et dæmonium habes* [30]. Quod si irasceris, confirmasti probra. Ecquid enim stultius est ira? Sin autem tranquillus et sine ira permanseris, incutis pudorem conviciatori, cum prudentiam reipsa ostenderis atque modestiam. Cæsus alapis es? At enim Dominus quoque. Infectus es sputis? Sed et Dominus noster. *Non* enim *avertit faciem suam a confusione sputorum* [31]. Structæ tibi sunt sycophantiæ? Utique et judici. Disciderunt tuam tunicam? Exuerunt etiam Dominum meum, et diviserunt inter se ejus vestimenta [32]. Nondum condemnatus es, nondum crucifixus. Desunt tibi multa, ut pervenias ad ipsius imitationem.

A τὰ εἰρημένα. Τίς ποτε ἀπήχθη διὰ πενίαν εἰς δεσμωτήριον; Οὐ τὸ πένεσθαι ἐπονείδιστον, ἀλλὰ τὸ μὴ φέρειν εὐγενῶς τὴν πενίαν. Μνήσθητι τοῦ Δεσπότου· ὅτι *Πλούσιος ὤν, ἐπτώχευσε δι' ἡμᾶς*. Ἐὰν ἄφρονά σε καὶ ἀμαθῆ προσαγορεύσῃ, ὑπομνήσθητι τῶν Ἰουδαϊκῶν ὕβρεων, αἷς τὴν ἀληθινὴν σοφίαν ἐλοιδορήσαντο· *Σαμαρείτης εἶ, καὶ δαιμόνιον ἔχεις*. Ἐὰν μὲν οὖν ὀργισθῇς, ἐβεβαίωσας τὰ ὀνείδη· τί γὰρ ὀργῆς ἀφρονέστερον; ἐὰν δὲ μείνῃς ἀόργητος, ἤσχυνας τὸν ὑβρίσαντα, ἔργῳ τὴν σωφροσύνην ἐπιδειξάμενος. Ἐῤῥαπίσθης; καὶ γὰρ καὶ ὁ Κύριος. Ἐνεπτύσθης; καὶ γὰρ ὁ Δεσπότης ἡμῶν. *Οὐ γὰρ ἀπέστρεψε τὸ πρόσωπον* (16) *ἀπὸ αἰσχύνης ἐμπτυσμάτων*. Ἐσυκοφαντήθης; καὶ γὰρ καὶ ὁ κριτής. Περιέῤῥηξάν σου τὸν χιτωνίσκον; Ἀπέδυσάν μου καὶ τὸν Κύριον, B καὶ διεμερίσαντο τὰ ἱμάτια αὐτοῦ ἑαυτοῖς. Οὕπω κατεκρίθης, οὔπω ἐσταυρώθης. Πολλά σοι λείπει, ἵνα φθάσῃς αὐτοῦ πρὸς τὴν μίμησιν.

5. Subeant animum tuum horum singula, atque excandescentiam ac tumorem comprimant. Ejusmodi enim præparationes affectionesque, cordis quasi saltus ac pulsus rescindentes, mentem ad constantiam ac tranquillitatem reducunt. Et sane hoc est quod dictum est a Davide : *Paratus sum, et non sum turbatus* [33]. Oportet igitur compescere te insanum ac vecordem animi motum, exemplorum quæ a beatis viris relicta sunt, memorem : quomodo scilicet magnus ille David petulantiam C Semei mansuete pertulerit. Non enim tempus dabat commotioni iræ, siquidem cogitationem suam transferebat in Deum. Ait nimirum : *Dominus dixit Semei, ut malediceret Davidi* [34]. Quapropter cum vocaretur vir sanguinum, **88** et vir iniquus, haudquaquam ei succensuit : sed se ipse humiliabat, quasi jure ac merito maledictis contumeliisque lacessitus. Jam vero duo hæc ex animo tuo exime, nec teipsum judicaveris magnis rebus dignum, nec quemquam hominum duxeris tibi dignitate longe inferiorem esse. Sic enim, licet ignominia appetiti, nunquam ad iram concitabimur. Grave quidem fuerit, hominem beneficiis affectum, donisque ac gratiis maximis obligatum, præter ingrati animi vitium adhuc quoque ad convicium atque ad ignominiam, D priorem recurrere. Grave plane est : sed illud ma-

5. Τούτων ἕκαστον ὑποτρεχέτω σου τὴν διάνοιαν (17), καὶ καταστελλέτω τὴν φλεγμονήν. Αἱ γὰρ τοιαῦται προπαρασκευαὶ καὶ διαθέσεις, οἷον πηδήματα τῆς καρδίας καὶ σφυγμοὺς ἀφαιροῦσαι, εἰς εὐστάθειαν καὶ γαλήνην τοὺς λογισμοὺς ἐπανάγουσι. Καὶ τοῦτό ἐστιν ἄρα τὸ ὑπὸ τοῦ (18) Δαβὶδ εἰρημένον· ὅτι *Ἡτοιμάσθην, καὶ οὐκ ἐταράχθην*. Δεῖ τοίνυν τὸ μανικὸν καὶ ἔκπληκτον κίνημα τῆς ψυχῆς καταστέλλειν τῇ μνήμῃ τῶν μακαρίων ἀνδρῶν ὑποδειγμάτων· πῶς ὁ μέγας Δαβὶδ πράως ἠνείχετο τῆς παροινίας τοῦ Σεμεεί. Οὐ γὰρ ἐδίδου καιρὸν τῇ ὀργῇ κινηθῆναι, πρὸς τὸν Θεὸν μεταφέρων τὴν ἔννοιαν (19)· ὅτι *Κύριος εἶπε*, φησὶ, *τῷ Σεμεεὶ καταρᾶσθαι τὸν Δαβίδ*. Διόπερ ἀκούων αἱμάτων ἀνὴρ, καὶ ἀνὴρ παράνομος, οὐκ ἐκείνῳ ἐχαλέπαινεν, ἀλλ' ἑαυτὸν ἐταπείνου, ὡς κατὰ τὴν ἀξίαν αὐτῷ τῆς ὕβρεως ἀπαντώσης (20). Δύο δὴ ταῦτα περίελε σεαυτοῦ, μήτε σεαυτὸν μεγάλων ἄξιον κρίνῃς, μήτε ἀνθρώπων τινὰ παρὰ πολὺ ἐλαττοῦσθαί σου κατὰ τὴν ἀξίαν νομίσῃς. Οὕτω γὰρ οὐδέποτε ὁ θυμὸς ἐν ταῖς ἐπαγομέναις ἡμῖν ἀτιμίαις ἐπαναστήσεται. Δεινὸν μὲν τὸν εὐεργετηθέντα, καὶ ταῖς μεγίσταις ὑπόχρεων χάρισι, πρὸς τῷ ἀχαρίστῳ ἔτι καὶ ὕβρεως καὶ ἀτιμίας κατάρξαι. Δεινὸν μὲν, ἀλλὰ τῷ ποιοῦντι μεῖζόν ἐστι κακὸν ἢ τῷ πάσχοντι. Ἐκεῖνος ὑβριζέτω· σὺ δὲ μὴ ὑβρίζου. Γυμνάσιόν σοι πρὸς φιλοσοφίαν ἔστω τὰ

[28] Job I, 21. [29] II Cor. VIII, 9. [30] Joan. VIII, 48. [31] Isa. L, 6. [32] Matth. XXVII, 31, 35. [33] Psal. CXVIII, 60. [34] II Reg. XVI, 10.

(16) Reg. primus πρόσωπον αὐτοῦ. Mox idem ms. πολλά σοι λείψει.

(17) Antiqui duo libri ἕκαστον ὑποτρέχον σου τὴν διάνοιαν.

(18) Veteres aliquot libri παρὰ τοῦ. Nec ita multo post duo mss. καὶ ἔμπληκτον κίνημα. Subinde editi et Colb. tertius et Coisl. μνήμῃ τῶν μακαρίων ὑποδειγμάτων, *recordatione beatorum exemplorum*. At vero Colb. primus et duo Regii μνήμῃ τῶν μακαρίων παραγγελμάτων, *recordatione beatorum documentorum*. Denique Colb. secundus μνήμῃ τῶν μακαρίων ἀνδρῶν ὑποδειγμάτων, *recordatione relictorum a beatis viris exemplorum* : quæ scriptura verior videri potest.

(19) Editio Basil. et nostri septem mss. μεταφέρων τὴν ἔννοιαν, *cogitationem transferens in Deum*. Editio Paris. μεταφέρων τὴν αἰτίαν, *rei causam transferens in Deum* : quod melius esse non nego. Sed quo melior est hæc lectio, eo magis mihi suspecta est. Vereor enim, ne typographi vocem non ita idoneam alia et meliore et aptiore de suo commutarint.

(20) Colb. primus ὑπαντώσης.

Digitized by Google

ρήματα. Ἐὰν μὴ δηχθῇς, ἄτρωτος εἶ. Ἐὰν δὲ καὶ πάθῃς τι τὴν ψυχὴν, ἐν σεαυτῷ κάτασχε τὸ λυπηρόν. *Ἐτάραχθή μοι* γὰρ, φησὶν, *ἐταράχθη ἡ καρδία μου*· τοῦτ' ἔστιν, οὐ διεδόθη πρὸς τὸ ἔξω τὸ πάθος, ἀλλ' οἷόν τι κῦμα εἴσω τῶν αἰγιαλῶν κατακλασθὲν ἐστορέσθη. Καθησύχασόν μοι τὴν καρδίαν ὑλακτοῦσαν καὶ ἀγριαίνουσαν. Αἰδείσθω τὰ πάθη τοῦ ἐν σοὶ λόγου τὴν ἐπιφάνειαν, ὥσπερ τὸ ἐν παισὶν ἄτακτον ἀνδρὸς αἰδεσίμου παρουσίαν. Πῶς ἂν οὖν ἐκφύγοιμεν τὴν ἐκ τοῦ ὀργίζεσθαι βλάβην; Ἐὰν πείσωμεν τὸν θυμὸν μὴ προλαμβάνειν τοὺς λογισμοὺς, ἀλλὰ τούτου πρῶτον ἐπιμελώμεθα, ὡς μηδέποτε αὐτὸν προεκτρέχειν τῆς διανοίας· ἔχωμεν δὲ ὥσπερ ἵππον ὑπεζευγμένον ἡμῖν, καὶ οἷον χαλινῷ τινι τῷ λόγῳ καταπειθῆ, μηδαμοῦ τῆς τάξεως ἐκβαίνοντα τῆς οἰκείας, ἀγόμενον δὲ ὑπὸ τοῦ λόγου, ἐφ' ὅπερ ἂν καθηγῆται (21). Ἔτι γὰρ πρὸς πολλὰ τῶν τῆς ἀρετῆς ἔργων ἐπιτήδειον ἡμῶν τῆς ψυχῆς τὸ θυμοειδὲς, ὅταν, ὥσπερ τις στρατιώτης, παρὰ τῷ στρατηγῷ τὰ ὅπλα θέμενος, ἑτοίμως ἐπὶ τὰ παραγγελλόμενα τὰς βοηθείας παρέχηται, καὶ σύμμαχος ᾖ τῷ λόγῳ κατὰ τῆς ἁμαρτίας. Νεῦρον γάρ ἐστι τῆς ψυχῆς ὁ θυμὸς, τόνον αὐτῇ πρὸς τὴν τῶν καλῶν ἔνστασιν ἐμποιῶν. Εἰ γάρ ποτε λάβοι αὐτὴν ὑφ' ἡδονῆς ἐκλυθεῖσαν, οἱονεὶ βαφῇ σιδήρου (22) στομώσας, αὐστηρὰν αὐτὴν καὶ ἀνδρείαν ἐκ μαλακῆς ἄγαν καὶ ἀνειμένης ἐποίησεν. Οὐ γὰρ, εἰ μὴ (23) θυμωθείης κατὰ τοῦ πονηροῦ, δυνατόν σοι μισῆσαι αὐτὸν ὅσον ἄξιον. Δεῖ γὰρ, οἶμαι, τὴν ἴσην σπουδὴν ἔχειν περί τε τὴν ἀγάπην τῆς ἀρετῆς καὶ περὶ τὸ μῖσος τῆς ἁμαρτίας. Πρὸς ὅπερ μάλιστα χρήσιμος ὁ θυμός· ἐπειδὰν οἷον κύων ποιμένι, οὕτως ὁ θυμὸς τῷ λογισμῷ παρεπόμενος, πρᾶος μένῃ (24) καὶ χειροήθης τοῖς ὠφελοῦσι, καὶ εὐανάκλητος τῷ λογισμῷ, πρὸς μὲν τὴν ἀλλοτρίαν καὶ φωνὴν καὶ ὄψιν ἐξαγριούμενος, κἂν θεραπείαν ἔχειν δοκῇ, τοῦ δὲ συνήθους αὐτῷ καὶ φίλου ἐμβοήσαντος, ὑποπτήσσων. Αὕτη ἀρίστη ἐστὶ καὶ ἔμμετρος (25) τῷ φρονίμῳ τῆς ψυχῆς μέρει παρὰ τοῦ θυμοειδοῦς ἡ συνεργία. Ὁ γὰρ τοιοῦτος ἀδιάλλακτος ἔσται τοῖς ἐπιβούλοις καὶ ἄσπονδος· μηδέποτε τὴν πρὸς τὸ βλάπτον φιλίαν καταδεχόμενος, ἀλλὰ τὴν ἐπίβουλον ἡδονὴν ὥσπερ τινὰ λύκον ὑλακτῶν ἀεὶ καὶ σπαράσσων. Τοιοῦτον μὲν δὴ τὸ ἀπὸ θυμοῦ ὠφέλιμον τοῖς εἰδόσι μεταχειρίζεσθαι. Ἐπεὶ καὶ τῶν ἄλλων δυνάμεων ἑκάστη παρὰ τὸν τρόπον τῆς χρήσεως ἢ κακὸν ἢ ἀγαθὸν τῷ κεκτημένῳ γίνεται. Οἷον, τῷ ἐπιθυμητικῷ τῆς ψυχῆς ὁ μὲν εἰς ἀπόλαυσιν σαρκὸς καὶ τῶν ἀκαθάρτων ἡδονῶν ἀποχρησάμενος βδελυκτὸς καὶ ἀκόλαστος, ὁ δὲ ἐπὶ τὴν ἀγάπην τοῦ Θεοῦ τρέψας, καὶ τὴν ὄρεξιν τῶν

lum majus est facienti quam patienti. Convicietur ille: tu vero ne conviciare. Sint tibi ejus verba exercitatio ad philosophiam. Si iniquo animo non feras, vulnus nullum accepisti; sin quidpiam animo pateris, tristitiam intra teipsum contine. *Ita me*, enim, inquit, *turbatum est cor meum* [26]: hoc est, non foras prodiit affectus, sed quasi fluctus quidam intra littora diffractus consedit. Allatrantem et exacerbatum animum velim sedes. Revereantur affectus tui aspectum rationis, non secus ac pueri, si immodestius se gerant, viri venerabilis præsentiam. Qui igitur iracundiæ noxam effugere poterimus? Si iræ suaserimus, ut ne rationem prævertat, imo in primum curam diligentiamque ponamus, ut nunquam præcurrat mentem, sed potius habeamus illam veluti equum nobis subjectum, et rationi tanquam cuidam freno obtemperantem, nec usquam extra suum ipsius ordinem egredientem, sed a ratione, quoviscunque præeat, abduci se sinentem. Nam animi nostri ira idonea est et utilis ad multa virtutis opera, cum scilicet velut miles aliquis, depositis apud ducem armis, prompte, quo præceptum fuerit, venerit suppetias, et rationi adversus peccatum opem tulerit. Est enim animæ nervus ira, robur ei et vires ad bonas res instanter perseveranterque agendas ministrans. Nimirum si quando animam præ voluptate exsolutam offenderit, eam consolidans ferri quasi tinctura quadam, austeram et fortem ex valde molli exque remissa reddit. Neque enim, nisi ira excandueris adversus diabolum, fieri unquam potest, ut eum pro merito oderis. Oportet enim, opinor, tanto studio virtutem amari, quanto odio oportet peccatum haberi. Quam in rem ira utilis est maxime; cum ut canis pastorem, ita ira rationem secuta, mitis permaneat, et morigera juvantibus, possitque facile a ratione reduci: contra ad alienam tum vocem, tum faciem exasperetur, etiamsi utraque obsequiosa esse videatur. Sed si inclamet familiaris et amicus, pavet formidatque. Optimum atque 89 prudenti animæ parti accommodatissimum est auxilium illud quod ab irascente animi parte confertur. Nam qui talis fuerit, nunquam cum insidiantibus in gratiam ac concordiam reducetur, nullam unquam cum re ulla noxia amicitiam admittens, sed insidiosam voluptatem quasi lupum quemdam jugiter allatrans, dilaniansque. Hæc est igitur iræ utilitas iis, qui tractare eam ac moderari noverint. Nam et aliarum facultatum quælibet pro utendi modo aut male, aut

[26] Psal. CXLII, 4.

(21) Veteres aliquot libri ἂν καθηγῆται. Alius ms. et editi καθηγεῖται. Ibidem Reg. primus ἔστι γὰρ οὖν πρός. Colb. primus ἔστι γὰρ πρός.

(22) In editione Paris. oscitantia operarum corrupte legitur σίδηρον, ubi ex mss. legendum est σιδήρου.

(23) Illud, οὐ γὰρ εἰ μή, etc., sic interpretatus est Volaterranus: *Nec enim si contra iniquitatem desit indignatio et ira, satis eam odio quo decet persequi poteris*: quibus ex verbis patet interpretem vocem πονηροῦ sumpsisse pro re mala et iniqua. Sed non animadvertit vir alioqui doctus vocem αὐτόν, quæ et in editis et in mss. legitur, aliud suadere. Etenim si hoc loco vox πονηροῦ accipi deberet pro re iniqua, αὐτό, non αὐτόν scriptum fuisset. Dubium igitur non est, quin voce πονηροῦ intelligi debeat totius iniquitatis parens diabolus.

(24) Editio utraque πρᾶος μένῃ. Veteres quatuor libri πρᾶος μὲν ᾖ.

(25) Reg. primus καὶ εὔμετρος.

Digitized by Google

bene cedit possidenti. Exempli causa, quisquis A concupiscenti animi parte ad carnis delectationem et ad impurarum voluptatum usum abutitur, exsecrabilis est et impudicus; qui vero eam ad Dei dilectionem verterit, et ad æternorum bonorum appetitionem, is dignus est æmulatione, et beatus. Et rursus qui rationalem animi partem probe regit, prudens est ac sapiens; qui vero in proximi perniciem mentem acutam habet, vafer est et maleficus.

αἰωνίων ἀγαθῶν, ζηλωτὸς καὶ μακάριος (26). Καὶ πάλιν τὸ λογιστικὸν ὁ μὲν καλῶς μεταχειριζόμενος φρόνιμός ἐστι καὶ συνετός· ὁ δὲ ἐπὶ βλάβῃ τῶν πλησίον ἠκονημένος τὸν νοῦν, κακεντρεχής ἐστι καὶ κακοῦργος.

6. Absit igitur, ut ea quæ nobis data sunt ad salutem a Conditore, occasionem nobis ipsis peccati faciamus! Ita ira quoque cum oportet et ut oportet commota, efficit robur, patientiamque et continentiam: sed cum agit præter rectam rationem, insania fit. Quapropter nos etiam Psalmus admonet: *Irascimini, et nolite peccare* [36]. Quin et Dominus ut frustra irascenti judicium minitatur [37]: sic ira, B ut ita dicam, vice medicamenti ad ea quæ oportet, uti non prohibet. Illud enim: *Inimicitiam ponam inter te et serpentem* [38]; item illud: *Inimici sitis Madianitis* [39], docentis est, iracundia velut armis utendum esse. Quare Moyses hominum omnium mansuetissimus [40], idololatriam ulturus, Levitarum manus ad fratrum cædem armavit. *Ponat*, inquit, *unusquisque gladium super femur suum, et transite a porta ad portam, et redite per castra: et occidite unusquisque fratrem suum, et unusquisque propinquum suum, et unusquisque proximum suum* [41]. Et paulo post, *Et dixit*, inquit, *Moyses: Implevistis manus vestras hodie Domino, unusquisque in filio, et in fratre suo, ut detur super vos benedictio* [42]. Quid C vero Phineen justificavit? Nonne justa ira adversus scortatores? qui alioqui perquam mitis ac mansuetus, posteaquam Zambri cum scorto Madianitide palam et sine verecundia coeuntem vidisset, adeo ut ne contegerent quidem turpitudinis suæ infame spectaculum, hoc non perferens, ira opportune usus est, utroque hasta transfixo [43]. Samuel autem Agag regem Amalec, a Saule præter mandatum Dei servatum, nonne in medium productum ira justa interemit [44]? Sic ira plerumque actionum bonarum est ministra. Rursus zelotes ille Elias quadringentos quinquaginta viros *confusionis* sacerdotes, et quadringentos viros sacerdotes lucorum, mensam Jezabel comedentes, consultissima ac sapienti ira in totius Israelis commodum interfecit [45]. Tu vero D fratri tuo irasceris temere, ac sine causa. Quomodo enim sine causa, cum, altero afflante ac provocante, alteri tamen tu succenseas? Atque quod canes facitant, facis: qui lapides mordent, cum non attingant projicientem. Qui instigatur, miserabilis est;

6. Μὴ δὴ οὖν τὰ πρὸς σωτηρίαν ἡμῖν δεδομένα παρὰ τοῦ κτίσαντος ἀφορμὴν ἑαυτοῖς ἁμαρτίας ποιήσωμεν. Οὕτω δὴ καὶ ὁ θυμός, ὅτε δεῖ, καὶ ὡς δεῖ κινούμενος, ἀνδρίαν ποιεῖ καὶ ὑπομονὴν καὶ ἐγκράτειαν· παρὰ δὲ τὸν ὀρθὸν λόγον ἐνεργῶν, μανία γίνεται. Διὰ τοῦτο καὶ ἡμᾶς ὁ Ψαλμὸς νουθετεῖ (27)· *Ὀργίζεσθε, καὶ μὴ ἁμαρτάνετε.* Καὶ ὁ Κύριος τῷ μὲν ὀργιζομένῳ εἰκῇ τὴν κρίσιν ἐπανατείνεται· τὸ δὲ ἐφ' ἃ δεῖ κεχρῆσθαι τῇ ὀργῇ, ὡς ἐν φαρμάκου εἴδει οὐ παραιτεῖται. Τὸ γάρ, *Ἔχθραν θήσω ἀνὰ μέσον σου καὶ τοῦ ὄφεως*· καὶ τὸ, *Ἐχθραίνετε τοῖς Μαδιηναίοις*, διδάσκοντός ἐστι κεχρῆσθαι τῷ θυμῷ ὥσπερ ὅπλῳ. Διὰ τοῦτο Μωϋσῆς ὁ πάντων ἀνθρώπων πραότατος, ἐκδικῶν τὴν εἰδωλολατρείαν, τὰς τῶν Λευϊτῶν χεῖρας πρὸς τὸν τῶν ἀδελφῶν φόνον ἐξώπλισε. *Θέσθω*, φησὶ, *τὴν ῥομφαίαν ἕκαστος ἐπὶ τὸν μηρὸν αὐτοῦ, καὶ διέλθετε ἀπὸ πύλης εἰς πύλην, καὶ ἀνακάμψατε διὰ τῆς παρεμβολῆς· καὶ ἀποκτείνατε ἕκαστος τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, καὶ ἕκαστος τὸν πλησίον αὐτοῦ, καὶ ἕκαστος τὸν ἔγγιστα* (28) *αὐτοῦ.* Καὶ μετ' ὀλίγα· *Καὶ εἶπε*, φησὶ, *Μωϋσῆς· Ἐπληρώσατε τὰς χεῖρας ὑμῶν* (29) *σήμερον τῷ Κυρίῳ, ἕκαστος ἐν τῷ υἱῷ αὐτοῦ, καὶ ἐν τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ, δοθῆναι ἐφ' ὑμᾶς εὐλογίαν.* Τί δὲ τὸν Φινεὲς ἐδικαίωσεν; Οὐχ ἡ δικαία ὀργὴ κατὰ τῶν πορνευσάντων; ὃς, τὰ πολλὰ ἐπιεικὴς ὢν καὶ πρᾶος, ἐπειδὴ εἶδε τὴν πορνείαν τοῦ Ζαμβρὶ καὶ τῆς Μαδιανίτιδος ἀναφανδὸν καὶ ἀπηρυθριασμένως γινομένην, οὐδὲ συγκαλυπτόντων αὐτῶν τῆς αἰσχύνης τὴν ἀσχήμονα θέαν, οὐκ ἀνασχόμενος, εἰς δέον ἐχρήσατο τῷ θυμῷ, δι' ἀμφοῖν ἐλάσας τὸν σειρομάστην. Σαμουὴλ δὲ τὸν Ἀγὰγ τὸν βασιλέα τοῦ Ἀμαλὴκ ὑπὸ τοῦ Σαοὺλ παρὰ τὸ πρόσταγμα τοῦ Θεοῦ περισωθέντα οὐχ ὑπὸ δικαίας ὀργῆς εἰς μέσον ἀγαγὼν κατεφόνευσεν; Οὕτω γίνεται πολλάκις ὁ θυμὸς ἀγαθῶν πράξεων ὑπηρέτης. Ἠλίας δὲ ὁ ζηλωτὴς, πεντήκοντα καὶ τετρακοσίους ἄνδρας ἱερεῖς *τῆς αἰσχύνης*, καὶ τετρακοσίους ἄνδρας ἱερεῖς τῶν ἀλσῶν, ἐσθίοντας (30) τράπεζαν Ἰεζάβελ, λελογισμένῳ θυμῷ καὶ σώφρονι εἰς ὄφελος παντὸς τοῦ Ἰσραὴλ ἐθανάτωσε. Σὺ δὲ ὀργίζῃ τῷ ἀδελφῷ σου εἰκῇ. Πῶς γὰρ οὐκ εἰκῇ, ἄλλου ἐνεργοῦντος, ἄλλῳ χαλεπαίνων αὐτός; Καὶ ποιεῖς τὸ

[36] Psal. IV, 5. [37] Matth. V, 22. [38] Gen. III, 15. [39] Num. XXV, 17 [40] Num. XII, 3. [41] Exod. XXXII, 27. [42] ibid. 29. [43] Num. XXV, 8. [44] I Reg. XV, 33. [45] III Reg. XVIII, 22-40.

(26) Colb. tertius καὶ μακαριστός, *beatus prædicandus*.

(27) Reg. primus et Colb. tertius Διὰ τοῦτο καὶ ὁ Ψαλμῳδὸς ἡμᾶς νουθετεῖ ὀργίζεσθαι, καὶ μὴ ἁμαρτάνειν.

(28) Sic mss. plerique omnes. Editi ἀδελφὸν αὐτοῦ πλησίον, καὶ ἕκαστος τὸν ἔγγιστα: quod mutilum erat et mancum.

(29) Hunc locum, Ἐπληρώσατε τὰς χεῖρας ὑμῶν, etc., *implevistis manus vestras*, etc., illustrat Ducæus in suis notis.

(30) Regii duo et Colb. primus πεντήκοντα καὶ τετρακοσίους ἄνδρας ἱερέων τῶν ἀλσῶν, ἐσθίοντας. Alii duo mss. et editi ut in contextu, fusius.

Digitized by Google

τῶν κυνῶν· οἱ τοὺς λίθους δάκνουσι, τοῦ βάλλοντος A οὐ προσαπτόμενοι. Ὁ ἐνεργούμενος ἐλεεινός· ὁ δὲ ἐνεργῶν μισητός. Ἐκεῖ τὸν θυμὸν μετάθες ἐπὶ τὸν ἀνθρωποκτόνον, τὸν τοῦ ψεύδους πατέρα, τὸν ἐργάτην τῆς ἁμαρτίας· τῷ δὲ ἀδελφῷ καὶ συμπάθησον, ὅτι, ἐὰν ἐπιμείνῃ τῇ ἁμαρτίᾳ, μετὰ τοῦ διαβόλου παραδοθήσεται τῷ αἰωνίῳ πυρί. Ὥσπερ δὲ τὰ ὀνόματα διάφορα θυμοῦ καὶ ὀργῆς, οὕτω καὶ τὰ ὑπ' αὐτῶν σημαινόμενα πλεῖστον ἀλλήλων διαφέρει. Ἔστι γὰρ θυμὸς μὲν οἷον ἔξαψίς τις καὶ ἀναθυμίασις ὀξεῖα τοῦ πάθους· ὀργὴ δὲ ἔμμονος λύπη καὶ ὁρμὴ διαρκὴς πρὸς τὴν τῶν ἠδικηκότων ἀντίδοσιν, ὥσπερ ὀργώσης τῆς ψυχῆς πρὸς τὴν ἄμυναν. Εἰδέναι οὖν χρὴ, ὅτι κατ' ἀμφοτέρας τὰς διαθέσεις πλημμελοῦσιν οἱ ἄνθρωποι· ἢ μανικῶς καὶ ἐμπλήκτως κατὰ τῶν παροξυνόντων (31) κινούμενοι, ἢ δολερῶς καὶ ἐπιβούλως B τοὺς λυπήσαντας ἐνεδρεύοντες· ἅπερ ἀμφότερα φυλακτέον ἡμῖν.

7. Πῶς ἂν οὖν μὴ κινοῖτο πρὸς ἃ μὴ δεῖ τὸ πάθος; Πῶς; Εἰ προπαιδευθείης (32) τὴν ταπεινοφροσύνην, ἣν ὁ Κύριος καὶ λόγῳ διετάξατο, καὶ ἔργῳ ὑπέδειξε· νῦν μὲν λέγων· *Ὁ θέλων ἐν ὑμῖν εἶναι πρῶτος ἔστω πάντων ἔσχατος*· νῦν δὲ πράως καὶ ἀκινήτως τοῦ τύπτοντος ἀνεχόμενος. Ὁ γὰρ οὐρανοῦ καὶ γῆς ποιητὴς καὶ δεσπότης, ὁ παρὰ πάσης τῆς νοητῆς καὶ αἰσθητῆς κτίσεως προσκυνούμενος, ὁ *Φέρων τὰ σύμπαντα τῷ ῥήματι τῆς δυνάμεως* (33) *αὐτοῦ*, οὐχὶ ζῶντα ἔπεμψεν αὐτὸν εἰς τὸν ᾅδην, τῆς γῆς ὑποῤῥαγείσης τῷ δυσσεβεῖ, ἀλλὰ νουθετεῖ καὶ διδάσκει· *Εἰ κακῶς ἐλάλησα, μαρτύρησον περὶ τοῦ κακοῦ· C εἰ δὲ καλῶς, τί με δέρεις;* Ἐὰν γὰρ ἐθισθῇς πάντων ἔσχατος εἶναι κατὰ τὴν ἐντολὴν τοῦ Κυρίου, πότε ἀγανακτήσεις ὡς παρὰ τὴν ἀξίαν καθυβρισμένος (34); Ὅταν σε παιδίον νήπιον λοιδορήσῃ, γέλωτος ἀφορμὴν ποιῇ τὰ λοιδορήματα· καὶ ὅταν ὑπὸ φρενίτιδος ἐξεστηκὼς τὴν διάνοιαν φθέγγηται ῥήματα ἀτιμίας, ἐλεεινὸν ἡγῇ μᾶλλον ἢ μίσους ἄξιον. Οὐ τοίνυν τὰ ῥήματα πέφυκε τὰς λύπας κινεῖν, ἀλλ' ἡ κατὰ τοῦ λοιδορήσαντος ἡμᾶς ὑπερηφία, καὶ ἡ ἑκάστου περὶ ἑαυτὸν φαντασία. Ὥστε ἂν ἀφέλῃς τῆς ἑαυτοῦ (35) διανοίας τούτων ἑκάτερον, ψόφος ἐστὶν ἄλλως διακενὴς ἠχῶν τὰ φερόμενα. *Παῦσαι οὖν ἀπὸ ὀργῆς, καὶ ἐγκατάλιπε θυμὸν*, ἵνα φύγῃς τῆς ὀργῆς τὴν πεῖραν, τῆς *Ἀποκαλυπτομένης ἀπ' οὐρανοῦ ἐπὶ πᾶσαν ἀσέβειαν καὶ ἀδικίαν ἀνθρώπων*. Ἐὰν γὰρ λογισμῷ σώφρονι D ἐκτεμεῖν δυνηθῇς τὴν πικρὰν ῥίζαν τοῦ θυμοῦ, πολλὰ τῶν παθῶν τῇ ἀρχῇ ταύτῃ συναναιρήσεις. Καὶ γὰρ τὸ δολερὸν καὶ ὕποπτον, καὶ ἄπιστον καὶ κακόηθες, καὶ ἐπίβουλον καὶ θρασὺ, καὶ πᾶν τὸ τῶν τοιούτων

qui vero instigat, odio est habendus. Illuc iram transfer in homicidam, mendacii patrem, artificem peccati; fratris vero potius commiseresce, **90** eo quod si in peccato permanserit, una cum diabolo igni æterno tradendus sit. Quemadmodum autem diversa sunt indignationis et iræ nomina: ita quoque subjectæ ipsius notiones, plurimum inter se differunt. Indignatio enim quasi quædam incensio est ac repentina affectus exhalatio; ira vero, dolor constans, perpetuusque appetitus vicis rependendæ nocentibus, anima velut in vindictam prurientę. Scire itaque operæ pretium est, quod affectu utroque peccant homines, aut furiose ac temere adversus irritantes commoti, aut per dolos ac insidias eos qui ipsis molestiam exhibent, circumvenientes: quæ duo cavenda nobis sunt.

7. Qui igitur fieri poterit, ut turbulentus ille affectus ad ea quæ non oportet, non cieatur? Quomodo? Si fueris prius humilitatem edoctus, quam Dominus et verbis præcepit, et re ostendit. Quippe modo dicit: *Qui vult inter vos primus esse, sit omnium postremus* [46]: modo vero toleravit cædentem leni animo atque immoto [47]. Nam cœli terræque conditor ac dominus, qui a creatura omni tam spirituali quam in sensum cadenti adoratur, *Portans omnia verbo virtutis suæ* [48], percussorem non misit vivum in inferos, terra ad impium deglutiendum dehiscente, sed commonefacit ac docet: *Si male locutus sum, testimonium perhibe de malo; si autem bene, quid me cædis* [49]? Etenim si juxta præceptum Domini postremus omnium esse assueveris, quandonam indignabere, quasi sis præter dignitatem contumeliis divexatus? Cum puer parvulus tibi conviciatur, convicia facis ridendi materiam: quinetiam cum quis præ phrenitide mente lapsus, verba ignominiosa loquitur, ducis illum misericordia quam odio digniorem. Non igitur verba ipsa, sed insurgens adversus conviciatorem superbia, et cujusque de se ipso existimatio molestiam ac negotium solent facessere. Quare si utrumque horum ex animo exemeris; ea quæ proferuntur, nil aliud sunt, nisi sonitus frustra ac temere editus. *Desine* igitur *ab ira, et derelinque furorem* [50]: ut iræ periculum effugias, quæ *De cœlo revelatur super omnem impietatem, et injustitiam hominum* [51]. Nam si consilio prudenti amaram iræ radicem exscindere poteris, vitia non pauca una

[46] Marc. IX, 34. [47] Joan. XVIII, 22, 23. [48] Hebr. I, 3. [49] Joan. XVIII, 23. [50] Psal. XXXVI, 8. [51] Rom. I, 18.

(31) Antiqui duo libri παροξυνάντων.

(32) Sic in quatuor mss. legitur, in editis vero εἰ παιδευθείης. Mox Reg. primus καὶ ἔργοις.

(33) Utraque editio et Coisl. et Colb. tertius perinde ut textus sacer τῷ ῥήματι τῆς δυνάμεως, *verbo virtutis suæ*. At Regii secundus et tertius cum Colb. primo τῷ νεύματι τῆς δυνάμεως, *nutu virtutis suæ*, seu *potentiæ suæ*.

(34) Reg. primus ἀξίαν καθυβριζόμενος. Aliquanto post idem codex ἐλεεινὸν ἤγησαι. Reg. secundus ἡγοῦ.

(35) Tres saltem antiqui libri τῆς σεαυτοῦ. Editi et Reg. tertius ἑαυτοῦ. Mox unus ms. Παῦσαι τοίνυν ἀπό. Ibidem Colb. tertius καὶ ἐγκατάλειπε. Subinde idem codex et Reg. primus ἀποκαλυπτομένης ἐξ οὐρανῶν.

Digitized by Google

cum hoc principio exstirpabis. Nam dolus, suspicio, infidelitas, malignitas, insidiæ, audacia, et omne similium malorum examen, vitii hujus germina sunt. Quare ne accersamus nobis malum tantum, animæ ægritudinem, rationis caliginem, abalienationem a Deo, necessitudinis ignorantiam, belli principium, calamitatum cumulum, malum dæmonem ipsis animis nostris innascentem, et velut impudentem quemdam inquilinum interiora nostra occupantem, atque Spiritui sancto aditum præcludentem. Ubi enim sunt inimicitiæ, lites, iræ, rixæ, contentiones, tumultus irrequietos **91** in animabus gignentes: ibi mansuetudinis Spiritus haud requiescit. Sed beati Pauli admonitioni obtemperantes, omnem iram et indignationem et clamorem cum malitia omni a nobis tollamus [52], efficiamurque in nos invicem humani ac misericordes, exspectantes beatam spem mansuetis promissam (*Beati* siquidem *mites*, *quoniam ipsi possidebunt terram* [53]), in Christo Jesu Domino nostro, cui gloria et imperium in sæcula. Amen.

A πονηρῶν (36) σμῆνος, ταύτης τῆς κακίας ἐστὶν ἀποβλαστήματα. Μὴ δὴ οὖν ἐπεισάγωμεν ἑαυτοῖς κακὸν τοσοῦτον· ἀῤῥωστίαν ψυχῆς, σκότωσιν λογισμῶν, ἀπὸ Θεοῦ ἀλλοτρίωσιν, οἰκειότητος ἄγνοιαν, ἀρχὴν πολέμου, συμφορῶν πλήρωμα, δαίμονα πονηρὸν αὐταῖς ἡμῶν ταῖς ψυχαῖς ἐντικτόμενον, καὶ ὥσπερ τινὰ ἔνοικον ἀναιδῆ προκατέχοντα ἡμῶν τὰ ἔνδον, καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι τὴν πάροδον ἀποκλείοντα. Ὅπου γὰρ ἔχθραι, ἔρεις, θυμοὶ, ἐριθεῖαι, φιλονεικίαι, θορύβους ἀσιγήτους ταῖς ψυχαῖς ἐμποιοῦντα· ἐκεῖ τὸ πνεῦμα τῆς πραΰτητος οὐκ ἀναπαύεται. Πεισθέντες δὲ τῇ παραινέσει τοῦ μακαρίου Παύλου, πᾶσαν ὀργὴν καὶ θυμὸν καὶ κραυγὴν ἄρωμεν ἀφ' ἡμῶν σὺν πάσῃ κακίᾳ, καὶ γενώμεθα εἰς ἀλλήλους χρηστοὶ καὶ εὔσπλαγχνοι, ἀναμένοντες τὴν μακαρίαν ἐλπίδα τὴν τοῖς πραέσιν B ἐπηγγελμένην (*Μακάριοι γὰρ οἱ πραεῖς, ὅτι αὐτοὶ κληρονομήσουσι τὴν γῆν*), ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος (37) εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

HOMILIA XI.

De invidia.

1. Bonus est Deus, et bonorum iis qui digni sunt largitor; malus est diabolus, et cujuscunque iniquitatis artifex. Et quemadmodum ex bono consequens est, ut invidia careat: sic invidia diabolum sequitur. Caveamus igitur, fratres, invidiæ vitium, C ne socii operum adversarii efficiamur, neve cum ipso inveniamur judicio eodem condemnati. Etenim si superbus in judicium incidit diaboli, quomodo invidus paratum diabolo supplicium effugiet? Nam perniciosius nullum vitium innascitur in hominum animis, quam invidia quæ extraneos minime lædens, primum malum est et domesticum habenti. Ut

ΟΜΙΛΙΑ ΙΑ'.

Περὶ φθόνου (38).

1. Ἀγαθὸς ὁ Θεὸς, καὶ ἀγαθῶν τοῖς ἀξίοις παρεκτικός· πονηρὸς ὁ διάβολος, καὶ κακίας παντοίας δημιουργός. Καὶ ὥσπερ ἕπεται τῷ ἀγαθῷ ἡ ἀφθονία, οὕτως ἀκολουθεῖ τῷ διαβόλῳ ἡ βασκανία. Φυλαξώμεθα οὖν, ἀδελφοὶ, τὸ πάθος τοῦ φθόνου, μὴ κοινωνοὶ τῶν ἔργων τοῦ ἀντικειμένου γενώμεθα, καὶ εὑρεθῶμεν τῷ αὐτῷ συγκαταδικαζόμενοι κρίματι. Εἰ γὰρ ὁ τυφωθεὶς εἰς κρῖμα ἐμπίπτει τοῦ διαβόλου, πῶς ὁ φθονερὸς τὴν ἡτοιμασμένην τῷ διαβόλῳ τιμωρίαν ἐκφεύξεται; Φθόνου γὰρ πάθος οὐδὲν ὀλεθριώτερον (39) ψυχαῖς ἀνθρώπων ἐμφύεται· ὃς, ἐλάχιστα (40) λυπῶν τοὺς ἔξωθεν, πρῶτον κακὸν καὶ

[52] Ephes. IV, 31. [53] Matth. V, 4.

(36) Colb. primus τοιούτων πονηριῶν. Alii mss. πονηρῶν.

(37) In utraque editione post vocem κράτος sequuntur illa, σὺν τῷ ἀνάρχῳ αὐτοῦ Πατρὶ, καὶ τῷ παναγίῳ καὶ ἀγαθῷ καὶ ζωοποιῷ αὐτῶν Πνεύματι, D *cum Patre ipsius experte principii, et sanctissimo bonoque et vivifico ipsorum Spiritu*: sed mihi dubium non est, quin totum illud, σὺν τῷ, etc., habendum sit pro additamento librariorum. Nam præterquam quod hæ voces in nostris sex mss. desunt, orationes suas tanto verborum ambitu concludere non solet Basilius. Accedit etiam, quod vox παν-άγιος, si bene commemini, nunquam apud Basilium inveniatur.

(38) Vide infra Rufini interpretationem, p. 726.

(39) Reg. primus οὐδὲν ἀθλιώτερον.

(40) Combefisius asseveranter in suo Ecclesiaste Græco dixerat scripsisse Basilium οὐκ ἐλάχιστα: sed in suo *Basilio recensito* modestius loquitur, nempe hoc modo: Num ὃς οὐκ ἐλάχιστα. Postquam autem hunc locum bene, ut putabat, eo quo diximus modo emendaverat, sic interpretatus est, *quæ* [invidia] *cum non minimum eos lædat, qui extra sunt, primum malum atque proprium habenti exsistit.* Sed, nisi omnia me fallunt, tantum abest ut vocula οὐκ, quam addendam censet Combefisius, necessaria sit, ut etiam ejus loci præclaram sententiam prorsus corrumpat. Docet enim Basilius, extraneos, seu eos quibus invidetur, nullo modo lædi invidia aliorum, nedum dicat ipsos aliorum invidia lædi maxime, seu, ut Combefisii verbis utar, *non minimum*. Igitur vocem ἐλάχιστα hic apud Basilium idem valere, quod apud Latinos vocem *minime*, obscurum non est. Unde sic interpretabimur, *quæ* [invidia] *extraneos minime lædens*, hoc est, *non lædens*. Vox πρῶτος, quæ sine dubio errandi causa fuit Combefisio, non ita intelligi debet, ut invidia primum lædat invidentem, deinde eum cui invidetur: sed sic, ut invidia malum sit maximum, et quod inter mala primas obtineat. Id enim si ita non esset, pugnaret secum Basilius, qui aliquanto post, num. 4, sic loquitur: Οὕτω καὶ τὰ τοῦ φθόνου κινήματα, οὐδὲν λυποῦντα τὸν βασκαινόμενον, αὐτοῦ πληγαὶ γίνονται τοῦ βασκάνου, *ita quoque invidiæ motus nihil lædentes eum cui invidetur, plagæ fiunt invidentis.* Nec prætereundum silentio, voculam οὐκ et in editis et in mss. pariter deesse.

Digitized by Google

οἰκεῖόν ἐστι τῷ κεκτημένῳ. Ὥσπερ γὰρ ἰὸς (41) σίδηρον, οὕτως ὁ φθόνος τὴν ἔχουσαν αὐτὸν ψυχὴν ἐξαναλίσκει. Μᾶλλον δὲ ὥσπερ τὰς ἐχίδνας φασὶ τὴν κυήσασαν αὐτὰς γαστέρα διεσθιούσας ἀπογεννᾶσθαι, οὕτω καὶ ὁ φθόνος τὴν ὠδίνουσαν αὐτὸν ψυχὴν πέφυκε δαπανᾷν. Λύπη γάρ ἐστι τῆς τοῦ πλησίον εὐπραγίας ὁ φθόνος. Διόπερ οὐδέποτε ἀνίαι, οὐδέποτε δυσθυμίαι τὸν βάσκανον ἐπιλείπουσιν (42). Εὐφόρησεν ἡ χώρα τοῦ πλησίον; εὐθηνεῖται πᾶσι τοῖς κατὰ τὸν βίον ὁ οἶκος; θυμηδίαι τὸν ἄνδρα οὐκ ἐπιλείπουσι; ταῦτα πάντα τροφὴ τῆς νόσου, καὶ προσθήκη τῆς ἀλγηδόνος ἐστὶ τῷ βασκάνῳ. Ὥστε οὐδὲν διαφέρει ἀνθρώπου γυμνοῦ παρὰ πάντων τιτρωσκομένου. Ἀνδρεῖός τίς ἐστιν; εὐεκτεῖ (43); ταῦτα πλήττει τὸν βάσκανον. Ἕτερος χαριέστερος τὴν μορφήν; ἄλλη πληγὴ τῷ βασκάνῳ. Ὁ δεῖνα τοῖς τῆς ψυχῆς προτερήμασι τῶν πολλῶν ὑπερέχει; ἐπὶ φρονήσει καὶ δυνάμει λόγων ἀποβλέπεται καὶ ζηλοῦται; ἄλλος πλουτεῖ καὶ φιλοτιμεῖται λαμπρῶς ἐν ἐπιδόσεσι καὶ κοινωνίᾳ τῇ πρὸς τοὺς ἐνδεεῖς, καὶ πολὺς αὐτῷ παρὰ τῶν εὐεργετουμένων ὁ ἔπαινος; ταῦτα πάντα πληγαὶ καὶ τραύματα, μέσην αὐτοῦ τύπτοντα τὴν καρδίαν. Καὶ τὸ χαλεπὸν τῆς νόσου, ὅτι οὐδὲ ἐξειπεῖν αὐτὴν δύναται· ἀλλὰ κύπτει (44) μὲν, καὶ κατηφής ἐστι, καὶ συγκέχυται, καὶ ποτνιᾶται, καὶ ἀπόλωλεν ὑπὸ τοῦ κακοῦ. Ἐρωτώμενος δὲ τὸ πάθος, ἐρυθριᾷ δημοσιεῦσαι τὴν συμφορὰν, ὅτι Βάσκανός εἰμι καὶ πικρὸς, καὶ ἐπιτρίβει με τὰ τοῦ φίλου καλὰ, καὶ τοῦ ἀδελφοῦ τὴν εὐθυμίαν ὀδύρομαι, καὶ οὐ φέρω τὴν θέαν τῶν ἀλλοτρίων καλῶν, ἀλλὰ συμφορὰν ποιοῦμαι τὴν τῶν πλησίον εὐημερίαν. Ταῦτα γὰρ ἂν εἴποι, εἰ τὰ ἀληθῆ λέγειν βούλοιτο. Ὧν οὐδὲν (45) ἐξειπεῖν αἱρούμενος, ἐν τῷ βάθει κατέχει τὴν νόσον ὑποσμύχουσαν αὐτοῦ τὰ σπλάγχνα καὶ κατεσθίουσαν.

enim rubigo ferrum, ita invidia infectam ipsa animam absumit. Imo vero quemadmodum viperas tradunt exeso materno utero nasci; ita quoque solet invidia parientem se animam vorare. Est enim invidia dolor de proximi successu felici ac prospero. Quamobrem nunquam mœror, nunquam molestia deest invidenti. Estne proximi ager fertilis? vitæne commodis omnibus abundat domus? an ipsis animi oblectamentis vir non caret? Hæc omnia pabulum sunt morbi, et accessio doloris invido. Quare ab homine nudo qui ab omnibus sauciatur, nihil differt. Fortis est aliquis et robustus? bona est corporis habitudine? hæc vulnerant invidum. Alius est forma elegantiori? alia hæc est invidi plaga. Præstat animi dotibus quispiam plerisque? prudentia ac dicendi facultate spectandus est atque æmulandus? Alius dives est, atque splendide munificus in largitionibus et in stipis erogatione erga egenos, multumque ab iis quos beneficiis affecerit, laudatur? omnia hæc plagæ sunt et vulnera, medium cor ipsius percellentia. Et illud in hoc morbo gravissimum est, quod ne detegere quidem ipsum possit : sed demissis oculis, vultu tristitiam præ se ferente, confunditur, queritatur, atque hac lue perit : interrogatum autem **92** de animi affectione, prodere pudet infortunium illud suum : Invidus sum et amarulentus, affligunt me amici bona : doleo de fratris lætitia, non queo aliena bona intueri : sed proximi secundam fortunam calamitatem duco. Hæc enim dicturus est, si vera loqui velit. Quorum dum nihil vult patefacere, morbum intus detinet, absumentem ejus viscera, atque corrodentem.

2. Οὐκοῦν οὔτε ἰατρὸν τῆς νόσου παραλαμβάνει, οὔτε τι φάρμακον ἐξευρεῖν δύναται τοῦ πάθους ἀλεξητήριον, καίτοι πλήρεις αἱ Γραφαὶ τῶν ἰαμάτων τούτων· ἀλλὰ μίαν ἀναμένει τοῦ κακοῦ ῥᾳστώνην, εἴ πού τινα ἴδοι καταπεσόντα τῶν φθονουμένων. Οὗτος ὅρος τοῦ μίσους, ἆθλιον ἰδεῖν ἐκ μακαρίου τὸν βασκαινόμενον, ἐλεεινὸν γενέσθαι τὸν ζηλωτόν. Τότε σπένδεται, καὶ φίλος ἐστὶν, ὅταν δακρύοντα ἴδῃ, ὅταν πενθοῦντα θεάσηται. Καὶ εὐθυμοῦντι μὲν οὐ συνευφραίνεται· ὀδυρομένῳ δὲ συνδακρύει. Καὶ τὴν μεταβολὴν τοῦ βίου, ἐξ οἵων εἰς οἷα μεταπέπτωκε, κατοικτίζεται, οὐχ ὑπὸ φιλανθρωπίας, καὶ τοῦ συμπαθὴς εἶναι, ἐξαίρων τῷ λόγῳ τὰ πρότερα, ἀλλ' ἵνα βαρυτέραν αὐτῷ κατασκευάσῃ τὴν συμφοράν. Τὸ παιδίον μετὰ τὸν θάνατον ἐπαινεῖ, καὶ μυρίοις ἐγκωμίοις ἀποσεμνύνει, ὡς μὲν καλὸν ἰδεῖν, ὡς δὲ εὐμαθὲς, ὡς δὲ πρὸς πάντα εὐάρμοστον· οὐκ ἂν αὐτῷ περιόντι γλῶσσαν εὔφημον χαρισάμενος. Ἐὰν μέντοι πολλοὺς ἴδῃ συντρέχοντας τῷ ἐπαίνῳ, μεταβαλὼν πάλιν, βασκαίνει τῷ τεθνεῶτι. Τὸν πλοῦτον θαυμάζει μετὰ τὴν ἔκπτωσιν. Τὴν ὥραν τοῦ σώματος, ἢ τὴν

2. Itaque neque admittit medicum morbi, neque medelam ullam hujus vitii expultricem invenire potest, quanquam Scripturæ medicamentis ejusmodi sunt refertæ : sed unicum miseriæ suæ levamen exspectat, sicubi videat quempiam ex iis quibus invidet, ruentem. Hæc est odii meta, eum cui invidetur, miserum ex felici videre, et eum qui beatus habebatur, infelicem fieri. Tunc initur fœdus, et fit amicus cum viderit lacrymantem, cum lugentem conspexerit. Et vero non lætatur cum hilari, sed cum lugente lacrymatur. Atque vitæ mutationem, ex quibus in quæ exciderit, miseratur, non humanitate quapiam, nec ullo commiserationis sensu priorem statum verbis efferens, sed ut eum calamitate graviore afficiat. Laudat filium post obitum, et innumeris præconiis condecorat, quam fuerit formosus visu, quam ingeniosus, quam idoneus ad omnia; cui, dum viveret, ne verbum quidem bene ominatum dixisset. Sed si multos viderit ad laudandum concurrentes, rursus mutata sententia invidet mortuo. Miratur perditas opes. Elegantiam cor-

(41) Editi ὁ ἰός. Sed in mss. non legitur articulus.
(42) Colb. tertius ἀπολείπουσιν.
(43) Editi ἢ εὐεκτεῖ.
(44) Colb. primus pro κύπτει habet κρύπτεται.
(45) Editi οὐδὲν πλέον. Vox ultima in iis quos legimus codicibus non legitur; idcircoque eam delevimus.

Digitized by Google

poris aut robur, et bonam habitudinem post morbos laudat et extollit. Et in summa, eorum quæ suppetunt, inimicus est; eorum quæ periere, amicus.

A ρώμην καὶ τὴν εὐεξίαν μετὰ τὰς νόσους; ἐπαινεῖ καὶ ἐξαίρει. Καὶ ὅλως, ἐχθρὸς μέν ἐστι τῶν παρόντων, φίλος δὲ τῶν ἀπολλυμένων.

3. Quid igitur hac lue exitiosius esse possit? Corruptela vitæ, pernicies naturæ, eorum quæ nobis a Deo data sunt bonorum odium, adversa Deo indoles. Quid malorum auctorem dæmonem ad bellum adversus homines tanto cum furore impulit? Nonne invidia? per quam et cum Deo ipso pugnare palam deprehensus est. Qui infensus quidem Deo erat propter munificentiam erga hominem : sed hominem, cum Deum non posset, ulciscebatur. Eadem et Cain fecisse perhibetur, primus ille diaboli discipulus, edoctus ab ipso et invidiam et cædem, germana scelera, quæ et Paulus conjunxit his verbis : B *Plenos invidia, homicidio* [84]. Quid igitur erat quod fecit? Vidit delatum a Deo honorem, et exarsit æmulatione, occiditque honoratum, honorantem ut perstringeret. Nam cum imbecillis esset ad Deum impugnandum, in fraternam cædem animum transtulit. Fugiamus, fratres, ægritudinem ejus quæ in Deum fit pugnæ magistram, homicidii matrem, naturæ confusionem, necessitudinis ignorationem, molestiam absurdissimam. Cur afflictaris, homo nihil grave passus? quid bello petis fruentem bonis aliquibus, nihilque de tuis imminuentem? Quodsi vel beneficiis affectus indignaris, nonne palam tuis ipse commodis **93** invides? Ejusmodi Saul erat, cui beneficiorum magnitudo bellum Davidi inferendi ansa erat et origo. Primum quidem modulatissima illa ac divina musica ab insania liberatus, conabatur accepti beneficii auctorem hasta transfigere. Deinde una cum ipso exercitu ex hostium manibus incolumis ereptus, et eo qui a Goliath inurebatur dedecore liberatus, cum tamen saltatrices quædam decemplicem partem rerum gestarum Davidi in epiniciis tribuerent, canentes, *Percussit David in decem millibus, et Saul in millibus suis* [85], ob unam hanc vocem, et ob redditum ab ipsa veritate testimonium, primum sua eum manu interimere, atque insidiis de medio tollere agressus est : exinde Davide in fugam acto, ne sic quidem odio finem imposuit, sed postremum expeditione cum tribus electorum millibus adversus illum suscepta, deserta D loca perscrutabatur [86]. Quodsi fuisset belli causam interrogatus, respondisset plane viri esse beneficentiam. Ille scilicet ipso persecutionis tempore cum dormiens deprehensus fuisset, possetque ab hoste facile occidi, et cum iterum a justo qui injicere in eum manus nolebat, servatus esset incolumis [87], nequaquam flexus est hoc beneficio : sed et rursus colligebat exercitum, et rursus illum persequebatur, quoad iterum ab eodem in spelunca in-

3. Τί ἂν οὖν γένοιτο τῆς νόσου ταύτης ὀλεθριώτερον; Φθορὰ τῆς ζωῆς, λύμη τῆς φύσεως, ἔχθρα τῶν παρὰ Θεοῦ δεδομένων ἡμῖν, ἐναντίωσις πρὸς Θεόν. Τί τὸν ἀρχέκακον δαίμονα εἰς τὸν κατὰ ἀνθρώπων ἐξέμηνε πόλεμον; Οὐχ ὁ φθόνος; δι' οὗ καὶ θεομάχος φανερῶς ἀπηλέγχθη, ἀχθόμενος μὲν Θεῷ ἐπὶ τῇ μεγαλοδωρεᾷ τῇ εἰς τὸν ἄνθρωπον, τὸν ἄνθρωπον δὲ ἀμυνόμενος, ἐπειδὴ Θεὸν οὐκ ἠδύνατο. Τὰ αὐτὰ δὲ ταῦτα ποιῶν καὶ ὁ Κάϊν δείκνυται, ὁ πρῶτος μαθητὴς τοῦ διαβόλου, καὶ φθόνον καὶ φόνον παρ' αὐτοῦ διδαχθείς, τὰς ἀδελφὰς *ἀνομίας*, ἃς καὶ Παῦλος συνέζευξεν, εἰπών· B *Μεστοὺς φθόνου, φόνου.* Τί οὖν ἦν ὃ ἐποίησεν; Εἶδε τὴν παρὰ Θεοῦ τιμὴν, καὶ ἐξεκαύθη πρὸς ζῆλον, καὶ ἀνεῖλε τὸν τιμηθέντα, ἵνα καθάψηται τοῦ τιμήσαντος. Πρὸς γὰρ τὴν θεομαχίαν ἀδυνατῶν, εἰς ἀδελφοκτονίαν μετέπεσε. Φύγωμεν, ἀδελφοὶ, νόσον θεομαχίας διδάσκαλον, ἀνδροφονίας μητέρα, σύγχυσιν φύσεως, οἰκειότητος ἄγνοιαν, συμφορὰν ἀλογωτάτην. Τί λυπῇ, ἄνθρωπε, μηδὲν δεινὸν πεπονθώς; τί πολεμεῖς τῷ ἐν ἀγαθοῖς (46) τισιν ὄντι, μηδὲν τῶν σῶν ἐλαττώσαντι; Ἐὰν δὲ δὴ καὶ εὐεργετούμενος ἀγαναχτῇς, οὐκ ἄντικρυς τῆς ἑαυτοῦ ὠφελείας βασκαίνεις; Ὁποῖος ἦν ὁ Σαοὺλ, ὃς τῶν εὐεργεσιῶν τὰς ὑπερβολὰς ἀφορμὴν τοῦ πολέμου τοῦ πρὸς τὸν Δαβὶδ ἐποιήσατο. Πρῶτον μὲν γὰρ, τῇ παναρμονίῳ ἐκείνῃ καὶ θείᾳ μουσικῇ τῆς μανίας ἀπαλλαγεὶς, C ἐπειρᾶτο δόρατι διαπεῖραι τὸν εὐεργέτην· ἔπειτα σὺν αὐτῷ τῷ στρατῷ ἐκ τῶν πολεμίων περισωθεὶς, καὶ τῆς ἐπὶ τῷ (47) Γολιὰθ αἰσχύνης ἀπαλλαγεὶς, ὅμως ἐπειδὴ ἐν τοῖς ἐπινικίοις τὸ δεκαπλάσιον τῆς τῶν συμβάντων αἰτίας τῷ Δαβὶδ ἀνέθεσαν αἱ χορεύουσαι· *Ἐπάταξε Δαβὶδ ἐν μυριάσι, καὶ Σαοὺλ ἐν χιλιάσιν αὐτοῦ*· διὰ μίαν ταύτην φωνὴν, καὶ τὴν ἐξ αὐτῆς τῆς ἀληθείας ὑπάρξασαν μαρτυρίαν, πρῶτον αὐτόχειρ γενέσθαι, καὶ ἐξ ἐνέδρας ἀνελεῖν ἐπεχείρησεν· εἶτα φυγάδα καταστήσας, οὐδὲ οὕτω τὴν ἔχθραν ἔστησεν, ἀλλὰ τὸ τελευταῖον ἐκστρατεύσας ἐπ' αὐτὸν (48) τρισχιλίοις λογάσι, τὰς ἐρημίας διηρεύνατο. Εἰ δὲ ἠρωτήθη τοῦ πολέμου τὴν πρόφασιν, εἶπεν ἂν πάντως τὰς τοῦ ἀνδρὸς εὐποιΐας. Ὅς γε παρ' αὐτὸν τὸν καιρὸν τῆς διώξεως καθεύδων καταληφθεὶς, ἕτοιμος εἰς σφαγὴν προκείμενος τῷ ἐχθρῷ, καὶ πάλιν περισωθεὶς ὑπὸ τοῦ δικαίου, ἐπαγαγεῖν αὐτῷ τὰς χεῖρας φυλαξαμένου, οὐδ' ὑπὸ ταύτης τῆς εὐεργεσίας ἐκάμφθη· ἀλλὰ καὶ πάλιν ἐστρατολόγει, καὶ πάλιν ἐδίωκεν· ἕως, καὶ δεύτερον ἄλοὺς ὑπὸ τοῦ αὐτοῦ ἐν τῷ σπηλαίῳ, τοῦ μὲν τὴν ἀρετὴν λαμπροτέραν ἀπέδειξεν, ἑαυτοῦ δὲ τὴν πονηρίαν καταφανεστέραν ἐποίησε. Δυσμεταχειριστότατον ἔχθρας εἶδος ὁ φθόνος. Τοὺς μὲν γὰρ ἄλλως δυσμενεῖς ἡμερωτέρους ποιοῦσιν αἱ εὐποιΐαι·

[84] Rom. I, 29. [85] I Reg. XVIII, 7. [86] I Reg. XXIV, 3. [87] I Reg. XXVI, 7.

(46) Colb. tertius τῷ ἐπ' ἀγαθοῖς. Mox mss. aliquot ἀγανακτῇς... τῆς ἑαυτοῦ ὠφελείας. Editi ἀγανακτεῖς... τῇ σεαυτοῦ ὠφελείᾳ.

(47) Reg. primus καὶ τῆς ἐπὶ τοῦ.

(48) Editio utraque κατ' αὐτοῦ. Veteres quinque libri ἐπ' αὐτόν, eadem plane sententia.

Digitized by Google

τὸν βάσκανον δὲ καὶ κακοήθη τὸ καλῶς παθεῖν πλέον προσερεθίζει· καὶ ὅσῳπερ ἂν μειζόνων τύχῃ, μειζόνως ἀγανακτεῖ καὶ ἀνιᾶται. καὶ δυσχεραίνει. Πλεῖον γὰρ ἄχθεται τῇ δυνάμει τοῦ εὐεργέτου, ἢ χάριν ἔχει τοῖς εἰς αὐτὸν γινομένοις. Ποῖον οὐ νικῶσι θηρίον τῇ χαλεπότητι τῶν τρόπων; Τί τῶν ἀνημέρων οὐχ ὑπερβάλλουσιν ἀγριότητι; Οἱ κύνες τρεφόμενοι ἡμεροῦνται· οἱ λέοντες χειροήθεις γίνονται θεραπευόμενοι· οἱ δὲ βάσκανοι ταῖς θεραπείαις πλέον ἐξαγριαίνονται.

A terceptus, et ejus virtutem præstiterit illustriorem, et suam ipsius nequitiam manifestiorem reddiderit. Immansuetissimum odii genus invidia est. Nam beneficentia cæteros quidem qui nobis alioquin infensi sunt, mitiores mansuetioresque reddit: sed collata in invidum et malignum beneficia, ipsum amplius irritant. Et quanto majora acceperit, tanto magis indignatur, doletque et stomachatur. Magis enim afflictatur de potentia benefacientis, quam pro datis sibi beneficiis gratiam habet. Quam belluam non superant morum acerbitate? Quas feras feritate non vincunt? Canes alimento oblato mansuescunt, leones cum curantur, tractabiles fiunt: sed invidi obsequiis et officiis evadunt agrestiores.

4. Τί τὸν γενναῖον Ἰωσὴφ δοῦλον ἐποίησεν; Οὐχ ὁ φθόνος τῶν ἀδελφῶν; Ἔνθα καὶ θαυμάσαι ἄξιον τὴν ἀλογίαν τῆς νόσου. Φοβηθέντες γὰρ τῶν ὀνειράτων τὴν ἔκβασιν, δοῦλον ἐποίουν τὸν ἀδελφὸν, ὡς B οὐκ ἂν ποτε δούλου προσκυνηθέντος. Καίτοι εἰ μὲν ἀληθῆ τὰ ἐνύπνια, τίς μηχανὴ μὴ οὐχὶ πάντως ἐκβῆναι τὰ προῤῥηθέντα; εἰ δὲ ψευδεῖς αἱ τῶν ὀνειράτων ὄψεις, ἀντὶ τίνος βασκαίνετε τῷ σφαλλομένῳ; Νυνὶ δὲ ὑπὸ τῆς τοῦ Θεοῦ οἰκονομίας περιτρέπεται αὐτοῖς τὸ σοφόν. Δι' ὧν γὰρ ἐνόμιζον ἐμποδίζειν τῇ προῤῥήσει, διὰ τούτων ἐφάνησαν ὁδοποιοῦντες τὴν ἔκβασιν. Εἰ γὰρ μὴ ἐπράθη, οὐκ ἂν ἦλθεν εἰς Αἴγυπτον, οὐκ ἂν διὰ σωφροσύνην ταῖς ἐπιβουλαῖς τῆς ἀκολάστου γυναικὸς περιέπεσεν, οὐκ ἂν ἐβλήθη εἰς δεσμωτήριον, οὐκ ἂν ἐγένετο συνήθης τοῖς ὑπηρέταις τοῦ Φαραὼ, οὐδ' ἂν συνέβαλε τὰ ὀνείρατα, ὅθεν τὴν ἀρχὴν ἐδέξατο τῆς Αἰγύπτου, καὶ διὰ τὴν σιτοδείαν ὑπὸ τῶν ἀδελφῶν αὐτοῦ πρὸς αὐτὸν ἐλθόντων προσεκυνήθη. Μετάβα τῷ λόγῳ ἐπὶ C τὸν μέγιστον φθόνον, καὶ ἐπὶ μεγίστοις συστάντα, ὃς ἐκ τῆς Ἰουδαίων μανίας κατὰ τοῦ Σωτῆρος ἐγένετο. Διὰ τί ἐφθονεῖτο; Διὰ τὰ θαύματα. Τίνες δὲ ἦσαν αἱ θαυματοποιίαι; Σωτηρία τῶν δεομένων· ἐτρέφοντο οἱ πεινῶντες, καὶ ὁ τρέφων ἐπολεμεῖτο· ἠγείροντο οἱ νεκροὶ, καὶ ὁ ζωοποιῶν ἐβασκαίνετο· δαίμονες ἀπηλαύνοντο, καὶ ὁ ἐπιτάσσων ἐπεβουλεύετο· λεπροὶ ἐκαθαρίζοντο, καὶ χωλοὶ περιεπάτουν, κωφοὶ ἤκουον, καὶ τυφλοὶ ἀνέβλεπον, καὶ ὁ εὐεργέτης ἐφυγαδεύετο. Καὶ τὸ τελευταῖον θανάτῳ παρέδωκαν τὸν τὴν ζωὴν χαρισάμενον, καὶ ἐμαστίγουν τὸν ἐλευθερωτὴν τῶν ἀνθρώπων, καὶ κατεδίκαζον τὸν κριτὴν τοῦ κόσμου. Οὕτω μέχρι πάντων διεξῆλθε (49) τὰ τοῦ φθόνου κακά. Καὶ ἐνὶ τούτῳ D ὅπλῳ ἀπὸ καταβολῆς ἀρξάμενος κόσμου μέχρι συντελείας αἰῶνος πάντας τιτρώσκει καὶ καταβάλλει ὁ λυμεὼν τῆς ζωῆς ἡμῶν διάβολος, ὁ χαίρων (50) ἡμῶν τῇ ἀπωλείᾳ, ὁ καταπεσὼν διὰ τοῦ φθόνου, καὶ ἡμᾶς ἑαυτῷ διὰ τοῦ ἴσου πάθους συγκαταβάλλων. Σοφὸς ἄρα ἦν ὁ τῷ βασκάνῳ ἀνδρὶ μηδὲ συνδειπνεῖν ἐπιτρέπων· ἀπὸ τῆς ἐν τῷ δείπνῳ συνουσίας περὶ πάσης ὁμοῦ τῆς κατὰ τὸν βίον κοινωνίας διαλεγόμενος. Ὥσπερ γὰρ τὴν εὐκατάπρηστον ὕλην ἐπιμελὲς ἡμῖν ὅτι πορῤῥωτάτω τοῦ πυρὸς ἀποτίθεσθαι, οὕτω

4. Quid generosum illum Joseph redegit in servitutem [88]? Nonne invidia fratrum? Ubi et mirari operæ pretium est morbi stultitiam. Nam veriti somniorum exitum, fratrem in servitutem addixere, quasi servus ab eis nunquam fuisset adorandus. Sed si vera sunt somnia, qua arte fieri possit, ut non omnino eveniant prænuntiata? Sin autem falsa somniorum visa, cur invidetis aberranti? Nunc vero solers illorum consilium Dei providentia in contrarium ipsis vertitur. Quibus enim putabant se vaticinium impedituros, iisdem viam eventui stravisse comperti sunt. Etenim si venditus non fuisset, non venisset in Ægyptum, non ob pudicitiam in insidias impudicæ mulieris incidisset, non conjectus fuisset in carcerem, non familiaris evasisset ministris Pharaonis, neque somniorum fuisset conjector, unde principatum Ægypti obtinuit, et a suis fratribus ob frumenti inopiam ad se convenientibus adoratus est. Transi animo ad invidiam illam maximam, maximisque in rebus sitam, quæ ex Judæorum insania contra Servatorem emersit. Cur invidebatur? Ob miracula. Quæ vero erant ea miracula? Salus egentium: nutriebantur esurientes, **94** et qui nutriebat, oppugnabatur: suscitabantur mortui, et invidiosus erat qui eos revocarat ad vitam; fugabantur dæmones, et qui eis imperabat, insidiis petebatur; leprosi mundabantur, obambulabant claudi, surdi audiebant, videbant cæci, et fugabatur qui hæc beneficia conferebat. Ac postremo morti vitæ largitorem tradiderunt, flagris cædebant hominum liberatorem, condemnabant mundi judicem. Sic invidiæ mala pertigere ad omnia. Atque unis his armis, a jactis mundi fundamentis exorsus, usque ad sæculi consummationem omnes sauciat et dejicit perditor vitæ nostræ diabolus, qui interitu nostro gaudet, qui per invidiam lapsus, nos etiam simul per idem vitium sternit. Sapiens ergo erat, qui cum invido viro ne cœnare quidem sinebat [89], ita per cœnæ consortium de omni simul vitæ societate submonens. Quemadmodum enim curæ nobis est materiam quæ facile ignem concipit, quam longissime ab igne submovere: sic operæ pretium est, quoad ejus fieri potest, amicitias ex invidorum

[88] Gen. xxxvii, 28. [89] Prov. xxiii, 6.

(49) Colb. primus πάντων διῆλθεν.

(50) Colb. primus ὁ ἐπιχαίρων. Nec ita multo post codex Combef. συγκαταβάλλοι. Alii tres mss. συγκαταβάλλων. Editi συγκαταβαλών.

Digitized by Google

consuetudine subducere, ut extra invidiæ tela constituamur. Neque enim fieri potest, ut aliter invidia irretiamur, nisi per familiaritatem consuetudinemque ad eam accesserimus. Etenim, juxta Salomonis sententiam, *Viro æmulatio a sodali ipsius* [60]. Et vero sic se res habet. Ægyptio Scytha non invidet, sed unusquisque habenti nationem eamdem ; et inter nationis ejusdem incolas, ignotis non invidetur, sed familiarissimis : et inter familiares, vicinis, et eamdem artem exercentibus, aut alia quavis necessitudine conjunctis, imo inter hos rursum, coætaneis, consanguineisque, et fratribus. Et in summa, ut rubigo lues est frumenti propria ; sic invidia amicitiæ morbus. Illud tamen in hoc malo laudare quis poterit, quod quanto vehementius cietur, tanto homini qui eo laborat, gravius est. Quemadmodum enim jacula ingenti vi emissa, ubi in quidpiam durum ac renitens inciderint, revertuntur in jaculatorem ; ita quoque invidiæ motus nihil lædentes eum cui invidetur, plagæ fiunt invidentis. Quis enim, quod se angoribus dedat, bona proximi unquam imminuit? Sed mœrore contabescens, se ipse confecit. Jam vero qui invidiæ morbo laborant, ipsis etiam venenatis bestiis existimantur exitiosiores esse : siquidem illæ vulnere inflicto immittunt virus, et commorsa pars paulatim putredine exeditur. Invidos vero putant quidam vel solis oculis labem inferre, adeo ut corpora bona habitudine prædita, et ex ætatis vigore maxime efflorescentia, per eorum invidiam tabescant, concidatque confestim moles omnis, exitioso quodam quasi fluento ex invidorum oculis diffluente, et tabefaciente atque corrumpente. Ego tamen hanc fabulam rejicio ut popularem, utque ab aniculis introductam in mulierum cœtum : sed illud dico, dæmones boni **95** cujusvis osores, ubi voluntates sibi familiares ac necessitudine conjunctas reperierint, modis omnibus uti eis ad suum arbitrium, sic ut ipsos etiam invidorum oculos adhibeant suæ voluntatis ministros. Itane vero non horres teipsum exitiosi dæmonis administrum constituere, sed vitium admittis, quo eorum qui te injuria nulla affecere, futurus sis inimicus, imo hostis Dei, qui bonus est, et omnis invidiæ expers?

5. Fugiamus vitium intolerabile. Serpentis est documentum, dæmonum inventum, satio inimici, arrhabo supplicii, pietatis impedimentum, via ad gehennam, privatio regni. Cæterum invidi vel ipsa facie manifesto agnoscuntur. His oculi sunt aridi et obscuri, gena demissa, supercilium contractum,

χρὴ, καθ' ὅσον οἷόν τε, τῆς τῶν βασκάνων ὁμιλίας τὰς φιλίας ἀπάγειν, ἔξω τῶν τοῦ φθόνου βελῶν ἑαυτοὺς ποιοῦντας. Οὐδὲ γὰρ ἄλλως δυνατὸν συμπλακῆναι τῷ φθόνῳ, μὴ δι' οἰκειότητος αὐτῷ προσεγγίσαντα. Ἐπείπερ κατὰ τὸν Σολομῶντος λόγον, *Τῷ ἀνδρὶ ὁ ζῆλος παρὰ τοῦ ἑταίρου αὐτοῦ*. Καὶ γὰρ οὕτως ἔχει. (51) Οὐχὶ τῷ Αἰγυπτίῳ βασκαίνει ὁ Σκύθης, ἀλλὰ τῷ ὁμοεθνεῖ ἕκαστος· καὶ ἐν τῷ ὁμοεθνεῖ μέντοι οὐ τοῖς ἀγνοουμένοις φθονεῖ, ἀλλὰ τοῖς συνηθεστάτοις· καὶ τῶν συνήθων τοῖς γείτοσι καὶ ὁμοτέχνοις, καὶ τοῖς ἄλλως οἰκείοις (52)· κἀν τούτοις πάλιν, ἡλικιώταις καὶ συγγενέσι καὶ ἀδελφοῖς. Καὶ ὅλως, ὥσπερ ἡ ἐρυσίβη ἴδιόν ἐστι τοῦ σίτου νόσημα, οὕτως ὁ φθόνος φιλίας ἐστὶν ἀῤῥώστημα. Ἐκεῖνό γε μὴν κἂν ἐπαινέσειέ τις τοῦ κακοῦ, ὅτι ὅσῳπερ ἂν σφοδρότερος κινηθῇ, τοσούτῳ χαλεπώτερός ἐστι τῷ κεκτημένῳ. Ὥσπερ γὰρ τῶν βελῶν τὰ βιαίως φερόμενα, ἐπειδὰν καρτερῷ τινι καὶ ἀντιτύπῳ προσπέσῃ, ἐπὶ τὸν προέμενον (53) ἐπανέρχεται· οὕτω καὶ τὰ τοῦ φθόνου κινήματα, οὐδὲν λυποῦντα τὸν βασκαινόμενον, αὐτοῦ πληγαὶ γίνονται τοῦ βασκάνου. Τίς γὰρ λυπούμενος ἠλάττωσέ ποτε τὰ τοῦ πλησίον καλά; Ἑαυτὸν μέντοι προσανάλωσε ταῖς λύπαις κατατηκόμενος. Ἤδη δὲ καὶ τῶν ἰοβόλων αὐτῶν ὀλεθριώτεροι εἶναι οἱ νοσοῦντες τὴν βασκανίαν ὑπονενόηνται· ἅπερ τὰ μὲν διὰ πληγῆς ἐνίησι τὸν ἰὸν, καὶ κατὰ μικρὸν σηπεδόσι τὸ δηχθὲν ἐπινέμεται· τοὺς δὲ φθονερούς τινες οἴονται καὶ δι' ὀφθαλμῶν μόνων τὴν βλάβην ἐπιβάλλειν (54)· ὥστε τὰ εὐεκτικὰ σώματα, καὶ ἐκ τῆς κατὰ τὴν ἡλικίαν ἀκμῆς εἰς τὴν ἄκραν ὥραν ὑπερανθήσαντα, τήκεσθαι παρ' αὐτῶν καταβασκαινόμενα, καὶ ὅλον ἀθρόως συναναιρεῖσθαι (55) τὸν ὄγκον, οἷον ῥεύματός τινος ὀλεθρίου ἐκ τῶν φθονερῶν ὀφθαλμῶν ἀπορῥέοντος, καὶ λυμαινομένου καὶ διαφθείροντος. Ἐγὼ δὲ τοῦτον μὲν τὸν λόγον ἀποπέμπομαι, ὡς δημιώδη καὶ τῇ γυναικωνίτιδι παρεισαχθέντα ὑπὸ γραϊδίων· ἐκεῖνο δέ φημι, ὅτι οἱ μισόκαλοι δαίμονες, ἐπειδὰν οἰκείας ἑαυτοῖς εὕρωσι προαιρέσεις, παντοίως αὐταῖς πρὸς τὸ ἴδιον ἀποκέχρηνται βούλημα· ὥστε καὶ τοῖς ὀφθαλμοῖς τῶν βασκάνων εἰς ὑπηρεσίαν χρῆσθαι (56) τοῦ ἰδίου θελήματος. Εἶτα οὐ φρίσσεις ὑπηρέτην σεαυτὸν ποιῶν δαίμονος ὀλεθρίου, ἀλλ' ὑποδέχῃ κακὸν, δι' οὗ ἐχθρὸς μὲν γενήσῃ τῶν μηδὲν ἀδικούντων, ἐχθρὸς δὲ Θεοῦ τοῦ ἀγαθοῦ καὶ ἀφθόνου;

5. Φύγωμεν κακὸν ἀφόρητον. Ὄφεώς ἐστι δίδαγμα, δαιμόνων εὕρημα, ἐχθροῦ ἐπισπορὰ, ἀῤῥαβὼν κολάσεως, ἐμπόδιον εὐσεβείας, ὁδὸς ἐπὶ γέενναν, στέρησις βασιλείας. Δῆλοι δέ πως καὶ αὐτῷ τῷ προσώπῳ (57) τυγχάνουσιν οἱ φθονοῦντες. Ὄμμα τούτοις ξηρὸν καὶ ἀλαμπὲς, παρειὰ κατηφὴς, ὀφρὺς συμπε-

[60] Eccle. IV, 4.

(51) Quod ait Basilius, *vicinos vicinis, familiares familiaribus invidere*, ejus non dissimilia apud Hesiodum in Operib. inveniri notavit Ducæus.

(52) Reg. primus καὶ τοῖς ἄλλοις οἰκείοις.

(53) Idem codex ἐπὶ τὸν προϊέμενον. Alii duo mss. et editi προέμενον.

(54) Antiqui duo libri βλάβην ἐμβάλλειν.

(55) In duobus mss. scriptum invenimus ἀθρόως συναιρεῖσθαι. Aliquanto post Reg. primus δημιώδη καὶ γυναικώδη.

(56) Colb. tertius χρήσασθαι.

(57) Editi et Reg. tertius αὐτῷ τῷ προσώπῳ. At mss. Combefisiani uno verbo αὐτοπροσώπως. Nec ita multo post Reg. primus παρειαὶ κατηφεῖς.

Digitized by Google

πτωκυῖα, ἡ ψυχὴ τῷ πάθει συγκεχυμένη, τὸ τῆς ἀληθείας κριτήριον ἐπὶ τῶν πραγμάτων οὐκ ἔχουσα. Οὐ πρᾶξις κατ' ἀρετὴν ἐπαινετὴ παρ' ἐκείνοις, οὐ λόγου δύναμις σεμνότητι κεκοσμημένη καὶ χάρισιν, οὐκ ἄλλο τι τῶν ζηλωτῶν καὶ περιβλέπτων οὐδέν. Ὥσπερ δὲ οἱ γῦπες πρὸς τὰ δυσώδη φέρονται, πολλοὺς μὲν λειμῶνας, πολλοὺς δὲ ἡδεῖς καὶ εὐώδεις τόπους ὑπεριπτάμενοι· καὶ αἱ μυῖαι τὸ μὲν ὑγιαῖνον παρατρέχουσι, πρὸς δὲ τὸ ἕλκος ἐπείγονται· οὕτως οἱ βάσκανοι τὰς μὲν τοῦ βίου λαμπρότητας καὶ τὰ μεγέθη τῶν κατορθουμένων οὐδὲ προσβλέπουσι, τοῖς δὲ σαθροῖς ἐπιτίθενται· κἂν τι προσπταίσαι συμβῇ, οἷα πολλὰ τὰ ἀνθρώπινα, τοῦτο δημοσιεύουσι, καὶ ἀπὸ τούτων τοὺς ἄνδρας γνωρίζειν βούλονται· ὥσπερ οἱ (58) πονηροὶ τῶν ζωγράφων ἀπὸ τῆς ἐνδιαστρόφου ῥινὸς, ἢ ἀπό τινος οὐλῆς ἢ κολοβώματος, ἐκ φύσεως ἢ ἐκ πάθους ἐπισυμβάντος, τὰς μορφὰς τῶν γραφομένων ἀποσημαίνοντες. Δεινοὶ δὲ ταῖς εἰς τὸ χεῖρον παρατροπαῖς τὸ ἐπαινετὸν διαπτύσαι, καὶ ἐκ τῆς γείτονος κακίας τὴν ἀρετὴν διαβαλεῖν. Θρασὺν μὲν γὰρ λέγουσι τὸν ἀνδρεῖον, ἀνάλγητον δὲ τὸν σώφρονα· τὸν δίκαιον ἀπηνῆ· κακοῦργον τὸν φρόνιμον. Καὶ τὸν μεγαλοπρεπῆ μὲν ὡς βάναυσον (59) διαβάλλουσι, τὸν ἐλευθέριον δὲ ὡς ἄσωτον· πάλιν τὸν οἰκονομικὸν φειδωλόν. Καὶ ὅλως, πάντα τὰ τῆς ἀρετῆς εἴδη οὐκ ἀπορεῖ παρ' αὐτοῖς ὀνόματος ἐκ τῆς ἀντικειμένης κακίας μετενεχθέντος. Τί οὖν; ἐν τῇ κατηγορίᾳ (60) τοῦ κακοῦ τὸν λόγον στήσομεν; Ἀλλὰ τοῦτο ὥσπερ ἥμισύ τί (61) ἐστι τῆς ἰατρείας. Τὸ μὲν γὰρ δεῖξαι τῷ κάμνοντι τῆς νόσου τὸ μέγεθος, ὥστε ἀξίαν ἐμποιῆσαι αὐτῷ τοῦ κακοῦ τὴν φροντίδα, οὐκ ἄχρηστον· τὸ δὲ ἄχρι τούτου καταλιπεῖν, μὴ πρὸς τὴν ὑγίειαν χειραγωγήσαντα, οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν ἢ ἐκδοτον ἀφεῖναι τῇ ἀῤῥωστίᾳ τὸν κάμνοντα. Τί οὖν; πῶς ἂν μὴ πάθοιμεν ἐξ ἀρχῆς τὴν νόσον, ἢ ὑπαχθέντες ἐκφύγοιμεν; Εἰ πρῶτον μὲν μηδὲν μέγα, μηδὲ ὑπερφυὲς τῶν ἀνθρωπίνων κρίνοιμεν (62)· μὴ εὐπορίαν τὴν ἐν ἀνθρώποις· μὴ δόξαν τὴν ἀπανθοῦσαν (63)· μὴ σώματος εὐεξίαν. Οὐ γὰρ ἐν τοῖς παρερχομένοις ὁριζόμεθα εἶναι τὸ ἀγαθὸν, ἀλλ' ἐπὶ αἰωνίων ἀγαθῶν καὶ ἀληθινῶν μετουσίαν κεκλήμεθα. Ὥστε ὁ πλουτῶν οὔπω ζηλωτός ἐστι διὰ τὸν πλοῦτον· οὐχ ὁ δυνάστης διὰ τὸν ὄγκον τοῦ ἀξιώματος, οὐχ ὁ ἰσχυρὸς διὰ τὴν ῥώμην τοῦ σώματος, οὐχ ὁ σοφὸς διὰ τὴν τοῦ λόγου περιουσίαν. Ὄργανα γάρ ἐστι ταῦτα τῆς ἀρετῆς τοῖς καλῶς κεχρημένοις, οὐκ αὐτὰ ἐν ἑαυτοῖς ἔχοντα τὸ μακάριον. Ὁ μὲν οὖν κακῶς αὐτοῖς κεχρημένος, ἐλεεινὸς, ὡς ὁ τῷ ξίφει, ὃ ἔλαβε πρὸς τὴν τῶν πολεμίων ἄμυναν, τούτῳ ἑκουσίως ἑαυτὸν κατατιτρώσκων· εἰ

animus turbulento affectu perturbatus, carens in rebus veritatis judicio. Neque vero laudabile fuerit apud illos ullum virtutis opus, neque dicendi facultas licet gravitate ac gratia ornata, neque quidquam aliud ex iis quæ optanda sunt et spectanda. Quemadmodum autem vultures prata multa, multaque loca amœna et odorata prætervolantes, feruntur ad graveolentia; et quemadmodum muscæ quod sanum est prætereuntes, ad ulcera properant: ita invidi vitæ splendorem, et recte factorum magnitudinem ne aspiciunt quidem, sed in marcida et putrida irruunt; et si in aliquo erratum sit (cujusmodi sunt res hominum non paucæ), idipsum divulgant, et ex his viros fieri notos volunt; non secus ac mali pictores, qui ex distorto naso, aut ab aliquo tubere, aut mutilatione natura seu casu facta picturarum suarum formas insigniunt effingumtque. Adhæc periti sunt rem laudabilem in pejus detortam despuendi, exque vicino vitio virtutem calumniandi. Fortem enim dicunt audacem et temerarium; temperantem, stupidum; justum, crudelem; prudentem, fraudulentum. Et magnificum quidem traducunt velut ineptos sumptus facientem; liberalem, velut prodigum; rursus peritum rei familiaris administratorem, parcum; denique quodlibet virtutis genus apud ipsos nomen obtinet ab opposito vitio mutuatum. Quid igitur? in accusatione hujus vitii orationem sistam? Sed hæc est velut dimidia curationis pars. Nam ostendere ægroto morbi magnitudinem, ut dignam curam suscipiat fugandi mali, non fuerit inutile: sed eum necdum ad sanitatem perductum hic derelinquere, nihil aliud est nisi ægrotantem morbo deditum et desperatum dimittere. Quid igitur? qui fieri poterit ut morbum hunc aut initio non contrahamus, aut eo correpti, cavea-mus? Primum quidem si nihil magnum, nihil eximium in rebus humanis putaverimus, non humanas opes, non gloriam marcescentem, non corporis bonam habitudinem. Neque enim in fluxis rebus ac caducis summum bonum constituimus: sed sumus **96** ad æternorum verorumque bonorum participationem vocati. Quare dives nondum beatus habendus est ob divitias: non potens propter auctoritatis dignitatisque amplitudinem: non fortis propter corporis robur: non sapiens ob eximiam dicendi facultatem. Hæc enim virtutis instrumenta sunt iis qui recte utuntur, non autem ipsa in seipsis felicitatem continent. Quisquis igitur male eis utitur, miserabilis est, non aliter quam qui accepto ad hostes ulciscendos gladio, semetipsum sua sponte et voluntate

(58) Reg. primus ὥσπερ γὰρ οἱ. Aliquanto post Colb. primus ἀποσημαίνονται. Reg. primus ἐπισημαίνοντες.

(59) Vocem βάναυσος aliter ab aliis interpretibus reddi notat vir eruditissimus Ducæus, sic ut alii eam accipiant pro *incpte magnifico*, alii pro *arroganti*, alii pro *profuso*, alii alio modo.

(60) Ejus loci hæc est sententia, Satis non esse, si invidiæ morbus reprehendatur.

(61) Editi ἥμισυ τῆς. At mss uti in contextu.

(62) Editi τι κρίνοιμεν. Sed voculam τι, quæ in mss. non legitur, delendam censuimus. In mss. Combefisianis post verbum κρίνοιμεν legitur ποτέ.

(63) Illud, δόξαν τὴν ἀπανθοῦσαν, ita interpretatus est Combefisius: *florentem gloriam*; sed ἀπανθεῖν, ut vel ex lexicis constat, non est *florere*: imo potius est *deflorescere* et *marcescere*. Docet igitur Basilius nihil caducum magni faciendum esse, non opes humanas, non gloriam marcescentem, nec alia ejusdem generis.

Digitized by Google

sauciat. Quod si bene et juxta rectam rationem præsentia tractet, sitque dispensator bonorum a Deo collatorum, nec ea, suis ipsius commodis ac voluptati inserviturus, congerat, laude et amore dignus est ob dilectionem in fratres suam, et ob liberalem ac beneficam indolem. Rursus aliquis præstat prudentia, estque honestatus facultate loquendi de Deo, et explanator est sacrorum eloquiorum, huic ne invideas; neque velis ut taceat unquam sacrarum Scripturarum interpres, quod hinc, Spiritu dante, commendationem aliquam laudemque ab audientibus consequatur. Tuum enim est bonum, et tibi missum est per fratrem doctrinæ munus, si modo suscipere velis. Adhæc, fontem scaturientem obturat nemo, nec quisquam est, qui sole illucescente obvelet oculos, aut conspicientibus invideat: sed precatur ut sibi quoque liceat his uti. Atque adeo cur spirituali sermone in Ecclesia scaturiente, pioque corde ex Spiritus donis se in modum fontis effundente, non præbes aures cum lætitia? quid grato animo non capis utilitatem? Imo te plausus pungit audientium, vellesque neque esse qui utilitatem perciperet, neque qui laudaret. Quam hæc habitura sunt excusationem apud cordium nostrorum judicem? Igitur animæ bonum natura bonum esse putandum est. At vero eum qui divitiis affluit, et ob potentiam et corporis bonam habitudinem magnum quiddam sapit, atque his quæ habet probe utitur, diligere par est et observare, ut communibus vitæ instrumentis instructum, si modo hæc ex recta ratione dispenset: ita ut pecuniarum erogatione liberalis sit in egenos, infirmisque det operam corpore, ac totam reliquam supellectilem non magis suam esse ducat quam alterius cujusvis indigentis. Contra, hominem qui non ita erga hæc affectus est, miserum potius quam invidia dignum existimare convenit, quod ad hoc ut malus sit habet occasiones majores. Hoc est enim cum majori apparatu ac labore perire. Etenim si divitiæ adminicula sunt ad injustitiam, miserabilis est dives; sin autem inserviunt virtuti excolendæ, nullus est locus invidiæ, cum earum **97** communis utilitas omnibus proponatur, nisi quis forte tanta sit malignitate, ut etiam sibi ipse bona invideat. Et uno verbo, mente supra res humanas evecta, atque ad verum et laudabile bonum intentis oculis, multum abfuerit ut quidquam perituraram ac terrenarum rerum beatum ac invidendum judices. Nam fieri non potest ut is qui ita animatus est, nec res mundanas tanquam eximias admiratur, unquam invi-

A δὲ καλῶς καὶ κατὰ τὸν ὀρθὸν λόγον τὰ παρόντα μεταχειρίζεται, καὶ οἰκονόμος ἐστὶ τῶν παρὰ Θεοῦ, οὐχὶ δὲ πρὸς ἰδίαν ἀπόλαυσιν θησαυρίζει, ἐπαινεῖσθαι καὶ ἀγαπᾶσθαι δίκαιός ἐστι διὰ τὸ φιλάδελφον καὶ κοινωνικὸν τοῦ τρόπου. Πάλιν φρονήσει τις διαφέρει, καὶ λόγῳ Θεοῦ τετίμηται, καὶ ἐξηγητής ἐστιν ἱερῶν λογίων (64)· μὴ φθονήσῃς τῷ τοιούτῳ, μηδὲ βουληθῇς ποτε σιωπῆσαι τὸν τῶν ἱερῶν ὑποφήτην, εἰ τῇ τοῦ Πνεύματος χάριτι ἀποδοχή τις καὶ ἔπαινος ἐκ τῶν ἀκουόντων ἀκολουθεῖ. Σὸν γάρ ἐστι τὸ ἀγαθὸν, καί σοι ἐπέμφθη διὰ τοῦ ἀδελφοῦ τῆς διδασκαλίας τὸ δῶρον, ἐὰν ὑποδέξασθαι θέλῃς. Εἶτα, πηγὴν μὲν βρύουσαν οὐδεὶς ἐμφράσσει· καὶ ἡλίου λάμποντος οὐδεὶς τὰς ὄψεις ἐπικαλύπτει, οὐδὲ βασκαίνει ἐκείνοις (65), ἀλλ' ἑαυτῷ συνεύχεται τὴν ἀπόλαυσιν·
B λόγου δὲ πνευματικοῦ ἐν Ἐκκλησίᾳ βρύοντος, καὶ καρδίας εὐσεβοῦς ἐκ τῶν χαρισμάτων τοῦ Πνεύματος πηγαζούσης, οὐχ ὑπέχεις τὰς ἀκοὰς μετ' εὐφροσύνης; οὐκ εὐχαρίστως ὑποδέχῃ (66) τὴν ὠφέλειαν; Ἀλλὰ δάκνει σε ὁ κρότος τῶν ἀκουόντων, καὶ ἐβουλήθης ἂν μήτε τὸν ὠφελούμενον εἶναι, μήτε τὸν ἐπαινοῦντα. Τίνα ταῦτα ἀπολογίαν ἕξει ἐπὶ τοῦ κριτοῦ τῶν καρδιῶν ἡμῶν; Φύσει μὲν οὖν εἶναι καλὸν ἡγεῖσθαι χρὴ τὸ τῆς ψυχῆς ἀγαθόν· τὸν δὲ ὑπεραν-
θοῦντα τῷ πλούτῳ, καὶ δυναστείᾳ μέγα φρονοῦντα (67), καὶ εὐεξίᾳ σώματος, καὶ καλῶς μὲν κεχρημένον οἷς ἔχει, ἀγαπᾶν καὶ περιέπειν, ὡς κοινὰ τὰ τοῦ βίου ὄργανα κεκτημένον, εἴπερ δὴ ταῦτα (68) κατὰ τὸν ὀρθὸν λόγον μεταχειρίζοιτο· ὡς τῇ μὲν
C τῶν χρημάτων χορηγίᾳ ἄφθονος εἶναι τοῖς δεομένοις, τῷ σώματι δὲ ὑπηρεσίαν παρέχειν τοῖς ἀσθενοῦσι· πᾶσαν δὲ τὴν λοιπὴν περιουσίαν οὐ μᾶλλον ἑαυτοῦ νομίζειν, ἢ καὶ οὐτινοσοῦν τῶν ἐπιδεομένων· τὸν δὲ μὴ οὕτω πρὸς ταῦτα διακείμενον ἄθλιον τίθεσθαι μᾶλλον ἢ ἐπίφθονον, εἰ μείζονας ἔχει (69) πρὸς τὸ κακὸς εἶναι τὰς ἀφορμάς. Τοῦτο γάρ ἐστιν ἐκ πλείονος τῆς παρασκευῆς καὶ πραγματείας ἀπόλλυσθαι. Εἰ μὲν γὰρ ἐφόδιον πρὸς ἀδικίαν ὁ πλοῦτος, ἐλεεινὸς ὁ πλουτῶν· εἰ δὲ ὑπηρεσία πρὸς ἀρετὴν, οὐκ ἔχει χώραν ἡ βασκανία, κοινῆς τῆς ἀπ' αὐτῶν ὠφελείας
D ἅπασι προκειμένης· πλὴν εἰ μή τις ἄρα τῇ περιουσίᾳ τῆς πονηρίας καὶ ἑαυτῷ βασκαίνοι τῶν ἀγαθῶν. Ὅλως δὲ, ὑπερκύψας τῷ λογισμῷ τὰ ἀνθρώπινα, καὶ πρὸς τὸ ὄντως καλὸν καὶ ἐπαινετὸν ἀπιδὼν, πολλοῦ ἄν τι δέοις (70) τῶν φθαρτῶν καὶ γηΐνων μακαριστὸν (71) κρῖναι καὶ ζηλωτόν. Οὕτω δὲ ἔχοντι, καὶ μὴ ὡς ἐπὶ μεγάλοις ἐκπεπληγμένῳ τοῖς κοσμικοῖς, ἀμήχανόν ποτε παραγενέσθαι τὸν φθόνον. Εἰ δὲ πάντως δόξης ἐπιθυμεῖς, καὶ βούλει τῶν πολλῶν ὑπερφαίνεσθαι, καὶ διὰ τοῦτο οὐκ ἀνέχῃ δεύτερος

(61) Reg. primus ἐστὶ τῶν θείων λογ. Editi ἐστὶν ἱερῶν λογίων: pro qua ultima voce alii duo mss. habent λόγων.

(65) Illud, οὐδὲ βασκαίνει ἐκείνοις, *neque illis invidet*, subobscurum videri potest: sed quisquis hunc locum paulo attentius legerit, facile intelliget hoc dici a Basilio, neminem invidere iis qui solem conspiciunt.

(66) Reg. primus εὐχαρίστως δέχῃ.

(67) Colb. tertius μεγαλοφρονοῦντα.

(68) Editi εἴπερ δὴ αὐτά. At mss. εἴπερ δὴ ταῦτα. Haud longe editi ἄφθονον εἶναι. Veteres quinque libri ἄφθονος. Subinde unus mss. τῶν δεομένων· τὸν δέ.

(69) Antiqui duo libri ἔχοι.

(70) Cod. 476 πολλοῦ ἂν δεήσοι. Coisl. 230 πολλοὺς ἂν δέοις. Scripsi πολλοῦ ἄν τι δέοις, pro vitio Garneriano πολλοῦ ἀντὶ δέοις.

(71) Cave imiteris interpretem veterem, qui voces μακαριστόν et ζηλωτόν de personis accepit.

Digitized by Google

εἶναι (ἔστι γὰρ οὖν δὴ καὶ τοῦτο πρὸς τὸ φθονεῖν ἀφορμή), σὺ δὲ ἐπὶ τὴν κτῆσιν τῆς ἀρετῆς, ὥσπερ τι ῥεῦμα, μετάθες σεαυτοῦ (72) τὸ φιλότιμον. Μὴ γὰρ πάντως πλουτεῖν ἐκ παντὸς τρόπου βούλου, μηδὲ εὐδόκιμος εἶναι ἐκ τῶν τοῦ κόσμου πραγμάτων. Οὐ γὰρ ἐπὶ σοὶ ταῦτα· ἀλλὰ δίκαιος ἔσο, καὶ σώφρων, καὶ φρόνιμος, καὶ ἀνδρεῖος, καὶ ὑπομονητικὸς ἐν τοῖς ὑπὲρ εὐσεβείας παθήμασιν. Οὕτω γὰρ καὶ σεαυτὸν σώσεις, καὶ ἐπὶ μείζοσιν ἀγαθοῖς μείζονα ἕξεις τὴν περιφάνειαν. Ἡ μὲν γὰρ ἀρετὴ ἐφ' ἡμῖν, καὶ δυνατὴ κτηθῆναι τῷ φιλοπόνῳ· ἡ δὲ τῶν χρημάτων περιβολὴ, καὶ ὥρα σώματος, καὶ ὄγκος ἀξιωμάτων, οὐκ ἐφ' ἡμῖν. Εἰ τοίνυν καὶ μεῖζον ἀγαθὸν ἡ ἀρετὴ καὶ διαρκέστερον, καὶ ὁμολογουμένην παρὰ πάντων ἔχουσα τὴν προτίμησιν, ταύτην ἡμῖν διωκτέον· ἣν ἐγγενέσθαι τῇ ψυχῇ, ἀπό τε τῶν ἄλλων παθῶν καὶ μάλιστα δὴ πάντων (73) ἀπὸ τῆς βασκανίας μὴ καθαρευούσῃ, ἀμήχανον.

A diæ obnoxius sit. Quodsi omnino gloriæ cupidus es, visque magis quam vulgus clarescere, ob idque secundo loco esse non sustines; nam hæc est quoque occasio invidendi : tu igitur studium tuum velut fluentum quoddam converte ad virtutem acquirendam. Absit enim omnino ut ullo modo velis ditescere, laudemque ex mundanis rebus quærere! Non enim in te ista sunt sita : sed justus sis, et temperans, et prudens, et fortis, et in susceptis pro pietate laboribus patiens. Ita enim et tibi ipse comparabis salutem, et ob bona majora majorem claritatem consequere. Nam penes nos est virtus, et a studioso potest acquiri : contra, divitiarum copia, elegantia corporis, et dignitatum amplitudo in nostra non sunt potestate. Si igitur virtus et majus B bonum sit et perennius, atque conditentibus omnibus, majori in pretio habeatur, ea nobis persequenda est : quæ nisi cum a reliquis vitiis, tum maxime omnium ab invidia purgetur, animo ingenerari non potest.

6. Οὐχ ὁρᾷς ἦλίκον κακὸν ἡ ὑπόκρισις; Καὶ αὕτη καρπός ἐστι τοῦ φθόνου. Τὸ γὰρ διπλοῦν τοῦ ἤθους ἐκ φθόνου μάλιστα τοῖς ἀνθρώποις ἐγγίνεται, ὅταν, τὸ μῖσος ἐν τῷ βάθει κατέχοντες, ἀγάπῃ δεικνύωσι (74) κατακεχρωσμένην τὴν ἐπιφάνειαν· κατὰ τὰς ὑφάλους πέτρας, αἳ, βραχεῖ ὕδατι καλυπτόμεναι, κακὸν ἀπροόρατον τοῖς ἀφυλάκτοις γίνονται. Εἰ τοίνυν καὶ θάνατος ἡμῖν ἐκεῖθεν ὥσπερ ἐκ πηγῆς ἐπερρύη, ἀγαθῶν ἔκπτωσις, Θεοῦ ἀλλοτρίωσις, θεσμῶν σύγχυσις, καὶ ἀνατροπὴ πάντων ὁμοῦ τῶν κατὰ τὸν βίον καλῶν· πεισθῶμεν τῷ Ἀποστόλῳ, καὶ *Μὴ γενώμεθα κενόδοξοι, ἀλλήλους προκαλούμενοι* (75), *ἀλλήλοις φθονοῦντες· ἀλλὰ μᾶλλον χρηστοὶ, εὔσπλαγχνοι, χαριζόμενοι ἑαυτοῖς, ὡς καὶ ὁ Θεὸς ἐχαρίσατο ἡμῖν*, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, μεθ' οὗ ἡ δόξα τῷ Πατρὶ σὺν τῷ ἁγίῳ Πνεύματι εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

6. Annon vides quantum malum hypocrisis sit? Et hæc invidiæ fructus est. Nam invidia maxime animum duplicem indit hominibus, quoniam cum odio intus detento, superficiem quamdam colore ac specie charitatis obductam ostendunt, non aliter atque latentes in mari scopuli, qui modica aqua contecti, improvisum malum incautis inferunt. Itaque si illinc quasi ex fonte emanat in nos mors, bonorum jactura, abalienatio a Deo, legum confu- C sio, et omnium simul bonorum ad vitam pertinentium eversio, morem geramus Apostolo, et *Ne efficiamur inanis gloriæ cupidi, invicem provocantes, invicem invidentes*[61]; sed potius *Benigni, misericordes, donantes nobismetipsis, sicut et Deus donavit nobis*[62], in Christo Jesu Domino nostro, quocum sit gloria Patri una cum sancto Spiritu, in sæcula sæculorum. Amen.

ΟΜΙΛΙΑ ΙΒ' (76).

Εἰς τὴν ἀρχὴν τῶν Παροιμιῶν (77).

1. Ἀγαθὸς ὁ τῆς εὐπειθείας μισθός. Ὑπακούσωμεν τοίνυν χρηστῷ Πατρὶ, προβάλλοντι ἡμῖν ἀγωνίσματα ἐκ τῶν λογίων τοῦ Πνεύματος· ὃς κατὰ τοὺς ἐμπείρους τῶν θηρευτῶν ἐν δυσβάτοις χωρίοις, οἷον σκύλακός τινος, τὴν πεῖραν τοῦ δρόμου λαμβάνειν βούλεται. Προέβαλε δὲ ἡμῖν εἰς ἐξήγησιν τὸ προοίμιον τῶν Παροιμιῶν. Ὅπως δὲ δυσθήρατος τῆς λέ-

HOMILIA XII.

In principium Proverbiorum.

1. Eximia est obedientiæ merces. Obediamus igitur benigno Patri, certamina nobis atque exercitia D ex Spiritus oraculis proponenti : qui more peritorum venatorum in locis difficilem aditum habentibus, vult quasi catuli alicujus cursum experiri. Proverbiorum autem principium nobis proposuit exponendum. Quam autem horum verborum intelligen-

[61] Galat. v, 26. [62] Ephes. iv, 32.

(72) Reg. primus μετάθες σεαυτῷ.

(73) Colb. primus μάλιστά γε πάντων.

(74) Antiqui duo libri δεικνύουσι.

(75) Reg. primus ἀλλήλους παρακαλούμενοι. Editi ἀλλήλους φθονοῦντες. At mss. tres ἀλλήλοις. In fine orationis sic hic habet Reg. secundus : Κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος νῦν καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας.

(76) In quodam codice Colbertino, numero 499, scholium notatu dignissimum invenimus. Primum in ima marginis parte ita legitur, σχόλιον; deinde sequitur : Οὗτος ὁ λόγος ἐρρήθη ἐπὶ παρουσίᾳ τοῦ ἁγίου Μελετίου, αὐτοῦ προτρέψαντος· ἔτι τοῦ ἁγίου Βασιλείου διακόνου ὄντος. *Hic sermo dictus est coram sancto Meletio, ipsius hortatu, cum sanctus Basilius adhuc diaconus esset.* Ejus autem scholii auctoritas eo major videri debet, quod codex Colbertinus, ut in fine libri notatur, decimo sæculo scriptus sit, anno videlicet 971. Nolim tamen propterea statim credas Basilium diaconum fuisse, cum dubia res sit et incerta. De his fusius in *Vita Basilii*.

(77) Veterem translationem Rufini habes infra, tomi hujus p. 730

Digitized by Google

tia captu difficilis sit, cuilibet vel paululum attendenti perspectum est. Verumtamen sine mora et cunctatione oportet rem aggredi, spe in Domino collocata, qui pastoris precibus dabit nobis sermonem in apertione oris nostri[63]. Non amplius tres sapientissimi Salomonis libros novimus, Proverbiorum, Ecclesiastæ et Cantici canticorum, unumquemque ad proprium scopum spectantem, quanquam omnes **98** ad hominum utilitatem conscripti sunt. Proverbium enim morum est institutio, et correctio affectuum; et in summa, vitæ est disciplina, eorum quæ agenda sunt, præceptiones sanas ac cordatas complectens. Ecclesiastes vero physiologiam attingit, nobisque eorum quæ in hoc mundo sunt vanitatem patefacit; ut ne putemus res fluxas expetendas esse, aut animi curas in res futiles insumendas. Canticum autem canticorum modum ostendit animarum perficiendarum. Continet namque sponsæ et sponsi concordiam, hoc est, animæ cum Deo Verbo familiaritatem ac consuetudinem. Sed ad propositum revertamur.

2. *Proverbia Salomonis filii David, qui regnavit in Israel*[64]. Proverbiorum nomen ab externis de sermonibus vulgatioribus usurpatum est, et de iis quæ in viis ut plurimum dicuntur. Nam apud ipsos οἶμος *via* dicitur; unde etiam *parœmiam* definunt, verbum triviale vulgi usu tritum, et quod a paucis ad plura similia transferri potest. Apud nos vero parœmia est sermo utilis, cum temperata obscuritate expressus, secundum ipsam litteram multum complectens utilitatis, et multum intus intelligentiæ occultans. Unde etiam Dominus, *Hæc*, inquit, *in parœmiis vobis locutus sum. Venit hora, cum jam non in parœmiis, sed palam loquar vobis*[65]; quod sermo qui in parœmiam cessit, sensum apertum et vulgo notum non habet, sed oblique intelligentiam suam indicat sagacioribus. Parœmia itaque Salomonis, hoc est, sermones exhortatorii, ad omne vitæ genus ac institutum utiles. Apposuit autem nomen scriptoris, ut personæ claritate alliceret auditorem. Nam auctoritas docentis et dignitas, ut sermonem efficit receptu facilem, ita attentiores discipulos reddit. Sunt igitur parœmiæ Salomonis, Salomonis illius ad quem dixit Dominus : *Ecce dedi tibi cor prudens et sapiens : sicut tu, non fuit ante te : et post te non exsurget similis tibi*[66]. Ac rursus : *Dedit Dominus sapientiam et prudentiam Sa-*

ξεως ταύτης ὁ νοῦς, παντὶ γνώριμον τῷ καὶ μικρὸν (78) ἐπιστήσαντι. Πλὴν οὐκ ἀποκνητέον πρὸς τὴν ἐγχείρησιν, τὴν ἐλπίδα θεμένους ἐπὶ τὸν Κύριον, ὃς, διὰ τῶν προσευχῶν τοῦ ποιμένος, δώσει λόγον ἡμῖν ἐν ἀνοίξει τοῦ στόματος ἡμῶν. Τρεῖς τὰς πάσας ἔγνωμεν πραγματείας τοῦ σοφωτάτου Σολομῶντος· τήν τε τῶν Παροιμιῶν τούτων, καὶ τὴν τοῦ Ἐκκλησιαστοῦ, καὶ τὴν τοῦ Ἄσματος τῶν ἀσμάτων· ἑκάστην πρὸς ἴδιον σκοπὸν συντεταγμένην· πᾶσαι μέντοι ἐπ' ὠφελείᾳ τῶν ἀνθρώπων ἐγράφησαν. Ἡ μὲν γὰρ Παροιμία παίδευσίς ἐστιν ἠθῶν, καὶ παθῶν ἐπανόρθωσις, καὶ ὅλως διδασκαλία βίου, πυκνὰς τὰς ὑποθήκας περιέχουσα (79) τῶν πρακτέων· ὁ δὲ Ἐκκλησιαστὴς φυσιολογίας ἅπτεται, καὶ ἀποκαλύπτει ἡμῖν τῶν ἐν τῷ κόσμῳ τούτῳ τὴν ματαιότητα· ὥστε μὴ ἡγεῖσθαι περισπούδαστα εἶναι τὰ παρερχόμενα, μηδὲ τοῖς ματαίοις προσαναλίσκειν τῆς ψυχῆς τὰς φροντίδας. Τὸ δὲ Ἆσμα τῶν ἀσμάτων τὸν τρόπον ὑποδείκνυσι τῆς τελειώσεως τῶν ψυχῶν. Περιέχει γὰρ συμφωνίαν νύμφης καὶ νυμφίου· τουτέστι, ψυχῆς οἰκείωσιν πρὸς τὸν Θεὸν Λόγον. Ἀλλ' ἐπὶ τὸ προκείμενον ἐπανέλθωμεν (80).

2. *Παροιμίαι Σολομῶντος υἱοῦ Δαβὶδ, ὃς ἐβασίλευσεν ἐν Ἰσραήλ* (81). Τὸ τῶν παροιμιῶν ὄνομα ἐπὶ τῶν δημωδεστέρων λόγων παρὰ τοῖς ἔξωθεν τέτακται, καὶ ἐπὶ τῶν ἐν ταῖς ὁδοῖς λαλουμένων, ὡς τὰ πολλά· οἶμος γὰρ παρ' αὐτοῖς ἡ ὁδὸς ὀνομάζεται, ὅθεν καὶ τὴν *παροιμίαν* (82) ὡρίζοντο, ῥῆμα παρόδιον τετριμμένον ἐν τῇ χρήσει τῶν πολλῶν, καὶ ἀπὸ ὀλίγων ἐπὶ πλείονα ὅμοια μεταληφθῆναι δυνάμενον. Παρὰ δὲ ἡμῖν παροιμία ἐστὶ λόγος ὠφέλιμος, μετ' ἐπικρύψεως μετρίας ἐκδεδομένος, πολὺ μὲν τὸ αὐτόθεν χρήσιμον περιέχων (83), πολλὴν δὲ καὶ ἐν τῷ βάθει τὴν διάνοιαν συγκαλύπτων. Ὅθεν καὶ ὁ Κύριος, *Ταῦτα*, φησὶν, *ἐν παροιμίαις ὑμῖν λελάληκα. Ἔρχεται ὥρα, ὅτε οὐκέτι ἐν παροιμίαις, ἀλλὰ παῤῥησίᾳ λαλήσω ὑμῖν*· ὡς τοῦ παροιμιακοῦ λόγου τὸ πεπαῤῥησιασμένον καὶ δεδημοσιευμένον τῆς διανοίας μὴ ἔχοντος, ἀλλὰ πλαγίως ἑαυτοῦ τὸ βούλημα τοῖς ἐντρεχεστέροις παραδηλοῦντος. Παροιμίαι τοίνυν Σολομῶντος· τουτέστι, λόγοι προτρεπτικοὶ, παρὰ πᾶσαν του βίου τὴν ὁδὸν χρησιμεύοντες. Προσέθηκε δὲ τὸ ὄνομα τοῦ συγγραφέως, ἵνα τῇ τοῦ προσώπου περιφανείᾳ τὸν ἀκροατὴν ἐφελκύσηται. Ἀξιοπιστία γὰρ τοῦ διδάσκοντος εὐπαράδεκτον μὲν τὸν λόγον καθίστησι, προσεχεστέρους δὲ τοὺς διδασκομένους παρασκευάζει. Παροιμίαι οὖν Σολομῶντος, Σολομῶντος ἐκείνου πρὸς ὃν εἶπεν ὁ Κύριος· *Ἰδοὺ δέδωκά σοι καρ-*

[63] Ephes. VI, 19. [64] Prov. I, 1. [65] Joan. XVI, 25. [66] III Reg. III, 12.

(78) Editio Paris. τῷ κἂν μικρόν.

(79) Reg. primus ὑποθήκας ἔχουσα. Nec ita multo post duo Colbertini τῶν ἐν τῷ βίῳ, *in hac vita*.

(80) Antiqui tres libri προκείμενον ἐπανίωμεν.

(81) Ait vir doctissimus Combefisius, pro Ἰσραήλ legi debere Ἰερουσαλήμ, in *Jerusalem*; et ita ei sua conjectura placet, ut affirmet confidenter, Basilium non aliter scripsisse. Sed si vox Ἰσραήλ in Basilio corrigenda est, interpretatio LXX Interpretum corrigatur quoque necesse est; in qua Ἰσραήλ legitur Prov. I, 1; corrigatur etiam oportet Vulgata, in qua Israel legimus eodem loco. Et ipsi quoque nostri libri veteres emendatione indigebunt, in quibus omnibus scriptum invenimus ἐν Ἰλῆ, *in Israel*, non autem ἐν Ἰλῆν quod esset *in Jerusalem*.

(82) Vulgo dicuntur Proverbia Salomonis, sed nomine *proverbii* uti noluimus, cujus loco usi sumus voce *parœmiæ*, ut Græca proverbiorum etymologiæ magis appareret.

(83) Colb. primus χρήσιμον ἔχων. Haud longe editi ἔρχεται δὲ ὥρα. Vocula δέ abest a veteribus libris.

Digitized by Google

διαν φρονίμην καὶ σοφήν· ὡς σὺ, οὐ γέγονεν ἔμ- A lomonis multam valde, et latitudinem cordis velut
προσθέν σου· καὶ μετὰ σὲ οὐκ ἀναστήσεται ὅμοιός arena quæ juxta mare. Et multiplicata est sapientia
σοι· καὶ πάλιν· Ἔδωκεν ὁ Κύριος σοφίαν καὶ φρό- Salomonis super prudentiam omnium antiquorum ho-
νησιν τῷ Σαλωμὼν (84) πολλὴν σφόδρα, καὶ χύμα minum, et super omnes prudentes Ægypti[67]. Sic ne-
καρδίας ὡς ἡ ἄμμος ἡ παρὰ τὴν θάλασσαν. Καὶ cesse fuit nomen apponi : *Paræmiæ Salomonis filii*
ἐπληθύνθη ἡ σοφία Σαλωμὼν ὑπὲρ τὴν φρόνη- *David*. Additur et pater, ut cognoscas sapientem
σιν πάντων ἀρχαίων ἀνθρώπων, καὶ ὑπὲρ πάντας fuisse Salomonem ex sapiente ac propheta patre, a
φρονίμους Αἰγύπτου. Οὕτως ἀναγκαία ἡ τοῦ ὀνό- puero sacris litteris eruditum, nec sorte adeptum
ματος προσθήκη· Παροιμίαι Σολομῶντος υἱοῦ Δα- principatum : nec vi ulla potitum regno ad se nihil
βίδ. Πρόσκειται καὶ ὁ πατὴρ, ὥστε σε γνῶναι, ὅτι attinenti, sed justo patris judicio et Dei suffragio
σοφὸς ἦν ὁ Σολομὼν ἐκ σοφοῦ καὶ προφήτου πατρὸς, paterna sceptra consecutum. Hic rex erat Jerusa-
ἐκ βρέφους τὰ ἱερὰ γράμματα πεπαιδευμένος, καὶ lem. Ne hoc quidem otiosum est. Maxime quidem
οὐχὶ κλήρῳ τὴν ἀρχὴν λαχὼν (85), οὐδ' εἰς οὐδὲν facit ad eorum qui ejusdem nominis sunt **99** di-
αὐτῷ προσήκουσαν τὴν βασιλείαν εἰσβιασάμενος, ἀλλὰ stinctionem ; deinde etiam adhibitum est ob cele-
κρίσει δικαίᾳ πατρὸς, καὶ ψήφῳ Θεοῦ τὰ πατρῷα berrimi templi ædificationem, ut notum haberes
σκῆπτρα παραλαβών. Οὗτος βασιλεὺς ἐγένετο τῆς B ejus opificem, et totius in urbe gubernationis le-
Ἱερουσαλήμ (86). Οὐδὲ τοῦτο ἀργόν· μάλιστα μὲν gumque et disciplinæ auctorem. Præterea multum
πρὸς τὴν τῶν ὁμωνυμιῶν διάκρισιν, ἔπειτα δὲ καὶ conducit ut monita suscipiantur, regem esse eum
διὰ τὴν κατασκευὴν τοῦ πολυθρυλλήτου ναοῦ· ἵνα qui sermonem conscribit. Etenim si regnum domi-
γνωρίσῃς αὐτοῦ τὸν δημιουργὸν, καὶ πάσης τῆς κατὰ nium est legitimum, perspicuum est documenta a
τὴν πόλιν οἰκονομίας (87) καὶ τῶν θεσμῶν καὶ τῆς rege data (qui scilicet hoc nomine vere dignus sit)
εὐταξίας τὸν αἴτιον. Μέγα δὲ συμβάλλεται πρὸς τὴν æquitatis multum et juris habere ; cum ad commu-
τῶν παραινέσεων παραδοχὴν καὶ τὸ βασιλέα εἶναι τὸν nem omnium utilitatem spectent, non ad privatæ
συγγραφέα τοῦ λόγου. Εἰ γὰρ βασιλεία ἐστὶν ἔννο- utilitatis scopum referantur. Nam tyrannus a rege
μος ἐπιστασία, δῆλον, ὅτι αἱ (88) παρὰ βασιλέως δι- in hoc differt, quod ille commodum suum unde-
δόμεναι ὑποθῆκαι, τοῦ γε ὡς ἀληθῶς τῆς προσηγο- cunque attendit : hic vero subditorum consulit uti-
ρίας ταύτης ἀξίου, πολὺ τὸ νόμιμον ἔχουσι, τὸ κοινῇ litati. Enumerantur autem et libri utilitates, quæ et
πᾶσι λυσιτελὲς σκοποῦσαι, καὶ οὐχὶ πρὸς τὸν σκοπὸν quantæ inde accedant discentibus.
τῆς ἰδίας ὠφελείας συντεταγμένοι. Τοῦτο γὰρ (89) διαφέρει τύραννος βασιλέως, ὅτι ὁ μὲν τὸ ἑαυτοῦ
πανταχόθεν σκοπεῖ, ὁ δὲ τὸ τοῖς ἀρχομένοις ὠφέλιμον ἐκπορίζει. Ἀπαριθμεῖται δὲ καὶ τὰ ἐκ τῆς
βίβλου χρήσιμα, τίνα καὶ πόσα τοῖς διδασκομένοις προσγίνεται.

3. Καὶ πρῶτον ἐκ τῶν Παροιμιῶν ἐστι γνῶναι σοφίαν C 3. Primum quidem sapientiam et disciplinam ex
καὶ παιδείαν. Ἔστι δὲ σοφία ἐπιστήμη θείων τε (90) Paræmiis cognoscere licet[68]. Est enim sapientia
καὶ ἀνθρωπίνων πραγμάτων, καὶ τῶν τούτοις αἰτιῶν. scientia divinarum ac humanarum rerum, et causa-
Ὁ οὖν (91) ἐπιτετευγμένως θεολογῶν ἔγνω σοφίαν, rum earumdem. Qui igitur theologiæ dat operam
ὡς καὶ ὁ μακάριος Παῦλος λέγει· *Σοφίαν δὲ λα-* rite ac feliciter, novit sapientiam, uti et beatus
λοῦμεν ἐν τοῖς τελείοις· σοφίαν δὲ οὐ τοῦ αἰῶ- Paulus dicit : *Sapientiam autem loquimur inter per-*
νος τούτου, οὐδὲ τῶν ἀρχόντων τοῦ αἰῶνος τού- *fectos : sapientiam vero non sæculi hujus, neque*
του τῶν καταργουμένων· ἀλλὰ λαλοῦμεν Θεοῦ *principum hujus sæculi, qui destruuntur : sed loqui-*
σοφίαν ἐν μυστηρίῳ, τὴν ἀποκεκρυμμένην, ἣν *mur Dei sapientiam in mysterio, quæ abscondita est,*
προώρισεν ὁ Θεὸς πρὸ τῶν αἰώνων. Καὶ ὁ ἐκ τῆς *quam prædestinavit Deus ante sæcula*[69]. Sed et qui
τοῦ κόσμου δὲ κατασκευῆς τὸν δημιουργὸν ἐννοῶν, ex mundi structura opificem considerat, novit et

[67] III Reg. IV, 29, 30. [68] Prov. I, 2. [69] I Cor. II, 6, 7.

(84) Modo Σαλομών aut Σαλωμών, modo Σολομών, in antiquis libris scribitur. Vox ἀρχαίων, quæ mox sequitur, in mss. Combefisianis deest. D

(85) Editi ἀρχὴν λαχών. Veteres quinque libri ἀρχὴν ἄρχων.

(86) Ita hoc loco habent veteres tum manu exarati, tum typis excusi libri, cum tamen aliquanto ante in iis omnibus scriptum sit ἐν Ἰσραήλ, *in Israel*. Lege unam notam e superioribus.

(87) Codices Combefisiani πόλιν οἰκοδομίας. Editi et duo Colbertini οἰκονομίας, rectius.

(88) Sic mss. non pauci. Illud αἱ deerat in vulg.

(89) Editi et duo mss. τοῦτο γάρ. Alii duo τούτῳ, nec valde admodum dubito quin utrumque dici possit. Aliquanto post Reg. primus σκοπεῖ μόνον, *attendit duntaxat*.

(90) Addita est vocula τε ex tribus Colbertinis codicibus.

(91) Ducæus, quem Combefisius in suo *Ecclesiaste* Græco secutus est, suspicatur legendum ἐπιτεταμένως, *vehementer admodum*. Sed tamen cum mss. et editi constanter habeant ἐπιτετευγμένως, eam vocem retinendam judicavi : eo magis, quod huic loco non male conveniat. Nam ἐπιτετευγμένως θεολογεῖν est studere theologiæ cum eo successu, ut eam assequamur. Unus codex Combef. ἐπιτεταγμένως, *recto ordine ac rite*. Jam quod ad ejus loci sententiam pertinet, putat vir eruditissimus Combefisius, sapientiam quam ὁ ἐπιτετευγμένως θεολογῶν cognoscit, Verbum æternum esse : mundi vero sapientiam, per quam Deum cognoscimus ex iis quæ facta sunt, nihil aliud esse, quam primordiales quasdam rationes, secundum quas res a Deo emanarunt ; fateturque ejusmodi sapientiam esse creatam. Plura qui cupit, notam Combefisii legat.

Digitized by Google

ipse Deum per mundi sapientiam. *Invisibilia enim ipsius, a creatione mundi, per ea quæ facta sunt intellecta, conspiciuntur*[70]. Adducit autem nos ad Dei cognitionem, cum dicit : *Deus sapientia fundavit terram.* Item : *Quando præparabat cœlum, cum eo eram*[71] ; et : *Eram apud ipsum coaptans ; et ego eram, qua delectabatur*[72]. Nam effingens nobis sapientiæ personam, hæc omnia de ea profert, ut cognitionem ejus claram ac conspicuam reddat. Ac omnino illud : *Dominus creavit me initium viarum suarum*[73], de sapientia in mundo apparente dicit : quæ voce per ea quæ videntur tantum non emissa, conclamat factam se esse a Deo, non autem in iis quæ condita sunt, sapientiam tantam casu relucere. Ut enim *Cœli enarrant gloriam Dei, et opera manuum ejus annuntiat firmamentum* (narrant autem absque voce); *non sunt* enim *loquelæ, neque sermones, quorum non audiuntur voces eorum*[74] : ita quidam **100** sermones sunt et illius sapientiæ primigeniæ, cujus fundamentum ante reliqua in mundi opificio una cum rebus creatis jactum est. Hæc tacens clamat conditorem ac Dominum suum, ut per ipsam ad cognitionem ejus, qui solus sapiens est, recurras.

4. Est et humana quædam sapientia, ipsa scilicet rerum ad vitam attinentium experientia, juxta quam sapientes dicimus eos, qui artium quarumvis utilium periti sunt. Quapropter etiam scriptor magnam libri partem in id insumpsit, ut ad sapientiam exhortaretur. *Sapientia in exitibus viarum canitur, in plateis autem cum libertate agit, et in summis mœnibus prædicatur*[75]. Cum enim videat hominum in se studium, nosque omnes ejus splendorem naturaliter amare, per sapientiæ laudes animas excitat ad eam impigre diligenterque consequendam. Sermonem ipsius ubique multum esse ait in viis, in foro, in arcibus civitatis. Idcirco dicit portas, plateasque et mœnia, sic ut per exitus quidem ac plateas claritatem ejus indicet : per mœnia vero, utilitatem ejusdem ac cætera, quæ ad omnem vitæ securitatem sufficiant. Et cum vellet nos ei consuetudine ac necessitudine conjungere : *Dic*, inquit, *sapientiam tuam sororem esse*[76]. Ac rursus : *Ama eam, et servabit te*[77]. Deinde communem ipsius utilitatem ostendens, quod utilitas ipsius se peræque ad omnes extendat : *Mactavit*, inquit, *victimas suas*[78] :

A ἔγνω καὶ αὐτὸς διὰ τῆς τοῦ κόσμου σοφίας τὸν Θεόν. *Τὰ γὰρ ἀόρατα αὐτοῦ ἀπὸ κτίσεως κόσμου τοῖς ποιήμασι νοούμενα καθορᾶται.* Προσβιβάζει δὲ ἡμᾶς τῇ περὶ Θεοῦ ἐννοίᾳ (92), δι' ὧν φησιν· *Ὁ Θεὸς τῇ σοφίᾳ ἐθεμελίωσε τὴν γῆν·* καὶ τὸ, *Ἡτοίμαζε τὸν οὐρανὸν, συμπαρήμην αὐτῷ·* καὶ τὸ, *Ἤμην παρ' αὐτῷ ἁρμόζουσα· κἀγὼ ἤμην, ᾗ προσέχαιρε.* Ταῦτα γὰρ πάντα, προσωποποιήσας ἡμῖν τὴν σοφίαν, ὑπὲρ τοῦ ἐναργῶς αὐτῆς παραστῆσαι τὴν γνῶσιν, ἀπ' αὐτῆς διαλέγεται. Καὶ ὅλως τὸ, *Κύριος ἔκτισέ με* (93) *ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ*, περὶ τῆς ἐμφαινομένης σοφίας τῷ κόσμῳ φησὶ, μονονουχὶ φωνὴν ἀφιείσης διὰ τῶν ὁρωμένων, ὅτι παρὰ Θεοῦ γέγονε, καὶ οὐκ αὐτομάτως ἡ τοσαύτη σοφία τοῖς ἀποτελεσθεῖσιν ἐμπρέπει. Ὡς γὰρ *Οἱ οὐρανοὶ διη-* B *γοῦνται δόξαν Θεοῦ, καὶ ποίησιν τῶν χειρῶν αὐτοῦ ἀναγγέλλει τὸ στερέωμα* (διηγοῦνται δὲ ἄνευ φωνῆς)· *οὐ γάρ εἰσι λαλιαὶ, οὐδὲ λόγοι, ὧν οὐχὶ ἀκούονται* (94) *αἱ φωναὶ αὐτῶν·* οὕτως εἰσί τινες καὶ σοφίας λόγοι τῆς ἀρχεγόνου, τῆς πρὸ τῶν ἄλλων ἐν τῇ δημιουργίᾳ συγκαταβληθείσης τῇ κτίσει. Αὕτη σιωπῶσα βοᾷ τὸν ἑαυτῆς κτίστην καὶ Κύριον, ἵνα δι' αὐτῆς ἀναδράμῃς ἐπὶ τὴν ἔννοιαν τοῦ μόνου σοφοῦ.

4. Ἔστι δέ τις καὶ ἀνθρωπίνη σοφία· ἡ ἐμπειρία τῶν κατὰ τὸν βίον πραγμάτων, καθ' ἣν σοφοὺς λέγομεν τοὺς καθ' ἑκάστην τῶν ὠφελίμων τεχνῶν ἐπιστήμονας. Διόπερ καὶ τὸ πολὺ τῆς βίβλου ἐν τῇ περὶ τῆς σοφίας προτροπῇ τῷ συγγραφεῖ κατανάλωται. *Σοφία ἐν ἐξόδοις ὑμνεῖται* (95), *ἐν δὲ πλατείαις* C *παῤῥησίαν ἄγει· ἐπ' ἄκρων δὲ τειχέων κηρύσσεται.* Ὁρῶν γὰρ τὸ φιλότιμον τῶν ἀνθρώπων, καὶ ὅτι πάντες φυσικῶς τὸ περιφανὲς αὐτῆς ἀσπαζόμεθα, διὰ τῶν ἐπαίνων τῆς σοφίας ἐπεγείρει τὰς ψυχὰς πρὸς τὸ μὴ νωθρῶς μηδὲ παρέργως αὐτῆς ἀντιποιεῖσθαι. Πανταχοῦ αὐτῆς πολὺν εἶναι τὸν λόγον φησὶν, ἐν ὁδοῖς, ἐν ἀγοραῖς, ἐν τοῖς ὀχυρώμασι τῆς πόλεως. Διὰ τοῦτο πύλας λέγει καὶ πλατείας καὶ τείχη, διὰ μὲν τῶν ἐξόδων καὶ τῶν πλατειῶν τὸ περιφανὲς αὐτῆς ὑποφαίνων, διὰ δὲ τῶν τειχῶν τὸ ἀπ' αὐτῆς ὠφέλιμον, καὶ πρὸς πᾶσαν ἀσφάλειαν τοῦ βίου αὐτάρκες. Καὶ βουλόμενος ἡμᾶς αὐτῇ προσοικειῶσαι· *Εἰπὸν*, φησὶ, *τὴν σοφίαν σὴν ἀδελφὴν εἶναι·* καὶ πάλιν· *Ἐράσθητι αὐτῆς, καὶ τηρήσει σε.* Εἶτα τὸ κοινω- D φελὲς αὐτῆς ἐνδεικνύμενος, καὶ ὅτι πᾶσιν ὁμοίως ἀνεῖται τὸ ἀπ' αὐτῆς ὠφέλιμον· *Ἔσφαξε*, φησὶ, *τὰ*

[70] Rom. I, 20. [71] Prov. III, 19. [72] Prov. VIII, 27-30. [73] ibid. 22. [74] Psal. XVIII, 2, 4. [75] Prov. I, 20. [76] Prov. VII, 4. [77] Prov. IV, 6. [78] Prov. IX, 2.

(92) Colb. tertius προβιβάζει δὲ ἡμῖν τὴν περὶ Θεοῦ ἔννοιαν.

(93) Sic quidem editum invenitur apud LXX, ἔκτισέ με, *creavit me :* sed apud alios interpretes pro ἔκτισε legitur ἐκτήσατο, *possedit me*, nec secus habet Vulgata. Ducæus multa in hunc locum notavit : nec certe indigna sunt quæ legantur.

(94) Hunc locum, ὧν οὐχὶ ἀκούονται, etc., illustrans Ducæus in suis notis, ait ita vertendum esse cum Conario, *quorum ipsorum voces non audiuntur*, aut certe, si Hebraismum et pleonasmum servare velimus, hoc modo, *quorum non audiuntur voces eorum ;* quasi, inquit, dicat David : *Non sunt loquelæ cœlorum ullæ, neque sermones, utpote quorum voces non audiuntur, et tamen in omnem terram exivit sonus eorum.* Et ne hæc interpretatio nova videatur, ejus profert veteres duos ac idoneos auctores, Theodotionem et Theodoretum.

(95) Illa, ὑμνεῖται.... κηρύσσεται, active an passive accipiantur, nihil, quod ad sensum attinet, referre arbitramur. Etenim si active sumantur, hæc erit sententia, Sapientia seipsam canit ac prædicat : si passive, hæc verba ita intelligenda erunt, Sapientia canitur ac prædicatur a semetipsa.

Digitized by Google

ἑαυτῆς θύματα· τουτέστι, στερεὰν τροφὴν ἡτοίμασε τοῖς διὰ τὴν ἕξιν γεγυμνασμένοις τὰ αἰσθητήρια τῆς ψυχῆς. Ἐκέρασεν εἰς κρατῆρα τὸν ἑαυτῆς οἶνον, τὸν εὐφραίνοντα καρδίαν ἀνθρώπου. Κρατῆρα δὲ λέγει τὴν κοινὴν καὶ πάνδημον τῶν ἀγαθῶν μετουσίαν· ὅθεν ὁμοτίμως πᾶσιν ἔξεστι τὸ ἑκάστῳ δυνατὸν καὶ σύμμετρον ἀπαρύεσθαι. Καὶ ἡτοιμάσατο τὴν ἑαυτῆς τράπεζαν. Πάντα δι' ἐμφάσεως λέγει, διὰ τῶν σωματικῶν τὰ πνευματικὰ ἡμῖν παραδεικνύς. Τὴν γὰρ λογικὴν τροφὴν τῆς ψυχῆς τράπεζαν ὀνομάζει, πρὸς ἣν συγκαλεῖ μετὰ ὑψηλοῦ κηρύγματος, τουτέστι, μετὰ δογμάτων οὐδὲν ταπεινὸν οὐδὲ καταβεβλημένον ἐχόντων. Ὅς ἐστιν ἄφρων, ἐκκλινάτω πρός μέ. Ὡς γὰρ οἱ ἀσθενοῦντες χρῄζουσιν ἰατρικῆς, οὕτω σοφίας οἱ ἄφρονες ἐπιδέονται. Καὶ τό· Κρεῖσσον γὰρ αὐτὴν ἐμπορεύεσθαι, ἢ χρυσίου (96) καὶ ἀργυρίου θησαυρούς· καὶ τό· Τιμιωτέρα δέ ἐστι λίθων πολυτελῶν· πᾶν δὲ τίμιον οὐκ ἄξιον αὐτῆς ἐστι· καὶ τό· Υἱέ, ἐὰν σοφὸς γένῃ σεαυτῷ, σοφὸς ἔσῃ καὶ τοῖς πλησίον (97) σου· καὶ τό· Υἱῷ δὲ σοφῷ εὔοδοι ἔσονται πράξεις. Καὶ ὅλως ἔξεστί σοι γνῶναι τοῦ λόγου τὴν ἀλήθειαν, ἀναλεξαμένῳ κατὰ σχολὴν τὰ περὶ τῆς σοφίας εἰρημένα τῷ Σολομῶντι. Ἐπειδὴ δὲ εἰς κακότεχνον ψυχὴν οὐκ εἰσελεύσεται σοφία, καθαίρει πρότερον διὰ τοῦ θείου φόβου τὰς ψυχὰς τῶν μελλόντων τῇ σοφίᾳ προσομιλεῖν. Τὸ γὰρ εἰς τοὺς τυχόντας ῥίπτειν τὰ τῆς σωτηρίας μυστήρια, καὶ πάντας ὁμοίως παραδέχεσθαι, τοὺς μήτε βίῳ καθαρῷ, μήτε λόγῳ ἐξητασμένῳ καὶ ἀκριβεῖ κεχρημένους, ὁμοιόν ἐστιν ὥσπερ ἂν εἰ καὶ ἐν ἀγγείῳ τις ῥυπαρῷ τὸ πολυτίμητον μύρον ἐμβάλλοι. Διὰ τοῦτο, Ἀρχὴ σοφίας, φόβος Κυρίου. Φόβος δὲ καθάρσιον ψυχῆς κατὰ τὴν εὐχὴν τοῦ προφήτου λέγοντος· Καθήλωσον ἐκ τοῦ φόβου σου τὰς σάρκας μου. Ὡς ὅπου φόβος ἐνοικεῖ, ἐκεῖ ψυχῆς ἅπασα καθαρότης ἐνίδρυται, πάσης πονηρίας καὶ ἀνοσίου πράξεως (98) ὑποφευγούσης, τῶν τοῦ σώματος μελῶν κινηθῆναι πρὸς ἀτόπους ἐνεργείας, διὰ τὸ τῷ φόβῳ καθηλῶσθαι, μὴ δυναμένων. Ὥσπερ γὰρ ὁ ἐμπεπηγότας ἔχων ἐν ἑαυτῷ τοὺς σωματικοὺς ἧλους ἀνενέργητός ἐστιν ὑπὸ τῶν ὀδυνῶν κατεχόμενος· οὕτως ὁ τῷ φόβῳ τοῦ Θεοῦ κατειλημμένος, οὐκ ὀφθαλμῷ χρήσασθαι πρὸς ἃ μὴ δεῖ, οὐ χεῖρας κινῆσαι πρὸς ἀπηγορευμένας πράξεις, οὐχ ὅλως μικρὸν ἢ μεῖζον ἐνεργῆσαι παρὰ τὸ καθῆκον δύναται, οἷον ὀδύνῃ τινὶ τῇ προσδοκίᾳ τῶν ἀπειληθέντων συμπεπαρμένος.

hoc est, solidum cibum præparavit iis, qui animæ sensus habent exercitatos ob assuetudinem[79]. *Miscuit in craterem suum vinum*[80], *lætificans cor hominis*[81]. Craterem autem appellat communem generalemque bonorum participationem : unde omnibus licet, quantum quisque potest, et quantum cuique congruit, æqualiter haurire. *Et paravit suam mensam*[82]. Omnia per emphasim dicit, spiritualia nobis per corporalia significans. Nam rationalem animæ cibum mensam nominat, ad quam alto cum præconio convocat, hoc est, cum decretis ac institutis nihil humile aut abjectum habentibus. *Qui insipiens est, declinet ad me*[83]. Quemadmodum enim ars medica infirmis necessaria est, sic insipientes sapientia indigent. Et illud : *Melius est enim illam mercari, quam auri et argenti thesauros*[84]. Item illud : *Pretiosior est lapidibus pretiosis : omne autem pretiosum non est illa dignum*[85]. Et : *Fili, si sapiens fueris tibi, sapiens eris et proximis tuis*[86]. Illud quoque : *Filio sapienti prospere cedent actiones*[87]. Et in summa, tibi licet sermonis veritatem cognoscere, per otium ea quæ de sapientia a Salomone dicta sunt colligenti. *Quoniam vero in malevolum animam non introibit sapientia*[88], prius animas eorum qui sunt cum sapientia collocuturi, per divinum timorem expurgat. Nam projicere in vulgus mysteria salutis, et omnes ex æquo recipere, neque vita pura ornatos, neque exquisita et accurata ratione usos, perinde est ac si quis unguentum pretiosissimum in vas sordidum infuderit. Quamobrem *Initium sapientiæ, timor Domini*[89]. Animæ autem expurgatio timor est, **101** juxta prophetæ votum, qui ait : *Confige timore tuo carnes meas*[90]. Nam ubi timor inhabitat, ibi tota animæ mundities residet, aufugitque omnis pravitas atque actio impia, siquidem membra corporis, quod timore quasi quibusdam clavis confixa sint, ad turpia opera non queunt moveri. Sicut enim qui corporales clavos habet in seipso confixos, nihil agere potest ob eos quibus detinetur dolores : sic qui timore Dei correptus est, non oculo uti ad ea quæ non oportet, non manus movere ad vetitas actiones, non denique quidquam parvum aut magnum præter officium peragere poterit, exspectatione minarum perinde ut dolore quodam transfixus.

5. Τοὺς δὲ βεβήλους καὶ συρφετώδεις ἀποπέμπεται τῶν θείων διδασκαλιῶν, λέγων· Ἄφοβοι δὲ (99) ἐν πύλαις αὐλισθήσονται· καὶ τό· Ζητήσετε παρὰ κακοῖς σοφίαν, καὶ οὐχ εὑρήσετε· καὶ πάλιν·

5. Porro profanos ac vulgus a disciplinis divinis arcet, his verbis : *Qui sine timore sunt, in portis morabuntur*[91]. Illud itidem : *Quæretis apud malos sapientiam, et non invenietis*[92]. Et rursus : *Quærent*

[79] Hebr. v, 14. [80] Prov. ix, 2. [81] Psal. ciii, 15. [82] Prov. ix, 2. [83] ibid. 4. [84] Prov. iii, 13. [85] ibid. 15. [86] Prov. ix, 12. [87] Prov. xiii, 13. [88] Sap. i, 4 [89] Prov. i, 7. [90] Psal. cxviii, 120. [91] Eccli. i, 28. [92] Prov. xiv, 6.

(96) Sic tres mss., nec aliter legitur apud LXX. At editi et Colb. primus ordine inverso ἢ ἀργυρίου καὶ χρυσίου.

(97) Colb. tertius καὶ τῷ πλησίον.

(98) Colbertini primus et tertius πάσης πονηρᾶς καὶ ἀνοσίας πράξεως.

(99) Illud, ἄφοβοι δέ, etc. *Qui sine timore sunt, in portis morabuntur*, in Proverbiis invenire non potuimus.

Digitized by Google

me mali, et non invenient [95], eo quod purgati non sint divino timore. Quare qui ad percipiendam sapientiam accessurus est, is a nequitiæ ignominiis per salutarem timorem expurgatus accedat. Emersit igitur nobis aliud etiam bonum e Proverbiorum doctrina, timoris silicet adeptio, quæ nobis per sapientiam affertur. Nosse disciplinam, alterum erat inter promissa [96]. Est autem disciplina institutio quædam animæ utilis, plerumque non sine multo labore eam a nequitiæ maculis expurgans, quæ *In præsens quidem non videtur esse gaudii, sed molestiæ ; at postea fructum tranquillum reddit ad salutem, iis qui per illam fuerint exercitati* [97]. Hanc igitur disciplinam nosse, non est mentis cujuslibet, quod plerique, ob difficultatem rerum agendarum animum despondentes, utilitatem eventus præ ruditate ac inscitia non præstolantur : sed ægre ferentes curationis austeritatem, in imperitiæ infirmitatibus permanent. Quapropter voces justorum sunt admiratione dignæ, dicentium : *Domine, ne in furore tuo arguas me : neque in ira tua corripias me* [98]. Non enim deprecantur disciplinam, sed iram. Huic consimile est et illud : *Corripe nos, Domine, verumtamen in judicio, et non in ira* [99]. Illud quoque : *Disciplina Domini aperit aures meas* [1]. Ut enim parvi pueri in discendo negligentes, postquam a magistris aut pædagogis flagro cæsi sunt, attentiores effecti, præceptiones suscipiunt, utque idem documentum ante verbera non audiebatur, sed post flagrorum dolorem, auribus quasi recens apertis, auditu et excipitur, et memoria retinetur : ita accidit et iis qui doctrinam divinam negligunt, ac præcepta aspernantur. Postquam enim experti sunt Dei correctionem ac disciplinam, tunc maxime Dei mandata quæ semper fuerant enuntiata, semperque neglecta, quasi primum eorum auribus illabentia recipiuntur. Eam ob causam, *Disciplina Domini*, inquit, *aperit aures meas*. Quoniam igitur disciplina corripit eum qui se inordinate gerit, uti factitabat Paulus, qui tradebat Satanæ [2], quasi cuipiam carnifici torquenti ac flagello concidenti, ut discerent non blasphemare; rebellem autem reducit, de quo scilicet dictum est : *Post captivitatem suam pœnitentiam egit* [3] ; necesse est castigationis vim ac disciplinæ **102** cognoscere, ad quot et ad quanta utilis sit. Itaque utilitatis ipsius gnarus Salomon, ita admonet : *Ne destiteris puerum castigare, quoniam si virga eum ceciderit, non morietur. Nam tu virga percuties illum, animam vero illius liberabis a morte* [4]. *Quis enim filius, quem non corripit pater* [5] ? Hæc disciplina divitiis multis præstantior apud æquos rerum æstimatores habetur. Quapropter et ait Salomon :

A *Ζητήσουσί με κακοί, καὶ οὐχ εὑρήσουσι*, διὰ τὸ μὴ ἐκκαθαρθῆναι (1) τῷ θείῳ φόβῳ. Ὥστε, μέλλων προσιέναι τῇ ἀναλήψει τῆς σοφίας, τῷ σωτηρίῳ φόβῳ τὰ ἀπὸ κακίας αἴσχη καθηράμενος προσερχέσθω. Ἀνεφάνη οὖν ἡμῖν καὶ ἕτερον ἀγαθὸν ἐκ τῆς τῶν Παροιμιῶν διδασκαλίας, ἡ τοῦ φόβου ἀνάληψις, διὰ τῆς σοφίας ἡμῖν ἐπεισαχθεῖσα. Δεύτερον ἦν ἐν τοῖς ἐπαγγέλμασι, γνῶναι παιδείαν. Ἔστι δὲ ἡ παιδεία ἀγωγή τις (2) ὠφέλιμος τῇ ψυχῇ, ἐπιπόνως πολλάκις τῶν ἀπὸ κακίας κηλίδων αὐτὴν ἐκκαθαίρουσα, ἥτις *Πρὸς μὲν τὸ παρὸν οὐ δοκεῖ χαρᾶς εἶναι, ἀλλὰ λύπης· ὕστερον δὲ καρπὸν εἰρηνικὸν τοῖς δι' αὐτῆς γεγυμνασμένοις ἀποδίδωσιν εἰς σωτηρίαν.* Ταύτην τοίνυν τὴν παιδείαν γνῶναι οὐ τῆς τυχούσης ἐστὶ διανοίας· διότι πολλοί, πρὸς τὸ τῶν γινομένων B ἐπίπονον ἀπαγορεύοντες, τὸ τῆς ἐκβάσεως ὠφέλιμον ὑπὸ ἀμαθίας οὐκ ἀναμένουσιν, ἀλλὰ δυσανασχετοῦντες πρὸς τὸ τῆς ἐπιμελείας αὐστηρὸν, τοῖς τῆς ἀμαθίας ἀῤῥωστήμασιν ἐναπέμειναν. Διὰ τοῦτο θαύματος ἄξιαι τῶν δικαίων αἱ φωναὶ, τῶν λεγόντων· *Κύριε, μὴ τῷ θυμῷ σου ἐλέγξῃς με, μηδὲ τῇ ὀργῇ σου παιδεύσῃς με.* Οὐ γὰρ τὴν παιδείαν παραιτοῦνται, ἀλλὰ τὴν ὀργήν. Τούτῳ παραπλήσιόν ἐστι καὶ τὸ, *Παίδευσον ἡμᾶς, Κύριε, πλὴν ἐν κρίσει, καὶ μὴ ἐν θυμῷ·* καὶ τό· *Ἡ παιδεία Κυρίου ἀνοίγει μου τὰ ὦτα.* Ὥσπερ γὰρ τῶν παίδων οἱ νήπιοι, κατολιγωροῦντες τῶν μαθημάτων, μετὰ τὰς μάστιγας ἃς οἱ διδάσκαλοι αὐτοῖς ἢ παιδαγωγοὶ προσάγουσι, προσεχέστεροι γενόμενοι, δέχονται τὰ διδάγματα, καὶ ὁ αὐτὸς λόγος πρὸ μὲν τῶν πληγῶν οὐκ ἠκούετο, μετὰ C δὲ τὰς ἐκ τῶν μαστίγων ὀδύνας, ὡς ἄρτι τῶν ὤτων διανοιγέντων, καὶ παρεδέχθη τῇ ἀκοῇ, καὶ διεφυλάχθη (3) τῇ μνήμῃ· οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν παρακουόντων τῆς θείας διδασκαλίας καὶ καταφρονητικῶς πρὸς τὰς ἐντολὰς διακειμένων συμβαίνει. Ἐπειδὰν γὰρ ἐπαχθῇ αὐτοῖς παρὰ τοῦ Θεοῦ ἡ παιδεία, τότε δὴ μάλιστα τὰ ἀεὶ λαλούμενα καὶ ἀεὶ παρακουόμενα (4) τῶν τοῦ Θεοῦ προσταγμάτων, ὡς πρῶτον ἐμπεσόντα αὐτῶν ταῖς ἀκοαῖς, παρεδέχθη. Διὰ τοῦτο, *Ἡ παιδεία Κυρίου*, φησὶν, *ἀνοίγει μου τὰ ὦτα.* Ἐπεὶ οὖν ἡ παιδεία νουθετεῖ τὸν ἄτακτον, ὡς ἐποίει ὁ Παῦλος παραδιδοὺς τῷ Σατανᾷ, οἷον δημίῳ τινὶ στρεβλοῦντι καὶ μαστίζοντι, ἵνα παιδευθῶσι μὴ βλασφημεῖν· τὸν δὲ ἀφηνιαστὴν ἐπανάγει, ὡς περὶ οὗ εἴρηται, ὅτι *Ὕστερον αἰχμαλωσίας αὐτοῦ μετενόησεν·* ἀναγκαῖον D γνῶναι τῆς παιδείας τὴν δύναμιν πρὸς ὅσα ἐστὶ λυσιτελής. Εἰδὼς οὖν τὸ ἀπ' αὐτῆς ὠφέλιμον ὁ Σολομὼν, παραινεῖ· *Μὴ ἀπόσχῃ νήπιον παιδεύειν, ὅτι, ἐὰν πατάξῃς αὐτὸν ῥάβδῳ, οὐκ ἀποθανεῖται. Σὺ μὲν γὰρ ῥάβδῳ πατάξεις αὐτὸν, τὴν δὲ ψυχὴν αὐτοῦ ῥύσῃ ἐκ θανάτου. Τίς γὰρ υἱὸς, ὃν οὐ παιδεύει (5) πατήρ ;* Αὕτη ἡ παιδεία πολλῶν χρημάτων ἐστὶ τοῖς ὀρθῶς λογιζομένοις τιμιωτέρα. Διό φησιν ὁ Σολομών·

[95] Prov. I, 28. [96] Ibid. 2. [97] Hebr. XII, 11. [98] Psal. VI, 1. [99] Jerem. X, 24. [1] Isa. L, 5. [2] I Tim. I, 20. [3] Jerem. XXXI, 19. [4] Prov. XXIII, 13, 14. [5] Hebr. XII, 7.

(1) Colb. primus κεκαθάρθαι.
(2) Alius codex Colb. διαγωγή τις
(3) Reg. primus καὶ ἐφυλάχθη.
(4) Editio Basil. et quinque mss. *παρακαλούμενα*. Editio Paris. παρακουόμενα.
(5) Reg. primus παιδεύσει, *corripiet*.

Digitized by Google

Λάβετε παιδείαν, καὶ μὴ ἀργύριον· ἵνα ἐν καιρῷ περιστάσεων (6) ἢ τοῦ σώματος κάμνοντος, ἢ τῶν κατὰ τὸν οἶκον πεπονηκότων, μή ποτε πονηρὰν ἔννοιαν λάβῃς περὶ Θεοῦ, ἀλλ' ἐν ὑπομονῇ πολλῇ δέχῃ αὐτοῦ τὰς πληγάς, παιδευόμενος ἐφ' οἷς ἥμαρτες, καὶ λέγῃς καὶ σὺ, διὰ τὸ γνῶναι παιδείαν, τό· Ὀργὴν Κυρίου ὑποίσω, ὅτι ἥμαρτον αὐτῷ· καὶ τό· Ἀγαθόν μοι, ὅτι ἐταπείνωσάς με. Οἷος ἦν ὁ Παῦλος λέγων· Παιδευόμενοι, καὶ μὴ θανατούμενοι· καὶ τό· Ἐλεγχόμενοι, ὑπὸ Κυρίου παιδευόμεθα, ἵνα μὴ σὺν τῷ κόσμῳ κατακριθῶμεν.

Accipite disciplinam, et non argentum [a]: ut in tempore calamitatum, aut ægrotante corpore, aut domesticis rebus se male habentibus, nihil unquam pravi de Deo cogites, imo in multa patientia inflictas ab ipso plagas accipias, tanquam ob tua peccata castigatus, utque tu quoque ob cognitam disciplinam dicas illud : *Iram Domini sustinebo, quia peccavi ei* [b]. Et illud : *Bonum mihi, quia humiliasti me* [c]. Qualis erat Paulus, dicens : *Castigati, et morti non traditi* [d]. Et illud : *Dum redarguimur, a Domino corripimur, ut ne cum hoc mundo damnemur* [e].

6. Ἐπειδὴ δὲ καὶ ἡ τῶν μαθημάτων ἀνάληψις παιδεία λέγεται, κατὰ τὸ γεγραμμένον περὶ τοῦ Μωϋσέως, ὅτι Ἐπαιδεύθη ἐν πάσῃ σοφίᾳ Αἰγυπτίων, τὸ μὴ τοῖς τυχοῦσιν ἑαυτὸν μαθήμασιν ἐπιβάλλειν (7), ἀλλὰ γνῶναι τὴν χρησιμωτάτην παιδείαν, οὐ μικρὸν πρὸς σωτηρίαν. Ἤδη γάρ τινες, ἢ γεωμετρίᾳ σχολάζοντες, ἣν ἐξεῦρον Αἰγύπτιοι, ἢ ἀστρολογίᾳ τῇ παρὰ τῶν Χαλδαίων τετιμημένῃ, ἢ ὅλως περὶ σχήματα καὶ σκιὰς τὴν μετεωρολογίαν ἔχοντες (8), τῆς ἐκ τῶν θείων λογίων παιδεύσεως ὑπερεῖδον. Ἀλλὰ καὶ ποιητικὴ, καὶ ῥητορικὴ, καὶ ἡ τῶν σοφισμάτων εὕρεσις πολλοὺς ἀπησχόλησεν· ὧν ὕλη τὸ ψεῦδός ἐστιν. Οὔτε γὰρ ποιητικὴ συστῆναι δύναται ἄνευ τοῦ μύθου· οὔτε ῥητορικὴ ἄνευ τῆς ἐν τῷ λέγειν τέχνης· οὔτε σοφιστικὴ ἄνευ τῶν παραλογισμῶν. Ἐπεὶ οὖν πολλοὶ τῇ περὶ ταῦτα σπουδῇ τῆς περὶ Θεοῦ γνώσεως κατημέλησαν, ἐν τῇ τῶν ματαίων ἐρεύνῃ καταγηράσαντες, ἀναγκαία ἡ τῆς παιδείας ἐπίγνωσις, πρός τε τὴν αἵρεσιν (9) τῆς ὠφελίμου παιδείας, καὶ πρὸς τὴν ἀποφυγὴν τῆς ἀνονήτου (10) καὶ βλαβερᾶς. Ἔστι καὶ νοῆσαι λόγους φρονήσεως τῷ προσέχοντι ταῖς Παροιμίαις, καὶ τὸ ἀπ' αὐτῶν ὠφέλιμον μὴ ἀργῶς δεχομένῳ (11). Τὴν φρόνησιν τοίνυν ἐπιστάμεθα οὖσαν μίαν τῶν γενικῶν ἀρετῶν, καθ' ἣν ἐπιστήμονες γινόμεθα ἀγαθῶν καὶ κακῶν καὶ οὐδετέρων οἱ ἄνθρωποι. Ὁ δὲ φρόνιμος δηλονότι παρωνύμως ἐκ τῆς φρονήσεως προσηγόρευται. Πῶς οὖν φρονιμώτατος ὁ ὄφις πάντων τῶν θηρίων μεμαρτύρηται γεγενῆσθαι;

6. Quoniam autem ipsa etiam doctrinarum perceptio disciplina dicitur, uti scriptum est de Moyse, quod *Eruditus* esset *omni sapientia Ægyptiorum* [f], non idcirco tamen quibusvis disciplinis animum appellere, sed utilissimam disciplinam cognoscere, plurimum confert ad salutem. Jam enim quidam dediti aut geometriæ, quam invenerunt Ægyptii, aut astrologiæ, quæ apud Chaldæos in pretio fuit, aut denique de figuris umbrisque sublimi quadam ratione disputantes, divinorum oraculorum disciplinam doctrinamque contempsere. Quin etiam poetica, rhetoricaque, et sophismatum inventio multos occupavit, quarum materia mendacium est. Neque enim poetica consistere potest sine fabulis : neque rhetorica sine arte dicendi : neque sophistica sine paralogismis. Quoniam igitur multi ob horum studium Dei notitiam neglexerunt, in vanis rebus investigandis senescentes, idcirco necessaria est disciplinæ cognitio, tum ad utilem disciplinam seligendam, tum ad eam quæ inutilis est et noxia, fugiendam. Licet quoque intelligere prudentiæ sermones ei, qui attendit Proverbiis, ex eisque impigre utilitatem capit. Prudentiam itaque unam esse scimus ex generalibus virtutibus, qua nos homines bona malaque et indifferentia edoccemur. Prudens enim utique a prudentia per derivationem appellatus est. Quomodo igitur serpens bestiarum omnium prudentissimus fuisse perhibetur [g]? Et rursus Domi-

[a] Prov. VIII, 10. [b] Micb. VII, 9. [c] Psal. CXVIII, 71. [d] II Cor. VI, 9. [e] I Cor. XI, 32. [f] Act. VII, 22. [g] Genes. III, 1.

(6) Antiqui duo libri περιστάσεως.

(7) Editio Paris. περιβάλλειν. Editio Basil. et mss. multi ἐπιβάλλειν, rectius.

(8) Utraque editio et aliquot mss. σκιὰς καὶ μετεωρολογίαν ἔχοντες. Colb. tertius σκιὰς τὴν μετεωρολογίαν ἔχοντες, et ita legi oportere arbitror. Non enim mihi dubium est, quin vocula καί redundet in vulgatis. Colb. secundus καὶ μετεωρολογίαν τὴν ματαιολογίαν ἔχοντες, *ac de sublimium rerum tractatione vana disserentes* : quæ scriptura vera esse et germana primo aspectu credi potest. Mihi tamen verisimilius fit παρέλκειν aut vocem μετεωρολογίαν, aut vocem ματαιολογίαν, sed utram, non facile dixerim. Puto autem id ex eo evenisse, quod cum librarius in aliquo exemplari legisset, μετεωρολογίαν, in alio vero ματαιολογίαν, utramque vocem posuerit.

(9) In Colb. tertio pro αἵρεσιν corrupte legitur εὕρεσιν.

(10) Editio utraque ἀποφυγὴν τῆς ἀνονήτου. Veteres quinque mss. τῆς ἀνοήτου, *ad stultam disciplinam fugiendam*. Sed vix dubitari potest, quin Basilius scripserit ἀνονήτου, *ad fugiendam disciplinam quæ inutilis est*, cum voces ὠφελίμου et ἀνονήτου sibi invicem respondere vel cæco appareat.

(11) Utraque editio et Colb. primus δεχομένῳ τὴν φρόνησιν. Ἔστι γὰρ τὸ συμφέρον νοῆσαι. Τῇ κακίᾳ, φησὶ, νηπιάζετε, ταῖς δὲ φρεσὶ τέλειοι γίνεσθε. Τὴν φρόνησιν τοίνυν, etc. *Licet enim utilitatem ejus intelligere. Malitia, inquit, parvuli estote, sensibus autem perfecti estote.* I Cor. XIV, 20. Sed totum illud, τὴν φρόνησιν. Ἔστι γὰρ.... τέλειοι γίνεσθε, in Regiis primo et secundo et in Colb. tertio non legitur. Mihi autem dubium non est, quin hæc omnia quæ in his mss. desunt, abesse debeant, sic tamen, ut affirmare quidem possim, illud, τὴν φρόνησιν, quod primo loco positum est in editis et in uno Colbertino, prorsus παρέλκειν, suspicer vero illa, ἔστι γάρ, etc., addita esse primum in ora libri ab aliquo, qui prudentiæ utilitatem ostendere vellet, posteaque has easdem voces in contextum ab aliquo alio librario translatas fuisse.

Digitized by Google

nus : *Estote prudentes, sicut serpentes* [11]. Imo villicus iniquitatis prudens vocatus est [12]. An non liquet prudentiæ nomen **103** duplex esse? Una enim suum ipsius commodum tuetur, sic tamen, ut simul struat proximo insidias, qualis est serpentis prudentia, caput suum custodientis. Hæc ista videtur astuta quædam esse morum malignitas, quæ cito quod sibi utile est comminiscitur, ac simpliciores deprædatur : quali prudentia fuit villicus iniquitatis. Vera autem prudentia, agendorum et non agendorum cognitio est et secretio : quam qui sequitur, nunquam secedet a virtutis operibus, nunquam exitioso vitii jaculo transfigetur. Itaque qui intelligit prudentiæ sermones, novit qui captiosi sint et ad decipiendum compositi, quinam quoque, qui de optimis in vita agendis nos submoneant : atque mensarii boni more, ut retinebit quod bonum fuerit, ita ab omni specie mala abstinebit [13]. Hæc prudentia tribuit ædificanti domum suam, ut fundamentum ipsius supra petram ponat [14], hoc est, Christi fide suffulciat, ut in imbribus ventisque et fulminum incursibus permaneat immota. Immobilem enim in tentationibus constantiam, tam in iis quæ humanæ sunt, quam in iis quæ nobis e supernis inducuntur, Dominus nobis hujus parabolæ verbis ostendit. Prætereaque nos docet, necessaria non negligere, sed vitæ viaticis præmature instructos, in cordis alacritate sponsi adventum exspectare. Nam, inquit, prudentes virgines, quod oleum in lampadibus haberent, ingressæ sunt cum sponso : stultæ autem, quod imparatæ essent, a thalami gaudio exclusæ sunt [15].

7. Sub hæc, videamus quid sit suscipere versutias sermonum [16]. Sermo quidem verus et a sana mente proficiscens, simplex est et unius ejusdemque rationis, eadem de iisdem semper affirmans : varius vero et artificiosus, cum multum implexus sit et præparatus, sexcentas formas assumit, seque ad gratiam colloquentium conciliandam transformans, versutias innumeras animo versat. Ergo, ut artificiosorum sermonum assultui fortiter resistere possimus, adjumento magno sunt Parœmiæ. Nam qui ipsis intentus est, nec negligenter earum monita auscultat, velut experientia obarmatus, versutias verborum citra noxam ullam

Καὶ πάλιν ὁ Κύριος· *Γίνεσθε φρόνιμοι, ὡς οἱ ὄφεις.* Καὶ φρόνιμος ὁ οἰκονόμος τῆς ἀδικίας. Ἡ δῆλον, ὅτι διπλοῦν (12) ἐστι τὸ τῆς φρονήσεως ὄνομα; Ἡ μὲν γάρ τίς ἐστι φυλακὴ τοῦ οἰκείου συμφέροντος μετὰ τῆς τοῦ πλησίον ἐπιβουλῆς, οἷα ἡ τοῦ ὄφεως, τὴν κεφαλὴν ἑαυτοῦ συντηροῦντος. Ἦδε τις ἔοικεν εἶναι κακεντρέχεια τρόπων, ὀξέως τὸ ἴδιον λυσιτελὲς ἐξευρίσκουσα, καὶ συναρπάζουσα τοὺς ἀκεραιοτέρους· ὁποία ἡ τοῦ οἰκονόμου τῆς ἀδικίας. Ἡ δὲ ἀληθὴς φρόνησις διάγνωσίς ἐστι τῶν ποιητέων καὶ οὐ ποιητέων· ἧ ὁ κατακολουθῶν οὐδέποτε μὲν τῶν τῆς ἀρετῆς ἔργων ἐκστήσεται, οὐδέποτε δὲ τῷ ὀλέθρῳ τῆς κακίας περιπαρήσεται. Ὁ τοίνυν νοῶν λόγους (13) φρονήσεως οἳδε μὲν τίνες σοφισματώδεις καὶ ἀπατηλοί, τίνες δὲ οἱ περὶ τῶν κατὰ τὸν βίον πρακτέων τὰ βέλτιστα ἡμῖν ὑποτιθέμενοι· καὶ ὡς δόκιμος τραπεζίτης, τὸ μὲν δόκιμον καθέξει, ἀπὸ δὲ παντὸς εἴδους πονηροῦ ἀφέξεται. Αὕτη ἡ φρόνησις χαρίζεται τῷ οἰκοδομοῦντι τὴν ἑαυτοῦ οἰκίαν, τὸν θεμέλιον αὐτοῦ τιθέναι ἐπὶ τὴν πέτραν, τουτέστι, τῇ πίστει τῇ εἰς Χριστὸν ἐπερείδεσθαι, ὥστε ἀσειστον διαμένειν ἐν βροχαῖς καὶ ἀνέμοις καὶ ποταμῶν προσβολαῖς. Τὸ γὰρ ἐν πειρασμοῖς ἀσάλευτον, τοῖς τε ἀνθρωπίνοις καὶ τοῖς ἄνωθεν ἡμῖν ἐπαγομένοις, διὰ τῶν τοιούτων τῆς παραβολῆς λόγων ὁ Κύριος ἡμῖν ἐνεδείξατο. Διδάσκει δὲ καὶ μὴ καταμελεῖν τῶν ἀναγκαίων, ἀλλὰ πρὸ καιροῦ παρεσκευασμένους τῆς ζωῆς τὰ ἐφόδια, ἐν τῇ ἑτοιμασίᾳ τῆς καρδίας ἀναμένειν τοῦ νυμφίου τὴν παρουσίαν. Αἱ φρόνιμοι γάρ, φησὶ, παρθένοι, διὰ τὸ ἔχειν ἐν ταῖς λαμπάσι τὸ ἔλαιον, συνεισῆλθον τῷ νυμφίῳ· αἱ δὲ μωραὶ διὰ τὸ ἀνέτοιμον ἑαυτῶν, τῆς χαρᾶς τοῦ νυμφῶνος ἀπηλλοτριώθησαν (14).

7. Μετὰ τοῦτο, ἴδωμεν τί ἐστι δέξασθαι στροφὰς λόγων. Ὁ μὲν ἀληθὴς λόγος, καὶ ἀπὸ ὑγιοῦς διανοίας προϊὼν, ἁπλοῦς ἐστι καὶ μονότροπος, τὰ αὐτὰ λέγων πάντοτε περὶ τῶν αὐτῶν· ὁ δὲ ποικίλος καὶ ἔντεχνος πολὺ τὸ ἐπίπλοκον καὶ ἐγκατάσκευον ἔχων, μυρία κατασχηματίζεται, καὶ στρέφεται στροφας ἀμυθήτους, πρὸς τὸ τῶν ἐντυγχανόντων ἀρέσκον μεταμορφούμενος. Πρὸς οὖν τὸ δύνασθαι ἡμᾶς ἰσχυρῶς ἀντέχειν τῇ ἀπὸ τῶν τεχνικῶν λόγων προσβολῇ μέγα ὄφελος αἱ Παροιμίαι χαρίζονται. Διότι ὁ προσέχων αὐταῖς, καὶ τὰς ἀπ' αὐτῶν παραινέσεις μὴ ἀργῶς προσιέμενος, οἱονεὶ καθωπλισμένος τῇ ἐμπειρίᾳ, δέχεται ἀβλαβῶς τὰς στροφὰς τῶν λόγων, μήτε περιτρεπό-

[11] Matth. x, 16. [12] Luc. xvi, 8. [13] I Thess. v, 21. [14] Matth. vii, 25. [15] Matth. xxv, 10 sqq. [16] Prov. i, 3, juxta LXX.

(12) Editio Basil. et quinque mss. ὅτι διπλοῦν, *duplex :* quæ scriptura quin sit integra et incorrupta, nemo dubitabit, qui rem paulo attentius considerarit. Sed ecce Ducæus, qui, cum triplicem prudentiam hoc loco describi falso sibi persuasisset, in editione Paris. pro διπλοῦν edendum curavit τριπλοῦν, *triplex :* quæ mutatio nobis probari nullo modo potest. His igitur vocibus, ἦδε τις, etc., arbitramur non secundum quamdam prudentiam describi : sed quæ sit prior illa, de qua jam sermo habitus est, declarari. Ex quo fit, ut vertendum non sit, *altera vero improbitas morum esse videtur,* sed hoc modo, *hæc autem prudentia improbitas,* etc. Basilius enim non de novo quodam prudentiæ genere loquitur : sed ait solum, eam prudentiam cujus jam mentionem fecit, nihil aliud videri præter improbitatem morum. Velim legantur comm entarii hominis Græce doctissimi Gulielmi Budæi pag. 965, ubi docet ὁ δέ τις ὀξύτονον dici pro ὁ δέ, hoc est, *alter,* vel *alius :* at vero ὅδε τις βαρύτονον sumi pro οὗτος, hoc est, *is* aut *hic.*

(13) Colb. tertius νοῶν λόγον. Nec ita multo post duo mss. βίον πρακταίων.

(14) Reg. primus ἀλλοτριώθησαν.

Digitized by Google

μενος ὑπ' αὐτῶν, μήτε ἐξανιστάμενός που τῆς ἀληθείας. Ὅταν γὰρ ἄλλως μὲν φύσεως ἔχῃ τὰ πράγματα, ἄλλως δὲ οἱ λόγοι περὶ αὐτῶν ἀναπείθωσι, στροφή τίς ἐστι, μᾶλλον δὲ διαστροφή, ὑπὸ τοῦ λόγου περὶ τὴν ἀλήθειαν γινομένη. Καὶ ὁ ἄλλος μὲν φαινόμενος, ἄλλος δὲ ὢν κατὰ ἀλήθειαν, στροφαῖς κέχρηται λόγων, ἀπατῶν τοὺς συνόντας, ὥσπερ τοὺς κύνας λαγωοὶ καὶ ἀλώπεκες, ἑτέραν δεικνύντες, καὶ ἑτέραν τρεπόμενοι. Ἡ στροφαί τινές εἰσι λόγων αἱ ἐκ τῆς ψευδωνύμου γνώσεως ἀντιθέσεις. Οὐ καταδεχόμενοι γὰρ τὸ ἁπλοῦν τῆς πνευματικῆς διδασκαλίας, οἱ ἐκ τῆς διαλεκτικῆς πρὸς τὰς ἀντιλογίας ἠκονημένοι, περιτρέπουσι πολλάκις τὴν ἰσχὺν τῆς ἀληθείας τῇ πιθανολογίᾳ τῶν σοφισμάτων. Δέχεται οὖν ταύτας τὰς στροφὰς τῶν λόγων ὁ ταῖς Παροιμίαις ὠχυρωμένος. Κἂν εὕρῃ ποτὲ προβλήματα, ἰσοπαλεῖς τὰς ἐφ' ἑκάτερον ἐπιχειρήσεις ἔχοντα, ἐν οἷς δυσδιάκριτος τοῦ πιθανωτέρου ἡ εὕρεσις· ὅμως διὰ τὸ ἐγγεγυμνάσθαι (15-16) ταῖς Παροιμίαις, οὐ συγχυθήσεται τὸν νοῦν, κἂν ὅτι μάλιστα δοκῶσιν οἱ προσδιαλεγόμενοι ἐξίσου τὰς ἐκ τῶν ἐπιχειρημάτων πληγὰς ἀλλήλοις ἀντεπιφέρειν.

8. Χαρίζεται ἡ Παροιμία καὶ τὸ νοῆσαι δικαιοσύνην ἀληθῆ. Ἐπεὶ οὖν ἐστι δικαιοσύνη ἕξις ἀπονεμητικὴ τοῦ κατ' ἀξίαν· δυσθήρατον δὲ τοῦτο, τῶν μὲν διὰ τὸ περὶ τὴν φρόνησιν ἐλλειπὲς, οὐκ ἐξευρισκόντων ἑκάστῳ διανεῖμαι τὸ ἴσον, τῶν δὲ, διὰ τὸ προκατέχεσθαι ὑπὸ παθῶν ἀνθρωπίνων, ἀφανιζόντων τὸ δίκαιον, ὅταν πενήτων μὲν καταφρονῶσι, δυνάστας δὲ ἀδικοῦντας μὴ διελέγχωσι (17), δώσειν ὑπισχνεῖται τοῖς ἑαυτῆς μαθηταῖς ἡ βίβλος τῶν Παροιμιῶν τῆς ἀληθοῦς δικαιοσύνης τὴν γνῶσιν. Καὶ ἐπειδὴ πολλοὶ, τὸν παρὰ τῶν πολλῶν ἔπαινον θηρώμενοι, ἔργῳ μὲν τὴν ἀδικίαν καὶ τὸ πλεονεκτικὸν ὡς ὠφέλιμον πρότιμῶσι, σχήματι δὲ καὶ λόγῳ τὴν ἰσότητα καὶ τὴν δικαιοσύνην ὑπερθαυμάζουσιν· οὐδὲ τούτους ἀγνοήσει ὁ τὰς Παροιμίας πεπαιδευμένος, ἀλλὰ γνώσεται τίς ἡ κίβδηλος καὶ νενοθευμένη, καὶ τίς ἡ ἀληθινὴ καὶ ἄδολος δικαιοσύνη. Ἐπεὶ μέντοι πολλοὺς καὶ οἱ ἔξωθεν σοφοὶ κατεβάλοντο (18) λόγους περὶ δικαιοσύνης, καὶ πιθανῶς παρακρούονται τοὺς μὴ δυναμένους τῷ ἀληθεῖ λόγῳ περὶ τοῦ σκέμματος τούτου ἐπακολουθῆσαι, ἐπαγγέλλεται γνωρίσειν ἡ βίβλος τὴν ἀληθῆ δικαιοσύνην, ὥστε τὸ ἐκ τῶν σοφισμάτων ἡμᾶς βλαβερὸν διαδρᾶναι. Ἤδη δὲ καὶ τὰ νόμιμα τῶν ἐθνῶν, πολλὴν πρὸς ἄλληλα ἔχοντα τὴν διαφοράν, σύγχυσιν ἐμποιεῖ ταῖς διανοίαις τῶν μὴ τὸν ἀκριβῆ τῆς δικαιοσύνης λόγον κατειληφότων. Ἔνια μὲν γὰρ τῶν ἐθνῶν (19) τὴν πατροφονίαν δικαίαν τίθενται· ἄλλα δὲ τῶν ἐθνῶν πάντα φόνον ὡς ἀνόσιον ἀποτρέπεται. Καὶ τὰ μὲν σωφροσύνην ὑπερτιμᾷ· τὰ δὲ μητράσι καὶ θυγατράσι καὶ ἀδελφαῖς ἐπιμαίνεται. Καὶ ὅλως πολλοὶ, ἀρχαίῳ ἔθει κεκρατημένοι, τὸ μυσαρὸν τῶν γινομένων οὐ διακρίνουσιν. Ἡ δὲ βίβλος αὕτη, διδάσκουσα τὰ περὶ τῆς ἀληθοῦς δικαιοσύνης, ῥύεται τῶν ἐξ ἀλογίας παθῶν τοὺς ἀνθρώπους. Ἔστι δὲ δικαιο-

excipit, adeo ut neque ab ipsis pervertatur, neque unquam a vero discedat. Cum enim aliter natura se res habent, aliter vero de eis suadent verba, versutia quædam est, vel potius inversio veritatis per sermonem facta. Et qui alius quidem videtur, alius res ipsa est, strophis sermonum utitur, fucum faciens iis quibuscum versatur, perinde ut lepores vulpesque canibus, aliam viam commonstrantes, aliam carpentes. Quin et falsæ scientiæ antitheses strophæ quædam sunt verborum. Etenim cum spiritualis doctrinæ simplicitatem non recipiant ii, qui dialectica ad contradicendum acuti sunt, iidem vim veritatis non raro sophismatum verisimilitudine **104** evertunt. Has igitur sermonum strophas excipit qui Parœmiis munitus est. Imo si quando offendat problemata, æquas utrinque probationes habentia, in quibus verisimilioris inventio judicatu difficilis sit : quoniam tamen exercitatus in Proverbiis est, animo non confundetur, etiamsi disceptantes quam vehementissime æquales argumentorum plagas sibi invicem inferre videantur.

8. Id quoque Parœmia largitur, ut intelligatur justitia vera. Quoniam igitur justitia habitus est, qui pro merito suum cuique distribuit, difficile autem est hoc assequi, partim quod alii ob prudentiæ inopiam non inveniant quomodo cuique distribuant quod æquum est, partim quod alii, affectibus humanis præoccupati, jus aboleant et abrogent tum, cum spretis pauperibus dynastas injuriosos non redarguunt, idcirco Proverbiorum liber suis se discipulis justitiæ veræ cognitionem daturum pollicetur. Et quia plerique laudem vulgi venantes, reipsa quidem injustitiam avaritiamque tanquam quiddam utile præferunt, specie vero et verbis æquitatem ac justitiam valde admirantur : ne hos quidem ignorabit vir Parœmiis eruditus, sed cognoscet quæ adulterina ac spuria, quæ vera ac sincera sit justitia. Quoniam autem externi quoque sapientes multum de justitia disseruere, et probabilibus verbis fallunt eos qui ejus rei quæ expendenda proponitur, rationem veram assequi non possunt, indicaturum se justitiam veram pollicetur liber ille, ut noxam caveamus sophismatum. Jam vero gentium etiam jura haud parum inter se diversa, animis eorum qui accuratam justitiæ rationem non comprehenderunt, perturbationem confusionemque afferunt. Etenim gentes nonnullæ parricidium justum et æquum ducunt; aliquæ omnem cædem uti scelestam aversantur. Aliæ maxime colunt pudicitiam : aliæ in matres filiasque et sorores libidine furunt. Denique plerique prisca consuetudine victi, ausorum suorum exsecrationem ac ignominiam non dignoscunt. Sed hic liber, justitiam veram docens, homines a belluinis illis et insulsis affectibus liberat. Est autem justitia

(15-16) Antiqui duo libri τὸ γεγυμνάσθαι.
(17) Iidem in duobus mss. legitur μὴ ἐλέγχωσι.
(18) Reg. primus κατεβάλλοντο.
(19) Unus codex Reg. μὲν γὰρ ἔθνη.

Digitized by Google

quædam, quæ inter nos versatur, æqui videlicet distributio. Quanquam etenim id non omnino assequimur; tamen si justissimo consilio in agendo utamur, non aberramus scopo. Est et alia a justo judice cœlitus inducta, tum emendans, tum vicem rependens, quæ ob reconditorum in se dogmatum sublimitatem cognitu valde difficilis est. Hoc enim, opinor, Psalmista dicit : *Justitia tua sicut montes Dei* [17]. Hanc igitur plane veram divinamque justitiam manifestaturum se promittit iis, qui fuerint in Parœmiarum doctrina exercitati.

9. Rursus cum peccata alia sint involuntaria, alia a pravo animo oriantur, non eadem quoque in his regula est æqui. Ponamus enim fornicationem esse judicandam, duasque esse meretrices. Sed una quidem lenoni vendita, necessario in malo versatur, quæstum per corpus hero malo afferens : altera vero sponte se peccato ob voluptatem mancipat. Aliter utique **105** datur venia involuntariis : aliter ea quæ ex prava voluntate fiunt, condemnantur. Rursus unus aliquis peccavit, prave ab initio educatus ; quippe et a parentibus injustis procreatus introivit in vitam, et inter verba factaque iniqua nutritus fuit ; alter vero multa habens virtutis incitamenta, educationem honestissimam, admonitionem parentum, magistrorum disciplinam, auditionem divinorum sermonum, castigatam moderatamque diætam, et alia quibus anima ad virtutem instituitur ; postea tamen delapsus est et ipse in simile peccatum ; nonne jure ac merito qui ejusmodi est, supplicio graviori punietur? Nam ille quidem de solis salutaribus subsidiis animo nostro inspersis accusabitur, quod eis non probe sit usus : sed hic insuper, quod omne auxilium sibi datum prodiderit, imprudenterque in pravam vitam abreptus sit. Itaque justitiam veram intelligere, animi est vere magni, mentisque perfectissimæ. Fortasse autem habet et promissionem, fore, ut qui in Proverbiis eruditus fuerit, possit de cætero ad accuratam theologiæ contemplationem animum adjungere. Nam vera justitia Christus est, *Qui factus est nobis sapientia a Deo, et justitia, et sanctificatio, et redemptio* [18]. Accedit etiam ad veræ justitiæ cognitionem, ut judicium dirigatur [19]. Nam fieri non potest, ut qui prius in justitiæ cognitione eruditus non fuerit, ambiguas res recte dijudicare possit. Neque enim Salomon ipse, nisi in seipso æqui ac recti rationes exquisitas habuisset, celeberrimum illud judicium quod de puero inter meretrices protulit, tam recte appositeque potuisset efferre. Cum enim testibus careret quæ ab utraque dicebantur, ad naturam cucurrit ; ejusque ope quæ ignorabantur invenit.

σύνη, ἡ μέν τις ἐν ἡμῖν στρεφομένη, ἡ τοῦ ἴσου διανομή. Ἐὰν γὰρ καὶ μὴ τυγχάνωμεν αὐτοῦ κατὰ ἀκρίβειαν, ἀλλὰ γνώμῃ τῇ δικαιοτάτῃ ποιοῦντες, οὐκ ἀποπίπτομεν τοῦ σκοποῦ. Ἡ δέ τις οὐρανόθεν ἐπαγομένη παρὰ τοῦ δικαίου κριτοῦ, ἥ τε ἐπανορθωτικὴ καὶ ἡ ἀνταποδοτική, ἧς πολὺ τὸ δυσθεώρητον διὰ τὸ ὕψος τῶν ἐναποκειμένων αὐτῇ δογμάτων. Τοῦτο γὰρ οἶμαι λέγειν τὸν Ψαλμῳδόν· *Ἡ δικαιοσύνη σου ὡς ὄρη Θεοῦ*. Ἐπαγγέλλεται οὖν ταύτην τὴν ὄντως ἀληθῆ καὶ θείαν δικαιοσύνην φανερὰν καταστήσειν τοῖς ἐγγεγυμνασμένοις τῇ παροιμιώδει διδασκαλίᾳ.

9. Πάλιν ἐπειδὴ τῶν ἁμαρτανομένων τὰ μὲν ἀκούσιά ἐστι, τὰ δὲ ἀπὸ γνώμης πονηρᾶς ἁμαρτάνεται, καὶ ὁ τοῦ δικαίου ὅρος οὐχ ὁ αὐτὸς ἐπὶ τούτοις. Ὑποθώμεθα γὰρ πορνείαν εἶναι τὸ κρινόμενον, καὶ πόρνας δύο. Ἀλλ' ἡ μὲν, πορνοβοσκῷ πραθεῖσα, πρὸς ἀνάγκην ἐστὶν ἐν τῷ κακῷ, τὴν ἐκ τοῦ σώματος ἐργασίαν τῷ πονηρῷ δεσπότῃ παρεχομένη· ἡ δὲ διὰ τὴν ἡδονὴν ἑκουσίως ἑαυτὴν ἐπιδοῦσα τῇ ἁμαρτίᾳ. Ἄλλως οὖν τὰ ἀκούσια τυγχάνει συγγνώμης, καὶ ἄλλως τὰ ἐκ μοχθηρᾶς προαιρέσεως κατακρίνεται. Πάλιν ὁ μέν τις ἥμαρτε, πονηρῶς τὸ ἐξ ἀρχῆς τεθραμμένος· καὶ γὰρ καὶ ὑπὸ γονέων ἀδίκων εἰς τὸν βίον παρῆχθη, καὶ συνετράφη καὶ ῥήμασι καὶ πράξεσι παρανόμοις· ἄλλος δὲ πολλὰ ἔχων τὰ προκαλούμενα αὐτὸν εἰς ἀρετὴν· ἀνατροφὴν σεμνοτάτην, νουθέτησιν γονέων, διδασκάλων ἀκρίβειαν, ἀκρόασιν λόγων θειοτέρων, δίαιταν κατεσταλμένην, τὰ ἄλλα οἷς ψυχὴ παιδαγωγεῖται πρὸς ἀρετήν· εἶτα καὶ αὐτὸς εἰς τὴν ὁμοίαν ἁμαρτίαν ὑπώλισθε· πῶς οὐχὶ βαρυτέρας δικαίως ὁ τοιοῦτος τῆς τιμωρίας ἀξιωθήσεται; Ὁ μὲν γὰρ ἐπὶ μόναις ταῖς κατεσπαρμέναις ἐν ταῖς ἐννοίαις ἡμῶν σωτηρίοις ἀφορμαῖς ἐγκληθήσεται, ὡς οὐ χρησάμενος αὐταῖς ὑγιῶς· ὁ δὲ πρὸς τούτῳ, καὶ ὡς προδεδωκὼς πᾶσαν τὴν δεδομένην αὐτῷ συνέργειαν, καὶ δι' ἀπροσεξίαν εἰς τὸν πονηρὸν βίον κατασυρείς. Τὸ οὖν νοῆσαι τὴν ἀληθῆ δικαιοσύνην μεγάλης ὄντως διανοίας καὶ φρενὸς τελειοτάτης. Μήποτε δὲ καὶ ἐπαγγελίαν ἔχει (20), τὸν τὰ παροιμιακὰ παιδευθέντα δυνήσεσθαι λοιπὸν ἐπιβαλεῖν τῇ ἀκριβείᾳ τῆς θεολογίας. Ἡ γὰρ ἀληθὴς δικαιοσύνη ἐστὶν ὁ Χριστὸς, *Ὃς ἐγενήθη ἡμῖν σοφία ἀπὸ Θεοῦ, δικαιοσύνη τε καὶ ἁγιασμὸς, καὶ ἀπολύτρωσις*. Συνέζευκται τῷ (21) γνῶναι δικαιοσύνην ἀληθῆ τὸ κρῖμα κατευθῦναι. Ἀμήχανον γὰρ τὸν μὴ προπαιδευθέντα περὶ τοῦ δικαίου δύνασθαι τὰς ἀμφισβητήσεις ὀρθῶς διακρῖναι. Οὐδὲ γὰρ αὐτὸς Σολομὼν, εἰ μὴ εἶχε τοὺς περὶ τοῦ δικαίου λόγους ἀκριβεῖς ἐν ἑαυτῷ, ἠδύνατο τὴν πολυθρύλλητον ἐκείνην κρίσιν οὕτως ὀρθῶς καὶ εὐθυβόλως ἐξενεγκεῖν, ἣν ἔκρινε ταῖς πόρναις περὶ τοῦ παιδίου. Ἐπειδὴ γὰρ ἀμάρτυρα ἦν τὰ παρ' ἑκατέρας λεγόμενα, ἐπὶ τὴν φύσιν ἐχώρησε, καὶ δι' αὐτῆς εὗρε τὰ ἀγνοούμενα (22)· τῆς μὲν ἀλλοτρίας

[17] Psal. xxxv, 7. [18] I Cor. i, 30. [19] Prov. i, 3, juxta LXX.

(20) Hic vox βίβλος subaudienda, *fortasse et habet promissionem hic liber*, Proverbiorum videlicet. Mox Reg. primus λοιπὸν ἐπιβάλλειν. Nec ita multo infra Colb. tertius ὃς ἐγεννήθη σοφία ἡμῖν.

(21) Colb. tertius συνέζευκται δὲ τῷ. Statim editi ἀμήχανον γὰρ καὶ μή. Veteres quatuor libri γὰρ μή. Colb. tertius γὰρ τὸν μή, recte. Subinde idem codex ὀρθῶς διακρίνειν.

(22) Regii primus et secundus τὸ ἀγνοούμενον.

Digitized by Google

ἀπαθῶς καταδεξαμένης τοῦ παιδίου τὴν ἀναίρεσιν, τῆς δὲ ἀληθοῦς μητρὸς διὰ τὴν φυσικὴν φιλοστοργίαν οὐδὲ τὴν ἀκοὴν ἀνασχομένης τοῦ πάθους. Ὁ οὖν εἰδὼς τὴν ἀληθῆ δικαιοσύνην, καὶ δι' αὐτῆς διδαχθεὶς τὸ οἰκεῖον ἀπονέμειν ἑκάστῳ, οὗτος δύναται κατευθύνειν τὸ κρῖμα. Ὥσπερ γὰρ ὁ τοξότης πρὸς τὸν σκοπὸν ἀπευθύνει τὸ βέλος, οὔτε ὑπερβολαῖς, οὔτε ἐλλείψεσιν, οὔτε ταῖς ἐφ' ἑκάτερα παρατροπαῖς ἀποπλανῶν τὴν τοξείαν· οὕτως ὁ κριτὴς τοῦ δικαίου καταστοχάζεται, οὔτε πρόσωπα λαμβάνων (γνωρίζειν (23) γὰρ πρόσωπον ἐν κρίσει οὐ καλόν), οὔτε ποιῶν κατὰ πρόσκλισιν (24), ἀλλ' εὐθείας καὶ ἀδιαστρόφους ἐκφέρων τὰς κρίσεις. Καὶ δύο κρινομένων παρ' αὐτῷ, τοῦ τε πλεονεκτοῦντος καὶ τοῦ τὸ ἔλαττον ἔχοντος, ἔστηκεν ὁ κριτὴς ἐπανισῶν αὐτοὺς πρὸς ἀλλήλους, καὶ τοσοῦτον ἀφαιρῶν τοῦ ὑπερέχοντος, ὅσον ἐλαττούμενον εὑρίσκει τὸν ἀδικούμενον. Ὁ δὲ τὴν ἀληθῆ δικαιοσύνην μὴ ἔχων προεναποκειμένην αὐτοῦ τῇ ψυχῇ, ἀλλ' ἢ χρήμασι διεφθαρμένος, ἢ φιλίᾳ χαριζόμενος, ἢ ἔχθραν ἀμυνόμενος, ἢ δυναστείαν δυσωπούμενος, τὸ κρῖμα κατευθύνειν οὐ δύναται. Πρὸς ὃν ἐρεῖ ὁ ψαλμὸς τό· *Εἰ ἀληθῶς ἄρα δικαιοσύνην λαλεῖτε, εὐθείας κρίνατε* (25), *υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων*. Ἔλεγχος γὰρ τῆς τοῦ δικαίου διαθέσεως ἡ περὶ τὸ κρίνειν ὀρθότης. Ὅθεν καὶ αὐτὸς προϊὼν ἀπαγορεύει λέγων· *Στάθμιον μέγα καὶ μικρὸν* (26), *βδελυκτὰ παρὰ Κυρίῳ*, τὸ περὶ τὴν κρίσιν ἄνισον τῇ τῶν σταθμίων προσηγορίᾳ παροιμιακῶς αἰνισσόμενος. Οὐ μόνον δὲ τοῖς δικάζουσι τοῦτο χρήσιμον, ἀλλὰ καὶ ταῖς περὶ ἑκάστου τῶν κατὰ τὸν βίον ἐκλογαῖς. Ἐπειδή τι ἔχομεν παρ' ἑαυτοῖς κριτήριον φυσικὸν, δι' οὗ τὰ καλὰ τῶν πονηρῶν διακρίνομεν, ἀναγκαῖον ἡμῖν ἐν τῇ ἐκλογῇ τῶν πρακτέων ὀρθὰς ποιεῖσθαι τῶν πραγμάτων τὰς διακρίσεις· καὶ, οἷόν τινα δικαστὴν ἴσῃ καὶ δικαιοτάτῃ γνώμῃ τοῖς ἐναντίοις βραβεύοντα, πείθεσθαι μὲν τῇ ἀρετῇ, καταδικάζειν δὲ τὴν κακίαν (27). Οἷον πορνεία καὶ σωφροσύνη παρὰ σοὶ κρίνεται, καὶ ὑψηλὸς προκαθέζεταί σου ὁ νοῦς πεπιστευμένος τὸ δικαστήριον· καὶ ἡ μὲν ἡδονὴ συνηγορεῖ τῇ πορνείᾳ, ὁ δὲ φόβος τοῦ Θεοῦ τῇ σωφροσύνῃ συνίσταται. Ἐὰν μὲν οὖν καταδικάσῃς τὴν ἁμαρτίαν, δῷς δὲ νικῆσαι τὴν σωφροσύνην, εὐθεῖαν ἐποιήσω τὴν κρίσιν τοῦ πράγματος· ἐὰν δὲ, τῇ ἡδονῇ δοὺς τὴν ῥοπὴν, προτιμοτέραν ἀποφήνῃς τὴν ἁμαρτίαν, σκολιὸν ἐποιήσω τὸ κρῖμα, ὑπόδικος γενόμενος τῇ ἁρᾷ τοῦ εἰπόντος· *Οὐαὶ οἱ λέγοντες*

A Et vero aliena sine ulla commiseratione pueri necem approbabat : vera autem mater ob naturalem caritatem ne cædem quidem audire sustinuit [20]. Qui igitur novit justitiam veram, atque ab ea suum cuique distribuere didicit, is judicium dirigere potest. Ut enim sagittarius jaculum ad scopum dirigit, si neque excedens, neque deficiens, neque in alterutram partem declinans a sagittariorum arte aberrat ; sic judex ad id quod justum est collineat, si nullam habeat personarum rationem (personam enim in judicio cognoscere bonum non est [21]), et si in agendo nullo modo in alterutram partem declinet, sed proferat judicia recta nihilque obliqui habentia. Jam si fuerint duo ab ipso judicandi, quorum alter plus æquo, alter minus B habeat, stat judex ambos inter se exæquans, et tantum aufert ei qui plus satis habet, quantum ei qui injuriam accepit, deesse deprehendit. Sed qui justitiam veram non habet, in anima sua prius insitam, sed aut pecuniis **106** corruptus est, aut amicitiæ favet, aut inimicitiam ulciscitur, aut potestatem reveretur, is judicium dirigere non potest. Cui in psalmo dicitur : *Si vere utique justitiam loquimini, recta judicate, filii hominum* [22]. Judicium enim animi ejus, qui erga æquum ac jus bene afficitur, rectitudo est inter judicandum. Unde et ipse in sequentibus prohibet, dicens : *Pondus magnum et parvum, abominabilia apud Dominum* [23], inæqualitatem judicii per ponderum appellationem in C proverbii modum adumbrans. Nec hoc solum judicantibus utile est, sed idem confert etiam ad singulas res in vita seligendas. Cum enim habeamus in nobis judicium quoddam naturale, quo bona a malis secernimus ; necesse nobis est in iis quæ agenda sunt eligendis, recte quasque res discernere ; et, quasi judicem aliquem, qui æquabili ac justissimo animo de contrariis judicet, tum virtuti obsecundare, tum vitium condemnare. Exempli causa, scortatio et pudicitia apud te judicantur, et excelsa tua mens ejusmodi judicio sibi commisso præsidet ; atque voluptate scortationi favente, timor Dei suppetias venit castimoniæ. Quod si damnato peccato, victoriam pudicitiæ dederis, de re sententiam rectam tulisti : sin autem ad voD luptatem inclinans, præferendum esse peccatum pronunties, obliquum fecisti judicium, obnoxius

[20] III Reg. III, 25 seqq. [21] Prov. XXIV, 23. [22] Psal. LVII, 2. [23] Prov. XX, 10.

(23) Apud LXX pro γνωρίζειν legitur αἰδεῖσθαι, *revereri personam in judicio non est bonum*. Eodem sensu alius interpres scripsit αἰσχύνεσθαι. Sed Aquila, Symmachus et Theodotio habent ἐπιγινώσκειν, *cognoscere*, etc. Colb. tertius γνωρίζειν γὰρ πρόσωπα, *nam cognoscere personas*, etc.

(24) Editio Paris. κατὰ πρόκλησιν, male. Editio Basil. et codex Oliv. cum aliis quatuor mss. πρόσκλησιν, non multo melius. Reg. primus cum sacro textu πρόσκλισιν, optime. Notat vir eruditissimus Ducæus, emendatum fuisse codicem Oliv. in eoque additam fuisse vocem πρόσκλισιν.

(25) Reg. secundus κρίνετε.

(26) Editio Paris. στάθμιον μέγα καὶ μικρὸν, καὶ μέτρα δισσὰ, βδελυκτὰ παρὰ Κυρίῳ, *pondus magnum et parvum, et mensuræ duplices, abominabilia apud Dominum* : sed illud, καὶ μέτρα δισσά, deest in editione Basil. et in nostris quinque codicibus ; ob idque has voces delevimus. Pro βδελυκτά apud LXX legitur ἀκάθαρτα, *immunda sunt* : sed lectioni Basilianæ favet Vulgata, in qua sic legimus, *Pondus et pondus, mensura et mensura, utrumque abominabile apud Deum*.

(27) Colbertini duo codices τῆς κακίας : quorum unus aliquanto post habet καταδικάσῃς τῆς ἁμαρτίας, alter τὴν ἁμαρτίαν.

Digitized by Google

exsecrationi ejus, qui dixit: *Væ qui dicitis amarum dulce, et dulce amarum: qui dicitis lucem tenebras, et tenebras lucem* [24].

A cum ait: *Si linguis hominum loquar et angelorum*[78] Jam vero *verbi* duplex est intelligentia: alterum enim voce profertur, quod posteaquam prolatum est, in aere perit: alterum vero internum est, inque animis nostris insitum, verbum scilicet mentis. Est et aliud verbum, oratio artificiosa. Vide ne te decipiat vox ambigua. Quomodo enim erat in principio verbum humanum, cum homo principium ortus atque originem posterius acceperit? Ante hominem bestiæ, ante hominem pecora, reptilia omnia tum terrestria tum aquatica, volucres cœli, stellæ, sol, luna, herbæ, semina, terra, mare, cœlum. Non igitur in principio erat verbum humanum, sed ne angelorum quidem. Nam creatura omnis posterior sæculis est, accepto a conditore B exsistendi principio. Verbum autem quod insitum in animo est, et ipsum singulis quæ intellecta sunt, recentius est. Sed verbum prout Deo convenit interpretare. Nam cum de Unigenito ad te loqueretur, Verbum ipsum dixit. Quemadmodum igitur et lucem paulo post dicet, et vitam, et resurrectionem; neque tamen, cum audis lucem, ad sensibilem hanc et oculis visibilem lucem recurris; neque cum vitam audis, communem hanc intelligis, quam bruta etiam animalia vivunt: ita quoque cum Verbum audis, cave incidas mentis imbecillitate in terrenas humilesque cogitationes, sed vocis significationem perscrutare. Cur Verbum? Ut perspicuum sit processisse ex mente. Cur Verbum? Quia citra passionem genitum est. Cur Verbum? C Quia imago est genitoris, totum in seipso genitorem ostendens, nihil inde separans, et per se perfectum exsistens: quemadmodum et verbum nostrum totius nostræ cogitationis refert imaginem. Etenim quæ in corde cogitavimus, ea verbo proferimus, idque quod loquimur, reconditi in corde conceptus imago est et simulacrum. Nam ex cordis abundantia promitur verbum. Ac **137** quidem cor nostrum est veluti fons quidam: prolatum vero verbum, est veluti rivulus aliquis, qui ex hoc fonte emanat. Tantum igitur est id quod profluit, quantum id quod primum emergit; et quale est id quod occultum est, tale est quoque quod apparet. Verbum igitur dixit, tibi ut ostendat D Patris generationem passioni non subjici, teque doceat divinam Filii substantiam perfectam esse, denique ut per hæc æternam Filii cum Patre con-

[78] I Cor. XIII, 1.

(11) Colb. primus ἀλλὰ γὰρ τοῦ. Aliquanto post editi et duo mss. ἀέρι ἀπολλύμενος. Alii quatuor mss. ἐναπολλύμενος. Subinde editi Ὅρα οὖν. Vox ultima in mss. non invenitur.

(12) Colb. primus παρακρούσῃ. Haud longe vocem ὅσα ex libris duobus Colbertinis addidimus. Subinde unus mss. βοτάνη.

(13) Colb. primus τὸν γεννηθέντα, male. Nec ita multo infra Colb. tertius τοῦτο τῷ ῥήματι.

(14) Colbertini duo mss. λόγος προφέρεται. Alii et editi φέρεται. Mox iidem duo mss. ἐκ τῆς πηγῆς τοῦ νοῦ ῥέων

(15) Antiqui tres libri πρώτως φερόμενον. Mox mss. nonnulli καὶ οἷον τὸ κεκαλυμμένον.

(16) In verbo illo, θεολογήσῃ, videtur inesse vis aliqua propria, quasi Basilius dicat: Joannes apostolus substantiam Filii tam divinam exhibet, ut cæcutiat necesse sit, qui non videt eam cum perfecta divinitate conjunctam esse, sic ut Filii divinitas Patris divinitati par sit omnino et æqualis. Quod sequitur, ἐν τῇ ἰδίᾳ συστάσει, sic interpretari licet, *in sua substantia*, aut *in sua naturali constitutione*, aut *in sua natura*, hoc est *in se*.

Digitized by Google

junctionem commonstret. Nam et verbum nostrum, mentis fetus, citra passionem generatur; neque enim secatur, neque dividitur, neque fluit, sed mens tota in sua natura permanens, verbum totum et absolutum producit, atque id verbum quod procedit, omnem mentis generantis virtutem in se complectitur. Postquam igitur tantum ad Unigeniti theologiam ex verbi voce desumpseris, quantum pium fuerit, tum quidquid alienum esse ac dissentaneum repereris, id devita, omnique studio prætergredere. *In principio erat Verbum.* Quodsi dixisset: In principio erat Filius, tibi in mentem una cum Filii appellatione venisset quædam passionis cogitatio. Quoniam enim quæ apud nos generant, tempore generant, et cum passione generant, idcirco hæc occupaturus, *Verbum* dixit, animam tuam illæsam servaret.

ται, οὔτε μερίζεται, οὔτε ῥέει· ἀλλὰ μένων ὅλος ὁ νοῦς ἐν τῇ ἰδίᾳ συστάσει, ὅλον τὸν λόγον καὶ ἀπηρτισμένον ὑφίστησι· καὶ προελθὼν ὁ λόγος, πᾶσαν τοῦ γεννήσαντος νοῦ τὴν δύναμιν ἐν ἑαυτῷ περιέχει. Ὅσον οὖν εὐσεβὲς, τοσοῦτον λαβὼν πρὸς τὴν τοῦ (17) Μονογενοῦς θεολογίαν ἐκ τῆς τοῦ λόγου φωνῆς· ὅπερ ἂν εὕρῃς ἀπεμφαῖνον καὶ ἀνάρμοστον φαινόμενον, τοῦτο παραίτησαι, καὶ ὑπέρβηθι μηχανῇ πάσῃ. *Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος.* Εἰ δὲ εἶπεν· Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Υἱὸς, τῇ προσηγορίᾳ τοῦ Υἱοῦ συνεισῆλθεν ἂν σοι ἡ περὶ τοῦ πάθους ἔννοια. Ἐπειδὴ γὰρ (18) παρ' ἡμῖν τὰ γεννῶντα χρόνῳ γεννᾷ, καὶ ἐμπαθῶς γεννᾷ, διὰ τοῦτο προλαβὼν, *Λόγον* εἶπε, προδιορθούμενος τὰς ἀπρεπεῖς ὑπολήψεις, ἵνα σου τὴν ψυχὴν ἄτρωτον διασώσηται.

suspiciones absonas in antecessum corrigens, ut animam tuam illæsam servaret.

4. *Et Verbum erat apud Deum.* Rursus, *Erat*, ob eos qui impie dicunt quod non erat. Ubi erat *Verbum?* Non in loco: quandoquidem in loco non continentur quæ circumscribi non possunt. Sed ubi erat? *Apud Deum.* Neque Pater in loco, neque Filius in ambitu ullo, aut certa circumscriptione comprehenditur: sed infinitus Pater, infinitus est Filius. Quidquid cogitaveris, et quocunque spiritu tuo perrexeris, omne id Deo plenum invenies: ubique offendes pariter coextensam Filii hypostasim. *Et Verbum erat apud Deum.* Admirare cujuscunque vocis accuratum delectum. Non dixit: In Deo erat Verbum, sed *Apud Deum*, ut hypostaseos proprietatem declararet. Non dixit: In Deo, ut ne confundendæ hypostaseos daret occasionem. Nam prava illa est blasphemia eorum, qui commiscere omnia conantur; dicuntque Patrem et Filium et Spiritum sanctum, unum esse subjectum, atque rei uni nomina diversa ascribi. Impietas pessima, nec minus fugienda quam eorum qui ore blasphemo affirmant Filium Dei Deo et Patri secundum substantiam dissimilem esse. *Et Verbum erat apud Deum.* Deinde posteaquam Verbi vocem ad ostendendam generationis apathiam adhibuit, statim et noxam eam quæ ex Verbi nomine accedere poterat, curavit. Atque semet quasi ex blasphemantium calumnia **138** eximens, Quid, inquit, est Verbum? *Deus erat Verbum.* Ne mihi artificiose comminiscare quasdam verborum distinctiones, neve maligno tuo artificio convicium ullum doctrinæ Spiritus asper-

4. *Καὶ ὁ Λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεόν.* Πάλιν τὸ, *Ἦν*, διὰ τοὺς βλασφημοῦντας, ὅτι οὐκ ἦν. Ποῦ ἦν ὁ *Λόγος*; Οὐκ ἐν τόπῳ· οὐ γὰρ περιέχεται τόπῳ τὰ ἀπερίγραπτα. Ἀλλὰ ποῦ ἦν; *Πρὸς τὸν Θεόν.* Οὔτε ὁ Πατὴρ ἐν τόπῳ, οὔτε ὁ Υἱὸς ἐν περιοχῇ τινι καὶ περιγραφῇ ὁμολογουμένῃ κατειλημμένος· ἀλλ' ἄπειρος μὲν ὁ Πατὴρ, ἄπειρος δὲ ὁ Υἱός. Πᾶν ὅπερ ἂν νοήσῃς, καὶ ὅπουπερ ἂν πορευθῇς τῷ πνεύματί σου, τοῦ Θεοῦ εὑρήσεις πεπληρωμένον· πανταχοῦ συμπαρεκτεινομένην εὑρήσεις τοῦ Υἱοῦ τὴν ὑπόστασιν. *Καὶ ὁ Λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεόν.* Θαύμασον τὴν ἀκρίβειαν ἑκάστης φωνῆς· οὐκ εἶπεν, Ἐν τῷ Θεῷ ἦν ὁ Λόγος· ἀλλὰ, *Πρὸς τὸν Θεόν*· ἵνα τὸ ἰδιάζον τῆς ὑποστάσεως παραστήσῃ. Οὐκ εἶπεν, Ἐν τῷ Θεῷ, ἵνα μὴ πρόφασιν δῷ τῇ συγχύσει τῆς ὑποστάσεως. Πονηρὰ γὰρ κἀκείνη ἡ βλασφημία τῶν φύρειν τὰ πάντα ἐπιχειρούντων, καὶ ἓν τὸ ὑποκείμενον (19) λεγόντων, Πατέρα καὶ Υἱὸν καὶ ἅγιον Πνεῦμα, προσηγορίας δὲ διαφερούσας τῷ ἑνὶ πράγματι ἐπιφημίζεσθαι. Πονηρὰ ἡ ἀσέβεια, καὶ φευκτὴ οὐχ ἧττον τῶν ἀνόμοιον εἶναι κατ' οὐσίαν τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ βλασφημούντων. *Καὶ ὁ Λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεόν.* Εἶτα συγχρησάμενος τῇ τοῦ Λόγου φωνῇ πρὸς τὴν παράστασιν τῆς κατὰ τὴν γέννησιν (20) ἀπαθείας, ταχὺ καὶ τὸ ἐκ τοῦ Λόγου βλάβος ἐγγινόμενον ἡμῖν παρεμυθήσατο. Καὶ οἷον ἁφαρπάζων αὐτὸν τῆς συκοφαντίας τῶν βλασφημούντων, *Τί*, φησὶν, ἐστὶν ὁ Λόγος; *Θεὸς ἦν ὁ Λόγος.* Μή μοι τεχνολόγει διαφορᾶς τινας (21) λόγων, μηδὲ ἐκ τῆς σῆς κακοτεχνίας ποοστρίψῃς τινὰ βλασφημίαν τῇ

(17) Antiqui duo libri et editi εἰς τὴν τοῦ. Alii quatuor mss. πρὸς τὴν τοῦ. Haud longe editi et duo mss. ὑπέρβηθι. Alii tres ὑπέρβα.

(18) Addita est vocula γάρ ex duobus codicibus.

(19) Libri vulgati, quibus fortasse Reg. primus addi potest, καὶ ἓν τὸ ὑποκείμενον, *unum subjectum esse.* Reg. tertius et Colb. itidem tertius cum Coisl. καὶ ἐν τῷ ὑποκειμένῳ, *in subjecto esse:* ubi ἓν, *in*, depravate positum videtur pro ἕν, *unum.* Colb. primus et alii duo mss. καὶ ἓν τῷ ὑποκειμένῳ, *dicentium Patrem et Spiritum sanctum esse aliquid unum subjecto.* Facile quidem intelligitur voculam ἐν, quam alii aliter acceperunt, locum his variis lectionibus dedisse: sed quomodo legi debeat, non ita liquet. Puto autem parum referre, utrum legatur ἓν τὸ ὑποκείμενον, *unum subjectum esse*, an τῷ ὑποκειμένῳ, *unum esse subjecto*, cum sensus eodem semper recidat. Hactenus de scribendi ratione. Quod autem ad ipsam sententiam attinet, mihi dubium non est quin hic confutentur Sabelliani: quod in causa est, cur suspicer hic voce ὑποκείμενον nihil aliud nisi ὑπόστασιν significari, hoc est, *personam.* Mox mss. nonnulli προσηγορίας δὲ διαφόρους.

(20) In Colb. tertio scriptum invenimus κατὰ γένεσιν.

(21) Antiqui tres libri διαφορᾶς τινων. Haud procul Colb. primus τινὰς βλασφημίας.

Digitized by Google

διδασκαλίᾳ τοῦ Πνεύματος. Ἔχεις τὴν ἀπόφασιν· ὑποτάγηθι τῷ Κυρίῳ. *Θεὸς ἦν ὁ Λόγος· οὗτος ἦν ἐν ἀρχῇ πρὸς τὸν Θεόν.* Πάλιν ἀνακεφαλαιοῦται ἐν ὀλίγοις ῥήμασι πᾶσαν ἑαυτοῦ τὴν θεολογίαν, ἣν περὶ τοῦ Μονογενοῦς ἡμῖν ὁ εὐαγγελιστὴς παρέδωκεν. *Οὗτος τίς* (22); *Οὗτος*, ὁ Λόγος ὁ Θεός. Ἐπειδὴ γάρ σοι διήρθρωσε τὴν περὶ αὐτοῦ ἔννοιαν, οἷον ἐντυπώσας σου τῇ ψυχῇ διὰ τῆς διδασκαλίας τὰ ἀγνοούμενα, καὶ ἐνοικίσας τὸν Λόγον Χριστὸν (23) ἐν τῇ καρδίᾳ σου, *Οὗτός* φησι. Ποῖος *οὗτος*; Μὴ ἔξω διαβλέψῃ, διὰ τῆς δεικτικῆς φωνῆς τὸν ὑποδεικνύμενόν σοι περισκοπῶν, ἀλλ' εἴσελθε εἰς τὰ κρυπτὰ τῆς σεαυτοῦ ψυχῆς, καὶ ὃν ἐδιδάχθης Θεὸν τὸν ἐν ἀρχῇ ὄντα, τὸν ὡς Λόγον προελθόντα, τὸν πρὸς τὸν Θεὸν ὄντα, τοῦτον γνωρίσας καὶ καταπλαγείς, καὶ προσκυνήσας (24) τὸν σεαυτοῦ Δεσπότην, τόν σοι διὰ τῆς διδασκαλίας ἐνιδρυθέντα, γνώριζε, ὅτι οὗτος ἦν ἐν ἀρχῇ· τουτέστιν, ἀεὶ πρὸς τὸν Θεὸν τὸν ἑαυτοῦ Πατέρα. Ταύτας μοι τὰς ὀλίγας φωνὰς (25) διασώσατε, ὥσπερ σφραγῖδα ταῖς μνήμαις ὑμῶν ἐνσημηνάμενοι. Αὗται ἀῤῥαγέστατον ἔσονται τεῖχίον πρὸς τὰς τῶν ἐπιβουλευόντων καταδρομάς· αὗται φυλακτήριόν εἰσι τῶν ψυχῶν σωτήριον τοῖς προβαλλομένοις αὐτάς. Ἂν τίς σοι προσελθὼν λέγοι (26)· Οὐκ ὤν, ἐγεννήθη· εἰ γὰρ ἦν, πῶς ἐγεννήθη; ὡς δαιμόνων φωνὴν ἀποτρέπου τὴν κατὰ τῆς δόξης τοῦ Μονογενοῦς βλασφημίαν. Αὐτὸς δὲ ἐπανελθὼν ἧκε πρὸς τὰς τῶν Εὐαγγελίων φωνάς· *Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος, καὶ ὁ Λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεόν, καὶ Θεὸς ἦν ὁ Λόγος. Οὗτος ἦν ἐν ἀρχῇ πρὸς τὸν Θεόν.* Τέταρτον εἰπὲ τὸ, *Ἦν* (27), καὶ καταργήσεις αὐτῶν τὸ, Οὐκ ἦν. Οὕτοι ἀσειστοι μενέτωσαν οἱ θεμέλιοι τῆς πίστεως. Τούτοις ἐποικοδομήσομεν, Θεοῦ διδόντος, καὶ τὰ λειπόμενα. Οὐ γάρ ἐστι δυνατὸν περὶ πάντων ὑμῖν εἰς ἅπαξ διαλεχθῆναι, μήποτε τῇ ἀμετρίᾳ τοῦ λόγου ἄχρηστα ποιήσωμεν ὑμῖν τὰ φιλοπόνως συνειλεγμένα. Ἀτονοῦσα γὰρ ἡ διάνοια πάντων ὁμοῦ περιδράξασθαι, ὁμοιον πάσχει γαστρὶ τῇ διὰ τὴν ὑπερβολὴν τοῦ κόρου εἰς πέψιν ἀγαγεῖν τὰ παραπεμφθέντα μὴ δυναμένῃ. Εὔχομαι οὖν ὑμᾶς γλυκανθῆναι μὲν τῇ γεύσει, ὠφεληθῆναι δὲ τῇ ἀναδόσει. Αὐτὸς δὲ ἕστηκα ὑμῖν ἕτοιμος πρὸς τὴν διακονίαν τῶν λειπομένων, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

A gas. Habes sententiam : subditus esto Domino. *Deus erat Verbum : hoc erat in principio apud Deum* [19]. Rursus evangelista omnem suam theologiam quam de Unigenito nobis tradidit, paucis verbis in summam redigit. Quodnam *Hoc? Hoc*, Verbum Deus. Postquam enim ejus tibi conceptum distincte expressit, in tuoque animo per doctrinam quasi insculpsit quæ ignorabas, ac Verbum Christum in tuum cor velut in domum introduxit, ita demum hanc vocem profert, *Hoc*. Quale *Hoc?* Foras ne respice, eum, qui per demonstrantem vocem tibi ostenditur, circumspecturus : sed in occultos animæ tuæ recessus ingredere, et quem didicisti Deum in principio exsistere, procedere velut Verbum, apud Deum versari, hunc cognoscens admiransque, et tuum Dominum in te per doctrinam B residentem adorans, scito quod hic erat in principio : hoc est, semper apud Deum Patrem suum. Has mihi paucas voces servate, illas quasi sigillum in vestra memoria imprimentes. Hæ futuræ sunt murus firmissimus adversus insidiantium incursus : hæ animarum sunt salutare munimentum, iis, qui ipsas prætendent ac opponent. Si quis te adorsus dixerit : Cum non esset, genitus est, si enim erat, quomodo genitus est? hanc istam adversus gloriam Unigeniti calumniam dæmonum quasi vocem aversare. Tu autem reversus confugito ad Evangeliorum voces : *In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum. Hoc erat in* C *principio apud Deum.* Dic quater, *Erat*, atque hoc eorum convicium, Non erat, facies irritum. Hæc fidei fundamenta maneant inconcussa. Super hæc, Deo dante, ædificabimus et reliqua. Neque enim possumus omnia vobis simul explanare ; ne forte quæ diligenter a vobis collecta sunt, oratione prolixiore irrita reddamus. Mens enim quæ apprehendendis simul omnibus impar est, haud aliter se habet ac venter, qui ob nimiam saturitatem sumptos cibos concoquere non potest. Opto igitur ut hæc et gustando dulcescant, et concoquendo prosint. Ego autem vobis ea quæ supersunt, paratus sum ministrare : in Christo Jesu Domino nostro, cui gloria et imperium in sæcula sæculorum. Amen.

[19] Joan. I, 1, 2.

(22) Hic usi sumus interpunctione, quæ reperitur in Colbertinis secundo et tertio : quippe visa est nobis aptior, quam quæ legitur in aliis tum editis tum mss.

(23) Sic mss. non pauci. Vox Χριστόν in editis desideratur. Mss. Colb. primus ἔξω περιβλέψῃ.

(24) Colbertini duo mss. καταπλαγεὶς προσκύνησον. Aliquanto post Reg. primus Οὗτος ἦν ὁ ἐν ἀρχῇ.

(25) Reg. primus τὰς λογικὰς φωνάς, male. Mox D idem codex σφραγῖδα ταῖς γνώμαις ὑμῶν. Nec ita multo infra unus mss. ἔσονται τεῖχος. Ibidem Reg. primus τῶν ἐπιβούλων καταδρομάς.

(26) Unus codex λέγῃ. Haud longe Reg. primus φωνὴν ἀποστρέφου.

(27) Editi τέταρτον τὸ εἰπὲ, Ἦν. At mss. tres uti in contextu. Mox editi et duo mss. ἐποικοδομήσομεν. Alii quatuor mss. ἐποικοδομήσωμεν.

Digitized by Google

HOMILIA XVII.

In Barlaam martyrem.

1. Antea quidem sanctorum mors planctu et lacrymis cohonestabatur. Joseph deflevit acriter mortuum Jacob [80], atque Moysis mortem Judæi haud parum planxere [81]; multis quoque lacrymis **139** Samuelem condecorarunt [82] : nunc vero exsultamus in sanctorum obitu. Tristium namque natura post crucem mutata est; nec amplius sanctorum mortem lamentis prosequimur : sed tripudiis divinis circum illorum sepulcra choreas ducimus. Somnus enim justis mors est. Imo potius ad vitam meliorem profectio. Hinc martyres, dum mactantur, exsultant. Nam desiderium vitæ beatioris dolorem cædis enecat. Ad coronas martyr respicit, non ad pericula; non horret plagas, sed palmas numerat; non videt lictores in terra flagris cædentes, sed angelos e cœlo gratulantes animo intuetur; præmia æterna spectat, non temporalia pericula. Splendidum et apud nos jam arrhabonem obtinent, cum inter divinas acclamationes omnium plausu celebrentur, populumque frequentissimum e sepulcris congregent.

2. Hoc ipsum sane in forti ac strenuo Barlaam hodie factum est. Insonuit enim bellica martyris tuba, et pietatis milites, ut cernitis, convocavit. Annuntiatus præconio est jacens Christi athleta, et statim Ecclesiæ theatrum ad convolandum impulit. Et quemadmodum fidelium Dominus aiebat : *Qui credit in me, etiamsi mortuus fuerit, vivet* [83]; mortuus est strenuus ille Barlaam, et tamen conventus publicos congregat : consumptus in sepulcro est, et tamen invitat ad convivium. Nunc tempus nobis est exclamandi : *Ubi sapiens? ubi scriba? ubi conquisitor hujus sæculi* [84]? Vir agrestis nobis est

A

ΟΜΙΛΙΑ ΙΖ'.

Εἰς Βαρλαὰμ μάρτυρα (28).

1. Πρότερον μὲν τῶν ἁγίων οἱ θάνατοι κοπετοῖς ἐκοσμοῦντο καὶ δάκρυσιν· ἔκλαυσε σφοδρῶς Ἰωσὴφ τὸν Ἰακὼβ τεθνεῶτα (29), ἐκόψαντο καὶ τὴν Μωϋσέως τελευτὴν οὐ μικρῶς Ἰουδαῖοι· πολλοῖς καὶ τὸν Σαμουὴλ τετιμήκασι δάκρυσι· νῦν δὲ ταῖς τῶν ὁσίων τελευταῖς ἐνσκιρτῶμεν. Ἡ γὰρ τῶν λυπηρῶν μετὰ τὸν σταυρὸν μεταβέβληται φύσις. Οὐκέτι θρήνοις τοὺς τῶν ἁγίων δορυφοροῦμεν (30) θανάτους, ἀλλ' ἐνθέοις χορείαις τοῖς ἐκείνων ἐπορχούμεθα τάφοις. Ὕπνος γὰρ τοῖς δικαίοις ὁ θάνατος. Μᾶλλον δὲ πρὸς κρείττονα ζωὴν ἐκδημία. Ἐντεῦθεν σκιρτῶσι σφαττόμενοι μάρτυρες. Ὁ γὰρ τῆς μακαριωτέρας ζωῆς (31) πόθος τὴν τῆς σφαγῆς ὀδύνην νεκρὰν ἀπεργάζεται. Οὐ βλέπει τοὺς κινδύνους, ἀλλὰ τοὺς στεφάνους ὁ μάρτυς· οὐ φρίττει τὰς πληγάς, ἀλλ' ἀριθμεῖ τὰ βραβεῖα· οὐχ ὁρᾷ τοὺς κάτω μαστιγοῦντας δημίους, ἀλλὰ τοὺς ἄνωθεν εὐφημοῦντας ἀγγέλους φαντάζεται· οὐ σκοπεῖ τῶν κινδύνων τὸ πρόσκαιρον (32), ἀλλὰ τὸ τῶν ἐπάθλων αἰώνιον. Λαμπρὸν καὶ παρ' ἡμῖν ἤδη τὸν ἀῤῥαβῶνα καρποῦνται, ταῖς παρὰ πάντων ἐνθέοις εὐφημίαις κροτούμενοι, καὶ μυρίους ἐκ τάφων σαγηνεύοντες δήμους (33).

2. Τοῦτο δὴ τὸ τῷ γενναίῳ τήμερον Βαρλαὰμ πεπραγμένον. Ἤχησε γὰρ ἡ πολεμικὴ τοῦ μάρτυρος σάλπιγξ, καὶ τοὺς τῆς εὐσεβείας ὁπλίτας, ὡς ὁρᾶτε, συνήγαγεν. Ὁ τοῦ Χριστοῦ κείμενος ἀθλητὴς ἐκηρύχθη, καὶ τὸ τῆς Ἐκκλησίας ἀνεπτέρωσε θέατρον. Καὶ ὡς ἔλεγε (34) τῶν πιστῶν ὁ Δεσπότης· *Ὁ πιστεύων εἰς ἐμέ, κἂν ἀποθάνῃ, ζήσεται*· τέθνηκεν ὁ γενναῖος Βαρλαάμ, καὶ συγκροτεῖ πανηγύρεις· κατανάλωται τάφῳ, καὶ συγκαλεῖ πρὸς ἑστίασιν. Νῦν ἡμῖν ἀναβοῆσαι καιρός· *Ποῦ σοφός; ποῦ γραμματεύς; ποῦ συζητητὴς τοῦ αἰῶνος τούτου;* Ἄγροικος ἡμῖν σήμερον ὁ ἀήττητος τῆς εὐσεβείας;

[80] Genes. L, 1. [81] Deut. XXXIV, 8. [82] I Reg. XXV, 1. [83] Joan. XI, 25. [84] I Cor. I, 20.

(28) Noster Reg. secundus εἰς τὸν ἅγιον Βαρλαὰμ τὸν ἐν Ἀντιοχείᾳ μαρτυρήσαντα, *in sanctum Barlaam, qui Antiochiæ martyrium passus est.* Hanc orationem pulchram sane et elegantem esse nemo negaverit : sed Basilii an Chrysostomi sit, dubitari potest. Ea de re in Præfatione nostro more disputamus.

(29) Colb. primus Ἰακὼβ τεθνηκότα. Mox editi οἱ Ἰουδαῖοι. Articulus in mss. non invenitur. Nec ita multo infra editi ἐπὶ ταῖς.... σκιρτῶμεν. In eo autem consentiunt antiqui libri, quod in omnibus vocula ἐπί desit : sed in duobus pro σκιρτῶμεν scriptum invenimus ἐνσκιρτῶμεν, et ita edere libuit.

(30) Editi et tres mss. δορυφοροῦμεν, *comitamur satellitum in morem.* Reg. primus δωροφοροῦμεν, *donamus*, seu *cohonestamus.* Mox unus ms. aut alter ἐπαυχώμεθα τάφοις. Haud longe editi ὕπνος δέ. At mss. Ὕπνος γάρ. Subinde, ubi in editis et in uno veteri libro legitur κρείττω, in aliis quibusdam scriptum reperi κρείττονα

(31) Colb. primus Ὁ γὰρ τῆς μακαριωτέρας καταστάσεως ἔρως, *felicioris cujusdam status amor.*

(32) Antiqui tres libri κινδύνων τὸ πρόσφορον. At Colb. primus et editi πρόσκαιρον, recte.

(33) Utraque editio et Reg. tertius λαμπρὸν καὶ παρ' ἡμῖν ἤδη τὸν ἀῤῥαβῶνα καρποῦται ταῖς παρὰ πάντων ἐνθέοις εὐφημίαις κροτούμενος, καὶ μυρίους ἐκ τάφων σαγηνεύων δεσμίους, *vinctos quam plurimos congregans*; nec secus habet Reg. primus, nisi quod in eo pluraliter legitur καρποῦνται... κροτούμενοι... σαγηνεύοντες. Colb. primus δ.... καρποῦνται..., ἐκ τάφου σαγηνεύοντες δήμους. Reg. secundus λαμπρὸν καὶ παρ' ἡμῖν ἥδιστον καὶ τερπνὸν ἀῤῥαβῶνα καρποῦται... σαγηνεύων δήμους : at in reliquis nihil dissentit ab editis. Codex quidam Combef. ἐκ τάφου σαγηνεύων δήμους. Ita hunc locum resarcire visum est, ut ex aliquibus mss. numerum multitudinis mutuaremur, ex fide vero quorumdam codicum pro δεσμίους edendum curaremus δήμους. Quibus aliter videbitur, aliter legant, per nos licet.

(34) Colb. primus θέατρον. Καλῶς ἔλεγε... Δεσπότης Χριστός. Aliquanto post Reg. primus καὶ μετὰ θάνατον συγκροτεῖ. Subinde Colb. primus pro ἑστίασιν habet τράπεζαν.

Digitized by Google

διδάσκαλος (35), ὃν εἶλκε μὲν τύραννος ὡς εὐάλωτον θήραμα, ἔγνω δὲ μετὰ τὴν πεῖραν (36) ὁπλίτην ἀχείρωτον· ὃν ἐγέλα μὲν παρακεκομμένα φθεγγόμενον, ἔφριξε δὲ ἀγγελικὰ νεανιευόμενον. Οὐ γὰρ συνεβαρβάριζεν ὁ τρόπος τῷ τῆς γλώττης ὀργάνῳ, οὐδὲ ταῖς συλλαβαῖς συγχωλεύων ὁ λογισμὸς ἐωρᾶτο· ἀλλ' ἦν δεύτερος Παῦλος, μετὰ τοῦ Παύλου (37) φθεγγόμενος· *Εἰ καὶ ἰδιώτης τῷ λόγῳ, ἀλλ' οὐ τῇ γνώσει.* Ἐνάρκησαν μαστίζοντες δήμιοι, ἀλλ' ἀκμαιότερος ὁ μάρτυς εὑρίσκετο· αἱ τῶν ξεόντων ἐξενευρίζοντο χεῖρες, ἀλλ' ὁ τοῦ ξεομένου λογισμὸς οὐκ ἐκάμπτετο. Τὰς τῶν νεύρων αἱ μάστιγες ἁρμονίας παρέλυσαν, ἀλλ' ὁ τῆς πίστεως ἀκριβέστερον ἐπεσφίγγετο τόνος. Διασκαπτόμεναι πλευραὶ (38) δεδαπάνηντο, ἀλλ' ἡ τοῦ φρονήματος ἤνθει φιλοσοφία. Τῆς σαρκὸς αὐτοῦ τὸ πλέον νενέκρωτο, ἀλλ' ὡς μήπω τῶν ἀγώνων ἀρξάμενος ἥκμαζεν. Ὅταν γὰρ ὁ τῆς εὐσεβείας ἔρως τὴν ψυχὴν προκατάσχῃ, ἅπαν αὐτῇ πολέμων καταγέλαστον εἶδος, καὶ πάντες αὐτὴν ὑπὲρ τοῦ ποθουμένου καταξέοντες τέρπουσι μᾶλλον ἢ πλήττουσι. Μαρτυρεῖ μοι τῶν ἀποστόλων ὁ πόθος, τερπνὰς αὐτοῖς ποτε τὰς παρὰ Ἰουδαίων ἐργαζόμενος μάστιγας. *Ἐπορεύοντο* γάρ, φησὶ, *χαίροντες ἀπὸ προσώπου τοῦ συνεδρίου, ὅτι ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ κατηξιώθησαν* (39) *ἀτιμασθῆναι.* Τοιοῦτος καὶ ὁ σήμερον ἡμῖν ὁπλίτης ὑμνούμενος· εὐφροσύνην τὰς κολάσεις ἡγούμενος, ῥόδοις τισὶ βάλλεσθαι νομίζων ταῖς μάστιξι· τὰς τῆς ἀσεβείας αἰκίας (40) δραπετεύων ὡς βέλη, καπνοῦ σκιὰν τὸν δικαστικὸν θυμὸν λογιζόμενος· τάγματα δορυφόρων ἀπηγριωμένα γελῶν· ὡς ἐπὶ στεφάνοις τοῖς κινδύνοις χορεύων· ταῖς πληγαῖς ὡς τιμαῖς εὐφραινόμενος· ταῖς σφοδροτέραις τιμωρίαις ὡς βραβείοις ἐνσκιρτῶν λαμπροτέροις· ξίφη διαπτύων γυμνούμενα· χεῖρας δημίων ὡς κηροῦ μαλακωτέρας δεχόμενος· κολαστήριον ξύλον ὡς σωτήριον ἀσπαζόμενος· κλείσμασι δεσμωτηρίων (41) ὡς λειμῶσι τερπόμενος· βασάνων ἐπινοίαις ὡς ἀνθέων ποικιλίαις ἡδόμενος· πυρὸς εὐτονωτέραν δεξιὰν κεκτημένος· ὃ δὴ τελευταῖον αὐτῷ παρὰ τῶν πολεμούντων προσῆκτο μηχάνημα. Βωμὸν γὰρ πρὸς τὴν τῶν δαιμόνων σπονδὴν ἀνακαύσαντες, ἱστᾶσι παρ' αὐτῷ (42) ἀγαγόντες τὸν μάρτυρα, καὶ τῷ βωμῷ

A hodie invictus magister pietatis, quem ut prædam captu facilem tyrannus trahebat, sed expertus, eum agnovit armigerum insuperabilem : quem deridebat rustice loquentem, sed angelico robore vigentem reformidavit. Nec enim una cum linguæ organo barbarus erat animus, neque una cum syllabis mens claudicare videbatur : sed alter erat Paulus, cum Paulo dicens : *Etsi imperitus sermone, sed non scientia* [85]. Obtorpuerunt carnifices cædendo ; sed martyr inveniebatur vegetior. Fatiscebant lacerantium manus, sed ejus qui lacerabatur animus non flectebatur ; flagra compagem exsolverunt nervorum, sed fidei vigor tenacius astringebatur. Perfossa latera absumebantur : sed mentis philosophia efflorebat. Enecta erat carnis illius pars major ; at B quasi necdum certamina exorsus, vigebat. Cum enim pietatis amor animam occupat, tum ipsa omne pugnarum genus irridet ; et quicunque illam rei adamatæ causa cædunt, delectant magis quam excruciant. Testimonio mihi est illud **140** apostolorum desiderium, quo Judæorum verbera olim suavia ipsis et grata reddebantur. *Ibant* enim, inquit, *gaudentes a conspectu concilii, quod digni habiti essent qui pro ejus nomine contumeliam paterentur* [86]. Talis est et ille miles qui hodie nobis celebratur. Hic tormenta pro gaudio duxit : hic dum cæderetur, rosis peti se rebatur. Impietatis damna tanquam tela fugiebat ; judicis iram habebat pro fumi umbra. Satellitum efferatos ordines irridebat, qui scilicet C ob pericula velut ob coronas tripudiaret. Plagis affectus perinde lætabatur, ac si honore afficeretur. Suppliciis acrioribus ita exsultavit, quasi præmia lautissima accepisset. Despuebat gladios nudos, manus tortorum sustinebat tanquam cera molliores, supplicii lignum velut salutare osculabatur, septis carcerum ceu pratis gaudebat, excogitatis tormentis veluti variis floribus oblectabatur. Dexteram habuit igne firmiorem : quod postremum tormentum ei ab inimicis admotum est. Etenim libamen dæmonibus facturi ignem aræ cum imposuissent, adductum martyrem ante eam sistunt, atque dextram supinam super altare protendere jubentes, manu velut ærea ara abusi sunt, ardente

[85] II Cor. xi, 6. [86] Act. v, 41.

(35) Antiqui duo libri et editi ἡ ἀήττητος τῆς εὐσεβείας διδασκαλία, male. Codices Combefisiani ὁ ἀήττητος τῆς εὐσεβείας διδάσκαλος, bene, nec aliter in nostro Reg. secundo legitur, nisi quod articulus ante vocem ἀήττητος eo in libro non invenitur. Paulo post idem Reg. secundus ὡς αἰχμάλωτον θήραμα.

(36) Utraque editio et Reg. tertius μετὰ τὴν θήραν, *post prædam*, corrupte. At Colb. primus et Reg. secundus μετὰ τὴν πεῖραν, *post experimentum*, incorrupte.

(37) Colb. primus τοῦ Παύλου. Articulus in editis desideratur. Mox unus ms. ἰδώτης εἰμί.

(38) Reg. primus διακοπτόμεναι πλευραί. Aliquanto post Colb. primus ἀγώνων ἁψάμενος, sensu non dissimili. Subinde in uno ms. pro πολέμων legitur πολεμίων

(39) Colb. primus ὀνόματος Χριστοῦ κατηξ., *pro nomine Christi.* Statim Reg. secundus ὁ σημερινὸς ἡμῖν.

(40) Utraque editio et duo mss. ἀσεβείας σκιας, *impietatis umbras.* Colb. primus ἀσεβείας αἰκίας *impietatis damna, noxas ;* et ita, opinor, legi præstat, ne vox σκιά bis continenter legatur. Mox idem Codex ὡς στεφάνῳ.

(41) Rursus idem Codex κλείσμασι δεσμωτηρίοις.

(42) Utraque editio παρ' αὐτῷ. Antiqui tres libri παρ' αὐτόν. Mox utraque editio et Reg. tertius χαλκῷ θυσιαστηρίῳ, *ara ærea.* Colb. primus et Reg. secundus χαλκῷ θυμιατηρίῳ, *thuribulo æreo.* Suspicari fortasse quispiam possit hoc loco legendum esse θυμιατηρίῳ, *thuribulo ;* nec diffitebimur videri hanc vocem primo aspectu magis convenire : tamen cum

Digitized by Google

thure in ea maligne imposito. Sperabant enim fore, ut vi ignis devicta manus thus in aram necessario ac velociter excuteret. Heu varias impiorum præstigias! Quoniam, inquiunt, vulneribus innumeris animum pervicacis illius luctatoris non fleximus, illius certe manum per flammam flectamus. Quoniam artibus diversis animum non concussimus, certe igni admotam dexteram quatiamus. Sed ne illa quidem spes his miseris profuit. Etenim flamma quidem manum perrosit : sed tamen manus permansit flammam quasi cinerem ferens. Non dedit tergum sævienti igni fugitivorum in morem : sed immota perstitit contra flammam strenue dimicans, atque martyri facultatem dans Prophetæ verba proferendi : *Benedictus Dominus Deus meus, qui docet manus meas ad prælium, et digitos meos ad bellum* [87]. Ignis enim cum manu confligebat ; sed ignis vincebatur. Flammam inter et dexteram martyris instruebatur lucta ; sed dextera novam quamdam luctaminum victoriam habebat : quandoquidem per mediam manum transeunte flamma, manus adhuc ad luctam porrigebatur. O manum igne pertinaciorem! o manum ab igne flecti nesciam! o ignem a manu vinci edoctum? Vi ignis ferrum emollitum cedit : æs paret ignis potentiæ ; vinci ab eodem et lapidum duritiæ solet. Nunc vero ignis vehementia quæ domat omnia, dexteram exurens nequaquam flexit.

A τὴν δεξιὰν ὑπτίαν ἐπαιωρῆσαι κελεύσαντες, ὡς χαλκῷ θυσιαστηρίῳ τῇ χειρὶ κατεχρήσαντο, λιβανωτὸν αὐτῇ κακούργως ἐνθέντες φλεγόμενον. Ἤλπιζον γὰρ τῇ τοῦ πυρὸς βίᾳ τὴν χεῖρα καταπαλαισθεῖσαν, ἀνάγκῃ τῷ βωμῷ ταχέως λιβανωτὸν ἐπαφήσειν. Φεῦ τῆς πολυπλόκου τῶν ἀσεβῶν μαγγανείας! Ἐπειδὴ μυρίοις, φησὶ, τὴν (43) γνώμην οὐκ ἐκάμψαμεν τραύμασι, κάμψωμεν ἐν φλογὶ τοῦ φιλονείκου παλαιστοῦ κἂν τὴν χεῖρα. Ἐπειδὴ ποικίλαις μηχαναῖς τὴν ψυχὴν οὐκ ἐσείσαμεν, τὴν δεξιὰν γοῦν πυρὶ προσαγαγόντες σαλεύσωμεν. Ἀλλ' οὐδὲ ταύτης οἱ δείλαιοι τῆς ἐλπίδος ἀπώναντο. Ἡ μὲν γὰρ φλὸξ τὴν χεῖρα διέτρωγεν (44)· ἔμενε δὲ ἡ χεὶρ, ὡς τέφραν τὴν φλόγα βαστάζουσα. Οὐκ ἔδωκε τῷ πολεμοῦντι πυρὶ κατὰ τοὺς φυγάδας τὰ νῶτα, ἀλλὰ

B ἄτρεπτος εἱστήκει κατὰ φλογὸς ἀριστεύουσα, καὶ τὰς τοῦ Προφήτου λέγειν τῷ μάρτυρι διδοῦσα φωνάς· *Εὐλογητὸς Κύριος ὁ Θεός μου, ὁ διδάσκων τὰς χεῖράς μου εἰς παράταξιν, καὶ τοὺς δακτύλους μου εἰς πόλεμον.* Πῦρ γὰρ χειρὶ συνεπλέκετο, καὶ τοῦ πυρὸς τὰ τῆς ἥττης εὑρίσκετο. Φλογὶ καὶ μάρτυρος δεξιᾷ συνεκροτεῖτο πάλη, ἀλλ' ἦν τῆς δεξιᾶς καινή τις τῶν παλαισμάτων ἡ νίκη, τῆς μὲν φλογὸς διὰ μέσου τῆς χειρὸς ἐκπιπτούσης, τῆς χειρὸς δὲ ἔτι τεταμένης (45) πρὸς πάλην. Ὦ χειρὸς φιλονεικοτέρας πυρός! ὦ χειρὸς, κάμπτεσθαι πυρὶ μὴ μαθούσης! ὦ πυρὸς, ἡττᾶσθαι χειρὶ διδαχθέντος! Σίδηρος τῇ τοῦ πυρὸς εἴκει τυραννίδι χαυνούμενος· χαλκὸς τῇ τοῦ πυρὸς παραχωρεῖ δυναστείᾳ· οἵδε τούτῳ καὶ λίθων ἀντιτυπία νικᾶσθαι. Ἀλλ' ὁ πάντα τοῦ πυρὸς βιαζόμενος τόνος μάρτυρος τὴν δεξιὰν τεταμένην οὐκ ἔκαμψε κατακαίων.

3. Ob id jure optimo posset martyr ad Dominum clamare : *Tenuisti manum dexteram meam,* **141** *et in voluntate tua deduxisti me, et cum gloria suscepisti me* [88]. Quomodo te, o strenue Christi miles, appellabo? Vocabo statuam? Sed multum imminuero tuam constantiam. Ignis enim receptam in se statuam emollit : dexteram vero tuam, ut saltem moveri videretur, non adegit. Ferreumne nominabo? Sed hanc similitudinem fortitudine tua reperio inferiorem. Nam tu solus flammæ suasisti, ut ne manum domaret : tu solus habuisti dexteram aræ loco ; tu solus ardente dextra dæmonum facies alapis percussisti, et tunc quidem in prunas commutata manu, eorum capita colliquefecisti ; nunc vero ea in cineres redacta, ipsorum exercitus calcans excæcas. Quid autem puerili balbutie victorem

C 3. Εἰκότως ἂν ὁ μάρτυς ἐπὶ τούτῳ πρὸς τὸν Δεσπότην βοήσειεν· *Ἐκράτησας τῆς χειρὸς τῆς δεξιᾶς μου, καὶ ἐν τῇ βουλῇ σου ὡδήγησάς με, καὶ μετὰ δόξης προσελάβου με.* Τί σε, ὦ γενναῖε τοῦ Χριστοῦ στρατιῶτα, προσείπω; Ἀνδριάντα καλέσω; Πολύ σε τῆς καρτερίας ἠλάττωσα. Τὸν μὲν (46) γὰρ πῦρ μαλάττει δεξάμενον· σοῦ δὲ τὴν δεξιὰν ὀφθῆναι μόνον κινουμένην οὐκ ἔπεισεν. Ἂν σιδηροῦν ὀνομάσω, καὶ τὴν τοιαύτην τῆς σῆς ἀνδρίας εὑρίσκω λειπομένην εἰκόνα. Σὺ γὰρ μόνος ἔπεισας φλόγα μὴ βιάζεσθαι χεῖρα· σὺ μόνος ἐκτήσω θυσιαστήριον δεξιάν· σὺ μόνος δεξιᾷ φλεγομένῃ τὰ τῶν δαιμόνων ἐῤῥάπισας πρόσωπα, καὶ τότε μὲν ἀπηνθρακωμένῃ χειρὶ τὰς ἐκείνων κεφαλὰς συγκατέτηξας (47)· νῦν δὲ τεφρωθείσῃ ταύτῃ τὰς αὐτῶν στρατιὰς ἀποτυ-

D φλοῖς καταπατῶν. Ἀλλὰ τί παιδικοῖς ἐλαττῶ τὸν

[87] Psal. CXLIII, 1. [88] Psal. LXXII, 24.

vox θυσιαστηρίῳ in sequentibus repetatur, nec tunc mss. ab editis dissideant, potius θυσιαστηρίῳ legi debere arbitramur. Nec quamquam moveat vox *ara*, cum nomine aræ intelligi possit ara parva, quæ non ita multum magnitudine a thuribulo differret : qua de re aliorum erit judicium.

(43) Colb. primus et alter μυρίοις τισὶ τήν. Hoc ipso in loco mss. tres οὐκ ἐκλάσαμεν. Editio utraque οὐκ ἐκάμψαμεν, eodem sensu.

(44) Colb. primus χεῖρα διέτρησεν, *manum perforavit*. Lectio satis idonea. Ibidem Reg. primus ἔμεινε.

(45) Reg. primus ἔτι τστραμμένης. Mox utraque editio κάμπτεσθαι πυρός, male. At mss. πυρί, bene. Nec ita multo infra duo mss. τῇ τῆς φλογὸς εἴκει.

(46) Utraque editio τὸ μέν, depravate : at in mss. emendate legitur τὸν μὲν, ἀνδριάντα videlicet. Aliquanto infra editio Paris. et Reg. secundus ἂν σίδηρον, *vocabone ferrum?* Editio Basil. ἂν σιδηροῦν, *vocabone ferreum*, bene.

(47) Editi et Reg. tertius συγκατέτηξας, *colliquefecisti*. Alii tres mss. aut etiam tribus plures συγκατέφλεξας, *combussisti*. Poterit ad suum quisque arbitrium hoc aut illo modo legere, cum utraque scriptura satis apta esse videatur.

Digitized by Google

ἀριστέα ψελλίσμασι (48); Ταῖς μεγαλοπρεπεστέραις τοίνυν τὸν εἰς αὐτὸν ὕμνον παραχωρήσωμεν γλώτταις· τὰς μεγαλοφωνοτέρας τῶν διδασκάλων ἐπ' αὐτῷ καλέσωμεν σάλπιγγας. Ἀνάστητέ μοι νῦν, ὦ λαμπροὶ τῶν ἀθλητικῶν κατορθωμάτων ζωγράφοι· τὴν τοῦ στρατηγοῦ κολοβωθεῖσαν εἰκόνα ταῖς ὑμετέραις μεγαλύνατε τέχναις. Ἀμαυρότερον παρ' ἐμοῦ τὸν στεφανίτην γραφέντα τοῖς τῆς ὑμετέρας σοφίας περιλάμψατε χρώμασιν. Ἀπέλθω τῇ τῶν ἀριστευμάτων τοῦ μάρτυρος παρ' ὑμῶν νενικημένος γραφῇ· χαίρω τὴν τοιαύτην (49) τῆς ὑμετέρας ἰσχύος σήμερον νίκην ἡττώμενος. Ἴδω τῆς χειρὸς πρὸς τὸ πῦρ ἀκριβέστερον παρ' ὑμῶν γραφομένην τὴν πάλην· ἴδω φαιδρότερον ἐπὶ τῆς ὑμετέρας τὸν παλαιστὴν γεγραμμένον εἰκόνος. Κλαυσάτωσαν δαίμονες, καὶ νῦν ταῖς τοῦ μάρτυρος ἐν ὑμῖν ἀριστείαις πληττόμενοι. Φλεγομένη πάλιν αὐτοῖς ἡ χεὶρ καὶ νικῶσα δεικνύσθω. Ἐγγραφέσθω τῷ πίνακι καὶ ὁ τῶν παλαισμάτων ἀγωνοθέτης Χριστός· ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

A magnum deprimo? Locum martyris laudandi cedamus linguis magnificentioribus, atque vociliores doctorum tubas ad id præconium invitemus. Exsurgite nunc mihi, o præclari athleticorum gestorum pictores. Mutilatam hujus ducis imaginem artibus vestris adornate. Coronatum athletam obscurius a me depictum, solertiæ vestræ coloribus illustrate. Velim abeam victus a vobis, egregia martyris facta pictura repræsentaturis: gaudeam tali hodie per vestram dexteritatem victoria superatus. Videam manus et ignis inter se luctam a vobis accuratius expressam: videam luctatorem in vestra imagine splendidius depictum. Plorent dæmones, ob martyris victorias per vos hodieque prostrati. Manus ardens et victrix denuo eis ostendatur. Depingatur in tabella et certaminum præfectus Chri- B stus; cui gloria in sæcula sæculorum. Amen.

ΟΜΙΛΙΑ ΙΗ'.

Εἰς Γόρδιον τὸν μάρτυρα (50).

1. Νόμος ἐστὶ φύσεως ταῖς μελίσσαις μὴ ἀπαίρειν τῶν σίμβλων πρὶν ἂν ὁ βασιλεὺς αὐτῶν τῆς πτήσεως ἀφηγήσηται. Ἐπεὶ οὖν καὶ τὸν λαὸν Κυρίου εἶδον νῦν πρῶτον ἐπὶ τὰ οὐράνια ἄνθη, τοὺς μάρτυρας, ἐξιόντα, ζητῶ τὸν ἡγεμόνα. Τίς ὁ κινήσας τὸν πολὺν τοῦτον ἐσμόν; τίς ὁ τὴν χειμερινὴν κατ- C ήφειαν εἰς ἐαρινὴν φαιδρότητα μεταστήσας; Νῦν γὰρ δὴ πρῶτον ὁ λαὸς, οἱονεὶ σίμβλων τινῶν, τῆς πόλεως προχυθέντες, τὸν προπόλεον κόσμον (51), τὸ σεμνὸν τοῦτο καὶ πάγκαλον τῶν μαρτύρων στάδιον, πανδημεὶ κατειλήφασιν. Ἐπεὶ οὖν καὶ ἡμᾶς ἀναστῆσαν ἦγαγε τὸ θαῦμα τοῦ μάρτυρος, ἐκλαθομένους τῆς ἀσθενείας, δεῦρο δὴ καὶ αὐτοὶ τῇ κατὰ δύναμιν ᾠδῇ, οἷόν τινι ἄνθει τῶν τοῦ ἀνδρὸς ἔργων περιβομβήσωμεν, ὅσιά τε ποιοῦντες καὶ τοῖς παροῦσιν ἅμα κεχαρισμένα· *Ἐγκωμιαζομένου γὰρ δικαίου, εὐφρανθήσονται λαοί*, ὁ σοφὸς ἡμῖν ἀρτίως ἔλεγε Σολομών. Καίτοιγε ἠπόρουν κατ' ἐμαυτὸν, τί ποτε ἄρα βούλεται τῷ παροιμιαστῇ τὸ αἴνιγμα. Ἆρα, ὅτι, ῥήτορός τινος ἢ λογογράφου δεινοῦ D συνθέντος λόγον πρὸς τὴν τῶν ἀκουόντων ἔκπληξιν, ἦχῳ τινὶ κεκομψευμένῳ κατακτυποῦντι τὰς ἀκοὰς, εὐφραίνονται οἱ λαοὶ, τήν τε εὕρεσιν τῶν νοημάτων, καὶ τὴν διάθεσιν, καὶ τὸ τῆς λέξεως πομπικὸν καὶ

HOMILIA XVIII.

In Gordium martyrem.

1. Naturæ lex est apibus, ab alvearibus non prius abire, quam rex earum volatui præierit. Quoniam igitur et Domini populum vidi nunc primum ad cœlestes flores martyres exeuntem, quæro ducem. Quis concitavit magnum hoc examen? quis hibernam mœstitiam verna hilaritate commutavit? Nam nunc primum populus ex urbe tanquam ex alvearibus quibusdam effusus ad suburbanum decus, augustum hoc et perpulcrum martyrum stadium, frequentissimus convenit. Itaque cum nos quoque excitatos ac debilitatis oblitos adduxerit martyris miraculum; age sane et ipsi, voce pro viribus edita, bombitemus quasi circum florem gestorum viri illius, operam et piam et astantibus gratam navantes. *Dum* enim *laudatur justus, lætabuntur populi* [19], dicebat nobis modo sapiens ille Salomon; **142** quanquam apud me ipse addubitabam quidnam sibi velit hoc ænigma parœmiastæ. An dicat populum lætari alicujus rhetoris aut oratoris periti, qui orationem ad admirationem audientibus moyendam composuerit, sono quodam, eoque eleganti, auresque circumstrepenti: quod scilicet tum sententiarum inventionem atque dispositionem, tum dictionis pompam atque harmonicum concentum

[19] Prov. xxix, 2.

(48) Colb. primus Ἀλλὰ τί παιδικοῖς ἐλαττώμασι τὸν μάρτυρα ἐγκωμιαζόμενον. Ibidem idem codex Ταῖς μεγαλοπρεπεστέραις τοίνυν. Aberat τοίνυν a vulgatis. Rursus ibidem idem codex et alii duo Regii τὸν εἰς αὐτὸν ὕμνον, emendate. Alius ms. et editi τῶν εἰς αὐτὸν ὑμνων, corrupte. Vox αὐτῷ, quæ mox sequitur, non alio quam ad vocem ὕμνον referri debet.

(49) Utraque editio et Reg. secundus τῇ τοιαύτῃ... νίκῃ. Alii tres mss. τὴν τοιαύτην... νίκην.

(50) Reg. primus Τοῦ αὐτοῦ ἐγκώμιον εἰς τὸν ἅγιον μάρτυρα Γόρδιον, *Ejusdem panegyricus in sanctum martyrem Gordium*. Alii mss.: Τοῦ αὐτοῦ εἰς Γόρδιον τὸν μάρτυρα, *Ejusdem panegyricus in Gordium martyrem*.

(51) Utraque editio τὸν προπύλαιον κόσμον. At sex saltem mss. προπόλεον, et ita edere libuit, etsi probe scio legi in vulgatis lexicis non προπόλεος, sed προπόλιος. Reg. secundus προπόλεων: quæ scriptura licet falsa, nostram tamen scribendi rationem ot ipsa quoque confirmat.

Digitized by Google

mire probat? Sed certe hoc nunquam dixerit, cum nusquam tali dicendi genere usus sit; nec nos hortatus est, ut magnificis verbis et splendidis laudes beatorum prosequamur: qui scilicet pedestrem dictionem locutionemque ornatu carentem ubique prætulerit. Quid igitur est quod dicit? Quod lætantur populi lætitia spirituali, si solum egregia justorum facinora revocent in memoriam: quandoquidem iis quæ audiunt, ad æmulationem imitationemque bonorum inducuntur. Nam virorum qui bene in republica versati sunt historia, quasi quamdam lucem salutem consecuturis affert ad viam vitæ dirigendam. Quapropter simulatque, narrante ipso Spiritu, vitam Moysis audivimus, statim fuimus æmulati virtutem viri, illaque morum mansuetudo [90] unicuique optanda visa est atque laudanda. Et quidem ex verborum amplificatione reliquorum hominum conflantur elogia: sed quod ad justos attinet, gestarum a se rerum veritas satis fuerit ad egregiam eorum veritatem demonstrandam. Quare cum vitas eorum qui pietate claruerunt, enarramus, primum per servos Dominum afficimus gloria; deinde justos testimonio eorum quæ nobis nota sunt laudamus, postremo populum recte factorum auditione exhilaramus. Est enim hortamentum ad castitatem vita Josephi [91]: ineitamentum vero ad fortitudinem historia Sampsonis est [92].

2. Divina igitur schola legem non novit præconiorum: sed gestorum testimonium loco præconiorum habet; quippe quod et sanctis ad laudem sufficiat, et contendentibus ad virtutem satis impertiat utilitatis. Præconiorum namque lex est, patriam investigare, genus ex alto repetere, et educationem referre: sed lex nostra, propinquorum præterita mentione, ex iis quæ cuique propria sunt, elogium ac laudationem complet. Quid enim ego inde splendidior sum et illustrior, si quando urbs gravia magnaque certamina sustinuit, ac fusis hostibus tropæa clara erexit? quid tum, si habet situm ita opportunum, ut et in hieme et in æstate commoda sit? Quod si etiam eadem et virorum ferax sit, et alendis pecoribus idonea, quid mihi ex iis emolumenti? Sed et equorum gregibus omnes quæ sub sole sunt regiones superat. Quid hæc tandem possunt nos ad virtutem hominibus convenientem promovere? An non etiam si de vicini cujuspiam montis cacuminibus disserimus, quomodo nubes transcendant, et quam longissime porrigantur in aerem, nos ipsos decipiemus tum, cum ex his laudes viris tribuerimus? Maxime **143** omnium ridiculum est, spreto a justis orbe toto, nos ex paucis eorum quæ contempserunt, laudes eorum celebrare. Recordatio igitur satis

πρὸς ἁρμονίαν κεκροτημένον ἀποδεχόμενοι; Ἡ τοῦτο μὲν οὐκ ἂν εἶπέ ποτε ὁ μηδαμοῦ τῷ τοιούτῳ εἴδει τῶν λόγων χρησάμενος· οὐδ' ἂν προέτρεψεν ἡμᾶς πανηγυρικῶς ἐμπομπεύειν (52) τοῖς ἐγκωμίοις τῶν μακαρίων ὁ τὸ πεζὸν τῆς λέξεως καὶ τὸ τῆς φωνῆς ἀκατάσκευον πανταχοῦ προτιμήσας. Τί οὖν ἐστιν, ὃ φησιν; Ὅτι εὐφραίνονται λαοὶ εὐφροσύνην πνευματικὴν ἐπὶ μόνῃ τῇ ὑπομνήσει τῶν τοῖς δικαίοις κατωρθωμένων, εἰς ζῆλον καὶ μίμησιν τῶν ἀγαθῶν, ἀφ' ὧν ἀκούουσιν, ἐναγόμενοι. Ἡ γὰρ τῶν εὐπολιτεύτων ἀνδρῶν ἱστορία οἷόν τι φῶς τοῖς σωζομένοις πρὸς τὴν τοῦ βίου ὁδὸν ἐμποιεῖ. Διότι ὁμοῦ τε ἠκούσαμεν διηγουμένου τοῦ Πνεύματος τὸν Μωϋσέως βίον, καὶ εὐθὺς ἡμᾶς ζῆλος εἰσῆλθε τῆς ἀρετῆς τοῦ ἀνδρὸς, καὶ τὸ πρᾶον τοῦ τρόπου ζηλωτὸν ἑκάστῳ καὶ μακαριστὸν κατεφάνη. Τοῖς μὲν γὰρ ἄλλοις ἀνθρώποις ἐκ τῆς τῶν λόγων αὐξήσεως συνίσταται τὰ ἐγκώμια· τοῖς δικαίοις δὲ ἀρκεῖ τῶν πεπραγμένων αὐτοῖς ἡ ἀλήθεια πρὸς τὸ δεῖξαι αὐτῶν τὸ ὑπερβάλλον τῆς ἀρετῆς. Ὥστε, ὅταν διηγώμεθα τοὺς βίους τῶν διαπρεψάντων ἐν εὐσεβείᾳ, δοξάζομεν πρῶτον τὸν Δεσπότην διὰ τῶν δούλων· ἐγκωμιάζομεν δὲ τοὺς δικαίους διὰ τῆς μαρτυρίας ὧν ἴσμεν, εὐφραίνομεν δὲ τοὺς λαοὺς διὰ τῆς ἀκοῆς τῶν καλῶν. Προτροπὴ γὰρ πρὸς σωφροσύνην ὁ βίος τοῦ Ἰωσὴφ, καὶ πρὸς ἀνδρίαν παράκλησις τὰ τοῦ Σαμψὼν διηγήματα.

2. Οὐκ οἶδεν οὖν ἐγκωμίων νόμον τὸ θεῖον διδασκαλεῖον (53), ἀλλὰ τὴν μαρτυρίαν τῶν πεπραγμένων ἀντ' ἐγκωμίων λογίζεται, ὡς καὶ τοῖς ἁγίοις ἐξαρκοῦσαν πρὸς ἔπαινον, καὶ τοῖς ὡρμημένοις πρὸς ἀρετὴν αὐτάρκη οὖσαν εἰς ὠφέλειαν. Ἐγκωμίων μὲν γὰρ νόμος πατρίδα διερευνᾶσθαι (54), καὶ γένος ἀναζητεῖν, καὶ ἀγωγὴν διηγεῖσθαι· ὁ δὲ ἡμέτερος νόμος, τοὺς τῶν γειτόνων λόγους κατασιγάσας, ἀπὸ τῶν ἰδίων ἑκάστου τὴν μαρτυρίαν πληροῖ. Τί γὰρ ἐγὼ παρὰ τοῦτο σεμνότερος, εἰ ἡ πόλις ποτὲ χαλεποὺς καὶ μεγάλους ἀγῶνας διενεγκοῦσα, λαμπρὰ κατὰ τῶν πολεμίων ἀνέστησε (55) τρόπαια; τί δὲ, εἰ θέσεως εὐκαίρως ἔχει, ὡς πρὸς χειμῶνά τε εἶναι καὶ θέρος ἐπιτηδείαν; Εἰ δὲ καὶ ἡ αὐτὴ ἀνδρῶν τέ ἐστιν εὔφορος, καὶ βοσκήματα τρέφειν αὐτάρκης, τί μοι ἐκ τούτων ὄφελος; Ἀλλὰ καὶ ταῖς τῶν ἵππων ἀγέλαις τῆς ὑφ' ἡλίῳ κρατεῖ. Τί οὖν ἡμᾶς δύναται ταῦτα τὴν ἀνθρωπείαν ἀρετὴν βελτίους ποιῆσαι; Ἢ που καὶ τὰς τοῦ γείτονος ὄρους κορυφὰς διηγούμενοι, ὡς ὑπερνεφεῖς τέ εἰσι καὶ ἐπὶ πολὺ τοῦ ἀέρος διανεστήκασιν, ἑαυτοὺς ἀπατήσομεν (56) ὡς τοῖς ἀνδράσι διὰ τούτων ἐκπληροῦντες τὸν ἔπαινον; Πάντων ἐστὶ καταγελαστότατον, ὅλου τοῦ κόσμου παρὰ τῶν δικαίων ὑπεροφθέντος, ἡμᾶς ἐξ ὀλίγων τῶν ἀτιμασθέντων πληροῦν αὐτοῖς τὰ ἐγκώμια. Ἀρκεῖ τοίνυν ἡ μνήμη πρὸς ὠφέλειαν διηνεκῆ. Οὐ γὰρ δὴ ἐκείνοις

[90] Num. xii, 3. [91] Genes. xxxix, 8. [92] Jud. xiv, 5 sqq.

(52) Unus codex ἐκπομπεύειν. Ibidem in Colb. primo pro μακαρίων legitur ἁγίων.
(53) Colb. tertius διδασκάλιον.
(54) Reg. primus διερευνᾷν. Paulo post idem codex διηγήσασθαι. Alius ms. pro ἀγωγὴν habet διαγωγήν.
(55) Unus liber vetus ἔστησε.
(56) Editi et unus ms. ἀπατήσομεν. Alii quatuor mss. ἀπατήσωμεν.

Digitized by Google

χρεία προσθήκης εἰς εὐδοκίμησιν, ἀλλ' ἡμῖν τοῖς ἐν A τῷ βίῳ ἀναγκαία ἡ μνήμη διὰ τὴν μίμησιν. Ὥσπερ γὰρ τῷ πυρὶ αὐτομάτως ἕπεται τὸ φωτίζειν, καὶ τῷ μύρῳ τὸ εὐωδεῖν· οὕτω καὶ ταῖς ἀγαθαῖς πράξεσιν ἀναγκαίως ἀκολουθεῖ τὸ ὠφέλιμον. Καίτοι οὐδὲ τοῦτο μικρὸν, ἀκριβῶς τυχεῖν τῆς ἀληθείας τῶν τότε. Ἀμυδρὰ γάρ τις φήμη (57) πρὸς ἡμᾶς διεδόθη, τὰς ἐπὶ τῶν ἀγώνων ἀνδραγαθίας τοῦ ἀνδρὸς διασώζουσα. Καί πως δοκεῖ τὸ καθ' ἡμᾶς τῷ (58) τῶν ζωγράφων προσεοικέναι. Καὶ γὰρ ἐκεῖνοι, ἐπειδὰν ἐξ εἰκόνων μεταγράφωσι τὰς εἰκόνας, πλεῖστον, ὡς εἰκὸς, τῶν ἀρχετύπων ἀπολιμπάνονται· καὶ ἡμᾶς, αὐτῆς τῆς θέας τῶν πραγμάτων ἀπολειφθέντας, κίνδυνος οὐ μικρὸς τὴν ἀλήθειαν ἐλαττῶσαι. Ἀλλ' ἐπειδὴ ἐνέστηκεν ἡ ἡμέρα ὑπόμνησιν φέρουσα μάρτυρος, ἐπιφανῶς τοῖς ὑπὲρ Χριστοῦ μαρτυρίοις ἐναθλήσαντος, εἴπωμεν ὅσα οἴδαμεν. Οὗτος ἔφυ μὲν ἀπὸ τῆς B πόλεως ταύτης, ὅθεν καὶ μᾶλλον αὐτὸν ἀγαπῶμεν, διότι οἰκεῖος ἡμῖν ὁ κόσμος ἐστίν. Ὥσπερ γὰρ τὰ εὔκαρπα τῶν φυτῶν, οὓς ἂν ἐκθρέψῃ καρποὺς, τῇ οἰκείᾳ γῇ παρατίθεται· οὕτω καὶ οὗτος ἐκ τῶν λαγόνων τῆς ἡμετέρας ἀναδραμὼν, καὶ πρὸς μήκιστον ὕψος τῆς δόξης διαναστὰς, τῇ ἐνεγκούσῃ καὶ θρεψαμένῃ τῶν οἰκείων τῆς εὐσεβείας καρπῶν τὴν ἀπόλαυσιν ἐχαρίσατο. Καλοὶ μὲν γὰρ καὶ οἱ ἐκ τῆς ὑπερορίας καρποὶ, ὅταν ἡδεῖς τε (59) ὦσι καὶ τρόφιμοι· πολλῷ μέντοι ἡδίους τῶν ἐπηλύδων οἱ ἡμεδαποὶ καὶ ἐγχώριοι, πρὸς τῇ ἀπολαύσει ἔτι καὶ καλλωπισμόν τινα ἡμῖν διὰ τῆς οἰκειότητος χαριζόμενοι. Ἐγκατειλεγμένος δὲ (60) στρατείᾳ ἐπιφανεῖ, ὡς ἑκατὸν στρατιωτῶν ἀρχὴν πιστευθῆναι, καὶ σώματος ῥώμῃ C καὶ ψυχῆς ἀνδρίᾳ τοῖς στρατιωτικοῖς καταλόγοις ἐμπρέπων. Ἐπεὶ δὲ (61) ὁ τότε τύραννος τὸ πικρὸν καὶ ἀνήμερον τῆς ψυχῆς μέχρι τοῦ πολέμου τῆς Ἐκκλησίας ἐξέτεινε, καὶ ἦρε χεῖρα θεομάχον κατὰ τῆς εὐσεβείας, κηρύγματα δὲ ἦν πανταχοῦ, καὶ διαγράμματα ἤπλωτο κατὰ πᾶσαν ἀγορὰν καὶ πάντα τόπον ἐπίσημον, μὴ προσκυνεῖσθαι Χριστὸν, ἢ θάνατον εἶναι τὴν ζημίαν τοῖς προσκυνοῦσι· καὶ πρόσταγμα ἦν ὑποκύπτειν εἰδώλοις ἅπαντας, καὶ λίθους καὶ ξύλα χαράγματι τέχνης μεμορφωμένα θεοὺς ἡγεῖσθαι, ἢ τοὺς μὴ πειθομένους πάσχειν ἀνήκεστα· σύγχυσις δὲ ἦν καὶ ταραχὴ διὰ πάσης τῆς πόλεως, καὶ λεηλασίαι κατὰ τῶν εὐσεβούντων· χρήματα διηρπάζετο, πληγαῖς τὰ τῶν φιλοχρίστων σώματα D κατεξαίνετο, γυναῖκες εἵλκοντο διὰ μέσης τῆς (62) πόλεως· οὐ νεότης ἐλεεινὴ, οὐ γῆρας αἰδέσιμον ἦν·

fuerit perpetuæ utilitatis percipiendæ. Nec enim jam opus illis est, ut quidpiam ipsis ad commendationem accedat : sed nobis in hac vita commorantibus ad eos imitandos necessaria recordatio est. Quemadmodum enim ignem naturaliter comitatur illustratio, et unguentum bonus odor : ita quoque bona opera utilitas necessario sequitur. Quanquam ne hoc quidem parvi momenti est, veritatem eorum quæ tunc gesta sunt diligenter assequi. Nam tenuis quædam fama, qua viri illius in certaminibus præclara facinora conservantur, ad nos usque pervenit. Atque quodammodo videmur nos pictoribus consimiles esse. Illi enim cum ex imaginibus imagines depingunt, plurimum, ut constat, desciscunt ab archetypis : sic et periculum non exiguum est, ne nos, qui res ipsas non conspeximus, imminuamus veritatem. At quando adest dies memoriam referens martyris, qui splendide in suis pro Christo testimoniis decertavit, dicamus quæcunque novimus. Hic natus est ex hac urbe; unde etiam eo magis illum diligimus quod proprium nobis ornamentum sit. Quemadmodum enim feraces arbores eos quos nutriunt fructus propriæ terræ ferunt acceptos : sic etiam hic ex nostræ terræ sinu egressus, et ad summam gloriæ altitudinem evectus, patriæ quæ se produxit ac educavit, proprios pietatis fructus dedit fruendos. Boni quidem sunt externi etiam fructus, si et suaves fuerint, et alimento abundantes; sed tamen externis multo jucundiores sunt nostrates ac vernaculi, qui, quod ad nos attineant, præter suavitatem videntur adhuc decus quoddam nobis et ornamentum conferre. Erat autem militiæ ascriptus, in qua locum insignem tenuit; ita ut militibus centum esset præfectus, corporisque robore et animi fortitudine inter militares ordines clareret. Cum igitur tyrannus qui tunc imperabat, amaritudinem animi atque crudelitatem usque ad Ecclesiæ bellum extenderet, tolleretque adversus pietatem manum Deo infensam, et denuntiaretur ubique ac ediceretur in omni foro et in omni loco insigni, ut ne adoraretur Christus, alioquin morte multaretur cultores; cumque præceptum esset, ut omnes adorarent idola, haberentque pro diis lapides et ligna artis cælatura conformata, alioquin si qui dicto audientes non essent, perferrent intolerabilia; cum denique confunderetur turbareturque civitas 144

(57) Illud, Ἀμυδρὰ γάρ τις φήμη, etc., ita Latine reddidit interpres vetus, *nam obscura quædam fama viri hujus præclara facta conservans, ad nos usque venit* : qua in interpretatione vox *obscura*, ut verum fatear, mihi nullo modo placet. Nam fit non raro, ut quod obscurum est, hoc idem dubium sit et incertum. Sic igitur interpretari malim, *nam tenuis quædam fama, qua viri illius in certaminibus præclara facinora conservantur, ad nos usque pervenit*, ut Basilius hoc dicat, ne defuisse quidem tum, cum concionaretur, qui quæ narraret et vidissent et audivissent : sed tamen perpaucos superstites fuisse ob temporis diuturnitatem, quæ effecerat, ut pars maxima senio confecti jam interiissent. Illa igitur fama dicebatur ἀμυδρά, non quod obscura esset aut incerta, sed quod paucorum testium oculatorum testimonio niteretur.

(58) Sic mss. multi. Editi vero τὰ καθ' ἡμᾶς τοῖς. Statim tres mss. μεταγράφουσι.

(59) Sic mss. duo. Vocula τε deerat in vulgatis.

(60) Ἐγκατειλεγμένος δέ. Supplendum ἦν, notandumque illud esse redditionem hujus commatis : Οὗτος ἔφυ μέν..., intermediis per parenthesin appositis. Edit.

(61) Editi ἐπειδὴ ὁ. Unus ms. ἐπεὶ δὲ ὁ. Alius ἐπεὶ δὴ ὁ.

(62) Editio Paris. διὰ πάσης τῆς. Veteres quinque libri διὰ μέσης τῆς.

Digitized by Google

tota, piique essent prædæ expositi, diriperentur pecuniæ, plagis dilaniarentur corpora Christianorum, traherentur mulieres per mediam civitatem ; tum juventus non concitabat misericordiam, nulla senectutis reverentia erat, sed qui nihil admiserant mali, maleficorum subibant supplicia. Angusti erant carceres, desertæ erant domus opulentæ, solitudines refertæ profugis. Crimen autem hæc tolerantium erat pietas. Et pater prodebat filium, et patrem filius indicabat : fratres in fratres furebant, et servi in dominos suos insurgebant. Atque dira quædam nox genus hominum ita invaserat, ut omnes, diabolo ad insaniam adigente, se invicem ignorarent. Diruebantur ædes precationis manibus impiorum, evertebantur altaria, nec erat oblatio ulla, neque suffitus, non locus sacrificandi, sed tristitia ingens velut nebula quædam occupabat omnia, fugabantur Numinis cultores, omnis chorus pietatis erat consternatus : sed dæmones tripudiabant, nidoribus ac sanguine omnia coinquinantes. Tunc strenuus ille vir, antevertens judiciorum necessitatem, abjecto cingulo extorris erat. Spreto igitur magistratu, spreta gloria, spretis divitiis omnis generis, propinquis, amicis, famulis, deliciis vitæ, reliquis, quorum studio homines tenentur, ad profundissimas ac hominibus impervias solitudines confugit, actam cum bestiis vitam societate idololatrarum ducens mansuetiorem, imitatus zelotem Eliam, qui cum idololatriam videret Sidoniæ invalescentem, in montem Choreb profugit, degebatque in spelunca, conquirens Deum, donec vidit optatissimum, quantum homini fas est Deum videre [93].

3. Talis igitur erat et Gordius, qui fugit tumultus civiles, turbam forensem, magistratuum fastum, tribunalia, calumniatores, vendentes, ementes, jurantes, mentientes, verborum turpitudinem, facetias et reliqua omnia, quæ populosæ urbes secum trahunt ita ut cymbæ a magnis navibus trahuntur. Qui cum purgasset aures, purgasset oculos, corque ante omnia purgasset, ut posset Deum videre, ac beatus efficeretur ; vidit ex revelatione, didicit mysteria, non ab hominibus, neque per homines, sed magno usus præceptore Spiritu veritatis. Unde cum vitam reputasset, quam inutilis sit, quam vana, quam omni somnio et umbra fragilior, exstimulatus est vehementius ad supernam vocationem concupiscendam. Ac veluti athleta, jam se jejuniis, vigiliis, precationibus, assiduaque et indesinenti oraculorum Spiritus meditatione satis exercitatum esse, atque ad certamen unctum, animadvertens, illam ipsam diem in qua tota plene civitas, dæmonis bellum amantis diem festum celebratura, certamenque equestre spectatura, theatrum

A distributiones, atque sexcentis ipsos versutiis expugnare nitebatur. Cum autem nihil emollirentur hoc tentamine, transit ad aliud artificii genus. Plagas eis mortemque et suppliciorum intolerabilium periculum intentat. Et hic quidem talia, martyres vero qualia? Quid, inquiunt, offerendis muneribus tuis, o hostis Dei, inescas nos, ut secedamus a Deo vivente, et exitiosis dæmonibus inserviamus? Quid tantum dederis, quantum conaris auferre? Odi munus, quo damnum inferatur: non suscipio honorem dedecoris parentem. Pecunias das hic permansuras, gloriam marcescentem. Notum me facturus es imperatori, sed a vero rege abalienas. Quid parce pauca ex mundanis rebus polliceris? Mundus totus a nobis contemptus est. B Res visibiles cum ea spe quæ nobis in votis est, non queunt comparari. Vides hoc cœlum ut pulchrum aspectu, ut magnum? vides terram, quanta sit, et quæ in ea sunt admirationi? Nihil horum adæquat justorum beatitudinem: siquidem hæc prætereunt, nostra vero manent. Concupisco donum unum, coronam justitiæ: gloriæ unius impotenti desiderio teneor, ejus, quæ est in regno **152** cœlorum. Honorem supernum ambio: gehennæ metuo supplicium. Ignis ille extimescendus mihi est: quem vero vos comminamini, is conservus est. Contemptores idolorum novit revereri. Jacula puerorum puto plagas vestras. Corpus enim cædis, quod, si diutius restiterit, coronam splendidiorem consequetur; sin autem citius defecerit, C liberabitur judicibus tam violentis qui, cum famulatum corporum vobis sumpseritis, adhuc etiam contenditis animis dominari: qui, nisi Deo nostro præferamini, sævitis quasi extrema ignominia a nobis affecti; atque horrenda hæc supplicia intentatis, crimen nobis objectantes pietatem. At offendetis non timidos, neque vitæ cupidos, neque qui facile perterreantur, idque pro Dei dilectione. Nos enim et rotari, et torqueri equuleo, et comburi, et omne tormentorum genus perferre parati sumus.

5. Hæc autem cum audisset superbus ille ac barbarus, haud ferens virorum dicendi libertatem, ira ejus supra modum effervescente, reputabat secum quodnam artificium excogitaret, ut mortem D et longam et amaram simul eis strueret. Invenit tandem ejusmodi artificium, sed attendite quam acerbum et grave. Cum enim considerasset regionis naturam, quod frigida esset, et anni tempus,

discriminatim posse, ex prius dictis patet. Mox Medic., qui est noster Reg. secundus, et Colb. tertius πρὸς τὴν ἐπήρειαν, *assultu*. Lectio non inepta. Alii quidam mss. et editi πρὸς τὴν πεῖραν. Ibidem Reg. primus ἕτερον μέρος τῆς.

(23) Editio Basil. perinde ut nostri quinque mss. ἀπανθοῦσαν, recte. Editio Paris. ἐπανθοῦσαν· quam falsam scripturam secutus interpres, ita hunc locum vertit: *Pecuniam da quæ permaneat ac continuo duret, gloriam quæ semper floreat*: sed a scopo longe aberravit. Potius igitur velim ita interpretere, *Pecunias das hic remansuras, gloriam marcescentem*. Hoc est, *Das pecunias, quæ me non sunt secuturæ post mortem, sed quæ hic remanebunt*; similiter *das gloriam quidem, sed quæ statim instar floris transibit*.

(24) Codex unus et editi μικρολόγων. Alius μικρολόγος. Alii tres μικρολόγως.

(25) Editio Paris. βέλη. Editio Basil. et sex mss. βέλος. Mox mss. non pauci ὅπερ ἐὰν... ἐὰν δέ. Editi et Reg. tertius ὅπερ ἂν.... ἂν δέ.

(26) Reg. secundus seu Med. οἷοι ἡμεῖς, non, ut scribit Ducæus, οἷοί τε ἡμεῖς.

Digitized by Google

quod hibernum, observata nocte in qua maxime malum augebatur, præsertim cum boreas in ipsa tunc spiraret, denudatos omnes jussit sub dio in media civitate congelatos mori. Scitis autem omnino vos, qui hiemem experti estis, quam intolerabile sit illud tormenti genus. Neque enim fieri potest ut id aliis notum sit, nisi quibus post ipsam experientiam suppetunt eorum de quibus loquimur exempla. Corpus enim quod frigori exponitur, primum quidem totum lividum est, sanguine congelato : exinde agitatur ac effervescit, dentibus in se impingentibus, retractis nervis, et mole omni præter voluntatem contracta. Quin et acutus quidam cruciatus, et dolor inenarrabilis ad ipsas usque medullas perveniens, sensu intolerabili algentes afficit. Tum mutilatur, extremis partibus quasi ab igne concrematis. Calor enim ab extremitatibus corporis fugatus, et ad interiora confugiens, partes a quibus abscedit, relinquit mortuas : eas vero ad quas contruditur excruciat, morte paulatim per congelationem accedente. Tunc igitur ea in illos lata sententia est, ut sub dio pernoctarent, cum stagnum, circum quod condita **153** erat civitas, in qua sancti decertabant, esset velut quædam planities equitabilis, glacie illud transmutante, cumque id ex frigore ad continentis naturam redactum, super dorsum iter accolarum pedibus tutum præberet, prætereaque fluvii qui jugiter fluebant, glacie constricti, desiissent manare, et aquarum natura mollior in lapidum duritiem conversa esset, cum denique acres boreæ flatus animantia omnia urgerent ad mortem.

A δεινὸν ἐπιτείνεται, ἄλλως δὲ καὶ (27) τότε βορέου αὐτὴν ἐπιπνέοντος, ἐκέλευσε πάντας γυμνωθέντας ὑπὸ τὸ αἴθριον ἐν μέσῃ τῇ πόλει πηγνυμένους ἀποθανεῖν. Πάντως (28) δὲ ἴστε, οἱ πεπειραμένοι χειμῶνος, ὡς ἀφόρητόν ἐστι τῆς βασάνου τὸ εἶδος. Οὐδὲ γὰρ δυνατὸν ἄλλοις ἐνδείξασθαι ἢ τοῖς προαποκείμενα ἔχουσιν ἐκ τῆς πείρας αὐτῆς τῶν λεγομένων τὰ ὑποδείγματα. Σῶμα γὰρ κρύει παραπεσὰν πρῶτον μὲν ὅλον ἐστὶ πελιδνόν, πηγνυμένου τοῦ αἵματος· ἔπειτα κλονεῖται καὶ ἀναβράσσεται, ὀδόντων ἀρασσομένων, σπωμένων δὲ τῶν ἰνῶν, καὶ παντὸς τοῦ ὄγκου ἀπροαιρέτως συνελκομένου. Ὀδύνη δέ τις δριμεῖα, καὶ πόνος ἄῤῥητος αὐτῶν καθικνούμενος τῶν μυελῶν, δυσφορωτάτην ποιεῖται τοῖς πηγνυμένοις τὴν αἴσθησιν. Ἔπειτα ἀκρωτηριάζεται (29), ὥσπερ B ἀπὸ πυρὸς, καιομένων τῶν ἄκρων. Ἀποδιωκόμενον γὰρ τὸ θερμὸν ἀπὸ τῶν περάτων τοῦ σώματος, καὶ συμφεῦγον ἐπὶ τὸ βάθος, τὰ μὲν, ὅθεν ἀπέστη, νεκρὰ καταλείπει, τὰ δὲ, ἐφ' ἃ συνωθεῖται, ὀδύναις δίδωσι (30), κατὰ μικρὸν τοῦ θανάτου διὰ τῆς πήξεως προσιόντος. Τότε τοίνυν αἴθριοι (31) διανυκτερεύειν κατεδικάσθησαν, ὅτε λίμνη μὲν, περὶ ἣν ἡ πόλις κατῴκισται, ἐν ᾗ ταῦτα διήθλουν οἱ ἅγιοι, οἷόν τι πεδίον ἱππήλατον ἦν, μεταποιήσαντος αὐτὴν τοῦ κρυστάλλου· καὶ ἠπειρωθεῖσα τῷ κρύει, ἀσφαλῶς ὑπὲρ νῶτον πεζεύειν παρείχετο τοῖς περιοίκοις· ποταμοὶ δὲ ἀένναα ῥέοντες, τῷ κρυστάλλῳ δεθέντες, τῶν ῥείθρων ἔστησαν· ἥ τε (32) ἀπαλὴ τοῦ ὕδατος φύσις πρὸς τὴν τῶν λίθων ἀντιτυπίαν μετεποιήθη· βορέου δὲ δριμεῖαι πνοαὶ τὸ ἔμψυχον ἅπαν ἐπὶ τὸν C θάνατον ἤπειγον (33).

6. Tunc igitur audito edicto (et mihi hic consideres velim virorum insuperabilem constantiam), unusquisque postrema etiam tunica late abjecta, per frigus ad mortem progrediebatur, alter alterum quasi ad spòlia diripienda cohortatus. Neque

6. Τότε τοίνυν ἀκούσαντες τοῦ προστάγματος (καὶ σκόπει μοι ἐνταῦθα τῶν ἀνδρῶν τὸ ἀήττητον), μετὰ χαρᾶς ἀποῤῥίψαντες ἕκαστος καὶ τὸν τελευταῖον χιτῶνα, πρὸς τὸν διὰ τοῦ κρύους ἐχώρουν θάνατον. ὥσπερ ἐν σκύλων διαρπαγῇ ἀλλήλοις ἐγκελευόμενοι.

(27) Editi ἄλλως τε καί. Antiqui sex libri ἄλλως δὲ καί. Statim ubi in antiquis editionibus legitur ἐν μέσῃ τῇ πόλει, *in media civitate*, vir doctissimus Vossius legi oportere ait ἐν μέσῃ τῇ λίμνῃ, *medio in stagno*, uti scriptum inveniri affirmat in libro antiquissimo : sed vulgatam lectionem nostri mss. omnes magno inter se consensu tuentur.

(28) Editi πάντες. At libri antiqui πάντως.

(29) Editio Paris. et Reg. tertius liber et optimus et vetustissimus ἀκρωτηριάζεται, nec aliter legitur in ora codicum Anglicorum. At utraque editio Basil. et Med. et Oliv. et alii quatuor mss. ἀκροτηριάζεται· quam ultimam scribendi rationem vitiosam esse judicat Henricus Stephanus in *Thesauro*. Ibidem unus ms. ὑπὸ πυρός.

(30) Editio Paris. et Angl. τοῖς δὲ.... ὀδύνας δίδωσι. Alii quatuor mss. τὰ δὲ ἐφ' ἃ.... ὀδύνας δίδωσι. Editio Basil. et Med. et Oliv. et Colb. tertius ut in contextu : ad verbum, *eas vero partes ad quas impellitur, doloribus tradit*. Mox mss. tres προσιόντος. Alius et editi προϊόντος.

(31) Illud, Τότε τοίνυν αἴθριοι, etc., ita Latine reddidit interpres : *Igitur sancti Dei sub dio pernoctare in stagno quodam jussi sunt, quod pro mœnibus civitatis erat*. Sed hoc non dixit Basilius. Ait solum, beatos hos martyres ex judicis sententia sub dio pernoctasse eo tempore, quo stagnum, circa quod condita erat civitas, gelu constiterat. Errandi causa fuit illud, ἐν ᾗ : quod multi ita interpretati sunt, quasi referendum esset ad vocem λίμνη, ἐν ᾗ λίμνῃ, *in quo stagno*, cum tamen dubitari merito non possit, quin ad vocem πόλις quam proxime sequitur, referri debeat, ἐν ᾗ πόλει, *in qua civitate*. Scio quidem omnes fere auctoritatem sequi Ephræmi diaconi, qui ait quadraginta illos martyres in stagno frigori expositos fuisse : sed cum non exstent ipsa sanctissimi illius scriptoris opera, sed eorum duntaxat interpretatio quædam non ita perfecta, longe præstat sequi Basilium, qui aperte dicit fortissimos illos viros martyrium media in civitate pertulisse, non in stagno. Accedit etiam, quod illa Ephræmi diaconi sententia vix quoque conciliari possit cum verbis Gregorii Nysseni, tomo III, p. 502, sub finem, et pag. 511, circa medium. Lege Præfationem. D

(32) Codices nonnulli et editi ἥ τε. Alii ἡ δέ.

(33) Typographi Parisienses ex Anglicis quibusdam libris ediderunt ἐπῆγον, *deducebant* : sed et in editione Basileensi et in Gallicis sex mss. constanter legitur ἤπειγον, *urgebant* : quod verius esse et melius arbitramur.

Digitized by Google

Μὴ γὰρ ἱμάτιον, φησὶν, ἀποδυόμεθα, ἀλλὰ τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον ἀποτιθέμεθα, τὸν φθειρόμενον κατὰ τὰς ἐπιθυμίας τῆς ἀπάτης. Εὐχαριστοῦμέν σοι (34), Κύριε, τῷ ἱματίῳ τούτῳ τὴν ἁμαρτίαν συναποβάλλοντες. Ἐπειδὴ διὰ τὸν ὄφιν ἐνεδυσάμεθα, διὰ τὸν Χριστὸν ἐκδυσώμεθα. Μὴ ἀντισχώμεθα ἱματίων διὰ τὸν παράδεισον ὃν ἀπωλέσαμεν. Τί ἀνταποδῶμεν τῷ Κυρίῳ; Ἐξεδύθη ἡμῶν καὶ ὁ Κύριος. Τί μέγα δούλῳ τὰ τοῦ Δεσπότου παθεῖν; Μᾶλλον δὲ καὶ αὐτὸν τὸν Κύριον ἡμεῖς ἐσμεν οἱ ἐκδύσαντες. Στρατιωτῶν γὰρ ἐκεῖνο τὸ τόλμημα, ἐκεῖνοι ἐξέδυσαν καὶ διεμερίσαντο τὰ ἱμάτια. Ἀνάγραπτον οὖν ἡμῶν κατηγορίαν δι' ἑαυτῶν ἀπαλείψωμεν. Δριμὺς ὁ χειμὼν, ἀλλὰ γλυκὺς ὁ παράδεισος· ἀλγεινὴ ἡ πῆξις, ἀλλ' ἡδεῖα ἡ ἀνάπαυσις (35). Μικρὸν ἀναμείνωμεν, καὶ ὁ κόλπος ἡμᾶς θάλψει τοῦ πατριάρχου (36). Μιᾶς νυκτὸς ὅλον αἰῶνα ἀνταλλαξώμεθα. Καυθήτω ὁ ποῦς, ἵνα διηνεκῶς μετ' ἀγγέλων χορεύῃ· ἀπορρυήτω ἡ χεὶρ, ἵνα ἔχῃ παῤῥησίαν πρὸς τὸν Δεσπότην ἐπαίρεσθαι. Πόσοι τῶν στρατιωτῶν τῶν ἡμετέρων ἐπὶ παρατάξεως ἔπεσον (37), βασιλεῖ φθαρτῷ τὴν πίστιν φυλάττοντες; ἡμεῖς δὲ ὑπὲρ τῆς εἰς τὸν ἀληθινὸν βασιλέα πίστεως τὴν ζωὴν ταύτην οὐ προησόμεθα; Πόσοι τὸν τῶν κακούργων ὑπέστησαν θάνατον, ἁλόντες ἐπ' ἀδικήμασιν; ἡμεῖς δὲ ὑπὲρ δικαιοσύνης τὸν θάνατον οὐχ ὑποίσομεν; Μὴ ἐκκλίνωμεν, ᾧ συστρατιῶται, μὴ δῶμεν (38) νῶτα τῷ διαβόλῳ. Σάρκες εἰσὶ, μὴ φεισώμεθα· ἐπειδὴ δεῖ πάντως ἀποθανεῖν, ἀποθάνωμεν ἵνα ζήσωμεν. *Γενέσθω ἡ θυσία ἡμῶν ἐνώπιόν σου* (39), *Κύριε*· καὶ προσδεχθείημεν, ὡς θυσία ζῶσα, εὐάρεστός σοι, τῷ κρύει τούτῳ ὁλοκαυτούμενοι, καλὴ ἡ προσφορὰ, καινὸν τὸ ὁλοκάυτωμα, οὐ διὰ πυρὸς, ἀλλὰ διὰ κρύους ὁλοκαρπούμενον. Τούτους τοὺς παρακλητικοὺς ἐνδιδόντες ἀλλήλοις, καὶ ἄλλος ἄλλῳ ἐγκελευόμενοι, ὥσπερ τινὰ προφυλακὴν ἐν πολέμῳ πληροῦντες, τὴν νύκτα (40) παρέπεμπον, φέροντες τὰ παρόντα γενναίως, χαίροντες τοῖς ἐλπιζομένοις, καταγελῶντες τοῦ ἀντιπάλου. Μία δὲ ἦν

enim, inquiunt, vestem exuimus : sed veterem hominem, qui secundum desideria erroris corrumpitur, deponimus [16]. Gratias tibi agimus, Domine, quod una cum hoc amictu abjiciamus peccatum. Quoniam propter serpentem induti fuimus [17], exuamur propter Christum. Vestes tenacius ne retineamus, ob paradisum, quem amisimus. Quid retribuemus Domino [18]? Exutus est quoque Dominus noster. Quid magnum servo, ea quæ Dominus perpessus est, perpeti? Imo vero nos sumus, qui ipsum Dominum exuimus [19]. Militum enim est illud scelus, illi exuerunt, diviseruntque vestes [20]. Quamobrem nostram accusationem litteris proditam per nos ipsos deleamus. Acris est hiems, at dulcis paradisus : congelatio aspera, sed jucunda requies. Paululum exspectemus, et nos sinus patriarchæ confovebit. Unam noctem æternitate tota mutemus. Exuratur pes, ut perpetuo cum angelis tripudiet : diffluat manus, ut sese ad Dominum attollendi fiduciam habeat. Quot e nostris commilitonibus in acie ceciderunt, imperatori mortali servata fide? nos vero vitam istam pro fide in verum regem non projiciemus? Quot mortem maleficorum pertulerunt, in sceleribus deprehensi? nos vero pro justitia mortem non sustinebimus? Ne declinemus, o commilitones, terga ne demus diabolo. Carnes sunt, ne pepercerimus ; cum mori omnino necesse sit, moriamur ut vivamus. *Fiat sacrificium nostrum in conspectu tuo, Domine* [21] ; suscipiamurque velut hostia vivens [22], accepta tibi, hoc isto frigore holocaustum effecti, oblatio pulchra, novum holocaustum, frigore, non igni consumptum. Hos sermones consolatorios inter se conferentes, et alter alterum exhortantes, actis velut in bello excubiis quibusdam, noctem transmittebant, ferentes præsentia strenue, speratis gaudentes, deridentes hostem. Unum **154** autem erat omnium votum. Quadraginta ingressi sumus in stadium, quadra-

[16] Ephes. IV, 22. [17] Gen. III, 21. [18] Psal. CXV, 12. [19] Matth. XXVII, 28. [20] ibid. 35. [21] Dan. III, 40. [22] Rom. XII, 1.

(34) Editio Paris. εὐχαριστοῦμέν σοι. Vox σοι ab omnibus libris veteribus abest.

(35) Editi et mss. non pauci ἡ ἀπόλαυσις, *fruitio*. Codex Coisl. et Colb. tertius ἡ ἀνάπαυσις, *requies;* et ita quoque scriptum invenimus in ora Regii primi, sic ut lectio utraque eo in libro reperiatur.

(36) Antiqui duo libri πατριάρχου Ἀβραάμ· at in aliis quatuor perinde ut in vulgatis vox Ἀβραάμ deest. Hæc autem vox cum ad integritatem sententiæ nihil faciat, addi aut omitti potest. Quod sequitur, μιᾶς νυκτός, etc., credi non debet pugnare cum verbis Gregorii Nysseni, qui hos martyres tribus diebus frigoris vim tolerasse narrat tomo III, pag. 512. Nam hæc verba, μιᾶς νυκτός, etc., Basilii non sunt verba, sed ipsorum martyrum, qui initio se ob frigoris asperitatem judicarent morituros : in quo eos falli Deus permisit, ut majorem mercedem consequerentur. Notandum et illud, in tribus codicibus pro ἀνταλλαξώμεθα scriptum inveniri ἀντικαταλλαξώμεθα.

(37) Unus codex ἔπεσαν. Statim mss. omnes φυλάσσοντες, aut φυλάττοντες. Editi φυλάξαντες.

(38) Editi μὴ δῶμεν τόπον, *ne demus locum*. At nostri sex mss. μὴ δῶμεν νῶτα, *ne demus terga*.

(39) Reg. primus ἐνώπιόν σου σήμερον, Κύριε, *hodie coram te, Domine*. Nec ita multo infra editio Paris. καλὴ ἡ θυσία. Antiqui sex libri καλὴ ἡ προσφορά. Haud longe duo mss. κρύει ὁλοκαυτούμενον.

(40) Hic ingenue fatebor duos fratres Basilium et Gregorium mihi videri vix inter se conciliari posse. Gregorius enim eo quem dixi loco conceptis verbis ait beatorum martyrum supplicium tribus diebus perseverasse : Basilius vero non obscure indicat id una nocte fuisse terminatum. Nam, inquit, *noctem transmittebant, ferentes præsentia strenue*, etc. Atque aliquanto infra, hoc idem apertius Pater gravissimus significat, ubi docet sanctos martyres tum demum crematos fuisse incipiente die. Cum enim Basilius de unica nocte mentionem fecerit, dies ille, quo incipiente ait sanctos martyres igni fuisse traditos, non videtur de alio intelligi posse, quam de eo, qui hanc ipsam noctem secutus est. Ex quo fit, ut martyres, de Basilii sententia, non post tres dies, sed post horas fere duodecim, die incipiente, combusti sint. Ego igitur duos fratres inter se conciliare non aggrediar. Velim provinciam hanc suscipiant peritiores.

Digitized by Google

ginta coronemur, o Domine. Ne unus quidem desit huic numero. Venerabilis est hic numerus, quem quadraginta dierum jejunio honorasti [23], per quem lex ingressa est in mundum [24]. Elias cum Dominum per quadraginta dies in jejunio conquisisset, ipsum vidit [25]. Et hæc quidem erat illorum precatio : sed unus ex eorum numero cruciatui succumbens, ineffabilem luctum deserto ordine, sanctis dereliquit. Verum non sivit Dominus eorum preces irritas esse atque ineffícaces. Nam cui martyrum concredita custodia erat, is non longe e quodam gymnasio, dum se calefaceret, rei exitum observabat, milites eos qui ad ipsum confugerent suscipere paratus. Nam et hoc quoque excogitatum fuerat, ut in propinquo balneum esset, quo remedium promptum sententiam mutantibus denuntiaretur. Sed quod maligne adversariis excogitatum est, videlicet, ut talem certaminis locum adinvenirent, in quo paratum levamen robur decertantium atque constantiam labefacturum esset : hoc martyrum patientiam splendidiorem reddidit. Non enim is cui necessaria desunt, tolerans est : sed is, qui inter bonorum fruendorum copiam in malis ferendis perseverat.

7. Cum autem hi decertarent, ille vero eventum observaret, spectaculum mirum vidit, virtutes quasdam e cœlis descendentes, et velut a rege munera magna militibus distribuentes : quæ aliis quidem omnibus dona dispertiebant, sed tamen unum reliquerunt non donatum, judicantes indignum cœlestibus honoribus : qui statim animo ob dolorem concidens, transfugit ad adversarios. Miserabile spectaculum justis, miles transfuga, vir strenuissimus captus, direpta a lupo ovis Christi : atque illud miserabilius, quod et æternam vitam amisit, et ne hac quidem fruitus est, carne ipsius ad caloris accessum statim exsoluta. Et hic quidem vitæ amans, frustra admisso scelere, cecidit : sed lictor ut vidit eum abscessisse, et ad balneum accurrisse, semet substituit in locum desertoris, et indumentis abjectis se ipse nudis admiscuit, idem quod sancti clamans, *Christianus sum*. Atque repentina hac mutatione astantes obstupefaciens, ut numerum complevit, ita illorum de emollito transfuga mœrorem accessione sua delinivit, imitatus eos qui in acie versantur, qui, uno aliquo in prima acie cadente, confestim replent phalangem, ut ne inter ipsos ordinum densitas defectu illius interrumpatur. Fecit igitur et ipse quiddam non dissimile. Vidit cœlestia miracula, agnovit veritatem, confugit ad Dominum, annu-

πάντων εὐχή. Τεσσαράκοντα εἰσήλθομεν εἰς τὸ στάδιον, οἱ τεσσαράκοντα στεφανωθείημεν, Δέσποτα. Μὴ λείψῃ τῷ ἀριθμῷ μηδὲ εἷς. Τίμιός ἐστιν, ὃν ἐτίμησας τῇ νηστείᾳ τῶν τεσσαράκοντα ἡμερῶν, δι' οὗ νομοθεσία εἰσῆλθεν εἰς τὸν κόσμον. Τεσσαράκοντα ἡμέραις ἐν νηστείᾳ Ἠλίας ἐκζητήσας τὸν Κύριον (41), τῆς θέας ἔτυχεν. Καὶ ἡ μὲν ἐκείνων εὐχὴ τοιαύτη· εἷς δὲ τοῦ ἀριθμοῦ, ὀκλάσας πρὸς τὰ δεινά, λειποτακτήσας ᾤχετο, πένθος ἀμύθητον τοῖς ἁγίοις καταλιπών. Ἀλλ' οὐ γὰρ ἀφῆκεν αὐτῶν ἀτελεῖς γενέσθαι τὰς δεήσεις ὁ Κύριος. Ὁ γὰρ τὴν φυλακὴν τῶν μαρτύρων πεπιστευμένος, ἐγγύθεν ἀπό τινος γυμνασίου διαθαλπόμενος, ἀπεσκόπει τὸ μέλλον, ἕτοιμος προσδέχεσθαι τῶν στρατιωτῶν τοὺς προσφεύγοντας. Καὶ γὰρ αὖ καὶ τοῦτο, ἐγγύθεν εἶναι λουτρὸν, ἐπενοήθη, ὀξεῖαν τὴν βοήθειαν τοῖς μεταβαλλομένοις ἐπαγγελλόμενον. Ὅπερ μέντοι τοῖς ἐναντίοις κακούργως ἐπενοήθη, τοιοῦτον ἐξευρεῖν τῆς ἀθλήσεως τόπον, ἐν ᾧ τὸ ἕτοιμον τῆς παραμυθίας ἐκλύειν ἔμελλε τῶν ἀγωνιζομένων τὴν ἔνστασιν· τοῦτο λαμπροτέραν ἐδείκνυε (42) τὴν ὑπομονὴν τῶν μαρτύρων. Οὐ γὰρ ὁ ἀπορῶν τῶν ἀναγκαίων καρτερικὸς, ἀλλ' ὁ ἐν ἀφθονίᾳ τῆς ἀπολαύσεως ἐγκαρτερῶν τοῖς δεινοῖς.

7. Ὡς δὲ οἱ μὲν ἠγωνίζοντο, ὁ δὲ ἐπετήρει τὸ ἐκβησόμενον, εἶδε θέαμα ξένον, δυνάμεις τινὰς ἐξ οὐρανῶν κατιούσας, καὶ οἷον παρὰ βασιλέως δωρεὰς μεγάλας διανεμούσας τοῖς στρατιώταις· αἱ τοῖς μὲν ἄλλοις πᾶσι διῄρουν τὰ δῶρα, ἕνα δὲ μόνον ἀφῆκαν ἀγέραστον, ἀνάξιον κρίναται τῶν οὐρανίων τιμῶν· ὃς εὐθὺς, πρὸς τοὺς πόνους ἀπαγορεύσας, πρὸς τοὺς ἐναντίους ἀπηυτομόλησεν. Ἐλεεινὸν θέαμα τοῖς δικαίοις ὁ στρατιώτης φυγὰς, ὁ ἀριστεὺς αἰχμάλωτος, τὸ Χριστοῦ πρόβατον θηριάλωτον· καὶ τό γε ἐλεεινότερον, ὅτι καὶ τῆς αἰωνίου ζωῆς διήμαρτε, καὶ οὐδὲ ταύτης ἀπήλαυσεν, εὐθὺς αὐτῷ τῆς σαρκὸς ἐν τῇ προσβολῇ τῆς θέρμης διαλυθείσης. Καὶ ὁ μὲν φιλόζωος ἔπεσεν ἀνομήσας διακενῆς· ὁ δὲ δήμιος, ὡς εἶδεν αὐτὸν ἐκκλίναντα, καὶ πρὸς (43) τὸ βαλανεῖον ἀποδραμόντα, ἑαυτὸν εἰς τὴν τοῦ λειποτακτήσαντος χώραν ἀντικατέστησε, καὶ ῥίψας τὰ περιβόλαια, τοῖς γυμνοῖς ἑαυτὸν ἐγκατέμιξε, κράζων τὴν αὐτὴν βοὴν τοῖς ἁγίοις· *Χριστιανός εἰμι*. Καὶ τῷ ἀθρόῳ τῆς μεταβολῆς ἐκπλήξας τοὺς συμπαρόντας, τόν τε ἀριθμὸν ἀνεπλήρωσε, καὶ τὴν ἐπὶ τῷ καταμαλακισθέντι λύπην τῇ παρ' ἑαυτοῦ προσθήκῃ παρεμυθήσατο, μιμησάμενος τοὺς ἐπὶ παρατάξεως, οἳ, τοῦ κατὰ τὴν πρώτην ἀσπίδα πεσόντος, εὐθὺς ἀναπληροῦσι τὴν φάλαγγα, ὡς μὴ τὸν συνασπισμὸν αὐτοῖς διακοπῆναι τῷ λείποντι. Τοιοῦτον δή τι καὶ αὐτὸς ἐποίησεν. Εἶδε τὰ οὐράνια θαύματα, ἐπέγνω τὴν

[23] Matth. IV, 2. [24] Exod. XXXIV, 28. [25] III Reg. XIX, 8.

(41) Colb. tertius ἐκζητήσας τὸν Θεόν. Mox utraque editio et Anglic. πένθος ἀπαραμύθητον· quam scripturam Ducæus ait ferri posse, sicque interpretatur, *intolerabilem reliquit*. Veteres quinque libri Gallici ἀμύθητον, *luctum inenarrabilem reliquit*, optime. Monere juvat, Regium tertium prima quidem manu habuisse ἀμύθητον· sed inepte correctum fuisse, sic ut nunc illo in libro legatur ἀπαραμύθητον.

(42) Codices non pauci ἐδείκνυ. Editi ἐδείκνυε.

(43) Utraque editio καὶ τὴν πρός. Libri antiqui καὶ πρός. Statim editio Paris. συνεγκατέμιξε. At sex mss. simpliciter ἐγκατέμιξε.

Digitized by Google

ἀλήθειαν, προσέφυγε τῷ Δεσπότῃ, συνηριθμήθη τοῖς μάρτυσι. Τὰ τῶν (44) μαθητῶν ἀνενεώσατο. Ἀπῆλθεν Ἰούδας, καὶ ἀντεισήχθη Ματθίας. Μιμητὴς ἐγένετο Παύλου, ὁ χθὲς διώκτης, σήμερον εὐαγγελιζόμενος. Ἄνωθεν ἔσχε καὶ αὐτὸς τὴν κλῆσιν, *Οὐκ ἀπ' ἀνθρώπων, οὐδὲ δι' ἀνθρώπου*. Ἐπίστευσεν εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· ἐβαπτίσθη εἰς αὐτὸν, οὐχ ὑπὸ ἄλλου, ἀλλ' ὑπὸ τῆς οἰκείας πίστεως· οὐκ ἐν ὕδατι, ἀλλ' ἐν τῷ ἰδίῳ αἵματι.

8. Καὶ οὕτως, ἡμέρας ἀρχομένης, ἔτι ἐμπνέοντες (45) τῷ πυρὶ παρεδόθησαν, καὶ τὰ τοῦ πυρὸς λείψανα ἐπὶ τὸν ποταμὸν ἀπερρίφη· ὥστε διὰ πάσης τῆς κτίσεως διεξελθεῖν τῶν μακαρίων τὴν ἄθλησιν. Ἐπὶ τῆς γῆς ἠγωνίσαντο, τῷ ἀέρι ἐνεκαρτέρησαν, τῷ πυρὶ παρεδόθησαν, τὸ ὕδωρ αὐτοὺς ὑπεδέξατο. Ἐκείνων ἐστὶν ἡ φωνή· *Διήλθομεν διὰ πυρὸς καὶ ὕδατος, καὶ ἐξήγαγες ἡμᾶς εἰς ἀναψυχήν*. Οὗτοί εἰσιν οἱ τὴν καθ' ἡμᾶς χώραν διαλαβόντες, οἱονεὶ πύργοι τινὲς συνεχεῖς, ἀσφάλειαν ἐκ τῆς τῶν ἐναντίων καταδρομῆς παρεχόμενοι, οὐχ ἑνὶ τόπῳ ἑαυτοὺς κατακλείσαντες, ἀλλὰ πολλοῖς (46) ἤδη ἐπιξενωθέντες χωρίοις, καὶ πολλὰς πατρίδας κατακοσμήσαντες. Καὶ τὸ παράδοξον, οὐ καθ' ἕνα διαμεμερισθέντες (47) τοῖς δεχομένοις ἐπιφοιτῶσιν· ἀλλ' ἀναμιχθέντες ἀλλήλοις, ἡνωμένως χορεύουσιν. Ὦ τοῦ θαύματος! Οὔτε ἐλλείπουσι τῷ ἀριθμῷ, οὔτε πλεονασμὸν ἐπιδέχονται. Ἐὰν εἰς ἑκατὸν (48) αὐτοὺς διέλῃς, τὸν οἰκεῖον ἀριθμὸν οὐκ ἐκβαίνουσιν· ἐὰν εἰς ἓν συναγάγῃς, τεσσαράκοντα καὶ οὕτω μένουσι, κατὰ τὴν τοῦ πυρὸς φύσιν. Καὶ γὰρ ἐκεῖνο καὶ πρὸς τὸν ἐξάπτοντα μεταβαίνει, καὶ ὅλον ἐστὶ παρὰ τῷ ἔχοντι· καὶ οἱ τεσσαράκοντα καὶ πάντες εἰσὶν ὁμοῦ, καὶ πάντες εἰσὶ παρ' ἑκάστῳ. Ἡ ἄφθονος εὐεργεσία, ἡ μὴ δαπανωμένη χάρις· ἑτοίμη βοήθεια Χριστιανοῖς, ἐκκλησίαι μαρτύρων, στρατὸς τροπαιοφόρων, χορὸς δοξολογούντων (49). Πόσα ἂν ἔκαμες, ἵνα ἕνα που εὗ-

meratus est inter martyres. Discipulorum renovavit facta. Abiit Judas, et ei subrogatus est Matthias [26]. **155** Imitator effectus est Pauli, heri persecutor, hodie Evangelii præco [27]. Habuit et ipse ex supernis vocationem, *Non ab hominibus neque per hominem* [28]. Credidit in nomine Domini nostri Jesu Christi : baptizatus est in ipsum, non ab alio, sed a propria fide, non in aqua, sed in proprio sanguine.

8. Ita demum, ineunte die, adhuc spirantes igni traditi sunt, atque reliquiæ ignis in fluvium projectæ fuere, ut beatorum certamen per omnem creaturam transiret. Decertarunt in terra, tolerantiam ostenderunt in aere, tradĭti igni sunt, aqua ipsos excepit. Illorum est vox illa : *Transivimus per ignem et aquam, et eduxisti nos in refrigerium* [29]. Hi sunt qui regionem nostram obtinentes, veluti densæ quædam turres ipsam adversus hostium incursum tuto communiunt, non in uno loco seipsos concludentes, sed multis locis jam hospitio excepti, regionesque multas adornantes. Et quod mirum est, non singulatim divisi accedunt ad suscipientes, sed inter se commisti conjunctim tripudiant. O rem miram! Neque numero pauciores sunt, neque plures. Eos in centum si diviseris, proprium numerum non excedunt : si in unum collegeris, nihilominus tamen quadraginta permanent, non aliter atque ignis natura. Nam et ille ad accendentem transit, et totus est apud habentem : sic etiam quadraginta, et omnes simul sunt, et omnes apud singulos sunt. Beneficentia uberrima, donum quod non absumitur, paratum auxilium Christianis, ecclesia martyrum, exercitus tropæa gestantium, chorus laudes divinas celebrantium. Quantum impendisses laboris, ut reperires unum aliquem, qui pro te Dominum exoraret? Sunt quadraginta, precationem concor-

[26] Act. I, 26. [27] Act. V, 20. [28] Galat. I, 1. [29] Psal. LXV, 12.

(44) Colb. primus τὸ τῶν. Nec ita multo post antiqui tres libri δι' ἀνθρώπου. Alius et editi δι' ἀνθρώπων. Haud longe Colb. primus ἐβαπτίσθη βάπτισμα δι' αἵματος εἰς αὐτόν, *baptizatus est baptismate sanguinis in ipsum*. Sed non valde dubito quin illud, βάπτισμα δι' αἵματος, ex aliquo glossemate fluxerit.

(45) Quod ait vir eruditissimus Tillemontius, videri in verbis, ἔτι ἐμπνέοντες, vitii aliquid inesse, de eo mihi cum illo non omnino convenit. Aio igitur Basilium cum locupletissimis auctoribus Gregorio, Ephræmo et Gaudentio, qui traditos igni fuisse martyres jam mortuos dicunt, conciliari satis commode posse. Notum est enim, hominem, qui ita graviter ægrotat, ut depositus jam et desperatus sit, haberi pro mortuo, imo etiam sæpius mortuum dici. Ex quibus colligitur, sanctos martyres, cum jam animam agerent eo tempore, quo igni traditi sunt, mortuos dici potuisse. Præterea beati martyres, cum alii aliis essent robustiores, sine dubio non uno et eodem tempore mortui sunt. Fieri ergo potuit, ut cum igni traditi sunt, jam mortui essent debiliores, adhuc vero paululum respirarent valentiores. Id autem si semel concedatur, indiscriminatim, parte pro toto accepta, aut mortui dici potuerunt, aut non mortui. Ut ut hæc sunt, arbitror Basilium scripsisse ἔτι ἐμπνέοντες, cum ita habeant omnes tum calamo notati, tum typis descripti libri. Certe quoties omnes libri, et impressi et veteres, inter se consentiunt, ab his discedere periculosum duco, nisi forte aliunde constet aliter legi oportere.

(46) Unus codex ἀλλ' ἐν πολλοῖς. Hic autem locus ita intelligendus est, ut cineres sanctorum martyrum multis in locis dispersi fuisse dicantur.

(47) In antiquis duobus libris pro διαμεμερισθέντες legitur διαιρεθέντες. Statim Colb. primus et editi Ὦ τοῦ καινοῦ θαύματος! Alii sex mss. simpliciter Ὦ τοῦ θαύματος!

(48) Utraque editio et unus codex Reg. εἰς ἕκαστον, et ita legit interpres, qui hunc locum ita Latine reddidit : *si in singulos ipsos diviseris*. At Colbertini tres codices et alii duo Regii εἰς ἑκατόν, *si in centum*, etc., recte.

(49) Unus codex Colb. et editi δοξολογούντων τὸν Κύριον. At illud, τὸν Κύριον, in aliis quinque mss. non legitur. Hoc ipso in loco Colb. primus εἰπέ μοι πόσα ἄν. Priores duæ voces ab aliis mss. absunt et a vulgatis. Subinde editi ἤδη σύμφωνον. Vocula ἤδη in veteribus libris omnibus deest ; ob idque eam delevimus. Quæ sequuntur verba, ὁ θλιβόμενος ἐπὶ τοὺς τεσσαράκοντα, etc., quisquis attente legerit, bona fide, si verum dicere velit, fatebitur, hic, ut in aliis quibusdam Basilii locis, invocationem sanctorum et probari et commendari. Lege Ducæum.

Digitized by Google

dem sursum emittentes. Ubi duo aut tres congregati sunt in nomine Domini, illic est in medio ipsorum[30]. Ubi vero quadraginta fuerint, quis de Dei præsentia ambigat? Qui angustia aliqua premitur, ad quadraginta martyres confugit; qui lætatur, recurrit ad eosdem: ille quidem ut a malis liberetur; hic vero, ut res sibi secundæ esse pergant. Hic mulier pia pro liberis orans deprehenditur: peregrinanti marito reditum, infirmo salutem petit. Fiant cum martyribus preces vestræ. Adolescentes imitentur æquales suos: patres talium filiorum patres esse exoptent: matres matris bonæ ediscant exemplum. Mater unius illorum beatorum, cum vidisset alios jam frigore consumptos, suum vero filium **156** adhuc spirantem, tum ob robur, tum ob animum in ferendis malis acrem, cumque eum lictores, quod forte consilium mutare potuisset, relinquerent, ipsa suis ipsius manibus sublatum imposuit currui, in quo reliqui simul jacentes ad rogum ferebantur, vere martyris mater. Non enim ignave flevit, nec quidquam humile, aut illo temporis articulo indignum locuta est. Sed, Abi, inquit, o fili, viam bonam cum æqualibus, cum contubernalibus; ne disjungaris a chorea: ne reliquis serius Domino sistaris. Revera radicis bonæ bonum germen. Ostendit generosa mater, quod eum pietatis dogmatibus magis quam lacte enutriverit. Atque is quidem sic educatus, sic a pia matre deductus est: diabolus vero pudore affectus abiit. Nam commota in illos creatura omni, omnia invenit horumce virorum virtute superata, noctem vento gravi agitatam, regionem frigidam, tempestatem anni, corporum nuditatem. O chorus sanctus, o sacer ordo, o confertissimum et infractum agmen, o communes generis humani custodes, boni curarum socii, precum fautores, legati potentissimi, stellæ orbis terrarum, Ecclesiarum flores! Non vos terra operuit, sed cœlum suscepit: apertæ sunt vobis paradisi portæ. Dignum spectaculum exercitu angelorum, dignum patriarchis, prophetis, justis, viri, qui in ipso juventutis flore contempta vita, præ parentibus, præ liberis, Dominum dilexerunt. Ætatem illam dum agerent, in qua spes vivendi habetur, aspernati sunt temporariam vitam, ut Deum glorificarent in suis ipsorum membris, spectaculum mundo angelisque et hominibus effecti[31]. Erexerunt

ρῆς ὑπὲρ σοῦ δυσωποῦντα τὸν Κύριον; Τεσσαράκοντά εἰσι, σύμφωνον ἀναπέμποντες προσευχήν. Ὅπου δύο ἢ τρεῖς εἰσι συνηγμένοι ἐπὶ τῷ ὀνόματι τοῦ Κυρίου, ἐκεῖ ἐστιν ἐν μέσῳ αὐτῶν. Ὅπου δὲ τεσσαράκοντα, τίς ἀμφιβάλλει Θεοῦ παρουσίαν; Ὁ θλιβόμενος ἐπὶ τοὺς τεσσαράκοντα καταφεύγει, ὁ εὐφραινόμενος ἐπ' αὐτοὺς ἀποτρέχει (50)· ὁ μὲν, ἵνα λύσιν εὕρῃ τῶν δυσχερῶν· ὁ δὲ, ἵνα φυλαχθῇ αὐτῷ τὰ χρηστότερα. Ἐνταῦθα γυνὴ εὐσεβὴς ὑπὲρ τέκνων εὐχομένη καταλαμβάνεται, ἀποδημοῦντι ἀνδρὶ τὴν ἐπάνοδον αἰτουμένη, ἀῤῥωστοῦντι τὴν σωτηρίαν. Μετὰ μαρτύρων γενέσθω τὰ αἰτήματα ὑμῶν. Οἱ νεανίσκοι τοὺς ἡλικιώτας μιμείσθωσαν· οἱ πατέρες, τοιούτων εἶναι παίδων πατέρες εὐχέσθωσαν· αἱ μητέρες, καλῆς μητρὸς διήγημα διδαχθήτωσαν (51). Μήτηρ ἑνὸς τῶν μακαρίων ἐκείνων, θεασαμένη τοὺς ἄλλους ἤδη τῷ κρύει τελειωθέντας, τὸν δὲ ἑαυτῆς υἱὸν (52) ἔτι ἐμπνέοντα ὑπό τε ῥώμης καὶ τῆς πρὸς τὰ δεινὰ καρτερίας, καταλιμπανόντων αὐτὸν τῶν δημίων ὡς δυνάμενόν γε μεταβουλεύσασθαι, αὐτὴ ταῖς οἰκείαις χερσὶν ἀραμένη, ἐπέθηκε τῇ ἁμάξῃ, ἐφ' ἧς οἱ λοιποὶ συγκείμενοι πρὸς τὴν πυρὰν ἤγοντο, μάρτυρος ὄντως μήτηρ. Οὐ γὰρ δάκρυον ἀφῆκεν ἀγεννές· οὐδ' ἐφθέγξατο ταπεινόν τι καὶ ἀνάξιον τοῦ καιροῦ· ἀλλ', Ἀπιθι, φησὶν, ὦ παῖ, τὴν ἀγαθὴν πορείαν μετὰ τῶν ἡλικιωτῶν, μετὰ τῶν συσκήνων· μὴ ἀπολειφθῇς τῆς χορείας· μὴ δεύτερος τῶν ἄλλων ἐμφανισθῇς τῷ Δεσπότῃ. Ὄντως ἀγαθῆς ῥίζης ἀγαθὸν βλάστημα. Ἔδειξεν ἡ γενναία μήτηρ, ὅτι δόγμασιν εὐσεβείας ἐξέθρεψεν αὐτὸν μᾶλλον ἢ γάλακτι. Καὶ ὁ μὲν οὕτω τραφεὶς οὕτω προεπέμφθη παρὰ μητρὸς εὐσεβοῦς· ὁ δὲ διάβολος ἀπῆλθε κατῃσχυμμένος. Ἅπασαν γὰρ ἐπ' αὐτοὺς κινήσας τὴν κτίσιν, πάντα εὗρεν ἡττώμενα τῆς τῶν ἀνδρῶν ἀρετῆς, νύκτα δυσήνεμον, πατρίδα χειμέριον, τὴν ὥραν τοῦ ἔτους, τῶν σωμάτων τὴν γύμνωσιν. Ὦ χορὸς ἅγιος! ὦ σύνταγμα (53) ἱερόν! ὦ συνασπισμὸς ἀῤῥαγής! ὦ κοινοὶ φύλακες τοῦ γένους τῶν ἀνθρώπων! ἀγαθοὶ κοινωνοὶ φροντίδων, δεήσεως συνεργοί, πρεσβευταὶ δυνατώτατοι, ἀστέρες τῆς οἰκουμένης, ἄνθη τῶν Ἐκκλησιῶν. Ὑμᾶς (54) οὐχ ἡ γῆ κατέκρυψεν, ἀλλ' οὐρανὸς ὑπεδέξατο· ἠνοίγησαν ὑμῖν παραδείσου πύλαι. Ἄξιον θέαμα τῇ στρατιᾷ τῶν ἀγγέλων, ἄξιον πατριάρχαις, προφήταις, δικαίοις, ἄνδρες ἐν αὐτῷ τῷ ἄνθει τῆς νεότητος, τοῦ βίου καταφρονήσαντες, ὑπὲρ γονεῖς, ὑπὲρ τέκνα τὸν Κύριον ἀγαπήσαντες. Αὐτὸ τῆς ἡλικίας ἄνοντες τὸ

[30] Matth. xviii, 20. [31] I Cor. iv, 9.

(50) Unus codex κατατρέχει.

(51) Editio Paris. διδασκέτωσαν, *doceant*. Libri veteres omnes διδαχθήτωσαν, *doceantur*, recte.

(52) Utraque editio ἑαυτῆς υἱόν. Vox υἱόν in nostris omnibus mss. deest. Ea autem vox, nisi valde fallor, in contextum irrepsit e margine, ubi posita fuerat, ut moneremur ipsam subaudiendam esse. Quod hic ait Basilius, unum martyrem adhuc respirasse, cum cæteri jam frigore consumpti essent et confecti, id ita intelligi debet, ut hi quidem respirarent, sed citra ullam spem sanitatis recipiendæ, ille vero sic, ut vires recuperare posse crederetur. Alioquin enim Basilius pugnantia loqueretur, qui paulo ante dixerit sanctos martyres adhuc respirasse tum, cum traditi sunt igni. Martyr autem ille qui adhuc respirasse dicitur, vocatur in Actis Melito.

(53) Editio Basil. et sex mss. ὦ σύνταγμα. Editio Paris. ὦ σύστημα.

(54) Veteres quinque libri et alii duo Duc. ἐκκλησιῶν ὑμᾶς. Editio Paris. fusius ἐκκλησιῶν. Ἐγὼ δή φημι νοητά τε καὶ αἰσθητά. Ὑμᾶς. Sed non valde admodum dubito, quin intermedia verba addita sint ab Anglic.

Digitized by Google

βιώσιμον, ὑπερεῖδον τῆς προσκαίρου ζωῆς, ἵνα δοξάσωσι τὸν Θεὸν ἐν τοῖς μέλεσιν ἑαυτῶν· θέατρον γενόμενοι τῷ κόσμῳ, καὶ ἀγγέλοις, καὶ ἀνθρώποις, τοὺς πεπτωκότας ἤγειραν, τοὺς ἀμφιβόλους ἐβεβαιώσαντο, τοῖς εὐσεβέσι τὴν ἐπιθυμίαν ἐδιπλασίασαν. Ἐν ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας ἅπαντες ἀναστήσαντες τρόπαιον, ἐνὶ καὶ τῷ στεφάνῳ τῆς δικαιοσύνης κατεκοσμήθησαν, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

A collapsos, ambigentes confirmarunt, piis religiosisque desiderium altero tanto majus reliquere. Omnes uno tropæo pro pietate erecto, una etiam justitiæ corona exornati sunt, in Christo Jesu Domino nostro, cui gloria et imperium in sæcula sæculorum. Amen.

ΟΜΙΛΙΑ Κ'.

Περὶ ταπεινοφροσύνης (55).

1. Ὤφειλεν ἄνθρωπος ἐν τῇ παρὰ Θεῷ δόξῃ μεμενηκέναι, καὶ εἶχεν ἂν ὕψος οὐκ ἐπίπλαστον, ἀλλ' ἀληθινὸν, δυνάμει Θεοῦ μεγαλυνόμενος, σοφίᾳ θείᾳ φαιδρυνόμενος, αἰωνίᾳ ζωῇ καὶ τοῖς ἀγαθοῖς εὐφραινόμενος. Ἐπειδὴ δὲ τὴν τῆς θείας δόξης ἐπιθυμίαν μετέθηκε, καὶ μείζονα προσδοκήσας, καὶ σπεύσας ὅπερ οὐκ ἐδύνατο λαβεῖν, ἀπώλεσεν ὅπερ ἔχειν ἐδύνατο· μεγίστη σωτηρία αὐτῷ, καὶ τῆς νόσου θεραπεία, καὶ πρὸς τὸ ἐξ ἀρχῆς ἐπάνοδος, ἀτυφία, καὶ τὸ μὴ φαντάζεσθαι δόξης τινὸς περιβολὴν δι' ἑαυτοῦ, ἀλλὰ ζητεῖν παρὰ Θεοῦ. Οὕτω γὰρ διορθώσει τὸ πταῖσμα, οὕτως ἰάσεται τὸ νόσημα· οὕτως ἀναδραμεῖται πρὸς τὴν ἱερὰν, ἣν κατέλιπεν, ἐντολήν. Ἀλλ' ὁ καταβαλὼν ἐλπίδι δόξης ψευδοῦς τὸν ἄνθρωπον (56) διάβολος οὐ παύεται τοῖς αὐτοῖς ἐρεθίσμασιν ἐκκαλούμενος, καὶ μυρία μηχανήματα πρὸς τοῦτο ἐξευρίσκων· μέγα μὲν ἐπιδεικνὺς αὐτῷ, χρημάτων περιβολὴν, ἵνα ἐπὶ τούτῳ μεγαλύνηται καὶ περὶ τοῦτο σπουδάζῃ· ὅπερ ἐστὶν οὐδὲν μὲν εἰς δόξαν, μέγα δὲ εἰς κίνδυνον. Χρημάτων γὰρ πορισμὸς πλεονεξίας μὲν ὑπόθεσις· κτῆσις δὲ οὐδὲν εἰς εὐδοξίαν· ἀλλὰ μάτην τυφλοῖ, διακενῆς ἐπαίρει, φλεγμονῇ τινι παραπλήσιον πάθος ἐργάζεται περὶ τὴν ψυχήν. Οὐ γὰρ ὑγιὴς ὄγκος οὐδὲ ὠφέλιμος ὁ τῶν φλεγμαινόντων σωμάτων, ἀλλὰ νοσώδης, ἐπιβλαβὴς, ἀρχὴ κινδύνου, καὶ πρόφασις ἀπωλείας. Τοιοῦτο καὶ περὶ ψυχὴν ὑπερηφανία. Καὶ γὰρ οὐ μόνον ἐπὶ χρήμασιν ἔπαρσις γίνεται, οὐδὲ μόνον ταῖς ἀπὸ τῶν χρημάτων κομπώδεσι διαίταις τε καὶ περιβολαῖς ἐπαίρονται ἄνθρωποι, πολυτελεῖς ὑπὲρ τὴν χρείαν παρατιθέμενοι τραπέζας τρυφηλὰς, οὐκ ἀναγκαίας περιβαλλόμενοι τὰς ἐσθῆτας, οἴκων μεγέθη κατασκευάζοντες καὶ κάλλει ποικίλλοντες, οἰκετῶν ἀκολούθων πλήθη καὶ κολάκων ἀναριθμήτων ἐξηρτημένοι συστήματα· ἀλλὰ καὶ χειροτονητοῖς ἀξιώμασιν ὑπὲρ φύσιν ὑψοῦνται. Εἰ δῆμος ἀξίωμα δῷ· εἴ τινος προεδρίας ἀξιώσειε, καὶ τὸ τῆς ὑπεροχῆς ἀξίωμα ψηφίσαιτο αὐτῷ· καὶ ἐνταῦθα δὴ, καθάπερ ὑπερβάλλοντες τὴν ἀνθρώπειον (57) φύσιν, μόνον τὴν οὐκ ἐπὶ νεφελῶν ἰδρῦσθαι νο-

HOMILIA XX.

De humilitate.

1. Utinam homo mansisset in ea quam apud Deum habebat gloria, habuisset sublimitatem non fictam, sed veram : potentia Dei nobilitatus, sapientia divina illustratus, vita æterna illiusque bonis oblectatus. Sed ubi divinæ gloriæ desiderium transmutavit, et majorem sperans, et accipere festinans quod assequi nequibat, amisit quod habere poterat : maxima salus homini, morbique medela, et reditus ad primum statum, est humilem esse, nulliusque gloriæ apparatum a se comminisci, sed a Deo quærere. Ita enim erratum corriget, ita morbo medebitur, ita ad præceptum sacrum, quod deseruit, recurret. Postquam autem diabolus spe falsæ gloriæ **157** hominem dejecit, non cessat eum iisdem irritamentis provocare, et innumera ad hoc machinamenta comminisci. Et quidem divitiarum copiam ceu magnum quiddam ei ostendit ut inde efferatur, illicque studium ponat : quod tamen nihil confert ad gloriam, imo potius in magnum periculum adducit. Nam pecuniarum comparatio avaritiæ quidem materia est, nec tamen earum possessio ad existimationem bonam quidquam facit : imo vero vane excæcat, frustra extollit, morbum inflammationi cuipiam non dissimilem in anima producit. Tumor enim corporum inflammatorum nec sanus est, nec utilis : sed morbosus et noxius, periculi origo, et causa interitus. Tale quid et in anima facit superbia. Etenim non e pecuniis solum nascitur elatio; nec solum ob pecunias magnifico victu et amictu superbiunt homines, mensas instruentes sumptuosiores quam necessitas exigat, easdemque delicatas, induentes vestes non necessarias, ædes amplas exstruentes, ornantesque vario cultu, ingentem famulorum subsequentium turmam, innumerorumque adulatorum globum post se trahentes : verum etiam ob dignitates quas per suffragia obtinuere, ultra quam natura sinit, efferuntur. Plebs dignitatem si dederit, si quo jure præsidendi cohonestaverit, si decreverit præstantissimum quemdam honorem, et

(55) Editi simpliciter περὶ ταπεινοφροσύνης, *de humilitate*. At Colb. primus περὶ ταπεινοφροσύνης, καὶ πῶς δεῖ σωφρονεῖν, *de humilitate, et quomodo oporteat modeste se gerere*. Regii secundus et tertius πῶς δεῖ σωφρονεῖν, *quomodo oporteat modestia uti*.

(56) Combefisiani aliquot codices τὸν ἄνθρωπον, *hominem dejecit*, Adamum videlicet : in quo omne simul hominum genus dejecit. Editi et Reg. secundus et tertius cum Colb. primo τοὺς ἀνθρώπους, *homines dejecit*, videlicet, per casum Adami. Mox Reg. primus τοῖς ἑαυτοῦ ἐρεθίσμασιν.

(57) Noster Reg. primus cum reliquis Combefisianis τὴν ἀνθρώπειον. Editi et Reg. secundus ἀνθρωπείαν. Reg. tertius ἀνθρωπίνην. Mox editio Paris. μόνον οὐκ ἐπὶ τὴν νεφελῶν. Editio Basil. μόνον οὐ τὴν ἐπὶ νεφ. Veteres quatuor libri μόνον τὴν οὐκ

Digitized by Google

hic certe quasi humanam naturam transcendentes, tantum non ipsis nubibus insidere se arbitrantur, homines subjectos pro scabello ducentes, seque attollentes in ipsos collatæ sibi dignitatis auctores, et adversus eos, quorum opera eximii quidam viri esse videntur, insolescentes. Agunt rem dementiæ plenam, cum habeant gloriam somnio debiliorem, circumdenturque splendore nocturnis visis inaniore: qui scilicet populi nutu confletur, et nutu ejusdem dissolvatur. Ejusmodi erat demens ille Salomonis filius, ætate juvenis, mentis prudentia junior, qui cum populo imperium mitius petenti durius comminatus esset, et per minas regnum amisisset, unde regnaturum se augustius sperabat, inde ex dignitate quam habebat, dejectus est[33]. Reddit autem hominem insolentem et manuum vis, et celeritas pedum, et corporis venustas : quæ a morbis abolentur, et tempore absumuntur; nec animadvertit quod *Omnis caro fenum sit, et omnis gloria hominis, sicut flos feni. Aruit fenum et flos decidit*[34]. Talis erat gigantum ob robur ac vires arrogantia[35], talis erat quoque stolidi illius Goliath superbia Deo infensa[36]. Talis erat et Adonias de pulchritudine gloriabundus[36], et Absalom prolixitate comæ superbiens[37].

2. Imo vero quod inter alia mortalium bona videtur maximum esse ac constantissimum, sapientia et prudentia, id quoque habet vanam elationem, paratque sublimitatem non veram cum harum rerum habeatur ratio nulla, si Dei desit sapientia. Nam diabolo ipsi male cessit adhibitum in hominem artificium; et quod machinatus est **158** contra hominem, id struxit insciens adversus semetipsum: siquidem non tantum nocuit ei, quem a Deo et a vita æterna abalienaturum se speraverat, quantum se ipse prodidit, transfuga a Deo factus, et morti æternæ addictus. Atque laqueo quem Domino struxit, captus ipse est, crucifixus in ea cruce, in qua crucifixurum se rebatur; et ea morte mortuus qua Dominum speravit a se occisum iri. Quod si mundi princeps, primus ille et maximus et invisibilis sapientiæ mundanæ magister capitur suis ipsius artificiis, et ad insipientiam extremam redigitur: multo magis ejus discipuli atque æmulatores, etiamsi innumeris commentis utantur, *Dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt*[38]. Adhibet artes malas Pharao ad Israelem disperdendum: sed non animadvertit inde irritam fore suam astutiam, unde nihil hujusmodi exspectabat. Et infans ejus jussu ad mortem expositus, clam in domo regia nutritur[39]: qui et illius

A μίζουσι, πάτημα τοὺς ὑποκειμένους ἀνθρώπους ἡγούμενοι, καὶ κατὰ τῶν τὴν ἀξίαν δεδωκότων αὐτοῖς ἐπαιρόμενοι, καὶ δι' ὧν εἶναι δοκοῦσί τινες, κατὰ τούτων ἀλαζονευόμενοι· πρᾶγμα πλῆρες ἀνοίας ὑπομένοντες, ὀνείρου σαθροτέραν ἔχοντες δόξαν, καὶ ματαιοτέραν φασμάτων νυκτερινῶν περιβεβλημένοι λαμπρότητα, νεύματι δήμου συνισταμένην, καὶ νεύματι διαλυομένην. Οἷος ἦν ὁ παράφρων ἐκεῖνος, ὁ τοῦ Σολομῶντος υἱὸς, ὁ νέος τὴν ἡλικίαν, καὶ τὰς φρένας νεώτερος, ὁ τῷ
B δήμῳ ζητοῦντι πραοτέραν ἡγεμονίαν ἀπειλήσας χαλεπωτέραν, καὶ διὰ τῆς ἀπειλῆς ἀπολέσας τὴν βασιλείαν, δι' ἧς προσεδόκησε βασιλικώτερος ὀφθήσεσθαι, διὰ ταύτης καθαιρεθεὶς ἧς εἶχεν ἀξίας. Θρασύνει δὲ ἄνθρωπον καὶ χειρῶν δύναμις, καὶ τάχος ποδῶν, καὶ σώματος εὐμορφία· νόσων παραναλώματα, καὶ χρόνου δαπανήματα· καὶ οὐκ αἰσθάνεται, ὅτι *Πᾶσα σὰρξ χόρτος, καὶ πᾶσα δόξα ἀνθρώπου, ὡς ἄνθος χόρτου. Ἐξηράνθη ὁ χόρτος, καὶ τὸ ἄνθος ἐξέπεσε.* Τοιαῦται γιγάντων ἐπὶ δυνάμει ἀλαζονεῖαι, καὶ Γολιὰθ ἀνοήτου φρόνημα θεομάχον, καὶ ὁ κάλλει μέγα φρονῶν Ἀδωνίας, καὶ μεγέθει κόμης ἐπαιρόμενος Ἀβεσσαλώμ.

2. Ὃ δὲ δοκεῖ τῶν ἄλλων τῶν ὑπαρχόντων ἀνθρώποις καλῶν μέγιστον εἶναι καὶ βεβαιότερον, ἡ σοφία καὶ ἡ (58) φρόνησις, καὶ τοῦτο ματαῖον (58') ἔχει τὴν ἔπαρσιν, καὶ ὕψος οὐκ ἀληθὲς παρασκευάζει· τῆς παρὰ Θεοῦ σοφίας ἀπούσης, εἰς οὐδὲν τούτων λογιζο-
C μένων. Διαπίπτει μὲν γὰρ αὐτῷ τῷ διαβόλῳ τὸ κατὰ τοῦ ἀνθρώπου σόφισμα, καὶ καθ' ἑαυτοῦ τεχνάσας ἔλαθεν ὃ κατὰ τοῦ ἀνθρώπου μεμηχάνηται, οὐδὲν τοσοῦτον ἐκεῖνον ζημιώσας, ὃν ἤλπισεν ἀπαλλοτριώσειν Θεοῦ καὶ ζωῆς αἰωνίου, ὅσον ἑαυτὸν προδοὺς, ἀποστάτης Θεοῦ γεγονὼς, καὶ θανάτῳ καταδικασθεὶς αἰωνίῳ. Καὶ τὴν κατὰ τοῦ Κυρίου στήσας παγίδα, διὰ ταύτης ἑάλω, σταυρωθεὶς ἐν ᾧ σταυρώσειν προσεδόκησε, καὶ ἀποθανὼν ἐν ᾧ τὸν Κύριον ἤλπισεν ἀναιρήσειν θανάτῳ. Εἰ δὲ ὁ τοῦ κόσμου ἄρχων, ὁ πρῶτος καὶ μέγιστος καὶ ἀόρατος τῆς κοσμικῆς σοφίας σοφιστὴς, ἁλίσκεται τοῖς ἑαυτοῦ σοφίσμασιν, εἰς τὴν ἐσχάτην περιιστάμενος ἀφροσύνην, πολλῷ μᾶλλον οἱ ἐκείνου μαθηταὶ καὶ ζηλωταὶ, κἂν μυρία σοφίσωνται, *Φάσκοντες εἶναι σοφοὶ, ἐμωράνθησαν*.
D Κατασοφίζεται Φαραὼ (59) ἐπ' ὀλέθρῳ Ἰσραήλ· ἀλλ' ἔλαθεν ὁ κατασοφισμὸς αὐτῷ διαλυθείς, ὅθεν οὐ προσεδόκησε. Καὶ βρέφος ἐκτεθὲν διὰ τὸ πρόσταγμα αὐτοῦ εἰς θάνατον λανθάνει τρεφόμενον ἐπὶ τῆς οἰκίας τῆς βασιλικῆς, καὶ καθαιροῦν τὴν ἐκείνου δύναμιν καὶ τὴν τοῦ παντὸς ἔθνους, καὶ τὸν Ἰσραὴλ ἐξάγον εἰς

[33] III Reg. XII, 4, 14. [34] Isa. XL, 6, 7. [35] Gen. VI, 4; Sap. XIV, 6. [36] I Reg. XVII, 4. [36] III Reg. I, 5 sqq. [37] II Reg. XIV, 26. [38] Rom. I, 22. [39] Jud. IX, 1 seqq.

ἐπὶ νεφελῶν· ubi post voculam τήν supplendum est illud, ἑαυτῶν φύσιν, *suam ipsorum naturam collocari*, seu *collocari se*.

(58) Antiqui duo libri καὶ ἡ. Deest articulus in vulgatis. *Sapientia et prudentia*, humana scilicet.

(58') *Καὶ τοῦτο ματαῖον*. Ed. Paris. 1839 legit ματαίαν, rectius. EDIT.

(59) Vox Φαραὼ reperitur in Colb. primo et in Reg. itidem primo, hoc modo, Φαραὼ ἐπ' ὀλέθρῳ Φαραώ, *Pharao in sui ipsius Pharaonis perniciem*. Editi et Reg. secundus ut in contextu.

Digitized by Google

σωτηρίαν. Ὁ δὲ ἀνδροφόνος Ἀβιμέλεχ, ὁ τοῦ Γεδεὼν (60) νόθος υἱός, ὁ τοὺς ἑβδομήκοντα παῖδας τοὺς γνησίους ἀποκτείνας, καὶ σοφὸν τοῦτο νομίσας ἐξευρηκέναι πρὸς τὸ βεβαίως τὴν βασιλείαν κατασχεῖν, συντρίβει μὲν τοὺς συνεργοὺς αὐτῷ τοῦ φόνου γενομένους, συντρίβεται δὲ ὑπ' αὐτῶν· καὶ τέλος ἀπόλλυται χειρὶ γυναικὸς καὶ λίθου βολῇ. Καὶ ἐσοφίσαντο πάντες Ἰουδαῖοι κατὰ τοῦ Κυρίου βούλευμα ὀλέθριον, ἑαυτοῖς λέγοντες· *Ἐὰν ἀφῶμεν οὕτως* (61), *πάντες πιστεύσουσιν εἰς αὐτόν· καὶ ἐλεύσονται οἱ Ῥωμαῖοι, καὶ ἀροῦσιν ἡμῶν τὸν τόπον καὶ τὸ ἔθνος.* Ἐκ τούτου τοῦ βουλεύματος ἐπὶ τὴν Χριστοκτονίαν ἐλθόντες, ὡς τὸ ἔθνος αὐτοὶ καὶ τὴν χώραν διασώσοντες, ἀπολώλασι δι' ὧν ἐβουλεύσαντο, καὶ ἐκ τῆς χώρας ἀνάστατοι, καὶ τῶν νόμων ἀλλότριοι καὶ τῆς λατρείας γεγενημένοι. Καὶ ὅλως ἐν μυρίοις ἄν τις καταμάθοι (62) παραδείγμασι σαθρὸν τὸ τῆς ἀνθρωπίνης σοφίας πλεονέκτημα, μικρόν τε καὶ ταπεινὸν μᾶλλον ἢ μέγα καὶ ὑψηλόν.

3. Ὥστε οὐδεὶς εὖ φρονῶν, οὔτε ἐπὶ τῇ σοφίᾳ τῇ ἑαυτοῦ μέγα φρονήσει, οὔτε ἐπὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς προειρημένοις, ἀλλὰ πεισθήσεται τῇ καλλίστῃ παραινέσει τῆς μακαρίας Ἄννης καὶ τοῦ προφήτου Ἱερεμίου· *Μὴ καυχάσθω ὁ σοφὸς ἐν τῇ σοφίᾳ αὐτοῦ, καὶ μὴ καυχάσθω ὁ ἰσχυρὸς ἐν τῇ ἰσχύϊ αὐτοῦ, καὶ μὴ καυχάσθω ὁ πλούσιος ἐν τῷ πλούτῳ αὐτοῦ.* Ἀλλὰ τί τὸ καύχημα τὸ ἀληθές; καὶ ἐν τίνι μέγας ὁ ἄνθρωπος; *Ἐν τούτῳ*, φησὶ, *καυχάσθω ὁ καυχώμενος, ἐν τῷ συνιεῖν καὶ γινώσκειν, ὅτι ἐγὼ Κύριος.* Τοῦτο ὕψος ἀνθρώπου, τοῦτο δόξα καὶ μεγαλειότης, ἀληθῶς γνῶναι τὸ μέγα, καὶ τούτῳ προσφύεσθαι, καὶ δόξαν τὴν παρὰ τοῦ Κυρίου τῆς δόξης ἐπιζητεῖν. Λέγει δὲ ὁ Ἀπόστολος· *Ὁ καυχώμενος, ἐν Κυρίῳ καυχάσθω*, λέγων ὅτι *Χριστὸς ἡμῖν ἐγενήθη σοφία ἀπὸ Θεοῦ, δικαιοσύνη τε καὶ ἁγιασμὸς καὶ ἀπολύτρωσις· ἵνα καθὼς γέγραπται, Ὁ καυχώμενος, ἐν Κυρίῳ καυχάσθω.* Αὕτη γὰρ δὴ ἡ τελεία καὶ ὁλόκληρος καύχησις ἐν Θεῷ, ὅτε μήτε ἐπὶ δικαιοσύνῃ τις ἐπαίρεται τῇ ἑαυτοῦ, ἀλλ' ἔγνω μὲν ἐνδεῆ ὄντα ἑαυτὸν δικαιοσύνης ἀληθοῦς, πίστει δὲ μόνῃ τῇ εἰς Χριστὸν δεδικαιωμένον (63). Καὶ καυχᾶται Παῦλος ἐπὶ τῷ καταφρονῆσαι τῆς ἑαυτοῦ δικαιοσύνης, ζητεῖν δὲ τὴν διὰ Χριστοῦ, τὴν ἐκ Θεοῦ δικαιοσύνην ἐπὶ τῇ πίστει, τοῦ γνῶναι αὐτὸν καὶ τὴν δύναμιν τῆς ἀναστάσεως αὐτοῦ, καὶ τὴν κοινωνίαν τῶν παθημάτων αὐτοῦ, συμμορφιζόμενος τῷ θανάτῳ αὐτοῦ, εἴ πως καταντήσει (64) εἰς τὴν ἐξανάστασιν

et gentis totius eversa potentia, esset Israelem incolumem educturus. Abimelech vero, homicida ille, Gedeonis spurius filius, qui legitimos septuaginta filios occiderat, hocque ad stabiliendam regni possessionem sapienter excogitatum fuisse putaverat, ut cædis illius adjutores conterit, ita ab ipsis conteritur, ac tandem mulieris manu et lapidis ictu perit. Quin et Judæi omnes consilium sibi exitiosum contra Dominum architectati sunt, cum dicerent: *Si siverimus sic, omnes credent in eum: et venient Romani, et tollent nostrum locum et gentem* [60]. Post hoc consilium occidentes Christum, velut gentem ac regionem servaturi, hoc ipso consilio utramque perdidere, tum e regione pulsi, tum a legibus ac cultu Dei abalienati. Et in summa, ex innumeris exemplis discere cuique licet, prærogativam sapientiæ humanæ debilem esse, parvamque et humilem magis quam magnam ac sublimem.

3. Itaque nemo prudens, neque de sapientia sua efferet se, neque de cæteris quas ante nominavi rebus: sed obtemperabit optimæ admonitioni beatæ Annæ ac Jeremiæ prophetæ. *Ne glorietur sapiens in sapientia sua: et ne glorietur fortis in fortitudine sua: et ne glorietur dives in divitiis suis* [61]. Sed quænam est vera gloriatio, et in quo magnus est homo? *In hoc*, inquit, *glorietur qui gloriatur, si cognoscit ac intelligit quod ego sim Dominus* [62]. Hæc est sublimitas hominis, hæc est gloria atque majestas, vere cognoscere quod magnum est, eique adhærere, et gloriam a Domino gloriæ conquirere. Ait enim Apostolus: *Qui gloriatur, in Domino glorietur* [63]; ubi dicit: *Christus factus est nobis sapientia a Deo, et justitia, et sanctificatio, et redemptio: ut quemadmodum scriptum est, Qui gloriatur, in Domino glorietur* [64]. Hæc est enim perfecta ac integra in Deo gloriatio, cum quis non ob suam justitiam extollitur, sed novit destitui se quidem vera justitia, verum sola in Christum fide justificatum esse. Atque **159** in hoc gloriatur Paulus, quod justitiam suam contemnat: quærat vero eam, quæ per Christum est, quæ ex Deo est, justitiam in fide [65]: ut cognoscat illum, et virtutem resurrectionis ejus, et communionem afflictionum ipsius, conformis factus morti ejus, si quo modo ad resurrectionem mortuorum pertingat. Hic cecidit superbiæ altitudo omnis. Nihil unde gloriari queas,

[60] Joan. xi, 48. [61] I Reg. ii, 3; Jer. ix, 23. [62] ibid. 24. [63] I Cor. i, 31. [64] ibid. 30. [65] Philip. iii, 9.

(60) Reg. primus ὁ τοῦ Γεδεῶνος. Abimelech in Judicum libro ix, 1, filius Jerobaal dicitur.

(61) Editio Paris. ἀφῶμεν τοῦτον οὕτως. Vox τοῦτον neque in editione Basil. neque in nostris quatuor mss. legitur.

(62) Editi et Reg. tertius καταμάθῃ. Alii tres mss. καταμάθοι. Aliquanto post unus ms. μεγάλα φρονήσει. Alter μεγαλοφρονήσει. Alii duo μέγα φρονήσει. Editi μέγα φρονήσῃ.

(63) Quod ait hoc loco Basilius, hominem sola in Christum fide justificari, id, nisi explicetur, potest simpliciores in errorem inducere. Notandum igitur, Basilium id sibi in hac oratione proponere, ut ostendat nos in nostris operibus gloriari non posse. Quare hoc dicit: Etsi jejunas, etsi stipem erogas, etsi alia id genus recte facis, non propterea justificabere; sed accedat oportet fides, non quod fides sola sine operibus justificet, sed quod ad justificationem necessario requiratur.

(64) Antiqui duo libri καταντήσῃ. Editi et Reg. tertius καταντήσει. Ibidem editi ἐξανάστασιν τῶν νεκρῶν. At mss. quatuor ἐξανάστασιν τὴν ἐκ νεκρῶν.

Digitized by Google

relictum est tibi, o homo, cujus videlicet gloriatio ac spes sita in eo sit, ut mortifices tua omnia, quærasque futuram in Christo vitam : cujus cum habeamus primitias, jam in his sumus, omnino in gratia ac dono Dei viventes. Et Deus quidem est, *Qui operatur in nobis et velle et efficere, pro bona voluntate* [46]. Rursus Deus sapientiam suam quam in nostram gloriam prædestinavit, revelat per Spiritum suum [47]. Præstat Deus vires ac robur in laboribus. *Abundantius omnibus laboravi*, inquit Paulus ; *non ego autem, sed gratia Dei, quæ est mecum* [48]. Eximit Deus de periculis præter omnem humanam spem. *Ipsi*, inquit, *in nobismetipsis responsum mortis habuimus ut non simus fidentes in nobis, sed in Deo, qui suscitat mortuos : qui ex tanta morte nos eripuit, et eripit : in quem speramus quoniam et adhuc eripiet* [49].

A τὴν ἐκ νεκρῶν. Ἐνταῦθα πέπτωκε πᾶν ὕψος ὑπερηφανίας. Οὐδὲν ὑπολέλειπταί σοι πρὸς ἀλαζονείαν, ὦ ἄνθρωπε, ᾧ τὸ καύχημα καὶ ἡ ἐλπὶς ἐν τῷ νεκρῶσαι μὲν πάντα τὰ σεαυτοῦ, ζητῆσαι δὲ τὴν (65) ἐν Χριστῷ ζωὴν τὴν μέλλουσαν· ἧς ἀπαρχὰς ἔχοντες, ἤδη ἐν τούτοις ἐσμὲν, τὸ ὅλον ἐν χάριτι ζῶντες καὶ δωρεᾷ Θεοῦ. Καὶ Θεὸς μέν ἐστιν, *Ὁ ἐνεργῶν ἐν ἡμῖν καὶ τὸ θέλειν καὶ τὸ ἐνεργεῖν ὑπὲρ τῆς εὐδοκίας*· Θεὸς δὲ τὴν ἑαυτοῦ σοφίαν τὴν προωρισμένην εἰς δόξαν ἡμῶν ἀποκαλύπτει διὰ τοῦ ἰδίου Πνεύματος. Θεὸς δὲ τὴν ἐν πόνοις δίδωσι δύναμιν. *Περισσότερον πάντων ἐκοπίασα*, φησὶ Παῦλος· *οὐκ ἐγὼ δὲ, ἀλλ' ἡ χάρις τοῦ Θεοῦ ἡ σὺν ἐμοί*. Θεὸς δὲ ἐξαιρεῖται κινδύνων παρὰ πᾶσαν ἀνθρωπίνην ἐλπίδα. *Αὐτοί*, φησὶν, *ἐν ἑαυτοῖς τὸ ἀπόκριμα τοῦ θανάτου ἐσχήκαμεν, ἵνα μὴ πεποιθότες ὦμεν ἐφ' ἑαυτοῖς, ἀλλ' ἐπὶ τῷ Θεῷ τῷ ἐγείροντι τοὺς νεκρούς· ὃς ἐκ τηλικούτου θανάτου ἐῤῥύσατο ἡμᾶς, καὶ ῥύεται* (66), εἰς ὃν ἠλπίκαμεν, ὅτι καὶ ἔτι ῥύσεται.

4. Quid igitur, dic quæso, te ipse quasi de tuis ipsius bonis effers, cum deberes pro acceptis donis gratiam largitori habere? *Quid enim habes, quod non accepisti? Quod si etiam accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis* [50] ? Non tu Deum cognovisti per tuam justitiam : sed Deus cognovit te propter suam bonitatem. *Cum cognoveritis Deum*, inquit, *quin potius cogniti sitis a Deo* [51]. Non tu apprehendisti Christum per virtutem, sed Christus te per suum adventum apprehendit. *Insequor*, inquit, *si etiam apprehendam, in quo et apprehensus sum a Christo* [52]. *Non vos me elegistis*, inquit Dominus, *sed ego elegi vos* [53]. An quoniam honore affectus es, gloriaris et misericordiam occasionem arripis superbiendi? Et tunc cognoscas teipsum, quis sis, velut Adam ejectus e paradiso [54], velut Saul desertus a Spiritu Dei [55], velut Israel a radice sancta resectus. *Fide*, inquit, *stas : noli altum sapere, sed time* [56]. Judicium sequitur gratiam ; et quomodo datis usus fueris, expendit judex. Quod si ne hoc quidem intelligis, fuisse te gratiam consecutum, aut si præ nimia stupiditate tuam ipsius virtutem existimas gratiam esse, non es beato Petro apostolo præstantior. Nec enim Dominum amore majori prosequi poteris, quam qui ita vehementer dilexit ut etiam voluerit pro ipso mori. Sed quoniam animo elatiore locutus est, cum dixit : *Et si omnes scandalizati fuerint in te, ego tamen nunquam scandalizabor* [57], timiditati humanæ traditus est, ceciditque in inficiationem, lapsu eru-

B 4. Τί οὖν ἐπαίρεις, εἰπέ μοι, σαυτὸν ὡς ἐπὶ καλοῖς ἰδίοις, ἀντὶ τοῦ χάριν ἐπὶ τοῖς δώροις ὁμολογεῖν τῷ δεδωκότι ; *Τί γὰρ ἔχεις, ὃ οὐκ ἔλαβες ; Εἰ δὲ καὶ ἔλαβες, τί καυχᾶσαι ὡς μὴ λαβών ;* Οὐ σὺ Θεὸν ἔγνως διὰ δικαιοσύνης, ἀλλὰ Θεός σε διὰ χρηστότητα ἔγνω. *Γνόντες*, φησὶ, *Θεὸν, μᾶλλον δὲ γνωσθέντες ὑπὸ Θεοῦ*. Οὐ σὺ Χριστὸν κατείληφας διὰ τῆς ἀρετῆς, ἀλλὰ Χριστός σε διὰ τῆς παρουσίας κατείληφε. *Διώκω*, φησὶν, *εἰ καὶ καταλάβω, ἐφ' ᾧ καὶ κατελήφθην ὑπὸ Χριστοῦ. Οὐχ ὑμεῖς με ἐξελέξασθε*, φησὶν ὁ Κύριος, *ἀλλ' ἐγὼ ἐξελεξάμην ὑμᾶς*. C Ἀλλ' ὅτι τετίμησαι, μέγα φρονεῖς, καὶ τὸν ἔλεον πρόφασιν ὑπερηφανίας λαμβάνεις; Καὶ τότε γνῶσῃ σεαυτὸν (67) ὅστις εἶ, ὡς Ἀδὰμ ἐκβληθεὶς ἐκ τοῦ παραδείσου, ὡς Σαοὺλ καταλειφθεὶς ὑπὸ Πνεύματος Θεοῦ, ὡς Ἰσραὴλ τῆς ἁγίας ῥίζης ἀποτμηθείς. *Τῇ πίστει*, φησὶν, *ἕστηκας· μὴ ὑψηλοφρόνει, ἀλλὰ φοβοῦ*. Κρίσις ἕπεται χάριτι, καὶ ὅπως ἐχρήσω τοῖς χαρισθεῖσιν, ὁ κριτὴς ἐξετάσει. Εἰ δὲ μηδὲ τοῦτο αὐτὸ συνίῃς, ὅτι χάριτος τετύχηκας, ἀλλ' ἴδιον ποιῇ κατόρθωμα τὴν χάριν ὑπερβολῇ τῆς ἀναισθησίας, οὐκ εἶ τοῦ μακαρίου τιμιώτερος ἀποστόλου Πέτρου. Οὐδὲ γὰρ ἀγάπῃ τῇ πρὸς τὸν Κύριον ὑπερβαλέσθαι δυνήσῃ τὸν οὕτω σφοδρῶς ἀγαπῶντα, ὡς καὶ ὑπεραποθνήσκειν ἐθέλειν. Ἀλλ' ὅτι μεγαλοφρονέστερον ἐφθέγD ξατο, λέγων, *Εἰ καὶ πάντες σκανδαλισθήσονταί ἐν σοὶ, ἀλλ' ἐγὼ οὐδέποτε σκανδαλισθήσομαι*, παρεδόθη τῇ ἀνθρωπίνῃ δειλίᾳ, καὶ πέπτωκεν εἰς ἄρνησιν, σωφρονιζόμενος τῷ σφάλματι πρὸς εὐλάβειαν (68), καὶ διδασκόμενος φείδεσθαι τῶν ἀσθενούν-

[46] Philip. II, 13. [47] I Cor. II, 7,10. [48] I Cor. XV, 10. [49] II Cor. I, 9, 10. [50] I Cor. IV, 7. [51] Galat. IV, 9. [52] Philipp. III, 12. [53] Joan. XV, 16. [54] Gen. III, 24. [55] I Reg. XVI, 14. [56] Rom. XI, 20. [57] Matth. XXVI, 33.

(65) Editio Paris. πάντα τὰ ἑαυτοῦ θελήματα, ζῆσαι δὲ τήν. Reg. tertius πάντα τὰ ἑαυτοῦ, ζῆσαι. Alii tres mss. cum editione Basileensi ita, ut edendum curavimus. Satis autem mihi verisimile fit, vocem θελήματα a typographis adjectam fuisse. Quod mox sequitur, ἐν τούτοις ἐσμέν, *in his sumus*, ita intelligi oportet : *Nostra conversatio jam in cœlis est, jamque versamur in bonis futuræ vitæ.*

(66) Antiqui tres libri ἡμᾶς καὶ ῥύσεται.... καὶ ἔτι ῥύεται. Rursus hoc ipso in loco tres mss. ἠλπίκεμεν. Editi ἠλπίσαμεν.

(67) Editio Paris. τότε γνῶς σεαυτόν. Editio Basil. γνώσῃς αὐτόν. Unus e Conibefisianis γνώσῃ ἑαυτόν. Reg. primus γνώσῃ σεαυτόν. Denique Reg. secundus et Colb. primus γνῶς.

(68) Unus codex Reg. πρὸς εὐσέβειαν. Editi et reliqui mss. εὐλάβειαν.

Digitized by Google

των, τῷ καὶ τὴν ἑαυτοῦ καταμαθεῖν ἀσθένειαν, καὶ γνῶναι σαφῶς, ὅτι καθάπερ ἐν τῷ πελάγει καταποντιζόμενος, ἐκουφίσθη τῇ τοῦ Χριστοῦ δεξιᾷ, οὕτως ἐν τῷ κλύδωνι τοῦ σκανδαλισμοῦ κινδυνεύσας ἀπολέσθαι δι' ἀπιστίας, ἐφυλάχθη δυνάμει Χριστοῦ, ὃς καὶ προεῖπεν αὐτῷ τὸ συμβησόμενον, λέγων· *Σίμων, Σίμων, ἰδοὺ ὁ Σατανᾶς ἐξητήσατο τοῦ σινιάσαι ὑμᾶς ὡς τὸν σῖτον. Κἀγὼ ἐδεήθην περὶ σοῦ, ἵνα μὴ ἐκλείπῃ* (69) *ἡ πίστις σου, καὶ σύ ποτε ἐπιστρέψας στήριξον τοὺς ἀδελφούς σου.* Καὶ Πέτρος μὲν οὕτως ἐλεγχθείς, δικαίως ἐβοηθεῖτο, πρὸς ἀπόθεσιν ἀλαζονείας καὶ φειδὼ τῶν ἀσθενούντων ἐκπαιδευόμενος· ὁ δὲ Φαρισαῖος ἐκεῖνος, ὁ βαρὺς καὶ καθ' ὑπερβολὴν ὑπερήφανος, ὁ μὴ μόνον ἐφ' ἑαυτῷ θρασυνόμενος, ἀλλὰ καὶ τὸν τελώνην ἐπὶ Θεοῦ διασύρων, ἀπώλεσε τῆς δικαιοσύνης τὸ καύχημα διὰ τὸ τῆς ὑπερηφανίας ἔγκλημα. Καὶ κατῆλθεν ὁ τελώνης δεδικαιωμένος ὑπὲρ αὐτὸν, ὅτι τὸν ἅγιον ἐδόξαζε Θεὸν, καὶ οὐδὲ ἀναβλέπειν ἐτόλμα, ἀλλ' ἱλασμὸν ἐζήτει μόνον, κατήγορος ὢν ἑαυτοῦ καὶ τῷ σχήματι καὶ τῇ κατὰ στήθους πληγῇ, καὶ τῷ ζητεῖν οὐδὲν ἄλλο πλὴν ἱλασμόν. Ὅρα δὴ οὖν καὶ φυλάττου τὸ παράδειγμα τῆς χαλεπῆς δι' ὑπερηφανίαν ζημίας. Ἐζημιώθη τὴν δικαιοσύνην ὑπερηφανευσάμενος, ἀπώλεσε τὸν μισθὸν θρασυνόμενος· ἠλαττώθη τοῦ ταπεινοῦ καὶ ἁμαρτωλοῦ, μεγαλύνας ἑαυτὸν ὑπὲρ ἐκεῖνον, καὶ οὐκ ἀναμείνας τὴν παρὰ Θεοῦ κρίσιν, ἀλλὰ τὴν παρὰ αὐτοῦ ἐξενεγκών. Σὺ δὲ κατ' οὐδενὸς ἐπαρθήσῃ ποτὲ, οὐδὲ κατὰ τῶν ἄγαν ἁμαρτωλῶν. Ῥύεται πολλάκις ἡ ταπεινοφροσύνη τὸν ἡμαρτηκότα πολλὰ καὶ μεγάλα. Μὴ οὖν σεαυτὸν δικαιώσῃς ὑπὲρ ἕτερον, μήποτε, δικαιωθεὶς τῇ σεαυτοῦ ψήφῳ, τῇ τοῦ Θεοῦ κατακριθῇς. *Οὐκ ἀνακρίνω,* φησὶν, *ἐμαυτὸν,* ὁ Παῦλος. *Οὐδὲν γὰρ ἐμαυτῷ σύνοιδα· ἀλλ' οὐκ ἐν τούτῳ δεδικαίωμαι. Ὁ δὲ ἀνακρίνων με, Κύριός ἐστιν.*

5. Οἶει κατορθοῦν ἀγαθόν; Εὐχαρίστει τῷ Θεῷ, μὴ κατὰ τοῦ πλησίον ἐπαίρου. *Τὸ ἔργον ἑαυτοῦ* (70), φησὶ, *δοκιμαζέτω ἕκαστος, καὶ τότε εἰς ἑαυτὸν μόνον τὸ καύχημα ἕξει, καὶ οὐκ εἰς τὸν ἕτερον.* Τί γὰρ ὤνησας τὸν πλησίον, ὅτι πίστιν ὡμολόγησας, ἢ φυγὴν ὑπέμεινας διὰ ὄνομα Χριστοῦ, ἢ τοῖς νηστείας ἐνεκαρτέρησας πόνοις; Οὐχ ἑτέρου τὸ κέρδος, ἀλλὰ σόν. Φοβήθητι τῆς τοῦ διαβόλου πτώσεως τὴν ὁμοίωσιν· ὃς, ἐπαρθεὶς κατὰ τοῦ ἀνθρώπου, πέπτωκεν ὑπ' ἀνθρώπου (71), καὶ παραδέδοται πάτημα τῷ πεπατημένῳ. Τοιαύτη καὶ τῶν Ἰσραηλιτῶν ἡ πτῶσις. Ἐπαιρόμενοι γὰρ κατὰ τῶν ἐθνῶν, ὡς ἀκαθάρτων, ἀκάθαρτοι γεγόνασιν ἀληθῶς· τὰ δὲ ἔθνη

diendus ad metum atque ad cautionem, edocendusque infirmis parcere et **160** debilibus, quod et suam cognovit infirmitatem, et perspicue intellexit quod quemadmodum, cum in pelago mergeretur, per Christi dexteram erutus est, ita in scandali procella ob incredulitatem in pereundi periculum veniens, Christi virtute servatus sit : qui ei etiam prædixerat quod erat futurum, his verbis : *Simon, Simon : ecce Satanas expetivit, ut cribraret vos sicut triticum. Et ego rogavi pro te, ut non deficiat fides tua : et tu aliquando conversus, confirma fratres tuos* [58]. Ac Petrus quidem sic reprehensus, accepit opem merito, et auxilium, ut fastum deponere, et infirmis parcere disceret. Rursus Pharisæus ille, impudens et supra modum superbus, non in seipso solum confidens, sed publicano etiam coram Deo conviciatus, justitiæ gloriam ob superbiæ crimen amisit. Sed descendit publicanus justificatus præ eo, quod gloriam Deo sancto daret, et ne attollere quidem auderet oculos, sed propitiationem solum exposceret : quippe et habitu, et percutiendo pectore, et alia nulla re præter propitiationem quæsita se ipse accusabat [59]. Vidé igitur et cave exemplum gravis damni, ob superbiam. Justitiæ fecit jacturam, quod ultra modum superbiret ; amisit mercedem, quod fideret sibi plus æquo ; humili postpositus est et peccatori, quod se pluris quam illum faceret, nec Dei exspectaret judicium, sed suum ipsius proferret. Tu vero adversus neminem unquam te efferas, et ne adversus eos quidem qui magni sunt peccatores. Qui multis magnisque peccatis obnoxius est, eum sæpe liberat humilitas. Itaque ne te ipse præ altero justificaveris ; nequando Dei sententia, etsi tua justificatus, condemnere. *Non judico meipsum,* inquit Paulus. *Nihil enim mihi conscius sum : sed non in hoc justificatus sum. Qui autem judicat me, Dominus est* [60].

5. Perpetrasse te boni aliquid arbitraris ? Age gratias Deo, ne extolle te contra proximum. *Opus suum,* inquit, *probet unusquisque, et tum in semetipso tantum gloriam habebit, et non in alio* [61]. Quid enim proximum juvisti, quod fidem es confessus, aut exsilium perpessus ob Christi nomen, aut jejunii labores constanter pertulisti ? Lucrum tuum est, non alterius. Time ne similiter cadas atque diabolus, qui elatus contra hominem, ab homine prostratus est, et vice scabelli traditus est conculcato. Talis est et Israelitarum casus. Cum enim adversus gentes velut immundas efferrentur, vere immundi facti sunt : gentes vero effectæ sunt mundæ.

[58] Luc. xxii, 31, 32. [59] Luc. xviii, 11-14. [60] I Cor. iv, 3, 4. [61] Galat. vi, 4.

(69) Codices aliquot ἐκλείπῃ. Editi ἐκλίπῃ. Mox editi ποτὲ καὶ ἐπιστ. At mss. ποτὲ ἐπιστρέψας. In Vulgata vox ὑμᾶς videtur posita loco non suo. Ita enim in ea legitur : Σίμων, Σίμων, ἰδοὺ ὁ Σατανᾶς ἐξητήσατο ὑμᾶς, τοῦ σινιάσαι ὡς τὸν σῖτον, *Simon, Simon, ecce Satanas expetivit vos, ut cribraret sicut triticum.* Sed melius, ut videtur, apud Basilium, in quo vox ὑμᾶς locata invenitur post verbum σινιάσαι, *Ecce Satanas expetivit, ut cribraret vos sicut triticum.*

(70) Antiqui tres libri ἑαυτοῦ. Editi αὐτοῦ.

(71) Editio utraque et Combefisiani duo mss. cum aliis duobus Regiis aut ὑπ' ἀνθρώπου, aut ὑπὸ ἀνθρώπου, ad verbum, *cecidit ab homine,* hoc est, *prostratus est ab homine.* At Reg. primus ὑπὸ τὸν ἄνθρωπον, *cecidit subter hominem.*

Digitized by Google

Ac illorum quidem justitia sicut pannus menstruatæ facta est : [62] gentium vero iniquitas impietasque deleta est per fidem. In summa, memineris veri illius proverbii · *Superbis Deus resistit, humilibus vero dat gratiam* [63]. Habe in promptu sententiam Domini : *Omnis qui se humiliat, exaltabitur; et qui se exaltat, humiliabitur* [64]. Ne tui ipsius fias judex iniquus, neque ad gratiam expende : si videare tibi quidquam boni habere, numerata illa re, delictisque oblivioni ultro traditis, neque ob recte facta hodierna insolescas, neque recentium aut veterum malefactorum **161** tibi veniam concedas : sed cum præsens reddiderit te elatum, revoca in memoriam antiquam agendi rationem, sicque stolidus tuus tumor cessabit. Et, si proximum peccantem videris, cave consideres ipsius peccatum solum : sed etiam quæ fecit aut facit recte, cogita; et sæpe eum deprehendes teipso meliorem, expensis rebus omnibus, non una duntaxat parte examinata. Neque enim Deus hominem in parte expendit : *Ego* enim, inquit, *opera et cogitationes eorum venio congregaturus* [65]. Quin etiam cum Josaphat aliquando ob præsens peccatum increpareret, meminit quoque recte factorum ipsius, his verbis : *Verumtamen verba bona inventa sunt in te* [66].

6. Hæc et similia adversus superbiam nobismetipsis semper accinamus, demittentes nos ipsos ut exaltemur, imitantes Dominum, qui de cœlo in extremam humilitatem descendit, et vice versa ex humilitate ad decentem altitudinem evectus est. Comperimus enim Domini gesta omnia nos ad humilitatem instruere. Infans cum esset, statim in spelunca, et ne in lecto quidem, sed in præsepi jacuit. In domo fuit fabri lignarii et matris pauperis, matri subditus et illius sponso : docebatur, audiebat quibus sibi opus non erat : interrogabat, sed ita tamen, ut interrogans esset admirationi ob sapientiam. Subdebatur Joanni, et Dominus a servo baptisma accipiebat : insurgentium in se resistebat nulli, neque potestatem ineffabilem, qua præditus erat, exercebat : sed concedebat quasi potentioribus, et temporariæ potestati potentiam ei convenientem permittebat. Sistebatur pontificibus in rei habitu : ducebatur ad præsidem, et judicium subibat, et cum potuisset calumniatores redarguere, silentio ferebat calumnias. Conspuebatur a servis vilissimisque mancipiis, morti tradebatur, eique apud homines turpissimæ. Sic omnia ab ortu ad finem

κεκάθαρται. Καὶ τῶν μὲν ἡ δικαιοσύνη γέγονεν ὡς ῥάκος ἀποκαθημένης, τῶν δὲ ἐθνῶν ἡ ἀνομία καὶ ἡ ἀσέβεια διὰ πίστεως ἐξήλειπται. Καθόλου μέμνησο τῆς ἀληθοῦς παροιμίας· *Ὑπερηφάνοις Θεὸς ἀντιτάσσεται, ταπεινοῖς δὲ δίδωσι χάριν.* Ἔχε τοῦ Κυρίου τὸ ῥῆμα πρόχειρον· *Πᾶς ὁ ταπεινῶν ἑαυτὸν, ὑψωθήσεται· καὶ ὁ* (72) *ὑψῶν ἑαυτὸν, ταπεινωθήσεται.* Μὴ γίνου κριτὴς ἄνισος σεαυτοῦ, μηδὲ πρὸς χάριν ἐξέταζε· εἰ μέν τι δοκεῖς ἔχειν καλὸν, τοῦτο ἐν ψήφῳ τιθεὶς, τῶν δὲ πταισμάτων ἐκὼν ἐπιλανθανόμενος, μηδὲ ἐφ' οἷς μὲν σήμερον κατορθοῖς μεγαλυνόμενος, ἐφ' οἷς δὲ πρώην καὶ πάλαι κακῶς εἰργάσω, συγχώρησιν σεαυτῷ διδούς· ἀλλ' ὅταν σε τὸ παρὸν ἐπάρῃ, τὸ παλαιὸν εἰς ἀνάμνησιν ἀγέτω, καὶ παύσῃ τῆς ἀναισθήτου φλεγμονῆς. Καὶ εἰ τὸν πέλας ἁμαρτάνοντα θεωρήσεις (73), μὴ τοῦτο μόνον αὐτοῦ σκοπήσῃς· ἐνθυμήθητι δὲ καὶ ὅσα πέπραχεν ἢ πράττει καλῶς, καὶ πολλάκις εὑρήσεις αὐτὸν ἀμείνονα σεαυτοῦ, διὰ πάντων ἐξετάζων, καὶ μὴ μερικὰ ψηφιζόμενος (74). Οὐδὲ γὰρ Θεὸς μερικῶς ἐξετάζει τὸν ἄνθρωπον· *Ἐγὼ γὰρ, φησὶ, τὰ ἔργα καὶ τοὺς λογισμοὺς αὐτῶν ἔρχομαι συναγαγεῖν.* Καὶ τῷ Ἰωσαφὰτ ἐπιτιμήσας ποτὲ διὰ τὴν παράπτωσιν ἁμαρτίαν, ἐμνήσθη καὶ τῶν κατωρθωμένων αὐτῷ, λέγων· *Πλὴν ἀλλὰ λόγοι ἀγαθοὶ εὑρέθησαν ἐν σοί.*

6. Ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα πρὸς τὴν ὑπερηφανίαν ἐπᾴδωμεν ἑαυτοῖς ἑκάστοτε, καθαιροῦντες ἑαυτοὺς ἵν' ὑψωθῶμεν, μιμούμενοι τὸν ἐξ οὐρανοῦ καταβάντα Κύριον πρὸς τὴν ἐσχάτην ταπεινότητα, καὶ τοὐναντίον ἐκ ταπεινότητος εἰς ὕψος αἴσιον ἐξογκούμενοι (75). Πάντα γὰρ δὴ πρὸς ταπεινοφροσύνην παιδεύοντα τὰ τοῦ Κυρίου εὑρίσκομεν. Βρέφος ὢν, εὐθὺς ἐν σπηλαίῳ, καὶ οὐδὲ ἐπὶ κλίνης, ἀλλ' ἐπὶ φάτνης· ἐν οἴκῳ τέκτονος καὶ μητρὸς πενιχρᾶς, ὑποτασσόμενος τῇ μητρὶ καὶ τῷ ταύτης μνηστῆρι· διδασκόμενος, ἀκούων ὧν οὐκ ἐδεῖτο, ἐπερωτῶν δὲ ὅμως, καὶ διὰ τῆς ἐρωτήσεως ἐπὶ τῇ σοφίᾳ θαυμαζόμενος· ὑποτασσόμενος Ἰωάννῃ, καὶ βάπτισμα παρὰ τοῦ δούλου δεχόμενος ὁ Δεσπότης· οὐδενὶ τῶν ἐπανισταμένων ἀνθιστάμενος, οὐδὲ τὴν ἄφατον ἐξουσίαν, ἣν εἶχεν, ἐπανατεινόμενος· ἀλλ' ὡς δυνατωτέροις ὑποχωρῶν, καὶ τῇ προσκαίρῳ ἐξουσίᾳ τὸ κατ' αὐτὴν ἰσχυρὸν ἐπιτρέπων· ἐπὶ τῶν ἀρχιερέων ἱστάμενος ἐν σχήματι δικαζομένου, ἡγεμόνι προσαγόμενος καὶ κρίσιν ὑποφέρων, καὶ παρὸν ἐλέγχειν τοὺς συκοφαντοῦντας, σιωπῇ φέρων τὰς συκοφαντίας· ἐμπτυόμενος ὑπὸ δούλων καὶ παιδαρίων εὐτελεστάτων, θανάτῳ παραδιδόμενος, καὶ θανάτῳ τῷ παρὰ

[62] Isa. LXIV, 6. [63] Prov. III, 34; Jac. IV, 6; I Petr. V, 5. [64] Luc. XIV, 11. [65] Isa. LXVI, 18. [66] II Paralip. XIX, 3.

(72) Unus Colb. ὁ δέ, vocula καί omissa.

(73) Sic rescribendum duximus pro edito θεωρήσῃς, quod ad poetarum dialectum pertinet. EDIT.

(74) Unus Reg. μικρὰ ψηλαφιζόμενος.

(75) Veteres tres libri cum utraque editione αἴσιον ἐξογκούμενοι. At Colb. primus αἴσιον ἐξελκόμενοι. Sensus postulat ut pro ἐξογκούμενοι legamus ἐξογκούμενον, *evectum* Dominum. Erratumne sit librariorum, an hoc dictum sit per *attractionem*, videbunt alii. Vocem autem αἴσιον ita Latine reddidit Combefisius, *ad eximiam ac singularem celsitudinem provexit.* Sed si semel recedendum sit ab ea quam vox αἴσιος usitate habet significatione, malim vertere, *ad summam celsitudinem.*

Digitized by Google

ἀνθρώποις αἰσχίστῳ. Οὕτω τὸν ἄνθρωπον διεξῆλθε πάντα τὰ ἀπὸ (76) γενέσεως εἰς τέλος· καὶ μετὰ τοσαύτην ταπεινοφροσύνην ὕστερον τὴν δόξαν ἐκφαίνει, συνδοξάζων ἑαυτῷ τοὺς συναδοξήσαντας. Ὧν οἱ μακάριοι μαθηταὶ πρῶτοι, πένητες καὶ γυμνοὶ τὴν οἰκουμένην διαδραμόντες, οὐκ ἐν σοφίᾳ λόγου, οὐκ ἐν ἀκολούθων πλήθει, μόνοι, καὶ ἀλῆται, καὶ ἔρημοι, γῆν τε καὶ θάλατταν ἐξαμείβοντες, μαστιζόμενοι, λιθοβολούμενοι, διωκόμενοι, τέλος ἀναιρούμενοι. Ταῦτα ἡμῖν πατρῷα καὶ θεῖα παιδεύματα. Πρὸς τὴν τούτων ἕλθωμεν μίμησιν, ἵν' ἡμῖν ἐκ τῆς ταπεινότητος ἀνατείλῃ δόξα αἰώνιος, ἡ τελεία καὶ ἀληθὴς Χριστοῦ ὡραιά.

A usque ætatem hominis absumpsere : sed post tantam humilitatem, gloriam tandem ostendit, ignominiæ socios in societatem gloriæ suæ admittens. Quorum primi sunt beati discipuli, qui pauperes et nudi orbem terrarum percurrerunt, non in sapientia sermonis, non cum sectatorum frequentia, soli, vagi ac desolati, terram ac mare peragrantes, flagris cæsi, lapidibus petiti, divexati, occisi denique. Hæc nobis sunt paterna documenta et divina. Hæc imitemur, ut nobis per humilitatem accedat gloria æterna, perfectum illud ac verum Christi donum.

7. Πῶς οὖν εἰς τὴν σωτήριον ταπεινοφροσύνην καταβησόμεθα, τὸν ὀλέθριον ὄγκον τῆς ὑπερηφανίας καταλιπόντες; Ἐὰν διὰ πάντων ἀσκῶμεν τὸ τοιοῦτο, καὶ μηδὲν παρορῶμεν ὡς οὐ παρὰ τοῦτο βλαβησόμενοι. Τοῖς γὰρ ἐπιτηδεύμασιν ὁμοιοῦται ψυχὴ, καὶ πρὸς ἃ πράττει, τυποῦται, καὶ πρὸς ταῦτα σχηματίζεται. Ἔστω σοι καὶ σχῆμα, καὶ ἱμάτιον, καὶ βάδισμα, καὶ καθέδρα, καὶ τροφῆς κατάστασις, καὶ στρωμνῆς παρασκευὴ, καὶ οἶκος, καὶ τὰ ἐν οἴκῳ σκεύη πάντα πρὸς εὐτέλειαν ἠσκημένα· καὶ λόγος, καὶ ᾠδὴ, καὶ ἡ τοῦ πλησίον ἔντευξις, καὶ ταῦτα πρὸς μετριότητα μᾶλλον ἢ πρὸς ὄγκον ὁράτω. Μή μοι κόμπους ἐν λόγῳ σοφιστικοὺς, μηδὲ ἐν ᾠδαῖς ἡδυφωνίας ὑπερβαλλούσας, μηδὲ διαλέξεις ὑπερηφάνους καὶ βαρείας· ἀλλ' ἐν ἅπασιν ὑφαίρει τοῦ μεγέθους· χρηστὸς πρὸς τὸν φίλον, ἥπιος πρὸς τὸν οἰκέτην, ἀνεξίκακος πρὸς τοὺς θρασεῖς, φιλάνθρωπος πρὸς τοὺς ταπεινοὺς, παρηγορῶν κακουμένους, ἐπισκεπτόμενος τοὺς ἐν ὀδύναις, μηδένα καθάπαξ ὑπερορῶν, γλυκὺς ἐν προσηγορίᾳ, φαιδρὸς ἐν ἀποκρίσει, δεξιὸς, εὐπρόσιτος ἅπασι, μήτε σεαυτοῦ διεξιὼν ἐγκώμια, μηδὲ ἑτέρους λέγειν παρασκευάζων, μηδὲ λόγον ἄσεμνον ἀποδεχόμενος, ἐπικαλύπτων ὅσα δυνατὸν τῶν σεαυτοῦ πλεονεκτημάτων· ἐπὶ δὲ τοῖς ἁμαρτήμασι κατηγορῶν σεαυτοῦ, καὶ μὴ τοὺς ἑτέρων ἐλέγχους ἀναμένων, ἵνα γένῃ κατὰ τὸν δίκαιον τὸν ἑαυτοῦ κατήγορον ἐν πρωτολογίᾳ, ἵνα ᾖς κατὰ τὸν Ἰὼβ, ὃς οὐ διετράπη πολυοχλίαν πόλεως, ἐπ' αὐτῶν ἐξαγορεῦσαι τὸ ἴδιον πταῖσμα. Μὴ βαρὺς ἐν ἐπιτιμήσεσι γίνου, μηδὲ ταχέως, μηδὲ ἐμπαθῶς ἐξελέγχων (αὖθαδες γὰρ τὸ τοιοῦτον), μηδὲ ἐπὶ μικροῖς καταδικάζων, ὡς ἀκριβοδίκαιος (77) αὐτὸς ὑπάρχων· τοὺς ἐν παραπτώματι προσλαμβανόμενος, καὶ πνευματικῶς καταρτίζων αὐτοὺς, ὡς ὁ Ἀπόστολος παραινεῖ· *Σκοπῶν σεαυτὸν, μὴ καὶ σὺ πειρασθῇς*· τοσαύτην ποιούμενος σπουδὴν μὴ δοξάζεσθαι παρὰ ἀνθρώποις, ὅσην ἕτεροι περὶ τοῦ δοξάζεσθαι, εἴ γε

7. Quomodo ergo ad salutarem humilitatem deveniemus, exitioso superbiæ tumore derelicto? Si quid ejusmodi exercuerimus in omnibus, nec quidquam neglexerimus tanquam nullum inde damnum perpessuri. Anima enim studiis similis fit atque exercitationibus, et ad ea quæ efficit, formatur fingiturque. Tibi et habitus, et vestitus, et incessus, et sessio, et victus ratio et lecti apparatus, et domus, et omnis **162** ædium supellex instructa sit ad tenuitatem. Quin et sermo, et cantus, et congressus cum proximo, et hæc quoque ad modestiam magis quam ad fastum composita esse videantur. Ne mihi in sermone sophisticam jactantiam, aut in cantilenis nimiam vocis suavitatem, aut superbam ac gravem disceptandi rationem ostendas : sed fac reseces in omnibus amplitudinem atque magnificentiam, officiosus in amicum, mitis erga famulum, patiens erga petulantes, humanus erga humiles, consolans afflictos, invisens dolore affectos, neminem omnino contemnens, suavis in compellando, hilaris in respondendo, comis, præbens omnibus facilem accessum, neque narrans laudes tuas, neque alios ad narrandum subornans, neque admittens inhonestum sermonem, eximias tuas dotes, quoad ejus fieri poterit, obtegens. Contra, ob peccata te ipse accusa [67]; et ne exspectes aliorum reprehensionem, ut justum initio sermonis seipsum accusantem imitere, ut Jobo similis sis [68], quem non puduit ejus quæ in civitate erat multitudinis : sed erratum suum coram ipsis evulgavit. Ne sis in objurgando gravis, neque cito, neque animo commoto redarguas (hoc enim resipit arrogantiam quamdam), neque ob res parvi momenti condemnes, tanquam si ipse perfecte justus exsistas. Complectere delinquentes, ac spiritualiter ipsos instaura, uti monet Apostolus : *Considerans teipsum, ne et tu tenteris* [69]. Tantum studii in eo ponito ut

[67] Prov. xviii, 17. [68] Job xxxi, 34. [69] Galat. vi, 1.

(76) Utraque editio πάντα τῶν ἀπό. At Combefisiani codices πάντα τὸν ἀπό· quod ita interpretatur vir doctissimus Combefisius, *Sic, quæ sunt hominis transegit omnia ab ortu nativitatis in finem.* At Colb. primus πάντα τὰ ἀπό. Ad verbum, *Omnia quæ venerunt ab ortu ad finem usque, hominem sic pertransierunt.* Hoc est, Christus homo sic in operibus humilibus totam vitam transegit.

(77) Illud, ὡς ἀκριβοδίκαιος, si mavis, ita interpretabere, *Velut summo jure agens atque inclementius.* Vox αὐτός in causa fuit, cur ita interpretati simus, *Tanquam si ipse perfecte justus exsistas* Nam vox αὐτός vix sinit, ut hic locus aliter verti possit. Quod mox sequitur, καταρτίζων αὐτούς, ita Latine reddi potest ex Vulgata, *instruens ipsos.*

Digitized by Google

ne apud homines gloria afficiare, quantum cæteri ut gloriam adipiscantur, si quidem memineris Christi, qui dicit mercedem apud Deum amitti, cum quis sponte claritatem apud homines atque splendorem sibi comparat, bonumque idcirco facit ut conspiciatur ab hominibus. *Recipiunt* enim, inquit, *mercedem suam* [70]. Itaque ne tibi ipse damnum afferas, claritatem volens apud homines obtinere. Quandoquidem Deus est spectator magnus, ambias gloriam consequi apud Deum : splendidam quippe mercedem retribuit. At adeptus es præclaram dignitatem, hominesque colunt te atque observant, et gloriam dant? Esto subditis similis, *Non velut dominium*, inquit, *in cleris exercens* [71], neque te geras more mundanorum principum. Nam qui vult primus esse, eum omnium servum esse Dominus jussit [72]. Sed, ut verbo dicam, persequere humilitatem ita, ut ejus amatorem decet. Ama illam, et gloria te afficiet. Sic iter es rite facturus ad veram gloriam, quæ est in angelis, et apud Deum. Confitebitur autem te Christus tanquam discipulum suum, coram angelis [73]; tibique dabit gloriam, si humilitatem imiteris ipsius, qui dixit : *Discite a me, quia mitis sum, et humilis corde, et invenietis requiem animabus vestris* [74] : cui gloria et imperium in sæcula sæculorum. Amen.

A μέμνησαι τοῦ Χριστοῦ, ζημίαν λέγοντος εἶναι τοῦ παρὰ Θεῷ μισθοῦ, τὴν ἐκούσιον παρὰ ἀνθρώποις ἐπιφάνειαν, καὶ τὸ ποιεῖν ἀγαθὸν πρὸς τὸ θεαθῆναι τοῖς ἀνθρώποις· *Ἀπέχουσι* γάρ, φησὶν, *τὸν μισθὸν αὐτῶν*. Μὴ τοίνυν ζημίου σεαυτὸν, ἐπὶ ἀνθρώπων φαίνεσθαι βουλόμενος. Ἐπειδὴ Θεὸς μέγας θεατὴς, φιλοδόξησον ἐπὶ Θεοῦ· λαμπρὸν γὰρ ἀποδίδωσι τὸν μισθόν. Ἀλλὰ προεδρίας ἠξιώθης, καὶ περιέπουσί σε ἄνθρωποι καὶ δοξάζουσι; Γίνου τοῖς ὑπηκόοις ἴσος, *Μὴ ὡς κατεξουσιάζων τῶν κλήρων*, φησὶ, μηδὲ κατὰ τοὺς κοσμικοὺς ἄρχοντας. Τὸν γὰρ θέλοντα πρῶτον εἶναι, δοῦλον εἶναι πάντων (78) ὁ Κύριος ἐκέλευσε. Καθόλου δὲ εἰπεῖν, οὕτω δίωξον τὴν ταπεινοφροσύνην, ὡς ἐραστὴς αὐτῆς. Ἐράσθητι αὐτῆς, καὶ δοξάσει σε. Οὕτω καλῶς ἐπὶ δόξαν ὁδεύσεις τὴν ἀληθῆ, τὴν ἐν ἀγγέ- B λοις, τὴν παρὰ Θεῷ. Ὁμολογήσει δέ σε Χριστὸς ὡς ἴδιον μαθητὴν ἐπὶ τῶν ἀγγέλων, καὶ δοξάσει σε, ἂν γένῃ τῆς ταπεινοφροσύνης αὐτοῦ μιμητὴς, τοῦ λέγοντος· *Μάθετε ἀπ' ἐμοῦ, ὅτι πρᾶός εἰμι, καὶ ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ, καὶ εὑρήσετε ἀνάπαυσιν ταῖς ψυχαῖς ὑμῶν*· ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

---

163 HOMILIA XXI.

Quod rebus mundanis adhærendum non sit, et de incendio extra Ecclesiam facto.

1. Ego quidem, dilectissimi, putabam fore, ut, dum frequenter sermonis stimulos vehementius admoveo, vobis viderer molestus esse et morosus, tanquam qui nimiam quamdam dicendi libertatem ostendam, quæ neque hospitem deceat, neque virum similibus vitiis obnoxium : vos tamen fuistis reprehensionibus ad benevolentiam provocati, et plagas a lingua nostra inflictas fomitem majoris studii fecistis. Nec mirum quidquam est et insolens. Estis enim in rebus spiritus sapientes. *Argue* autem *sapientem, et diliget te* [75], inquit alicubi in suis scriptis Salomon. Quapropter, fratres, etiam nunc exhortatione eadem utor, volens vos, quoad ejus facere potero, a diaboli retibus abducere. Nam magnum ac varium bellum nobis, dilectissimi, quotidie infert hostis veritatis. Infert autem, uti scitis, dum cupiditates nostras jacula adversum nos efficit, semperque vires a nobis ad nos lædendos mutuatur. Quoniam enim magnam potentiæ illius partem indissolubilibus legibus Dominus colligavit, nec sivit ipsum impetu suo humanum genus e terra simul delere, jam invidus ille per nostram insipientiam a nobis furtim reportat victoriam. Et

ΟΜΙΛΙΑ ΚΑ'.

Περὶ τοῦ μὴ προσηλῶσθαι τοῖς βιωτικοῖς, καὶ περὶ τοῦ γενομένου ἐμπρησμοῦ (79) *ἔξωθεν τῆς Ἐκκλησίας.*

C 1. Ἐγὼ μὲν ᾤμην, ἀγαπητοὶ, σφοδρότερον ἑκάστοτε τοῦ λόγου τὸ κέντρον προσάγων, λυπηρός τις εἶναι δόξειν ὑμῖν, ὡς περιττήν τινα παῤῥησίαν ἐπιδεικνύμενος, καὶ οὔτε ξένῳ πρέπουσαν, οὔτε ἀνδρὶ κατειλημμένῳ παραπλησίοις ἐγκλήμασιν· ὑμεῖς δὲ ἐκ τῶν ἐλέγχων εἰς εὔνοιαν ἠρεθίσθητε (80), καὶ τὰς ἀπὸ τῆς γλώττης πληγὰς ὑπέκκαυμα πόθου πεποίησθε πλείονος. Καὶ οὐδὲν ξένον. Ἐστὲ γὰρ σοφοὶ τὰ τοῦ πνεύματος. *Ἔλεγχε δὲ σοφὸν, καὶ ἀγαπήσει σε*, φησί που τῶν αὐτοῦ λόγων ὁ Σολομών. Διὰ ταῦτο, ἀδελφοὶ, καὶ νῦν ἐπὶ τὴν αὐτὴν ἥκω παραίνεσιν, ὅπηπερ ἂν οἷός τε ὦ, τῶν τοῦ διαβόλου δικτύων ὑμᾶς ἀπάγειν βουλόμενος. Πολὺν γὰρ, ἀγαπητοὶ, καὶ ποικίλον ἐφ' ἡμέραν ἡμῖν ὁ τῆς ἀληθείας ἐχθρὸς D προσάγει τὸν πόλεμον. Προσάγει δὲ, ὡς ἴστε, τὰς ἡμετέρας ἐπιθυμίας καθ' ἡμῶν βέλη ποιούμενος, καὶ παρ' ἡμῶν εἰς τὸ βλάπτειν ἡμᾶς ἀεὶ λαμβάνων ἰσχύν. Ἐπειδὴ γὰρ τὸ πολὺ τῆς ἐκείνου δυνάμεως ὁ Δεσπότης νόμοις ἀλύτοις κατέδησε, καὶ οὐκ εἴασεν εἰς ἅπαξ ὁρμήσαντα τὸ γένος ἐκτρῖψαι τῆς γῆς, κλέπτει τὴν καθ' ἡμῶν νίκην λοιπὸν ἐκ τῆς ἡμετέρας ἀνοίας ὁ βάσκανος. Καὶ καθάπερ οἱ πονηροὶ καὶ πλεονεκτικοὶ τῶν ἀνθρώπων, οἷς ἔργον μέν ἐστι καὶ προαί-

[70] Matth. VI, 2. [71] I Petr. V, 3. [72] Marc. X, 44. [73] Luc. XII, 8. [74] Matth. XI, 29. [75] Prov. IX, 8.

(78) Editi πάντων ἀνθρώπων. Vox ultima in antiquis libris deest.

(79) Editio Paris. ἐμπυρισμοῦ. At Colb. primus et Anglic. ἐμπρησμοῦ. Illud, καὶ περὶ τοῦ γενομένου, etc., in antiquis duobus libris desideratur.

(80) *Ἠρεθίσθητε*. Ediderat Garnerius, sine augmento, ἐρεθίσθητε, quod est forma imperativi. Nos indicativum, postulante sensu, restituimus. Edit

Digitized by Google

ρεσις ἐκ τῶν ἀλλοτρίων πλουτεῖν, δύναμις δὲ οὐ πάρεστιν ὥστε μετὰ παῤῥησίας βιάζεσθαι, ταῖς ὁδοῖς ἐφεδρεύειν εἰώθασι· καὶ εἰ ἴδωσί τι χωρίον περὶ αὐτὰς, ἢ φάραγξι βαθείαις διεῤῥωγὸς, ἢ φυτῶν πυκνότητι σύσκιον, εἰς τοῦτο καταδυόμενοι, καὶ τὴν ἐκ πολλοῦ πρόοψιν τῶν ὁδοιπορούντων τοιούτοις ὑποτεμνόμενοι προκαλύμμασιν, ἀθρόον ἐπιπηδῶσιν αὐτοῖς, ὥστε μὴ πρότερον δυνηθῆναί τινα τοὺς τοῦ κινδύνου βρόχους ἰδεῖν πρὶν εἰς τούτους πεσεῖν· οὕτως ὁ δυσμενὴς ἄνωθεν ἡμῖν καὶ πολέμιος τὰς τῶν κοσμικῶν τέρψεων ὑποτρέχων σκιὰς, αἳ περὶ τὴν ὁδὸν τοῦ βίου τούτου πεφύκασι δειναὶ κρῦψαι λῃστὴν, καὶ τὸν ἐπιβουλεύοντα ποιῆσαι λαθεῖν, ἐντεῦθεν ἀπροόπτως τὰς τῆς ἀπωλείας ὑποσπείρει παγίδας ἡμῖν. Δεῖ τοίνυν ἡμᾶς, εἴπερ ἐθέλοιμεν (81) ἀσφαλῶς τὴν ὑποκειμένην ὁδὸν τοῦ βίου διαδραμεῖν, καὶ παραστῆσαι Χριστῷ τὴν ψυχήν τε ὁμοῦ καὶ τὸ σῶμα τῆς ἐκ τῶν τραυμάτων αἰσχύνης ἐλεύθερα, καὶ τοὺς ἐπὶ τῇ νίκῃ στεφάνους λαβεῖν, ἐγρηγορότας περιάγειν ἀεὶ πανταχόσε τοὺς τῆς ψυχῆς ὀφθαλμοὺς καὶ πάντα ὑποπτεύειν ὅσα τερπνὰ, καὶ παρατρέχειν εὐθὺς, καὶ μηδενὶ προσερείδειν τὴν ἔννοιαν, μηδὲ εἰ χρυσὸς φαίνοιτο χύδην προκείμενος, ἕτοιμος εἰς τὰς τῶν βουλομένων χεῖρας ἐλθεῖν (*Πλοῦτος* γὰρ, φησὶν, *ἐὰν ῥέῃ, μὴ προστίθεσθε καρδίᾳ* [82]) · μηδὲ εἰ γῆ βλαστάνουσα πᾶσαν τρυφὴν, καὶ πολυτελεῖς δεικνύουσα σκηνὰς (*Ἡμῶν* γὰρ *τὸ πολίτευμα ἐν οὐρανῷ, ἐξ οὗ καὶ Σωτῆρα ἀπεκδεχόμεθα Χριστόν*)· μηδὲ εἰ χορεῖαι, καὶ κῶμοι, καὶ μέθαι, καὶ καταυλούμεναι τράπεζαι (*Ματαιότης* γὰρ, φησὶν, *ματαιοτήτων, τὰ πάντα ματαιότης*)· μηδὲ εἰ σωμάτων κάλλη πρωτείνοιτο, παρὰ πονηρῶν ψυχῶν ἐνοικούμενα (*Ἀπὸ προσώπου* γὰρ *γυναικὸς ὡς ἀπὸ προσώπου ὄφεως φεῦγε* (83), φησὶν ὁ Σοφός)· μηδὲ εἰ δυναστεῖαι καὶ τυραννίδες, καὶ δορυφόρων ἢ κολάκων ἐσμοί· μηδὲ εἰ θρόνος ὑψηλὸς καὶ λαμπρὸς, ὑποζεύξας ἔθνη καὶ πόλεις εἰς δουλείαν ἑκούσιον (*Πᾶσα* γὰρ *σὰρξ ὡς χόρτος, καὶ πᾶσα δόξα ἀνθρώπου ὡς ἄνθος χόρτου· ἐξηράνθη ὁ χόρτος, καὶ τὸ ἄνθος ἐξέπεσε*). Τούτοις γὰρ δὴ πᾶσι τοῖς οὕτω τερπνοῖς ὁ κοινὸς ὑποκάθηται δυσμενὴς, ἀναμένων εἴ ποτε (84), τοῖς ὁρωμένοις δελεασθέντες, τῆς μὲν εὐθείας ἐκτραπῶμεν ὁδοῦ, πρὸς δὲ τὸν ἐκείνου λόχον ἑαυτοὺς ἀποκλίνωμεν. Καὶ δέος πολὺ μή ποτε, προσδραμόντες ἀφυλάκτως αὐτοῖς, καὶ τὴν ἐκ τῆς ἀπολαύσεως τέρψιν οὐδὲν ἡγησάμενοι βλαβερὸν, ἐγκεχρυμμένον τῇ πρώτῃ γεύσει τὸ τοῦ δόλου καταπίωμεν ἄγχιστρον· εἶτα ὑπὸ τούτου τὰ μὲν ἑκόντες, τὰ δὲ ἄκοντες, προσδεθῶμεν αὐτοῖς, καὶ πρὸς τὸ φοβερὸν τοῦ λῃστοῦ καταγώγιον τὸν θάνατον λάθωμεν ἑλκυσθέντες ὑπὸ τῶν ἡδονῶν.

A quemadmodum improbi homines atque avari, quorum opera ac propositum est ex alienis ditescere, sed quibus non suppetit potentia ut violentiam apertam exerceant, vias insidiose occupare solent, et si viderint in eis locum quempiam, aut vallibus profundis diffractum, aut arborum densitate umbrosum, eo recipientes se, et longe ante ejusmodi tegumentis, quominus viatores prævideant, impedientes, confertim et ex improviso in illos insiliunt, ne quisquam periculi laqueos priusquam in illos inciderit, possit videre : sic ille qui nobis ab initio infensus est et hostis, voluptatum mundanarum umbras subiens, quæ in hujus vitæ via ad occultandum prædonem et ad dandas insidiatori latebras idoneæ esse solent, inde inopinato interitus B laqueos nobis subjicit. Itaque si modo velimus substratam vitæ viam tuto percurrere, atque animam simul et corpus vulnerum turpitudine immunia offerre Christo, coronasque ob victoriam accipere, oportet nos animi oculos semper undecunque vigilantes circumagere, et res omnes jucundas habere suspectas, ac statim præterire, et ad nullam animum appellere, ne si aurum quidem videatur fuse sparsum, quod in cupientium manus venire paratum sit (*Divitiæ* enim, inquit, *si affluant, nolite cor apponere*[76]) ; neque si proferat terra delicias omnes ac sumptuosa tabernacula (nam *Nostra conversatio in cœlo est, unde etiam Salvatorem* **164** *expectamus Christum*[77]) ; neque si choreæ, et comessationes, et ebrietates, et mensæ tibiarum mo- C dulis resonantes proponantur (*Vanitas* enim, inquit, *vanitatum, omnia vanitas*[78]) ; neque si offerantur corpora formosa, in quibus animæ pravæ inhabitent (*A facie* enim *mulieris velut a facie serpentis fuge*, inquit Sapiens [79]) ; neque si potentatus dominatusque, ac satellitum aut adulatorum turmas exspectare liceat, neque si promittatur altus thronus atque splendidus, gentes ac civitates voluntariæ servituti subjiciens (*Omnis* enim *caro fenum, et omnis gloria hominis quasi flos feni ; aruit fenum, et flos cecidit*[80]). Etenim sub his omnibus adeo jucundis communis ille hostis latitat, exspectans num quando rebus conspectis illecti, via recta derelicta, nos ipsos in illius insidias conjiciamus. Quin etiam metuendum valde est, nequando D ad hæc incaute accurrentes, nihilque noxii in fruenda illa jucunditate inesse rati, doli hamum deglutiamus in primo gustu occultatum : deinde, ne ab hoc tracti, partim libentes, partim inviti his rebus alligemur, inscientesque a voluptatibus ad horrendum latronis hospitium trahamur, ad mortem scilicet.

[76] Psal. LXI, 11. [77] Philip. III, 20. [78] Eccle. I, 2. [79] Eccli. XXI, 2. [80] Isa. XL, 6, 7.

(81) Veteres duo libri ἐθέλομεν. Alius ἐθέλωμεν. Alius cum vulgatis ἐθέλοιμεν. Aliquanto post unus codex et editi ἐπὶ τῇ νίκῃ. Alii tres mss. ἐπὶ τῆς νίκης.

(82) Editi et duo mss. καρδίᾳ. Codex unus καρδίαν. Mox Reg. primus τρυφὴν καὶ ἀπόλαυστιν, καὶ πολυτελεῖς.... ἐν οὐρανοῖς ὑπάρχει.

(83) Apud LXX paulo aliter legitur Eccle. XXI, 2 : ὡς ἀπὸ προσώπου ὄφεως, φεῦγε ἀπὸ ἡμαρτίας, *tanquam a facie colubri, fuge a peccato :* a qua interpretatione non recedit Vulgata.

(84) Editio Paris. ἀναμένων εἴ ποτε. Vocula *εἰ* neque in editione Basil. neque in nostris quatuor mss. invenitur.

Digitized by Google

2. Quare necessarium est et utile omnibus, fratres, nos more viatorum aut cursorum succinctos, et undelibet levitatem animabus nostris ad cursum hunc perficiendum conciliantes, ad viæ finem recta festinare. Nec quisquam fingere me nomina nova suspicetur, quod humanam vitam viam nunc vocavi; cum et David propheta sic vitam nominaverit: qui nunc quidem alicubi ita dicit, *Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini* [81]: nunc vero ad Dominum suum clamat, *Viam iniquitatis amove a me, et lege tua miserere mei* [82]. Rursus alicubi Dei adversum eos qui sibi infesti erant, celere in opem collaudans et ad lyram hilare aptans, dicebat: *Et quis Deus præter Deum nostrum? Deus qui præcingit me virtute, et posuit immaculatam viam meam* [83]: ratus, nec immerito, vitam quam homines ubicunque terrarum degunt, sive egregiam, sive pravam, ita esse appellandam. Quemadmodum enim qui aliquod iter haud remisse susceptum conficiunt, gressus pedum ad cursum peragendum certatim ulterius promoventes, jugiterque gressum humi prius fixum veloci alterius translatione posteriorem reddentes, pertingunt facile ad viæ finem: ita qui in vitam a conditore introducti sunt, statim in ipso initio particulas temporis ingredientes, ac priorem semper posteriorem relinquentes, ad vitæ terminum perveniunt. Annon etiam præsens vita vobis videtur continua quædam et porrecta via esse, et iter ætatibus quasi quibusdam mansionibus interstinctum? quod ut profectionis initium partum maternum unicuique exhibet, ita cursus finem tentoria sepulcrorum ostendit, atque huc omnes conducit, alios citius, serius alios, et hos quidem per omnia temporis intervalla profectos, illos vero ne in primis quidem vitæ stationibus commoratos. Et alias quidem vias quæ ex urbe ad urbem ducunt, licet declinare, et per eas non **165** proficisci, si quis ita volet: hæc vero, etiamsi nos differre cursum voluerimus, eos qui in se incedunt viatores violenter apprehensos ad destinatam a Domino metam trahit; nec fieri potest, dilectissimi, ut is qui semel extra portam ad hanc vitam deducentem egressus est, idque iter inivit, non etiam ad illius terminum perveniat: sed unusquisque nostrum ubi e materno sinu exivit, statim temporis fluento illigatus rapitur, semper a tergo diem quam vixit relinquens, nec unquam ad hesternam, etiamsi velit, reverti valens. Nos autem lætamur cum progredimur ulterius, et permutata ætate quasi nonnihil acquirentes, gaudemus; ac beatum quiddam ducimus, cum quis ex puero vir, et ex viro senex factus est. Sed fugit nos tantum vitæ

2. Ὥστε ἀναγκαῖον καὶ λυσιτελὲς ἅπασιν, ἀδελφοὶ, καθάπερ ὁδοιπόρους ἢ δρομέας στειλαμένους ἡμᾶς, καὶ πανταχόθεν τὸ κοῦφον ταῖς ψυχαῖς πρὸς τὸν δρόμον τοῦτον ἐπινοήσαντας, ἀμεταστρέπτως (85) ἐπὶ τὸ τῆς ὁδοῦ πέρας ἐπείγεσθαι. Καί με μηδεὶς ὑπολάβοι καινῶν ὀνομάτων γίνεσθαι ποιητὴν, ὅτι τὴν ἀνθρωπίνην ζωὴν ὁδὸν ἐκάλεσα νῦν, ἐπεὶ καὶ Δαβὶδ ὁ προφήτης οὕτω τὸν βίον ὠνόμασε· νῦν μὲν ᾧδέ πη λέγων· *Μακάριοι οἱ ἄμωμοι ἐν ὁδῷ, οἱ πορευόμενοι ἐν νόμῳ Κυρίου*· νῦν δὲ πρὸς τὸν ἑαυτοῦ Δεσπότην βοῶν· *Ὁδὸν ἀδικίας ἀπόστησον ἀπ' ἐμοῦ, καὶ τῷ νόμῳ σου ἐλέησόν με.* Ποτὲ δὲ ὑμνῶν τὴν ὀξεῖαν τοῦ Θεοῦ κατὰ τῶν ἐπηρεαζόντων βοήθειαν, καὶ τῇ λύρᾳ προσάγων (86) μεθ' ἡδονῆς, *Καὶ τίς Θεὸς πλὴν τοῦ Θεοῦ ἡμῶν;* ἔλεγεν· *Ὁ Θεὸς ὁ περιζωννύων με δύναμιν, καὶ ἔθετο ἄμωμον τὴν ὁδόν μου*· πανταχοῦ τὴν ἐπὶ γῆς τῶν ἀνθρώπων διατριβὴν, ἢ θαυμαζομένην ἢ φαύλην, οὕτω δεῖν προσαγορεύειν ἡγούμενος εἰκότως. Ὥσπερ γὰρ οἵ τινα συντεταμένην πορείαν ἀνύοντες, ἐπὶ τὰ πρόσω τὰς τῶν ποδῶν βάσεις ἀμιλλωμένας ἀλλήλαις εἰς δρόμον ἀμείβοντες, καὶ τὴν ἀεὶ προτέραν ἐπὶ τῆς γῆς ἐρεισθεῖσαν δευτέραν ἀποδεικνύντες τῇ ταχείᾳ μεταθέσει τῆς ἄλλης, ῥᾳδίως ἐπὶ τὸ τῆς ὁδοῦ τέρμα χωροῦσιν· οὕτως οἱ πρὸς τὸ ζῆν παραχθέντες ὑπὸ τοῦ κτίσαντος, εὐθὺς ἐν ἀρχῇ τοῖς τοῦ χρόνου τμήμασιν ἐπεμβαίνοντες, καὶ τὸ πρότερον ἀεὶ καταλιμπάνοντες ὕστερον, ἐπὶ τὸ πέρας φθάνουσι τῆς ζωῆς. Ἢ οὐχὶ καὶ ὑμῖν δοκεῖ συνεχής τις ὁδὸς ὑφηπλῶσθαι ἡ παροῦσα ζωὴ, καὶ πορεία διειλημμένη ταῖς ἡλικίαις καθάπερ σταθμοῖς, ἀρχὴν μὲν ἑκάστῳ τῆς ὁδοιπορίας παρέχουσα τὰς τῶν μητρῶν ὠδῖνας, τέρμα δὲ ὑποδεικνῦσα τοῦ δρόμου τὰς τῶν τάφων σκηνάς, καὶ πρὸς ἐκείνας ἅπαντας ἄγουσα, τοὺς μὲν θᾶττον, τοὺς δὲ βραδύτερον, καὶ τοὺς μὲν διὰ πάντων τῶν τοῦ χρόνου διαστημάτων ὁδεύσαντας, τοὺς δὲ οὐδὲ τοῖς πρώτοις ἐναυλισθέντας τοῦ βίου σταθμοῖς; Τὰς μὲν οὖν ἄλλας ὁδοὺς, ὅσαι πρὸς πόλιν ἐκ πόλεως ἄγουσιν, ἔστιν ἐκκλῖναι, καὶ μὴ ὁδεῦσαι τὸν μὴ βουλόμενον· αὕτη δὲ, κἂν ἡμεῖς ἀναβάλλεσθαι βουληθῶμεν τὸν δρόμον, περιλαβοῦσα πρὸς βίαν, ἐπὶ τὸ τεταγμένον ὑπὸ τοῦ Δεσπότου πέρας ἕλκει τοὺς ἐπ' αὐτῆς· καὶ οὐκ ἔστιν, ἀγαπητοὶ, τὸν ἅπαξ ὑπεκδραμόντα τὴν ἐπὶ τόνδε τὸν βίον φέρουσαν πύλην, καὶ τῆς ὁδοῦ ταύτης ἐπιβάντα, μὴ καὶ πρὸς τὸ τέλος ταύτης ἐλθεῖν· ἕκαστος δὲ ἡμῶν, μετὰ τὸ (87) τοὺς μητρῴους κόλπους ἀποφυγεῖν, εὐθὺς τοῖς τοῦ χρόνου ῥεύμασιν ἐνδεθεὶς ὑποσύρεται, κατόπιν ἀεὶ τὴν βεβιωμένην ἡμέραν ἐῶν, καὶ πρὸς τὴν χθὲς ἐπανελθεῖν οὐδέποτε, κἂν θελήσοι, δυνάμενος. Ἡμεῖς δὲ ἡδόμεθα μὲν ἐπὶ τὰ πρόσω φερόμενοι, καὶ τὰς ἡλικίας ἀμείβοντες, ὥς τι προσλαμβάνοντες, χαίρομεν· καὶ μακάριον κρίνομεν, ὅταν ἐκ παιδὸς μὲν ἀνὴρ, ἐκ

[81] Psal. cxviii, 1. [82] ibid. 29. [83] Psal. xvii, 32, 33.

(85) Unus ms. ἀμετατρέπτως. Mox mss. duo ὑπολάβῃ. Alius cum editis ὑπολάβοι.

(86) Editio Paris. λύρᾳ προσάδων, *ad lyram canens*, *lyra canens*. At editio Basil. et nostri quatuor mss, προσάγων *ad lyram aptans*, *componens*. Ibidem editio Paris. ἢ τίς. Editi et mss. quatuor καὶ τίς.

(87) Editi μετὰ τοῦ. Libri antiqui μετὰ τό.

Digitized by Google

δὲ ἀνδρὸς γένηταί τις πρεσβύτης· ἀγνοοῦμεν δὲ ἄρα, A
τοσοῦτον ἀπολλύντες ἑκάστοτε τῆς ζωῆς, ὅσον ἐζήσα-
μεν, καὶ οὐκ αἰσθανόμεθα δαπανωμένου τοῦ βίου,
καίτοιγε ἀεὶ μετροῦντες αὐτὸν ἀπὸ τοῦ παραδρα-
μόντος καὶ παραῤῥεύσαντος, οὐδὲ ἐννοοῦμεν, ὡς ἄρα
ἄδηλον ὁπόσον ὁ πρὸς τὴν ὁδοιπορίαν ταύτην ἐκπέμψας
ἡμᾶς ἐνδοῦναι τῷ δρόμῳ χρόνον βουλήσεται, καὶ
πότε ἑκάστῳ τῶν δρομέων ἀνοίξει τῆς εἰσόδου τὰς
πύλας, καὶ ὅτι δεῖ παρεσκευασμένους ἐφ' ἡμέραν
εἶναι πρὸς τὴν ἐντεῦθεν ἀποδημίαν ἡμᾶς, καὶ τὸ τοῦ
Δεσπότου νεῦμα περιμένειν ἑστῶσι τοῖς ὀφθαλμοῖς.
Ἔστωσαν γὰρ, φησὶν, *αἱ ὀσφύες ὑμῶν περιεζω-
σμέναι, καὶ οἱ λύχνοι καιόμενοι· καὶ ὑμεῖς ὅμοιοι
ἀνθρώποις προσδεχομένοις τὸν κύριον ἑαυτῶν,
πότε ἀναλύσει ἐκ τῶν γάμων, ἵνα, ἐλθόντος καὶ
κρούσαντος, εὐθέως ἀνοίξωσιν αὐτῷ.* B

5. Οὐδὲ ἐθέλομεν σκοπεῖν ἀκριβῶς, ποῖα μὲν κοῦφα
φορτία πρὸς τὸν τοιοῦτον δρόμον ἡμῖν καὶ συμμεθί-
στασθαι δύναται τοῖς συλλέξασι, καὶ τὸν ἐκεῖ πε-
ριχαρῆ ποιεῖ βίον ἡμῖν, ἴδια (88) τῶν κτησαμένων γινό-
μενα· ποῖα δὲ βαρέα καὶ δυσχερῆ καὶ προσηλωμένα
τῇ γῇ, καὶ οὐ πεφυκότα τοῖς ἀνθρώποις οἰκειοῦσθαι
καθάπαξ, οὐδὲ συγχωρούμενα διὰ τῆς στενῆς ἐκεί-
νης πύλης ἀκολουθῆσαι τοῖς ἔχουσιν. Ἀλλ' ὅσα μὲν
συλλέγειν ἐχρῆν, κατελίπομεν· ὧν δὲ ὑπερορᾷν προσ-
ῆκεν, ταῦτα συλλέγομεν· καὶ ἃ μὲν ἡμῖν ἐνωθῆναι,
καὶ κόσμος ὄντως γενέσθαι δύναται συμφυὴς ψυχῇ τε
καὶ σώματι, τούτοις οὐδὲ προσέχομεν· ἃ δὲ ἀλλότρια
μένει διηνεκῶς, μόνην ἡμῖν ἐναποματτόμενα τὴν
αἰσχύνην, ταῦτα ἀθροίζειν ἐπιχειροῦμεν, μοχθοῦντες C
διακενῆς, καὶ πονοῦντες πόνον, οἱονεί τις ἑαυτὸν
ἀπατῶν, εἰς τετρημένον πίθον ἀντλεῖν ἐθελήσειε.
Τοῦτο γὰρ δήπου γνώριμον οἶμαι καὶ νηπίοις πᾶσιν,
ὡς οὐδὲν τῶν ἐν τῷ βίῳ (89) τερπνῶν, ἐφ' οἷς οἱ
πλείους μεμήνασιν, ἡμέτερον ὄντως ἐστὶν, ἢ γίνεσθαι
πέφυκεν· ἀλλ' ὁμοίως ἁπάντων ἀλλότρια φαίνεται, τῶν
τε ἀπολαύειν δοκούντων, τῶν τε οὔτε προσπελαζόν-
των αὐτοῖς. Οὐδὲ γὰρ εἰ χρυσόν τινες ἐν τῷ βίῳ
συναγάγοιεν ἅπλετον, ἴδιος αὐτῶν μένει διηνεκῶς·
ἀλλ' ἢ ζῶντας ἔτι πανταχόθεν αὐτὸν περισφίγγοντας
ἀποδιδράσκει, πρὸς τοὺς δυνατωτέρους μεταῤῥυείς,
ἢ πρὸς τῷ θανάτῳ γεγενημένους ἤδη καταλιμπάνει,
καὶ οὐκ ἐθέλει τοῖς κτησαμένοις συνεκδημεῖν. Ἀλλ'
οἱ μὲν ὑπὸ τοῦ πρὸς βίαν χωρίζοντος τὰς ψυχὰς τῆς D
ταλαιπώρου ταύτης σαρκὸς ἐλκόμενοι πρὸς τὴν
ἀναγκαίαν ὁδὸν, πυκνὰ μεταστρεφόμενοι πρὸς τὰ
χρήματα, τοὺς ἐκ νεότητος ἐπ' αὐτοῖς ἱδρῶτας ἀπο-
δακρύουσιν· ὁ πλοῦτος δὲ εἰς ἑτέρων χεῖρας ὁρᾷ, μό-
νον ἐκείνοις τὸν ἐπὶ τῇ συλλογῇ μόχθον καὶ τὸ τῆς
πλεονεξίας ἔγκλημα προστριψάμενος. Οὔτε εἰ ἐπὶ (90)
γῆς πλέθρα κτήσαιτό τις μυρία, καὶ μεγαλοπρεπεῖς
οἰκίας, καὶ ζώων ἀγέλας παντοδαπῶν, καὶ τὴν ἐν ἀν-
θρώποις ἅπασαν περιβάλοιτο δυναστείαν, ἀπολαύει

spatium a nobis amitti, quantum viximus, sicque inscientibus nobis vita absumitur, quanquam semper ipsam ex eo quod ante actum est, quodque jam præterfluxit, metiamur : neque cogitamus quam incertum sit, quantum nobis temporis ad hunc cursum impertire velit qui nos ad hoc iter perficiendum misit, et quando cuilibet cursori sit introitus portas aperturus, et quod oporteat nos quotidie ad profectionem hinc faciendam præparatos esse, et Domini nutum oculis fixis exspectare. *Sint* enim, inquit, *lumbi vestri præcincti, et lucernæ ardentes : et vos similes hominibus exspectantibus dominum suum, quando revertatur a nuptiis, ut, cum venerit, et pulsaverit, confestim aperiant ei* [84].

3. Neque diligenter considerare volumus, quæ sarcinæ leves sint nobis ad hunc cursum, et tales, ut cum colligentibus transferri possint, reddantque, cum possidentium sint propriæ, futuram vitam perquam hilarem : quæ vero graves sint et molestæ, atque humi defixæ, et ejusmodi, ut suapte natura hominum propriæ nunquam esse possint, nec possessores suos per angustam illam portam subsequi permittantur. Sed tamen reliquimus quæ colligenda erant : quæ vero contemnere par fuerat, collegimus. Et quæ nobiscum copulari, vereque esse possunt ornamentum animæ simul et corpori conveniens, his ne attendimus quidem : quæ vero perpetuo aliena manent, solam nobis infamiam inurentia, ea coacervare nitimur ; inanem operam sumentes, atque ejusmodi suscipientes laborem, perinde ut si quispiam se ipsum seducens, in pertusum dolium infundere voluerit. Notum enim ac perspectum vel pueris omnibus esse opinor, nihil eorum quæ in vita jucunda sunt, et quorum gratia plerique insaniunt, vere nostrum esse, aut ex se esse posse : sed constare, ipsa omnibus pariter extranea esse, tum iis qui eis frui videntur, tum iis qui ne illa quidem attingunt. Nec enim si qui in vita plurimum auri congesserint, id ipsorum proprium perpetuo manet : sed etsi undecunque constrictum, aut fugit a viventibus adhuc, transiens ad potentiores, aut jam morti proximos deserit, nec vult **166** una cum iis qui ipsum compararunt, peregre proficisci. Sed hi quidem ab eo, qui vi animas a misera hac carne separat, ad ineluctabilem migrationem tracti, frequenter convertentes se ad pecunias, sudores quos a juventute ob eas emisere, deplorant : divitiæ vero in alienas manus commigrant, posteaquam solum illis colligendi laborem atque avaritiæ crimen adsciverint. Neque si quis innumera terræ jugera

[84] Luc. XII, 35, 36.

(88) Hic virtutes ac recte facta intelliguntur, quæ propria sunt pietatem colentium.

(89) Edit. βίῳ τούτῳ. Vox ultima in veteribus libris non legitur.

(90) Voculam ἐπὶ ex antiquis libris addidimus.

Digitized by Google

possideat, et magnificas ædes, et animantium greges omnis generis, fueritque humano omni potentatu septus, his perpetuo fruitur, sed ab ipsis ad breve tempus accepto nomine, aliis iterum opes cedit, ipsum vero exigua tellus recondit. Imo etiam sæpe ante sepulturam, et antequam hinc discedat, videbit sua bona ad alios, eosque fortasse inimicos, transire. An ignoramus quam multi agri, quam multæ ædes, quam multæ gentes ac civitates, etiam adhuc viventibus qui ea possederant, aliorum dominorum nomina prioribus exutis induerint? et quemadmodum ii qui olim servituti addicebantur, conscenderint principatus thronum, qui vero domini herique vocabantur, si cum subditis sederint, bene secum actum arbitrati sint, ac succubuerint suis ipsorum servis, rebus, velut in tesserarum circumactu, derepente transmutatis?

A δι' αἰῶνος αὐτῶν· ἐπ' ὀλίγον δὲ ἀπὸ τούτων ὀνομασθείς, ἄλλοις πάλιν τῆς εὐπορίας ἐκστήσεται, βραχεῖαν γῆν αὐτὸς ὑποδύς, πολλάκις δὲ καὶ πρὸ τοῦ τάφου, καὶ πρὸ τῆς ἐντεῦθεν ἀπαναστάσεως, εἰς ἑτέρους, καὶ πολεμίους τυχὸν, τὴν εὐπραγίαν ὄψεται μεταβαίνουσαν. Ἢ οὐκ ἴσμεν ὁπόσοι μὲν ἀγροὶ, πόσαι δὲ οἰκίαι, πόσα δὲ ἔθνη καὶ πόλεις, καὶ ζώντων ἔτι τῶν κτησαμένων, ἑτέρων ὀνόματα μετημφιάσαντο δεσποτῶν; καὶ ὡς οἱ μὲν πάλαι δουλεύοντες ἐπὶ τὸν τῆς ἀρχῆς θρόνον ἀνέβησαν, οἱ δὲ κύριοι καὶ δεσπόται καλούμενοι στῆναι μετὰ τῶν ἀρχομένων ἠγάπησαν, καὶ τοῖς ἑαυτῶν δούλοις ὑπέκυψαν, ὥσπερ ἐν κύβων περιτροπαῖς, μεταχθέντων (91) ἄφνω τῶν πραγμάτων αὐτοῖς;

4. Jam vero ea quæ nobis ad cibum ac potum excogitata sunt, et quidquid petulantes divitiæ ultra necessitatem ad ingrati nihilque continentis ventris obsequium adinvenere, quando nostra sunt, etiamsi perpetuo infunduntur? Quæ ubi gustum in transitu duntaxat modica quadam voluptate affecerint, mox tanquam molesta ac superflua ægre ferimus, festinanterque foras ejicimus, ut in summum vitæ discrimen venientes, si in visceribus diu permanerent. Mortem enim non paucis intulit satietas, fuitque in causa, cur nihil amplius degustarent. Lasciva denique cubilia, impurique complexus, et omnia rabiosæ atque insanientis animæ opera, nonne naturæ sunt detrimentum plane evidens, et pernicies clara, et dotum quæ cuique vere propriæ sunt abalienatio ac imminutio, cum corpus tenuetur in complexibus, et alimento congruentissimo atque ad conservanda membra accommodatissimo spolietur? Itaque unumquemque illorum qui cubilibus impudicis volutantur, statim post facinus, cum œstrum elanguit carnis, mensque, detestabili fine obtento eorum quæ tentavit, recollegit sese tanquam ex ebrietate aut tempestate quadam, et, ubinam sit, considerandi otium nacta est, incontinentiæ suæ valde admodum pœnitet. Sentit enim corpus et imbecillius factum esse, et ad munera necessaria obeunda pigrum ac prorsus debile. Hoc igitur cum ipsi quoque pædotribæ intelligerent, continentiæ legem in palæstris sanxerunt, adolescentium corpora a voluptatibus tuta servantem, eisque certantibus ne aspicere quidem elegantes formas permittentem, si vellent capita sua coronis exornare, quod incontinentia risum in luctatione afferat, non coronam.

B 4. Τά γε μὴν εἰς βρῶσιν ἡμῖν ἐπινενοημένα καὶ πόσιν, καὶ πάντα, ὅσα πέρα τῆς χρείας ὁ πλοῦτος ὑβρίζων ἐμηχανήσατο πρὸς θεραπείαν τῆς ἀχαρίστου καὶ μηδὲν στεγούσης γαστρὸς, πότ' ἂν ἡμέτερα γένοιτο, κἂν ἐπαντλῆται διηνεκῶς; Ἃ γε μικράν τινα τῇ γεύσει μόνον ἐναποθέμενα κατὰ τὴν πάροδον ἡδονὴν, εὐθὺς ὡς ὀχληρὰ καὶ περιττὰ δυσχεραίνομεν, καὶ μετὰ σπουδῆς ἔξω ποι βάλλομεν, ὡς εἰ τοῖς σπλάγχνοις ἐγχρονίσοι, τὰ μέγιστα περὶ τοῦ ζῆν κινδυνεύσοντες (92). Πολλοῖς γοῦν ὁ κόρος ἤγαγε θάνατον, καὶ τοῦ μηδενὸς ἀπολαύειν ἔτι γεγένηται πρόξενος. Κοῖται δὲ ἀσελγεῖς, καὶ βέβηλοι συμπλοκαὶ, καὶ πάντα ὅσα λυττώσης ἔργα καὶ παραφόρου ψυχῆς, οὐχὶ πρόδηλος πάντη (93) ζημία τῇ φύσει, καὶ C βλάβη περιφανὴς, καὶ τῶν ἰδίων ὄντως ἑκάστου μᾶλλον ἀλλοτρίωσίς τε καὶ μείωσις, ἐλαττουμένου τοῦ σώματος ἐν ταῖς μίξεσι, καὶ τῆς γνησιωτάτης καὶ συνεκτικωτάτης τῶν μελῶν ἀποσυλωμένου τροφῆς; Τοιγαροῦν ἑκάστου τῶν ταῖς ἀσελγέσιν ἐγκαλινδηθέντων εὐναῖς, μετὰ τὴν πρᾶξιν εὐθὺς, ὅταν ὁ μὲν τῆς σαρκὸς οἶστρος ἀπομαρανθῇ, πρὸς τὸ βδελυρὸν δὲ ὧν ἐνεχείρησε πέρας ἐλθὼν ὁ νοῦς, ὥσπερ ἐκ μέθης ἢ χειμῶνός τινος, τοῦ λογίσασθαι, ποῖ ποτέ ἐστι, λάβοι σχολὴν, σφοδρός τις εἰσέρχεται τῆς ἀκρασίας μετάμελος. Ἀδρανεστέρου τε γὰρ αἰσθάνεται γεγενημένου τοῦ σώματος, καὶ πρὸς τὴν τῶν ἀναγκαίων ἐργασίαν νωθροῦ, καὶ παντάπασιν ἀσθενοῦς. Τοῦτο δὴ ἄρα καὶ τοῖς παιδοτρίβαις κατανοήσασιν ὁ τῆς D σωφροσύνης ἐν ταῖς παλαίστραις γέγραπται νόμος (94), ἄσυλα παρὰ τῶν ἡδονῶν τοῖς νεανίσκοις φυλάττων τὰ σώματα, καὶ οὐκ ἐπιτρέπων ἀγωνιζομένοις αὐτοῖς, οὐδὲ ὅσον προσβλέψαι ταῖς λαμπούσαις μορφαῖς, εἴγε ἐθέλοιεν στεφανωθῆναι τὴν κεφαλὴν, ὡς τῆς ἀκρασίας γέλωτα ἀγούσης ἐν τῷ παλαίειν, οὐ στέφανον.

5. Hæc quidem tanquam aliena omnino atque inania, et quæ nullius propria esse possint, operæ pretium est clausis oculis præterire: eorum vero quæ vere nostra sunt, convenit **167** curam mul-

5. Ταῦτα μὲν ὡς ἀλλότρια πάντη καὶ περιττὰ, καὶ οὐδενὸς ἴδια γενέσθαι δυνάμενα, παρατρέχειν καλὸν, τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐπιμύσαντας· τῶν δὲ ὄντως ἡμετέρων πρόνοιαν προσήκει ποιεῖσθαι πολλήν. Τί δὲ ὄντως

(91) Reg. primus περιτροπαῖς μετατεθέντων.

(92) Antiqui tres libri κινδυνεύοντες. At Reg. secundus et editi κινδυνεύσοντες. Mox. Colb. primus Κοῖται δὲ καί.

(93) Editi παντί. At mss. πάντη.

(94) Lege Ducæum in illud, γέγραπται νόμος.

Digitized by Google

dam et speculis in antecessum animi intuitu exercemur, eos, qui in militari disciplina **175** exercentur, imitati : qui ubi in manuum motu atque saltationibus experientiam adepti fuerint, in certaminibus ex hac ipsa ludicra disciplina fructum percipiunt. Et certe putandum est certamen certaminum omnium maximum nobis propositum esse, pro quo agenda nobis sunt omnia et laborandum pro viribus ut ad id præparemur, atque poetis, et historicis, et rhetoribus, et hominibus omnibus utendum, unde utilitas aliqua ad animam curandam accessura sit. Quemadmodum enim infectores quidquid tingendum est prius curis quibusdam præparant, et ita demum colorem sive purpureum sive quempiam alium inducunt : eodem modo et nos quoque, si indelebilis in nobis honesti gloria omni tempore permansura est, his externis ante ininiati, deinde sacras et arcanas doctrinas ediscemus : et solem velut in aqua videre assueti, sic luci ipsi oculos admovebimus. Quod si mutua quædam convenientia intersit inter doctrinas, earum nobis cognitio valde utilis fuerit : sin minus, certe earum inter se collatarum discrimen internosse, ad potiorem firmandam non parum contulerit. Sed cuinam rei comparata doctrina utraque, possis imaginem assequi? Certe quemadmodum arboris propria virtus est, tempestivo fructu scatere, et tamen folia etiam circum ramos exagitata aliquid eis ornamenti conciliant : ita et animæ quoque primarius fructus est veritas ipsa, sed tamen haud ingratus est externæ sapientiæ amictus, tanquam si folia quædam fructui et umbraculum et aspectum non inamœnum præbeant. Dicitur igitur et Moyses ille perquam eximius, cujus nomen apud omnes homines ob sapientiam maximum est, exercitato in Ægyptiorum disciplinis animo [4], ita ad ejus *qui est* contemplationem devenisse. Similiter autem posterioribus quoque temporibus sapientem Danielem sapientiam Chaldæorum in Babylone edoctum [5], ita demum doctrinas sacras attigisse tradunt. Sed quod externæ hæ disciplinæ non sint animabus inutiles, sat dictum est : consequens est ut jam dicamus, quomodo ipsarum participes fieri vos oporteat. Primum quidem rebus omnibus quæ a poetis dicuntur (ut hinc initium sumam), varia cum dicant, nequaquam ordine adjiciendus animus est : sed ubi facta aut dicta virorum bonorum vobis narraverint, eos et diligere et imitari operæ pretium est, et quam maxime nitendum ut tales efficiamur ; sed

οἵ γε (26), ἐν χειρονομίαις καὶ ὀρχήσεσι τὴν ἐμπειρίαν κτησάμενοι, ἐπὶ τῶν ἀγώνων τοῦ ἐκ τῆς παιδιᾶς ἀπολαύουσι κέρδους. Καὶ ἡμῖν δὴ οὖν ἀγῶνα προκεῖσθαι πάντων ἀγώνων μέγιστον νομίζειν χρεών, ὑπὲρ οὗ πάντα ποιητέον ἡμῖν καὶ πονητέον εἰς δύναμιν ἐπὶ τὴν τούτου παρασκευήν, καὶ ποιηταῖς, καὶ λογοποιοῖς, καὶ ῥήτορσι, καὶ πᾶσιν ἀνθρώποις ὁμιλητέον, ὅθεν ἂν μέλλῃ πρὸς τὴν τῆς ψυχῆς ἐπιμέλειαν ὠφέλειά τις ἔσεσθαι. Ὥσπερ οὖν οἱ δευσοποιοὶ, παρασκευάσαντες πρότερον θεραπείαις τισὶν ὅ τί ποτ' ἂν ᾖ τὸ δεξόμενον τὴν βαφὴν, οὕτω τὸ ἄνθος ἐπάγουσιν, ἄν τε ἁλουργὸν, ἄν τέ τι ἕτερον ᾖ· τὸν αὐτὸν δὴ καὶ ἡμεῖς τρόπον, εἰ μέλλοι ἀνέκπλυτος ἡμῖν (27) ἅπαντα τὸν χρόνον ἡ τοῦ καλοῦ παραμένειν δόξα, τοῖς ἔξω δὴ τούτοις προτελεσθέντες, τηνικαῦτα τῶν ἱερῶν καὶ ἀπορρήτων ἐπακουσόμεθα παιδευμάτων· καὶ οἷον ἐν ὕδατι τὸν ἥλιον ὁρᾷν ἐθισθέντες, οὕτως αὐτῷ προσβαλοῦμεν τῷ φωτὶ τὰς ὄψεις. Εἰ μὲν οὖν ἐστί τις οἰκειότης πρὸς ἀλλήλους τοῖς λόγοις, προὔργου ἂν (28) ἡμῖν αὐτῶν ἡ γνῶσις γένοιτο· εἰ δὲ μὴ, ἀλλὰ τό γε, παράλληλα θέντας, καταμαθεῖν τὸ διάφορον, οὐ μικρὸν εἰς βεβαίωσιν τοῦ βελτίονος. Τίνι μέντοι καὶ παρεικάσας τῶν παιδεύσεων ἑκατέραν, τῆς εἰκόνος ἂν τύχοις; Ἥπου καθάπερ φυτοῦ οἰκεία μὲν ἀρετὴ τῷ καρπῷ βρύειν ὡραίῳ, φέρει δέ τινα κόσμον καὶ φύλλα τοῖς κλάδοις περισειόμενα· οὕτω δὴ καὶ ψυχῇ προηγουμένως μὲν καρπὸς ἡ ἀλήθεια, οὐκ ἄχαρί γε μὴν οὐδὲ τὴν θύραθεν σοφίαν περιβεβλῆσθαι, οἷόν τινα φύλλα σκέπην τε τῷ καρπῷ καὶ ὄψιν οὐκ ἄωρον παρεχόμενα. Λέγεται τοίνυν καὶ Μωϋσῆς ἐκεῖνος ὁ πάνυ, οὗ μέγιστόν ἐστιν ἐπὶ σοφίᾳ παρὰ πᾶσιν ἀνθρώποις ὄνομα, τοῖς Αἰγυπτίων μαθήμασιν ἐγγυμνασάμενος τὴν διάνοιαν, οὕτω προσελθεῖν τῇ θεωρίᾳ τοῦ ὄντος. Παραπλησίως δὲ τούτῳ κἀν τοῖς κάτω χρόνοις τὸν σοφὸν Δανιὴλ ἐπὶ Βαβυλῶνός φασι (29) τὴν σοφίαν Χαλδαίων καταμαθόντα, τότε τῶν θείων ἅψασθαι παιδευμάτων. Ἀλλ' ὅτι μὲν οὐκ ἄχρηστον ψυχαῖς μαθήματα τὰ ἔξωθεν δὴ ταῦτα, ἱκανῶς εἴρηται· ὅπως γε μὴν αὐτῶν μεθεκτέον ὑμῖν, ἐξῆς ἂν εἴη λέγειν. Πρῶτον μὲν οὖν τοῖς παρὰ τῶν ποιητῶν (ἵν' ἐντεῦθεν ἄρξωμαι), ἐπεὶ παντοδαποί τινες εἰσι κατὰ τοὺς λόγους, μὴ (30) πᾶσιν ἐφεξῆς προσέχειν τὸν νοῦν· ἀλλ' ὅταν μὲν τὰς τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν πράξεις ἢ λόγους ὑμῖν διεξίωσιν, ἀγαπᾶν τε καὶ ζηλοῦν, καὶ ὅτι μάλιστα πειρᾶσθαι τοιούτους εἶναι· ὅταν δὲ ἐπὶ μοχθηροὺς ἄνδρας ἔλθωσι, τὴν μίμησιν ταύτην δεῖ (31) φεύγειν, ἐπιφρασσομένους τὰ ὦτα, οὖχ ἧττον ἢ τὸν Ὀδυσσέα φασὶν ἐκεῖνοι τὰ τῶν Σειρήνων μέλη. Ἡ γὰρ πρὸς τοὺς φαύλους τῶν λόγων συνήθεια ὁδός τίς

[4] Act. VII, 22. [5] Dan. I, 4.

(26) Basilius hoc dicit, Christianum ita adjuvari profana poetarum et oratorum doctrina, ut milites gesticuladi saltandique arte in suis exercitationibus adjuvantur. Vide Ducæum.

(27) Sic Colbertini secundus et tertius. Editi et alii mss. ἡμῖν ἡ, quod decurtatum erat et mutilum.

(28) Editio utraque προὔργον ἄν. Antiqui tres libri προὔργου.

(29) Unus Reg. φησί.

(30) Editio utraque εἰσί. Μή. Veteres quinque libri ita ut edendum curavimus.

(31) Colbertini duo libri et Reg. primus ἔλθωσι τῇ μιμήσει, ταῦτα δεῖ, etc., sic ut vox μιμήσει referatur ad verbum ἔλθωσι, quasi ejus loci hæc esset sententia : *Cum autem devenerint ad flagitiosos homines per imaginem eorum*, hoc est, *eos depingendo* Unus codex a Combefisio collatus ἔλθωσι, τὴν μίμησιν ταύτην, etc., quam scripturam meliorem esse ait vir doctissimus. Editi ἔλθωσι τῇ μιμήσει, ταύτην δεῖ.

Digitized by Google

ἐστιν ἐπὶ τὰ πράγματα. Διὸ δὴ πάσῃ φυλακῇ τὴν ψυχὴν τηρητέον, μὴ διὰ τῆς τῶν λόγων ἡδονῆς παραδεξάμενοί τι λάθωμεν τῶν χειρόνων, ὥσπερ οἱ τὰ δηλητήρια μετὰ τοῦ μέλιτος προσιέμενοι. Οὐ τοίνυν ἐπαινεσόμεθα τοὺς ποιητὰς, οὐ λοιδορουμένους, οὐ σκώπτοντας, οὐκ ἐρῶντας ἢ μεθύοντας μιμουμένους, οὐχ ὅταν τραπέζῃ πληθούσῃ καὶ ψδαῖς ἀνειμέναις τὴν εὐδαιμονίαν ὁρίζωνται (32). Πάντων δὲ ἥκιστα περὶ θεῶν τι διαλεγομένοις προσέξομεν, καὶ μάλισθ' ὅταν ὡς περὶ πολλῶν τε αὐτῶν διεξίωσι καὶ τούτων οὐδὲ ὁμονοούντων. Ἀδελφὸς γὰρ δὴ παρ' ἐκείνοις διαστασιάζει πρὸς ἀδελφὸν, καὶ γονεὺς πρὸς παῖδας, καὶ τούτοις αὖθις πρὸς τοὺς τεκόντας πόλεμός ἐστιν ἀκήρυκτος. Μοιχείας δὲ θεῶν καὶ ἔρωτας καὶ μίξεις ἀναφανδὸν, καὶ ταύτας γε μάλιστα τοῦ κορυφαίου πάντων καὶ ὑπάτου Διὸς, ὡς αὐτοὶ λέγουσιν, ἃ κἂν (33) περὶ βοσκημάτων τις λέγων ἐρυθριάσειε, τοῖς ἐπὶ σκηνῆς καταλείψομεν.

A cum ad flagitiosos homines devenerint, tunc obturatis auribus cavendum ne imitemur, non minus quam Ulyssem aiunt illi Sirenum cantus cavisse. Nam sermonibus pravis assuescere, quædam via est ad ipsa facta. Quapropter custodia omni servanda anima est, ne per sermonum voluptatem quidquam vitiosum imprudentes suscipiamus, perinde ut qui melle admisto sumunt venena. Non igitur poetas **176** laudabimus, cum conviciantur, cavillanturque : non cum amasios aut ebrios depingunt : non cum felicitatem affluenti mensa atque cantilenis dissolutis metiuntur. Sed minime omnium, poetis de diis disserentibus intenti erimus ; et maxime cum de illis tanquam de multis, iisque ne inter se quidem consentientibus habuerint sermonem. Frater enim adversus fratrem apud illos seditionem concitat atque discordiam, et pater adversus liberos, hisque rursus adversus parentes implacabile bellum est. Adulteria autem deorum amoresque et apertos complexus, et maxime congressus Jovis, qui, ut ipsi dicunt, princeps est omnium et supremus (quæ si quis dicat vel de brutis animalibus, erubuerit), actoribus scenicis relinquamus.

B

3. Ταυτὰ δὴ ταῦτα λέγειν καὶ περὶ συγγραφέων ἔχω· καὶ μάλισθ' ὅταν ψυχαγωγίας ἕνεκα τῶν ἀκουόντων λογοποιῶσι. Καὶ ῥητόρων δὲ τὴν περὶ τὸ ψεύδεσθαι τέχνην οὐ μιμησόμεθα. Οὔτε γὰρ ἐν δικαστηρίοις, οὔτ' ἐν ταῖς ἄλλαις πράξεσιν ἐπιτήδειον ἡμῖν (34) τὸ ψεῦδος, τοῖς τὴν ὀρθὴν ὁδὸν καὶ ἀληθῆ προελομένοις τοῦ βίου, οἷς τὸ μὴ δικάζεσθαι νόμῳ προστεταγμένον ἐστίν. Ἀλλ' ἐκεῖνα αὐτῶν μᾶλλον ἀποδεξόμεθα, ἐν οἷς ἀρετὴν ἐπῄνεσαν, ἢ πονηρίαν διέβαλον (35). Ὡς γὰρ τῶν ἀνθέων τοῖς μὲν λοιποῖς ἄχρι τῆς εὐωδίας ἢ τῆς χρόας ἐστὶν ἡ ἀπόλαυσις, ταῖς μελίτταις δ' ἄρα καὶ μέλι λαμβάνειν ἀπ' αὐτῶν ὑπάρχει· οὕτω δὴ κἀνταῦθα τοῖς μὴ τὸ ἡδὺ καὶ ἐπίχαρι μόνον τῶν τοιούτων λόγων διώκουσιν ἔστι τινὰ καὶ ὠφέλειαν ἀπ' αὐτῶν εἰς τὴν ψυχὴν ἀποθέσθαι. Κατὰ πᾶσαν δὴ οὖν τῶν μελιττῶν τὴν εἰκόνα, τῶν λόγων ὑμῖν μεθεκτέον. Ἐκεῖναί τε γὰρ οὔτε ἅπασι τοῖς ἄνθεσι παραπλησίως ἐπέρχονται, οὔτε μὴν οἷς ἂν ἐπιπτῶσιν ὅλα φέρειν ἐπιχειροῦσιν, ἀλλ' ὅσον αὐτῶν ἐπιτήδειον πρὸς τὴν ἐργασίαν λαβοῦσαι, τὸ λοιπὸν χαίρειν ἀφῆκαν. Ἡμεῖς τε, ἢν σωφρονῶμεν (36), ὅσον οἰκεῖον ἡμῖν καὶ συγγενὲς τῇ ἀληθείᾳ παρ' αὐτῶν κομισάμενοι, ὑπερβησόμεθα τὸ λειπόμενον. Καὶ καθάπερ τῆς ῥοδωνιᾶς τοῦ ἄνθους δρεψάμενοι τὰς ἀκάνθας ἐκκλίνομεν, οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν τοιούτων λόγων ὅσον χρήσιμον καρπωσάμενοι, τὸ βλαβερὸν φυλαξώμεθα (37). Εὐθὺς οὖν ἐξ ἀρχῆς ἐπισκοπεῖν ἕκαστον τῶν μαθημάτων, καὶ συναρμόζειν τῷ τέλει προσῆκε, κατὰ τὴν Δωρικὴν παροιμίαν, *τὸν λίθον ποτὶ τὰν σπάρτον ἄγοντας*. Καὶ ἐπειδήπερ δι' ἀρετῆς ἡμᾶς ἐπὶ (38) τὸν βίον καθεῖναι δεῖ τὸν

C

3. Eadem certe et de historicis dicere habeo, præsertim cum ad audientium animum oblectandum historias conscribunt. Nec etiam rhetorum mentiendi artem imitabimur. Etenim neque in judiciis, neque in aliis actionibus conveniens nobis fuerit mendacium, qui rectam ac veram vitæ viam amplexi simus, et quibus non litigare lege præceptum sit. Sed illa magis probabimus, in quibus virtutem laudaverint, aut vituperarint vitium. Ut enim reliqui solo florum bono odore aut colore perfruuntur, apes vero mel etiam ex eis excerpere norunt : ita hic quoque, qui non solam ejusmodi librorum jucunditatem ac suavitatem consectantur, iis licet aliquid etiam utilitatis ex illis in anima reponere. Omnino igitur ad apum exemplum, his libris utendum vobis est. Illæ enim neque floribus omnibus ex æquo insidunt, neque etiam ad quos advolarint, eos totos auferre conantur : sed cum ex eis quantum idoneum est ad opus, semel collegere, reliquum dimittunt. Nos quoque si sapimus, ubi quantum nobis congruit, ac veritati affine est, ex his scriptis collegerimus, reliquum prætermittemus. Et quemadmodum in decerpendo roseti flore sentes devitamus : sic et in talibus sermonibus quidquid utile est carpentes, noxium vitemus. Statim igitur ab initio disciplinas singulas considerare, et ad finem accommodare, operæ pretium est, ut est in Dorico proverbio, *lapidem ad funiculum ducentes*. Et quando per virtutem ad nostram illam vitam pervenire nos oportet, de hac autem multa poetis, multa historicis, multo plura philosophis decantata sunt, ad ejusmodi sermones

D

(32) **Editi** ὁρίζονται. **At mss. multi** ὁρίζωνται.

(33) **Sic veteres quinque libri. Editi** ἃς κἂν.

(34) **Editio Paris.** ἐπιτήδειον ὑμῖν. **At mss. quatuor** ἡμῖν.

(35) **Unus mss.** ἢ κακίαν διέβαλον. **Mox Colb. tertius** καὶ τῆς.

(36) **Reg. primus** ἵνα σωφρονῶμεν. **Nec ita multo post Colb. tertius** λόγων τὸ ἡδὺ λαβόντες τὸ βλαβερόν.

(37) **Editi** φυλαξόμεθα. **At mss. multi** φυλαξώμεθα. **Statim Colb. tertius** περισκοπεῖν.

(38) **Editio Paris.** ἡμᾶς ἐπί. **Editio Basil. et duo mss.** ἡμῖν ἐπί. **Alii quatuor mss.** ἀρετῆς ἐπὶ τὸν βίον ἡμῖν καθεῖναι, **alio ordine.**

Digitized by Google

maxime adjungendus animus est. Nec enim utilitas parva est, familiaritatem quamdam atque consuetudinem virtutis ingenerari adolescentum animis, cum soleant inconcussa permanere talium documenta, alte in eis ob animorum teneritudinem impressa insculptaque. Ecquid tandem aliud Hesiodum cogitasse putabimus, cum illos versus ab omnibus decantatos composuit, nisi ut adhortaretur adolescentes ad virtutem? Aspera quidem, inquit, primum est et accessu difficilis, multoque sudore ac labore plena, atque ardua via, quæ deducit ad virtutem. Quapropter non est cujusvis ad eam viam accedere, ob acclivitatem : neque ei, qui accessit, facile est ad extremum pervenire. Sed, cum semel summum attigerit, intueri licebit quam lævis et pulchra **177** sit, quam facilis et expedita, jucundiorque itinere alio ad vitium ducente : quod statim ob viciniam arripi posse dixit idem ille poeta. Mihi enim videtur, cum hæc litteris proderet, nihil aliud sibi proposuisse, quam ut hortaretur nos ad virtutem, invitaretque omnes ut essent boni, et ne laboribus fracti, ante obtentum finem desistamus. Atque etiam si quis alius similiter virtutem celebravit, ejus sermones velut in idipsum ferentes recipiamus.

4. Jam vero, ut ego a viro quodam, qui assequendi mentem poetæ peritus erat, audivi, tota Homeri poesis virtutis laus est ; in eoque omnia præter id quod ornandi sermonis gratia adjectum est, huc tendunt, maxime autem ubi Cephallenorum ducem e naufragio nudum servatum exhibuit. Primum quidem narrat reginam eum, simul ut in conspectum venit, reveritam esse, tantum aberat ut puderet eum deberet, quod nudus solusque conspiceretur, cum virtus vestium loco eum exornaret. Deinde a reliquis quoque Phæacibus tanti æstimatum esse, ut relictis deliciis in quibus vivebant, suspicerent illum omnes, æmularenturque, nec ullum tunc in Phæacibus fuisse, qui aliud quidquam optaret magis quam ut Ulysses esset, idque e naufragio servatus. In his enim aiebat ille mentis poetæ interpres, Homerum tantum non clamantem dicere : Habenda est vobis, o homines, virtutis cura, quæ et una cum naufrago enatat, et in terram ejectum nudum felicibus Phæacibus reddit venerabiliorem. Et profecto res sic se habet. Nam possessiones reliquæ non sunt possessorum magis quam quorumlibet aliorum, velut in tesserarum ludo huc et illuc translatæ. Virtus autem ex possessionibus sola est, quæ nequeat auferri : tum vivo tum mortuo astans.

(59) Colb. tertius τὰ τῶν τηλικούτων.... ἀπαλότητα ψυχῆς.

(40) Antiqui duo libri et editi ἀθρόαν. Alii tres ἀθρόον.

(41) In *Ἔργοις καὶ ἡμέραις*, v. 285-290.

(42) Editi εἰς τοῦτον, male. Regii tres mss. et Colb. secundus εἰς ταυτόν, bene. Mox in quibusdam mss. legitur ἀποδεχώμεθα : in aliis vero ἀποδεχόμεθα.

ἡμέτερον, εἰς ταύτην δὲ πολλὰ μὲν ποιηταῖς, πολλὰ δὲ συγγραφεῦσι, πολλῷ δὲ ἔτι πλείω φιλοσόφοις ἀνδράσιν ὕμνηται, τοῖς τοιούτοις τῶν λόγων μάλιστα προσεκτέον. Οὐ μικρὸν γὰρ τὸ ὄφελος, οἰκειότητά τινα καὶ συνήθειαν ταῖς τῶν νέων ψυχαῖς τῆς ἀρετῆς ἐγγενέσθαι· ἐπείπερ ἀμετάστατα πέφυκεν εἶναι τὰ τῶν τοιούτων (39) μαθήματα, δι' ἀπαλότητα τῶν ψυχῶν εἰς βάθος ἐνσημαινόμενα. Ἤ τί ποτε ἄλλο διανοηθέντα τὸν Ἡσίοδον ὑπολάβωμεν ταυτὶ ποιῆσαι τὰ ἔπη, ἃ πάντες ᾄδουσιν, ἢ οὐχὶ προτρέποντα τοὺς νέους ἐπ' ἀρετήν; Ὅτι τραχεῖα μὲν πρῶτον καὶ δύσβατος, καὶ ἱδρῶτος συχνοῦ καὶ πόνου πλήρης, ἡ πρὸς ἀρετὴν φέρουσα, καὶ ἀνάντης, ὁδός. Διόπερ οὐ παντὸς, οὔτε προσβῆναι αὐτῇ διὰ τὸ ὄρθιον, οὔτε, προσβάντι, ῥᾳδίως ἐπὶ τὸ ἄκρον ἐλθεῖν. Ἄνω δὲ γενομένῳ ὁρᾷν ὑπάρχει, ὡς μὲν λεία τε καὶ καλὴ, ὡς δὲ ῥᾳδία τε καὶ εὔπορος, καὶ τῆς ἑτέρας ἡδίων τῆς ἐπὶ τὴν κακίαν ἀγούσης, ἣν ἀθρόον (40) εἶναι λαβεῖν ἐκ τοῦ σύνεγγυς ὁ αὐτὸς οὗτος ποιητὴς ἔφησεν (41). Ἐμοὶ μὲν γὰρ δοκεῖ οὐδὲν ἕτερον ἢ προτρέπων ἡμᾶς ἐπ' ἀρετὴν, καὶ προκαλούμενος ἅπαντας ἀγαθοὺς εἶναι, ταῦτα διελθεῖν, καὶ ὥστε μὴ καταμαλακισθέντας πρὸς τοὺς πόνους προαποστῆναι τοῦ τέλους. Καὶ μέντοι καὶ εἴ τις ἕτερος ἐοικότα τούτοις τὴν ἀρετὴν ὕμνησεν, ὡς εἰς ταὐτὸν (42) ἡμῖν φέροντας τοὺς λόγους ἀποδεχώμεθα.

4. Ὡς δὲ ἐγώ τινος ἤκουσα δεινοῦ καταμαθεῖν ἀνδρὸς ποιητοῦ διάνοιαν, πᾶσα μὲν ἡ ποίησις τῷ Ὁμήρῳ ἀρετῆς ἐστιν ἔπαινος, καὶ πάντα αὐτῷ πρὸς τοῦτο φέρει, ὅ τι μὴ πάρεργον· οὐχ ἥκιστα δὲ ἐν οἷς τὸν στρατηγὸν τῶν Κεφαλλήνων πεποίηκε γυμνὸν ἐκ τοῦ ναυαγίου περισωθέντα, πρῶτον μὲν αἰδέσαι τὴν βασιλίδα φανέντα μόνον· τοσούτου δεῖν αἰσχύνην ὀφλῆσαι γυμνὸν ὀφθέντα μόνον, ἐπειδήπερ (43) αὐτὸν ἀρετὴ ἀντὶ ἱματίων κεκοσμημένον ἐποίησε· ἔπειτα μέντοι καὶ τοῖς λοιποῖς Φαίαξι τοσούτου ἄξιον νομισθῆναι, ὥστε, ἀφέντας τὴν τρυφὴν ᾗ συνέζων, ἐκεῖνον (44) ἀποβλέπειν καὶ ζηλοῦν ἅπαντας, καὶ μηδένα Φαιάκων ἐν τῷ τότε εἶναι ἄλλο τι ἂν εὔξασθαι μᾶλλον, ἢ Ὀδυσσέα γενέσθαι, καὶ ταῦτα ἐκ ναυαγίου περισωθέντα. Ἐν τούτοις γὰρ ἔλεγεν ὁ τοῦ ποιητοῦ τῆς διανοίας ἐξηγητὴς, μονονουχὶ βοῶντα λέγειν τὸν Ὅμηρον, ὅτι Ἀρετῆς ὑμῖν ἐπιμελητέον, ὦ ἄνθρωποι, ἣ καὶ ναυαγήσαντι συνεκνήχεται, καὶ ἐπὶ τῆς χέρσου γενόμενον γυμνὸν (45) τιμιώτερον ἀποδείξει τῶν εὐδαιμόνων Φαιάκων. Καὶ γὰρ οὕτως ἔχει. Τὰ μὲν ἄλλα τῶν κτημάτων, οὐ μᾶλλον τῶν ἐχόντων ἢ καὶ οὐτινοσοῦν τῶν ἐπιτυχόντων ἐστὶν, ὥσπερ ἐν παιδιᾷ κύβων τῇδε κἀκεῖσε μεταβαλλόμενα· μόνη δὲ κτημάτων ἡ ἀρετὴ ἀναφαίρετον, καὶ ζῶντι καὶ τελευτήσαντι παραμένουσα. Ὅθεν δὴ καὶ Σόλων

(43) Codex Oliv. et Colb. tertius ὀφθέντα, ἐπειδήπερ. Alii mss. et editi ὀφθέντα μόνον. Lege *Odyss. Z.*

(44) Colbertini duo εἰς ἐκεῖνον. Vocula εἰς neque in vulgatis neque in aliis mss. legitur. Ad sensum quod attinet, nihil refert utrum addatur, necne. Haud longe editio Paris. εὔξεσθαι, male. At mss. εὔξασθαι, optime.

(45) Colb. tertius γυμνὸν ὀφθέντα.

Digitized by Google

μοι δοκεῖ πρὸς τοὺς εὐπόρους εἰπεῖν τό·

Ἀλλ' ἡμεῖς αὐτοῖς οὐ διαμειψόμεθα
Τῆς ἀρετῆς τὸν πλοῦτον· ἐπεὶ τὸ μὲν ἔμπεδον αἰεί,
Χρήματα δ' ἀνθρώπων ἄλλοτε ἄλλος ἔχει (46).

Παραπλήσια δὲ τούτοις καὶ τὰ Θεόγνιδος, ἐν οἷς φησι τὸν Θεὸν, ὅντινα δὴ καὶ φησὶ, τοῖς ἀνθρώποις τὸ τάλαντον ἐπιῤῥέπειν ἄλλοτε ἄλλως, ἄλλοτε μὲν πλουτεῖν, ἄλλοτε δὲ μηδὲν ἔχειν. Καὶ μὴν καὶ ὁ Κεῖός που σοφιστὴς Πρόδικος (47) τῶν ἑαυτοῦ συγγραμμάτων ἀδελφὰ τούτοις εἰς ἀρετὴν καὶ κακίαν ἐφιλοσόφησεν· ᾧ δὴ καὶ αὐτῷ τὴν διάνοιαν προσεκτέον· οὐ γὰρ ἀπόβλητος ὁ ἀνήρ. Ἔχει δὲ οὕτω πως ὁ λόγος αὐτῷ, ὅσα ἐγὼ τοῦ ἀνδρὸς τῆς διανοίας μέμνημαι, ἐπεὶ τά γε ῥήματα οὐκ ἐπίσταμαι, πλήν γε δὴ ὅτι ἁπλῶς οὕτως εἴρηκεν ἄνευ μέτρου. Ὅτι νέῳ ὄντι τῷ Ἡρακλεῖ κομιδῇ, καὶ σχεδὸν ταύτην ἄγοντι τὴν ἡλικίαν, ἣν καὶ ὑμεῖς νῦν, βουλευομένῳ πυτέραν τράπηται τῶν ὁδῶν, τὴν διὰ τῶν πόνων ἄγουσαν πρὸς ἀρετὴν, ἢ τὴν ῥᾳστην, προσελθεῖν δύο γυναῖκας, ταύτας δὲ εἶναι Ἀρετὴν καὶ Κακίαν· εὐθὺς μὲν οὖν καὶ σιωπώσας ἐμφαίνειν ἀπὸ τοῦ σχήματος τὸ διάφορον. Εἶναι γὰρ τὴν μὲν ὑπὸ κομμωτικῆς διεσκευασμένην εἰς κάλλος, καὶ ὑπὸ τρυφῆς διαῤῥεῖν, καὶ πάντα ἐσμὸν ἡδονῆς ἐξηρτημένην ἄγειν· ταῦτά τε οὖν δεικνύναι, καὶ ἔτι πλείω τούτων ὑπισχνουμένην, ἕλκειν ἐπιχειρεῖν τὸν Ἡρακλέα πρὸς ἑαυτήν· τὴν δ' ἑτέραν κατεσκληκέναι, καὶ αὐχμεῖν, καὶ σύντονον βλέπειν, καὶ λέγειν τοιαῦτα ἕτερα· ὑπισχνεῖσθαι γὰρ οὐδὲν ἀνειμένον, οὐδὲ ἡδὺ, ἀλλ' ἱδρῶτας μυρίους καὶ πόνους καὶ κινδύνους διὰ πάσης ἠπείρου τε καὶ θαλάσσης. Ἆθλον δὲ τούτων εἶναι θεὸν γενέσθαι, ὡς ὁ ἐκείνου λόγος· ἥπερ δὴ καὶ (48) τελευτῶντα τὸν Ἡρακλέα ξυνέπεσθαι. Καὶ σχεδὸν ἅπαντες, ὧν δὴ καὶ λόγος τίς ἐστιν ἐπὶ σοφίᾳ, ἢ μικρὸν ἢ μεῖζον, εἰς δύναμιν ἕκαστος ἐν τοῖς ἑαυτῶν συγγράμμασιν, ἀρετῆς ἔπαινον διεξῆλθον, οἷς πειστέον καὶ πειρατέον ἐπὶ τοῦ βίου δεικνύναι τοὺς λόγους. Ὡς ὅ·γε τὴν ἄχρι ῥημάτων παρὰ τοῖς ἄλλοις φιλοσοφίαν ἔργῳ βεβαιῶν

Οἷος πέπνυται· τοὶ δὲ σκιαὶ ἀΐσσουσι (49).

Καί μοι δοκεῖ τὸ τοιοῦτον παραπλήσιον εἶναι, ὥσπερ ἂν εἰ ζωγράφου θαυμαστόν τι οἷον κάλλος ἀνθρώπου μεμησαμένου, ὁ δὲ αὐτὸς εἴη (50) τοιοῦτος ἐπὶ τῆς ἀληθείας, οἷον ἐπὶ τῶν πινάκων ἐκεῖνος ἔδειξεν. Ἐπεὶ τό γε λαμπρῶς μὲν ἐπαινέσαι τὴν ἀρετὴν εἰς τὸ μέσον, καὶ μακροὺς ὑπὲρ αὐτῆς ἀποτείνειν λόγους, ἰδίᾳ δὲ τὸ ἡδὺ πρὸ τῆς σωφροσύνης, καὶ τὸ πλέον ἔχειν πρὸ τοῦ δικαίου τιμᾶν, ἐοικέναι φαίην ἄν ἔγωγε τοῖς ἐπὶ σκηνῆς ὑποκρινομένοις τὰ δράματα· οἳ ὡς βασιλεῖς καὶ δυνάσται πολλάκις εἰσέρχονται, οὔτε

A Unde et Solon mihi videtur illud ad divites dicere :

Sed nos divitiis non commutabimus ullis
Partam virtutem : nam semper firma manebit
At vero nec illuc humana pecunia transit.

Consimiles autem his sunt et Theognidis versus, in quibus dicit Deum (quemcunque tandem ille Deum dicat) hominibus alio et alio modo trutinam degravare, interdum illos divitiis affluere, interdum nihil habere. Quin et Ceus sophista Prodicus alicubi in suis scriptis affinia his in virtutem ac vitium conscripsit : qui et ipse audiendus attento animo est, cum vir sit non contemnendus. Hæc autem dicit, quantum ego viri sententiam memoria teneo, siquidem verba ipsa non memini, nisi quod hæc simpliciter absque metro enarrarit. Nimirum ad Herculem juvenem, et fere eam ætatem, quam nunc vos, agentem, et utram viam, hancne quæ per labores ad virtutem ducit, an alteram illam facillimam carperet, **178** deliberantem, mulieres duas accessisse, eas autem esse Virtutem ac Vitium, et ipsas tacentes discrimen quod inter se intererat, habitu ipso confestim declarasse. Unam quidem a comendi arte pulchritudinis comparandæ causa exornari, et deliciis diffluere, omneque voluptatis examen secum copulatum ducere, isthæc ostendere, et plura his adhuc pollicentem conari Herculem ad se trahere : alteram vero macram et squalidam esse, et habere oculos intentos, et talia alius generis proferre, polliceri nihil remissum, nihil jucundum, sed permultos sudores laboresque, ac pericula tota terra marique subeunda : præmium autem horum esse, deum fieri (ut quidem ille loquitur) ; denique hanc ipsam Herculem secutum esse. Et fere quotquot sese ob sapientiam spectabiles aliquo modo præstitere, singuli pro viribus, aut minus aut amplius, virtutis laudem in suis scriptis reliquerunt, quibus obtemperandum est, eorumque sermones ipsa vita exprimere conandum. Nam qui philosophiam verbotenus apud alios manentem facto confirmarit, sapit solus, reliqui velut umbræ volitant. Hocque mihi videtur esse ejusmodi, tanquam si pictor admirandum quiddam, puta hominis pulchritudinem, imitatus sit : hic autem ipse talis vere exsistat, qualem ille in tabulis expressit. Nam magnifice in propatulo virtutem collaudare, et orationes longas de ea habere, privatim vero voluptatem temperantiæ præferre, et quæstum justitiæ anteponere, hoc ego dixerim simile esse actoribus scenicis personas quasdam sustinentibus, qui plerumque velut reges et dynastæ introducuntur, cum

(46) Et Plutarchus quoque in *Solonis Vita*, c. 3, hos versus tribuit Soloni : sed tamen inter Theognidis *Gnomas* versu 316 legi, jam pridem notavit Ducæus. Nec ita multo post in Colb. tertio e regione vocis ἔμπεδον legitur βέβαιον. Librarius autem cum hanc vocem in margine addidit, nihil aliud sibi proposuisse videtur, nisi ut moneret ἔμπεδον idem valere quod βέβαιον.

(47) Sic Colb. secundus et tertius cum Reg. tertio. Vox Πρόδικος deest in vulgatis. Notat quoque Combefisius, nomen Πρόδικος in suo cod. Mar. reperiri : sed cum mihi verisimile fiat hunc codicem unum aliquem e nostris esse, ipsum numerare nolui. Lege Ducæum.

(48) Unus Colb. δὴ οὖν καί.

(49) Versus est Homeri Ὀδυσσ. *K*, 495, qui scriptus est de Tiresia vate Thebano.

(50) Colb. tertius αὐτός τις εἴη. Mox idem codex ἐπαινεῖν τήν.

Digitized by Google

neque reges sint, neque dynastæ, et forte omnino ne liberi quidem. Ad hæc musicus non lubens tolerarit sibi esse dissonam lyram : neque præfectus chori chorum sibi astare, qui quam maxime concinnus non sit. A se igitur quisque dissidebit ipse, nec vitam cum verbis consentientem exhibebit : sed lingua quidem juravit, mens vero injurata est, dicet ex Euripide; et videri potius bonus quam esse studebit. Atqui hic est extremus injustitiæ terminus, si qua fides Platoni habenda est, quempiam videri justum, qui non sit. Sermones igitur qui rerum honestarum complectuntur præcepta, sic recipiamus. Et quoniam bonæ quoque priscorum hominum actiones aut memoriæ successione ad nos usque conservantur, aut in poetarum aut historicorum monumentis custodiuntur, ne utilitas quidem, quæ hinc nasci potest, desit nobis. Verbi gratia, homo quidam circumforaneus conviciis Periclem consectabatur, hic autem non attendebat, et die tota perstitit uterque, ille quidem permultis probris incessens, hic vero nequaquam curans. Deinde vespere jam facto, tenebrisque obortis, vix discedentem Pericles facem præferens deduxit, ne sibi inutilis foret exercitatio philosophiæ. Rursus quidam Euclidi Megarensi iratus, mortem ei **179** minitatus est, ac juravit : hic rursum juravit facturum se ut sibi ille placaretur ac infestus esse desineret. Quam utile fuerit talium exemplorum aliquid in memoriam venire, cum vir jam ab ira detinetur! Nam credendum non est tragœdiæ temere dicenti: *In hostes ira armat manum:* sed longe satius ne irasci quidem omnino. Quod si id facile factu non est, rationem certe velut frenum iræ objicientes, efferri eam ulterius ne permittamus.

5. Sed rursus orationem reducamus ad actionum bonarum exempla. Percutiebat quidam Sophronisci filium Socratem in ipsam faciem, facto sæpius impetu : hic autem nihil repugnavit, sed sivit ebriosum illum iram suam exsatiare, sic ut intumesceret jam ejus vultus præ plagis, esseique saniosus. Ubi autem ille a verberibus destitisset, Socrates quidem nihil aliud fecisse dicitur, quam fronti suæ quasi statuæ inscripsisse auctorem, *Talis faciebat*, seque hoc modo vindicasse. Hæc fere cum tendant eodem ac nostra, operæ pretium esse censeo viros tantos nobis esse imitandos. Illud enim Socratis germanum est præcepto illi, maxillam cædenti præbere oportere et alteram[6], nedum ulciscamur nos. Periclis autem factum, aut Euclidis, est huic simile, quod persequentes sustinere, et ipsorum iram

βασιλεῖς ὄντες, οὔτε δυνάσται, οὐδὲ μὲν σὺν, τυχὸν, ἐλεύθεροι τὸ παράπαν. Εἶτα μουσικὸς μὲν οὐκ ἂν ἑκὼν δέξαιτο ἀνάρμοστον αὐτῷ τὴν λύραν εἶναι· καὶ χοροῦ κορυφαῖος, μὴ ὅτι μάλιστα συνᾴδοντα τὸν χορὸν ἔχειν. Αὐτὸς δέ τις ἕκαστος διαστασιάσει πρὸς ἑαυτὸν, καὶ οὐχὶ τοῖς λόγοις ὁμολογοῦντα τὸν βίον παρέξεται· ἀλλ' ἡ γλῶττα (51) μὲν ὀμώμοκεν, ἡ δὲ φρὴν ἀνώμοτος, κατ' Εὐριπίδην ἐρεῖ· καὶ τὸ δοκεῖν ἀγαθὸς πρὸ τοῦ εἶναι διώξεται. Ἀλλ' οὗτός ἐστιν ὁ ἔσχατος τῆς ἀδικίας ὅρος, εἴ τι δεῖ Πλάτωνι πείθεσθαι, τὸ δοκεῖν δίκαιον εἶναι, μὴ ὄντα. Τοὺς μὲν οὖν τῶν λόγων, οἳ τὰς τῶν καλῶν ἔχουσιν ὑποθήκας, οὕτως ἀποδεχώμεθα. Ἐπειδὴ δὲ καὶ πράξεις σπουδαῖαι τῶν παλαιῶν ἀνδρῶν ἢ μνήμης ἀκολουθίᾳ πρὸς ἡμᾶς διασώζονται, ἢ ποιητῶν ἢ συγγραφέων φυλαττόμεναι λόγοις, μηδὲ τῆς ἐντεῦθεν ὠφελείας ἀπολειπώμεθα. Οἷον, ἐλοιδόρει τὸν Περικλέα τῶν ἐξ ἀγορᾶς τις ἀνθρώπων· ὁ δὲ οὐ προσεῖχε· καὶ εἰς πᾶσαν διῆρκεσε (52) τὴν ἡμέραν, ὁ μὲν ἀφειδῶς πλύνων αὐτὸν τοῖς ὀνείδεσιν, ὁ δὲ οὐ μέλων αὐτῷ. Εἶτα ἑσπέρας ἤδη καὶ σκότους ἀπαλλαττόμενον μόλις ὑπὸ φωτὶ παρέπεμψε Περικλῆς, ὅπως αὐτῷ μὴ διαφθαρείη τὸ πρὸς φιλοσοφίαν γυμνάσιον. Ἡλίν τις Εὐκλείδῃ τῷ Μεγαρόθεν παροξυνθεὶς θάνατον ἠπείλησε, καὶ ἐπώμοσεν· ὁ δὲ ἀντώμοσεν ἢ μὴν ἱλεώσασθαι αὐτὸν, καὶ παύσειν χαλεπῶς πρὸς αὐτὸν ἐχοντα. Ὅσου ἄξιον τῶν τοιούτων τι παραδειγμάτων εἰσελθεῖν τὴν μνήμην, ἀνδρὸς ὑπὸ ὀργῆς ἤδη κατεχομένου! Τῇ τραγῳδίᾳ γὰρ οὐ πιστευτέον ἁπλῶς λεγούσῃ· *Ἐπ' ἐχθροὺς θυμὸς ὁπλίζει χεῖρα·* ἀλλὰ μάλιστα μὲν μηδὲ διανίστασθαι πρὸς θυμὸν τὸ παράπαν· εἰ δὲ μὴ ῥᾴδιον τοῦτο, ἀλλ' ὥσπερ χαλινὸν αὐτῷ τὸν λογισμὸν ἐμβάλλοντας, μὴ ἐᾷν ἐκφέρεσθαι περαιτέρω.

5. Ἐπαναγάγωμεν δὲ τὸν λόγον αὖθις πρὸς τὰ τῶν σπουδαίων πράξεων παραδείγματα. Ἔτυπτέ τις τὸν Σωφρονίσκου Σωκράτην εἰς αὐτὸ τὸ πρόσωπον ἐμπεσὼν ἀφειδῶς· ὁ δὲ οὐκ ἀντῆρεν, ἀλλὰ παρεῖχε τῷ παροινοῦντι τῆς ὀργῆς ἐμφορεῖσθαι, ὥστε ἐξοιδεῖν ἤδη καὶ ὕπουλον αὐτῷ τὸ πρόσωπον ὑπὸ τῶν πληγῶν (53) εἶναι. Ὡς δ' οὖν ἐπαύσατο τύπτων, ἄλλο μὲν οὐδὲν ὁ Σωκράτης ποιῆσαι, ἐπιγράψαι δὲ τῷ μετώπῳ λέγεται, ὥσπερ ἀνδριάντι, τὸν δημιουργὸν, *Ὁ δεῖνα ἐποίει·* καὶ τοσοῦτον (54) ἀμύνασθαι. Ταῦτα σχεδὸν εἰς ταὐτὸν τοῖς ἡμετέροις φέροντα πολλοῦ ἄξιον εἶναι μιμήσασθαι τοὺς τηλικούτους φημί. Τουτὶ μὲν γὰρ τὸ τοῦ Σωκράτους ἀδελφὸν ἐκείνῳ τῷ παραγγέλματι, ὅτι τῷ τύπτοντι κατὰ τῆς σιαγόνος καὶ τὴν ἑτέραν παρέχειν προσῆκε, τοσούτου δεῖν ἀπαμύνασθαι· τὸ δὲ τοῦ Περικλέους ἢ τὸ Εὐκλείδου (55)

[6] Matth. v, 39.

(51) Ducæus, ut solet, hunc locum, ἀλλ' ἡ γλῶττα, etc., in suis notis docte et exquisite illustrat.

(52) Colb. tertius διήρκεσαν, *perstiterunt*. Editi et alii mss. διήρκεσε. Si leges διήρκεσε, supplenda est vox ἑκάτερος, *perstitit uterque*. Subinde Colb. secundus prima manu ἀφειδῶς ἐλαύνων.

(53) Colb. tertius πληγῶν ἃς ἔλαβεν. Nec ita multo post idem codex ὥσπερ ἐν ἀνδριάντι. Notam quam in hunc locum, ὁ δεῖνα ἐποίει, addidit vir eruditissimus Ducæus, legere poterunt curiosi.

(54) Utraque editio et Reg. tertius τοσούτου. At Colbertini duo et Reg. primus τοσοῦτον.

(55) In Colb. tertio legitur Εὐκλείδους : at et editi et alii mss. habent Εὐκλείδου. Haud longe editio utraque, hoc est, Paris. et Basil. εὔχεσθαι τούτοις ἀγαθά. Libri veteres εὔχεσθαι τὰ ἀγαθά.

Digitized by Google

τῷ τοὺς διώκοντας ὑπομένειν, καὶ πράως αὐτῶν τῆς A
ὀργῆς ἀνέχεσθαι· καὶ τῷ τοῖς ἐχθροῖς εὔχεσθαι τὰ
ἀγαθὰ, ἀλλὰ μὴ ἐπαρᾶσθαι. Ὡς ὅ γε ἐν τούτοις
προπαιδευθεὶς οὐκ ἔτ' ἂν ἐκείνοις ὡς ἀδυνάτοις δια-
πιστήσειεν. Οὐκ ἂν παρέλθοιμι τὸ τοῦ Ἀλεξάνδρου,
ὃς, τὰς θυγατέρας Δαρείου αἰχμαλώτους λαβών,
θαυμαστόν τι (56) οἷον τὸ κάλλος παρέχειν μαρτυ-
ρουμένας, οὐδὲ προσιδεῖν ἠξίωσεν· αἰσχρὸν εἶναι
κρίνων, τὸν ἄνδρας ἑλόντα, γυναικῶν ἡττηθῆναι.
Τοῦτο γὰρ εἰς ταὐτὸν ἐκείνῳ φέρει, ὅτι ὁ ἐμβλέψας
πρὸς ἡδονὴν γυναικὶ, κἂν μὴ τῷ ἔργῳ τὴν μοιχείαν
ἐπιτελέσῃ, ἀλλὰ τῷ γε τὴν ἐπιθυμίαν τῇ ψυχῇ παρα-
δέξασθαι οὐκ ἀφίεται τοῦ ἐγκλήματος. Τὸ δὲ τοῦ
Κλεινίου, τῶν Πυθαγόρου γνωρίμων ἑνὸς, χαλεπὸν
πιστεῦσαι ἀπὸ ταὐτομάτου συμβῆναι τοῖς ἡμετέροις,
ἀλλ' οὐχὶ μιμησαμένου σπουδῇ. Τί δὲ ἦν ὃ ἐποίησεν B
ἐκεῖνος; Ἐξὸν δι' ὅρκου τριῶν ταλάντων ζημίαν ἀπο-
φυγεῖν, ὁ δὲ ἀπέτισε μᾶλλον ἢ ὤμοσε, καὶ ταῦτα
εὐορκεῖν μέλλων· ἀκούσας, ἐμοὶ δοκεῖν, τοῦ προσ-
τάγματος τὸν ὅρκον ἡμῖν ἀπαγορεύοντος. Ἀλλ', ὅπερ
ἐξ ἀρχῆς ἔλεγον, πάλιν εἰς ταὐτὸν ἐπανίωμεν· οὐ
πάντα ἑξῆς παραδεκτέον ἡμῖν, ἀλλ' ὅσα χρήσιμα.
Καὶ γὰρ αἰσχρὸν τῶν μὲν σιτίων τὰ βλαβερὰ δι-
ωθεῖσθαι, τῶν δὲ μαθημάτων, ἃ τὴν ψυχὴν ἡμῶν τρέ-
φει, μηδένα λόγον ἔχειν, ἀλλ' ὥσπερ χειμάῤῥουν
παρασύροντας ἅπαν τὸ προστυχὸν ἐμβάλλεσθαι. Καί-
τοι τίνα ἔχει λόγον κυβερνήτην μὲν οὐκ εἰκῇ τοῖς
πνεύμασιν ἐφιέναι, ἀλλὰ πρὸς ὅρμους εὐθύνειν τὸ
σκάφος, καὶ τοξότην κατὰ σκοποῦ βάλλειν, καὶ μὲν
δὴ καὶ χαλκευτικόν τινα ἢ τεκτονικὸν ὄντα τοῦ κατὰ C
τὴν τέχνην ἐφίεσθαι τέλους· ἡμᾶς δὲ καὶ τῶν τοιού-
των δημιουργῶν ἀπολείπεσθαι, πρός γε τὸ συνορᾷν
δύνασθαι τὰ ἡμέτερα; Οὐ γὰρ δὴ τῶν μὲν χειρω-
κτῶν ἔστι τι (57) πέρας τῆς ἐργασίας, τοῦ δὲ
ἀνθρωπίνου βίου σκοπὸς οὐκ ἔστι, πρὸς ὃν ἀφορῶντα
πάντα ποιεῖν καὶ λέγειν χρὴ τόν γε μὴ τοῖς ἀλόγοις
παντάπασι προσεοικέναι μέλλοντα. Ἢ οὕτως ἂν
εἴημεν ἀτεχνῶς κατὰ τῶν πλοίων τὰ ἀνερμάτιστα,
οὐδενὸς ἡμῖν νοῦ ἐπὶ τῶν τῆς ψυχῆς οἰάκων κα-
θεζομένου, εἰκῇ κατὰ τὸν βίον ἄνω καὶ κάτω περιφε-
ρόμενοι· ἀλλ' ὥσπερ ἐν τοῖς γυμνικοῖς ἀγῶσιν, εἰ
δὲ βούλει, τῆς μουσικῆς, ἐκείνων εἰσὶ τῶν ἀγώνων
αἱ μελέται, ὧνπερ οἱ στέφανοι πρόκεινται, καὶ οὐ-
δεὶς (58) γε πάλην ἀσκῶν ἢ παγκράτιον, εἶτα κιθα-
ρίζειν ἢ αὐλεῖν μελετᾷ. Οὔκουν ὁ Πολυδάμας γε, D
ἀλλ' ἐκεῖνος πρὸ τοῦ ἀγῶνος τοῦ Ὀλυμπιάσι τὰ
ἅρματα ζωτὴ τρέχοντα, καὶ διὰ τούτων τὴν ἰσχὺν
ἐκράτυνε. Καὶ ὅ γε Μίλων ἀπὸ τῆς ἀληλιμμένης
ἀσπίδος οὐκ ἐξωθεῖτο, ἀλλ' ἀντεῖχεν ὠθούμενος οὐχ
ἧττον ἢ οἱ ἀνδριάντες οἱ τῷ μολύβδῳ συνδεδεμένοι.
Καὶ ἁπλῶς αἱ μελέται αὐτοῖς παρασκευαὶ τῶν
ὅλων ἦσαν. Εἰ δὲ τὰ Μαρσύου (59) ἢ τὰ Ὀλύμπου

leniter tolerare oporteat : huic rursus, quod inimicis bene, non male precari debeamus[7]. Quare quisquis in his fuerit prius eruditus, præceptis illis, tanquam quæ fieri non possint, non denegabit amplius fidem. Neque vero præterierim Alexandri factum, qui cum filias Darii captivas haberet, quarum incredibilis pulchritudo fuisse prædicatur, ne aspicere quidem dignatus est : turpe esse judicans, virorum victorem vinci a mulieribus. Hoc spectat eodem atque illud, quod qui aspexerit mulierem libidinose, quanquam adulterium opere non commisit, quoniam tamen concupiscentiam in animum admisit, crimine non vacet[8]. Quin et illud Cliniæ, qui unus e Pythagoræ discipulis est, vix crediderim cum nostris institutis fortuito consentire, non consulto ea imitari. Ecquid autem erat, quod fecit ille? Jurejurando cum ei liceret talentorum trium effugere multam, solvere maluit quam jurare, idque cum non esset falso juraturus ; præceptum quo nobis jusjurandum interdicitur[9], ut mihi videtur, edoctus. Sed ad hoc idem quod initio dicebam, rursus revertamur : non omnia ex ordine, sed solum quæ utilia sunt, suscipienda nobis esse. Turpe namque fuerit rejicere nos cibos exitiosos, disciplinarum vero quæ animam nostram nutriunt, rationem nullam habere, sed torrentis in morem quidquid obvium est trahentes, id in animum recondere. Et quidem quomodo rationi consentaneum est, ut nauclerus non temere se ventis permittat, sed ad portum dirigat scapham, sagittariusque in scopum intendat, et faber ferrarius aut lignarius finem artis appetat : nos vero inferiores simus **180** opificibus ejusmodi, cum certe res nostras intelligere possumus? Itane artificum operi inerit finis quispiam, humanæ vero vitæ scopus nullus est, cujus intuitu omnia facere ac dicere oporteat eum qui brutis animalibus omnino similis esse nolit? Aut sic temere instar navigiorum non saburratorum, mente nostra ad animæ gubernacula non sedente, sursum ac deorsum per vitam circumferremur ; sed quemadmodum in gymnicis certaminibus, inque musicis, si ita placet, eorum certaminum quorum coronæ proponuntur, exercitationes fiunt, nec quisquam ad luctam exercens se, aut ad pancratium, subinde cithara aut tibia canere meditatur. Non Polydamas certe, sed ille ante certamen in Olympiis currus agitatos retinebat, et inde vires ac robur intendebat. Milo quoque a scuto illito non dimovebatur, sed impulsus resistebat, non minus quam statuæ eæ quæ plumbo colligantur. Et uno verbo, exercitatione præparabantur ad certamina. Quod si, pulvere ac gymnasiis relictis, ad sonos modos-

[7] Matth. v, 44. [8] ibid. 28. [9] ibid. 33.

(56) Ita libri antiqui. Vocula τι in editis desideratur.

(57) Illud τι e priscis libris additum est. Aliquanto post quatuor aut quinque mss. παντάπασι προσεοικέναι. Vox prior in vulgatis deerat.

(58) Editi στέφανοι, καὶ οὐδείς. At mss. tres στέφανοι πρόκεινται, καὶ οὐδείς. Subinde unus ms. ἰσχὺν ἐκρατύνετο.

(59) Unus ms. τὰ Μαρσίου. Editi et alii mss. τὰ Μαρσύου.

Digitized by Google

que Marsyæ aut Olympi Phrygum curiosius attendissent, num statim fuissent coronas ac gloriam assecuti, aut cavissent ne in corpore ridiculi viderentur? Contra, Timotheus cantu dimisso, in palæstris non degebat. Neque enim ita omnibus musica præstitisset, cui scilicet tanta inesset artis peritia, ut et animum per concitatam austeramque harmoniam ad iram excitaret, et rursus demulceret emolliretque per remissam, cum vellet. Hac item arte, cum aliquando Phrygios modos Alexandro incinuisset, incitasse eum dicitur ad arma inter cœnandum : et rursus reduxisse ad convivas, cantu remisso. Vim adeo magnam et in musica, et in gymnicis certaminibus ad finem consequendum exercitatio præbet.

A τῶν Φρυγῶν περιειργάζοντο κρούματα, καταλιπόντες τὴν κόνιν καὶ τὰ γυμνάσια, ταχύ (60) γ' ἂν στεφάνων ἢ δόξης ἔτυχον, ἢ διέφυγον τὸ μὴ καταγέλαστοι εἶναι κατὰ τὸ σῶμα ; Ἀλλ' οὐ μέντοι οὐδὲ ὁ Τιμόθεος, τὴν μελῳδίαν ἀφεὶς, ἐν ταῖς παλαίστραις διῆγεν. Οὐ γὰρ ἂν τοσοῦτον ὑπῆρξεν αὐτῷ διενεγκεῖν ἁπάντων τῇ μουσικῇ, ᾧ γε τοσοῦτον περιῆν τῆς τέχνης, ὥστε καὶ θυμὸν ἐγείρειν διὰ τῆς συντόνου καὶ αὐστηρᾶς ἁρμονίας, καὶ μέντοι καὶ χαλᾷν καὶ μαλάττειν (61) πάλιν διὰ τῆς ἀνειμένης, ὁπότε βούλοιτο. Ταύτῃ τοι καὶ Ἀλεξάνδρῳ ποτὲ τὸ Φρύγιον ἐπαυλήσαντα, ἐξαναστῆσαι αὐτὸν ἐπὶ τὰ ὅπλα λέγεται μεταξὺ δειπνοῦντα, καὶ ἐπαναγαγεῖν πάλιν πρὸς τοὺς συμπότας, τὴν ἁρμονίαν χαλάσαντα. Τοσαύτην ἰσχὺν ἔν τε μουσικῇ καὶ τοῖς γυμνικοῖς ἀγῶσι πρὸς τὴν B τοῦ τέλους κτῆσιν ἡ μελέτη παρέχεται.

6. Quoniam vero coronarum memini et athletarum, illi laboribus sexcentis super sexcentos exantlatis, et undecunque aucto sibi robore, posteaquam multum gymnicis laboribus desudarunt, plagasque multas in exercitiorum loco accepere, et victum non jucundissimum, sed a magistris exercitiorum præscriptum sumpsere, et ne longum faciam, ubi in reliquis ita vixerunt, ut ipsorum vita ante certamen certaminis exercitatio sit, tunc exuunt se ad stadium, nullum non laborem, nullum non periculum adeuntes, ut oleastri, aut apii, aut alterius cujusvis rei similis accipiant coronam, et victores per præconem renuntientur. Nobis autem, quibus proposita sunt vitæ præmia, eaque tam et C ob multitudinem et ob magnitudinem miranda, ut verbis explicari non possint, si in utramque aurem dormimus, et valde licenter vivimus, dabiturne hæc præmia manu altera arripere? Ita enim et laudanda esset deses vita, et Sardanapalus ille haberetur omnium felicissimus, aut etiam Margites ille, si lubet, quem Homerus ait neque arasse, neque fodisse, neque aliud quidquam eorum quæ in vitæ commodum cedunt, peregisse, si tamen Homeri hæc sint. Nonne potius verus est Pittaci sermo, qui difficile esse dixit bonum esse? Etenim nobis reipsa multos labores perpessis vix tandem licebit bona illa assequi, quorum antea dicebam nullum exemplum in humanis reperiri. Non igitur incuriose vivendum nobis est, neque spes magnæ otio D brevi commutandæ, nisi velimus probra sustinere, pœnasque subire, non hic quidem apud homines (quanquam et hoc parvum non est saltem prudenti ac cordato), sed in judicii locis, sive sub terra, sive ubivis constituta sint. Enimvero a recto decoroque præter animi sententiam qui aberrarit, forte veniam aliquam obtinebit a Deo : qui vero fuerit consulto mala amplexus, implacabiliter supplicia

6. Ἐπεὶ δὲ στεφάνων καὶ ἀθλητῶν ἐμνήσθην, ἐκεῖνοι, μυρία παθόντες ἐπὶ μυρίοις, καὶ πολλαχόθεν τὴν ῥώμην ἑαυτοῖς συναυξήσαντες, πολλὰ μὲν γυμναστικοῖς ἐνιδρώσαντες πόνοις, πολλὰς δὲ πληγὰς ἐν παιδοτρίβου λαβόντες, δίαιταν δὲ οὐ τὴν ἡδίστην, ἀλλὰ τὴν παρὰ τῶν γυμναστῶν αἱρούμενοι, καὶ τἄλλα, ἵνα μὴ διατρίβω λέγων, οὕτω διάγοντες, ὡς τὸν πρὸ τῆς ἀγωνίας βίον μελέτην εἶναι τῆς ἀγωνίας, τηνικαῦτα ἀποδύονται πρὸς τὸ στάδιον, καὶ πάντα πονοῦσι καὶ κινδυνεύουσιν, ὥστε κοτίνου λαβεῖν στέφανον, ἢ σελίνου, ἢ ἄλλου τινὸς τῶν τοιούτων, καὶ νικῶντες ἀναῤῥηθῆναι παρὰ τοῦ κήρυκος. Ἡμῖν δὲ, οἷς ἄθλα τοῦ βίου πρόκειται οὕτω θαυμαστὰ πλήθει τε καὶ μεγέθει, ὥστε ἀδύνατα εἶναι ῥηθῆναι λόγῳ, ἐπ' ἄμφω καθεύδουσι, καὶ κατὰ πολλὴν διαιτωμένοις ἄδειαν, τῇ ἑτέρᾳ λαβεῖν τῶν χειρῶν ὑπάρξει ; Πολλοῦ μέν τ' ἂν ἄξιον ἦν ἡ ῥᾳθυμία τῷ βίῳ, καὶ ὅ γε Σαρδανάπαλος (62) τὰ πρῶτα πάντων εἰς εὐδαιμονίαν ἐφέρετο, ἢ καὶ ὁ Μαργίτης, εἰ βούλει, ὃν οὔτ' ἀροτῆρα, οὔτε σκαπτῆρα, οὔτε ἄλλο τι τῶν κατὰ τὸν βίον ἐπιτηδείων εἶναι Ὅμηρος ἔφησεν, εἰ δὴ Ὁμήρου ταῦτα. Ἀλλὰ μὴ ἀληθὴς μᾶλλον ὁ τοῦ Πιττακοῦ λόγος, ὃς χαλεπὸν ἔφησεν (63) ἐσθλὸν ἔμμεναι ; Διὰ πολλῶν γὰρ δὴ τῷ ὄντι πόνων διεξελθοῦσι μόλις ἂν τῶν ἀγαθῶν ἐκείνων τυχεῖν ἡμῖν περιγένοιτο, ὧν ἐν τοῖς ἄνω λόγοις οὐδὲν εἶναι παράδειγμα τῶν ἀνθρωπίνων ἐλέγομεν. Οὐ δὴ οὖν ῥᾳθυμητέον ἡμῖν, οὐδὲ τῆς ἐν βραχεῖ ῥᾳστώνης μεγάλας ἐλπίδας ἀνταλλα- D κτέον, εἴπερ μὴ μέλλοιμεν ὀνείδη τε ἕξειν καὶ τιμωρίας ὑφέξειν, οὔτι παρὰ τοῖς ἀνθρώποις ἐνθάδε (καίτοι καὶ τοῦτο οὐ μικρὸν τῷ γε νοῦν ἔχοντι), ἀλλ' ἐν τοῖς, εἴτε ὑπὸ γῆν, εἴτε καὶ ὅπου δὴ τοῦ παντὸς ὄντα τυγχάνει, δικαιωτηρίοις (64). Ὡς τῷ μὲν ἀκουσίως τοῦ προσήκοντος ἁμαρτόντι κἂν συγγνώμη τις ἴσως παρὰ τοῦ Θεοῦ γένοιτο · τῷ δὲ ἐξεπίτηδες τὰ χείρω προελομένῳ οὐδεμία παραίτησις τὸ μὴ οὐχὶ πολλαπλασίω τὴν κόλασιν ὑποσχεῖν. Τί οὖν ποιῶμεν ; φαίη

(60) Combefisius dubitat utrum legendun sit ταχύ, an τάχα : sed si habeatur ratio veterum librorum, dubium non est quin legi oporteat ταχύ, cum ita scriptum sit in omnibus. Notam interrogationis ex editione Basileensi apposuimus post vocem σῶμα.

(61) Colb. tertius καὶ ἐκμαλάττειν. Mox idem codex Ταῦτά τοι καὶ τὸ ἐναγώνιον Ἀλεξάνδρῳ. At editi et alii tres mss. ut in contextu.

(62) Unus ms. Σαρδανάπαλλος. Mox in Colb. tertio pro Μαργίτης legitur Μαργαρίτης.

(63) Colb. tertius ὃς χαλεπὸν φησιν.

(64) Editio utraque δικαστηρίοις. Veteres quinque libri δικαιωτηρίους.

Digitized by Google

τις ἄν. Τί ἄλλο γε ἢ τῆς ψυχῆς ἐπιμέλειαν ἔχειν, πᾶσαν σχολὴν ἀπὸ τῶν ἄλλων ἄγοντας (65);

7. Οὐ δὴ οὖν τῷ σώματι δουλευτέον, ὅτι μὴ πᾶσα ἀνάγκη· ἀλλὰ τῇ ψυχῇ τὰ βέλτιστα ποριστέον, ὥσπερ ἐκ δεσμωτηρίου τῆς πρὸς τὰ τοῦ σώματος πάθη κοινωνίας (66) αὐτὴν διὰ φιλοσοφίας λύοντας, ἅμα δὲ καὶ τὸ σῶμα τῶν παθῶν κρεῖττον ἀπεργαζομένους. Γαστρὶ μέν γε τὰ ἀναγκαῖα ὑπηρετοῦντας, οὐχὶ τὰ ἥδιστα προσῆκεν, ὡς οἵ γε τραπεζοποιούς τινας καὶ μαγείρους περινοοῦντες, καὶ πᾶσαν διερευνώμενοι γῆν τε καὶ θάλασσαν, οἷόν τινι χαλεπῷ δεσπότῃ φόρους ἀπάγοντες, ἐλεεινοὶ τῆς ἀσχολίας, τῶν ἐν ᾅδου κολαζομένων οὐδὲν πάσχοντες ἀνεκτότερον, ἀτεχνῶς εἰς πῦρ ξαίνοντες, καὶ κοσκίνῳ φέροντες ὕδωρ, καὶ εἰς τετρημένον (67) ἀντλοῦντες πίθον, οὐδὲν πέρας τῶν πόνων ἔχοντες· κουρὰς δὲ καὶ ἀμπεχόνας ἔξω τῶν ἀναγκαίων περιεργάζεσθαι ἢ δυστυχούντων ἐστί, κατὰ τὸν Διογένους λόγον, ἢ ἀδικούντων. Ὥστε καλλωπιστὴν εἶναι καὶ ὀνομάζεσθαι ὁμοίως αἰσχρὸν ἡγεῖσθαί φημι δεῖν τοὺς τοιούτους, ὡς τὸ ἑταιρεῖν ἢ ἀλλοτρίοις γάμοις ἐπιβουλεύειν. Τί γὰρ ἂν διαφέροι τῷ γε νοῦν ἔχοντι ξυστίδα ἀναβεβλῆσθαι, ἢ τι τῶν φαύλων ἱμάτιον φέρειν, ἕως ἂν (68) μηδὲν ἐνδέῃ τοῦ πρὸς χειμῶνά τε εἶναι καὶ θάλπος ἀλεξητήριον; Καὶ τἄλλα δὴ τὸν αὐτὸν τρόπον μὴ περιττότερον τῆς χρείας κατεσκευάσθαι, μηδὲ περιέπειν τὸ σῶμα πλέον ἢ ὡς ἄμεινον τῇ ψυχῇ. Οὐχ ἧττον γὰρ ὄνειδος ἀνδρὶ, τῷ γε ὡς ἀληθῶς τῆς προσηγορίας ταύτης ἀξίῳ, καλλωπιστὴν καὶ φιλοσώματον εἶναι, ἢ πρὸς ἄλλο τι τῶν παθῶν ἀγεννῶς διακεῖσθαι. Τὸ γὰρ τὴν πᾶσαν σπουδὴν εἰσφέρεσθαι, ὅπως ὡς κάλλιστα αὐτῷ τὸ σῶμα ἕξοι, οὐ διαγινώσκοντός (69) ἐστιν ἑαυτὸν, οὐδὲ συνιέντος τοῦ σοφοῦ παραγγέλματος, ὅτι οὐ τὸ ὁρώμενόν ἐστιν ὁ ἄνθρωπος, ἀλλά τινος δεῖται περιττοτέρας σοφίας, δι' ἧς ἕκαστος ἡμῶν, ὅστις ποτέ ἐστιν, ἑαυτὸν ἐπιγνώσεται. Τοῦτο δὲ μὴ καθηραμένοις τὸν νοῦν ἀδυνατώτερον ἢ λημῶντι πρὸς τὸν ἥλιον ἀναβλέψαι. Κάθαρσις δὲ ψυχῆς, ὡς ἀθρόως τε εἰπεῖν καὶ ὑμῖν ἱκανῶς, τὰς διὰ τῶν αἰσθήσεων ἡδονὰς ἀτιμάζειν· μὴ ὀφθαλμοὺς ἑστιᾶν ταῖς ἀτόποις τῶν θαυματοποιῶν ἐπιδείξεσιν, ἢ σωμάτων θέαις ἡδονῆς κέντρον ἐναφιέντων, μὴ διὰ τῶν ὤτων διεφθαρμένην μελῳδίαν τῶν ψυχῶν καταχεῖν. Ἀνελευθερίας γὰρ δὴ καὶ ταπεινότητος ἔκγονα πάθη ἐκ τοῦ τοιούτουδε τῆς μουσικῆς εἴδους ἐγγίνεσθαι πέφυκεν. Ἀλλὰ τὴν ἑτέραν μεταδιωκτέον ἡμῖν, τὴν ἀμείνωτε καὶ εἰς ἄμεινον φέρουσαν, ἣ καὶ Δαβὶδ χρώμενος, ὁ ποιητὴς τῶν ἱερῶν ᾀσμάτων, ἐκ τῆς μανίας, ὥς φασι, τὸν βασιλέα καθίστη. Λέγεται δὲ καὶ Πυθαγόραν, κωμασταῖς περιτυχόντα μεθύουσι, κελεῦσαι

A longe majora perferet. Quid igitur faciemus? dicet aliquis. Quid aliud, nisi ut animæ curam geramus, ab omnibus aliis vacantes?

7. Non igitur corpori inserviendum, nisi omnino necesse sit; sed ea quæ potiora sunt, animæ sunt tribuenda, ita ut ipsam ex ea quam cum corporis affectionibus habet communione, tanquam ex carcere per philosophiam eximamus, simulque etiam corpus vitiis atque libidinibus reddamus inexpugnabile. Ventri quidem ministranda sunt necessaria, non quæ sunt perquam jucunda, velut ii qui quosdam mensarum structores coquosque exquirunt, totamque terram ac mare vestigant, velut moroso hero tributa pendentes, digni miseratione ob ejusmodi occupationem, haud remissius quam B qui in inferno versantur, excruciati, plane dissecantes ignem, cribro ferentes aquam, et in pertusum dolium infundentes, laborum finem nullum habentes. Comas autem ac vestimenta plus satis curare, aut, ut ait Diogenes, adversa fortuna utentium est, aut injustorum. Quare cincinnatum esse et appellari, æque turpe censendum dico, atque scortari, aut alienis nuptiis insidiari. Quid enim ejus qui mente præditus est interest, utrum tenui ac sumptuosa veste induatur, an pallium vile gestet, modo et frigori et calori arcendo satis sit? Et ad hunc modum reliqua quoque ultra necessitatem non sunt excolenda, nec corporis habenda est major cura, quam quantum animæ prosit. Nam comptum esse et corporis amatorem, viro hac illa appellatione vere digno non minus probrosum fuerit, quam C alteri cuivis vitio ignave obnoxium esse. Nam omne studium huc conferre ut corpus quam optime se habeat, non hominis est semet cognoscentis, neque intelligentis sapientem illam admonitionem, qua docemur, quod sub aspectum cadit, id hominem non esse, sed requiri sapientiam quamdam præstantiorem, qua quisque nostrum seipsum qualis tandem sit agnoscat. Hoc autem difficilius est mentem non puram habentibus, quam lippienti solem aspicere. Est autem animæ purgatio, ut **182** semel, et quantum vobis satis sit, dicam, voluptates per sensus irrepentes aspernari, non oculos pascere insulsis præstigiatorum ostentationibus, aut corpo- D rum stimulum voluptatis immittentium aspectu, non per aures harmoniam corruptam in animam infundere. Vitia enim quæ illiberalis dejectique animi fetus sunt, ex hoc musicæ genere solent oriri. Sed musica altera, quæ et melior exsistit, et ad melius perducit, consectanda nobis est: qua usus David, sacrorum carminum auctor, furorem regis atque

(65) Antiqui duo libri ἄγοντες.

(66) Colb. tertius πρὸς τὸ σῶμα κοινωνίας. Nec ita multo post Regii primus et secundus cum Colb. tertio ἥδιστα προσῆκεν. Vox ultima deest in aliis mss. atque in vulgatis.

(67) Editi et Colb. tertius εἰς τετριμμένον, *in dolium fractum*. At Regii secundus et tertius εἰς τετρημένον, *in dolium pertusum*: quam scripturam veram esse et genuinam quotidianus loquendi usus probat. Aliquanto post Colb. tertius φημὶ δεῖν τοὺς τηλικούτους.

(68) Vocula ἄν addita est ex Colb. tertio. Ibidem editi ἐνδέει. At mss. ἐνδέῃ. Nec ita multo infra editi τῷ γε ἀληθῶς. Libri veteres τῷ γε ὡς ἀληθῶς.

(69) Paulo aliter legitur in Colb. tertio, nempe hoc modo: αὐτοῦ τὸ σῶμα... γινώσκοντος. Haud longe editi ἀλλά τινος δεῖ. At Reg. tertius et alter δεῖται.

Digitized by Google

insaniam, ut aiunt, sedavit [10]. Ferunt etiam Pythagoram, cum in comessatores temulentos incidisset, jussisse tibicinem comessationi præsidentem, mutata harmonia, Doricos modos eis canere : ipsos autem ita hoc cantu resipuisse, ut, abjectis corollis, pudore suffusi domum reverterentur. Alii vero more Corybantum ad tibiam insaniunt ac debacchantur. Ita hoc differt, sanis aut pravis cantilenis aures impleri ! Quare eam, quæ nunc viget, musicam minus quam quidvis turpissimum experiri debetis. Pudet me etiam interdicere, ne suffitus omnis generis, qui olfactui voluptatem afferant, admisceantur aeri, et ne unguentis vos ipsos inficiatis. Quid autem quis dixerit de non perquirendis tactus gustusque voluptatibus, nisi quod cogant eos qui his captandis vacant, ad ventrem et ad ea quæ sub ventre sunt, pecorum more, pronos ac propensos vivere? Uno verbo, totum corpus contemnendum est ei, qui in ipsius voluptatibus quasi in cœno nolit volutari, aut tantum ei indulgendum est, in quantum, inquit Plato, philosophiæ inservit, non longe aliter locutus atque Paulus, qui monet nullam corporis habendam curam ad cupiditatum materiam [11]. Etenim qui corporis, ut se optime habeat, curam gerunt, animam autem illo usuram nullius pretii parvipendunt, quid differunt ab iis qui instrumentis aptandis dant operam, artem vero per hæc operantem negligunt? Quapropter ratione plane contraria corpus castigandum est et cohibendum, haud secus ac impetus cujusdam belluæ; atque ii tumultus qui ab ipso in anima excitantur, ratione veluti flagro compescendi sunt, non autem habenis voluptati omnino laxatis negligenda mens est, adeo ut quasi auriga qui ab equis effrenis violenterque agitatis abreptus sit, ducatur. Nec abs re erit Pythagoræ meminisse, qui cum didicisset aliquem ex familiaribus sese et exercitationibus et escis valde admodum saginare, et carnosum reddere : Sic, inquit, non desines graviorem tibimetipsi carcerem exstruere? Unde dicunt et Platonem provenientis a corpore noxæ præscium, insalubrem Atticæ locum Academiam de industria elegisse, ut nimis bonum corporis statum quasi superfluam quamdam vitis feracitatem amputaret. Ego autem corporis habitudinem summe bonam etiam periculosam esse a medicis audivi.

A τὸν αὐλητὴν τὸν τοῦ κώμου κατάρχοντα, μεταβαλόντα τὴν ἁρμονίαν, ἐπαυλῆσαί σφισι τὸ Δώριον· τοὺς δὲ οὕτως ἀναφρονῆσαι ὑπὸ τοῦ μέλους, ὥστε, τοὺς στεφάνους ῥίψαντας, αἰσχυνομένους ἐπανελθεῖν. Ἕτεροι δὲ πρὸς αὐλὸν κορυβαντιῶσι καὶ ἐκβακχεύονται. Τοσοῦτόν ἐστι τὸ διάφορον ὑγιοῦς ἢ μοχθηρᾶς μελῳδίας ἀναπλησθῆναι (70) ! Ὥστε τῆς νῦν δὴ κρατούσης ταύτης ἧττον ὑμῖν μεθεκτέον ἢ οὐτινοσοῦν τῶν αἰσχίστων. Ἀτμούς γε μὴν παντοδαποὺς ἡδονὴν ὀσφρήσει φέροντας τῷ ἀέρι καταμιγνύναι, ἢ μύροις ἑαυτοὺς ἀναχρώννυσθαι, καὶ ἀπαγορεύειν αἰσχύνομαι. Τί δ' ἄν τις εἴποι περὶ τοῦ μὴ χρῆναι τὰς ἐν ἁφῇ καὶ γεύσει διώκειν ἡδονάς, ἢ ὅτι καταναγκάζουσιν αὗται τοὺς περὶ τὴν ἑαυτῶν θήραν ἐσχολακότας, ὥσπερ τὰ θρέμματα, πρὸς τὴν γαστέρα καὶ τὰ ὑπ' αὐτὴν συν- B νενευκότας (71) ζῆν; Ἑνὶ δὲ λόγῳ, παντὸς ὑπεροπτέον τοῦ σώματος τῷ μὴ ὡς ἐν βορβόρῳ ταῖς ἡδοναῖς αὐτοῦ κατορωρύχθαι μέλλοντι, ἢ τοσοῦτον ἀνθεκτέον αὐτοῦ, ὅσον, φησὶ Πλάτων, ὑπηρεσίαν φιλοσοφίᾳ (72) κτωμένου, ἐοικότα που λέγων τῷ Παύλῳ, ὃς παραινεῖ μηδεμίαν χρῆναι τοῦ σώματος πρόνοιαν ἔχειν εἰς ἐπιθυμιῶν ἀφορμήν. Ἤ τί διαφέρουσιν οἳ τοῦ μὲν σώματος, ὡς ἂν κάλλιστα ἔχοι, φροντίζουσι, τὴν δὲ χρησομένην αὐτῷ ψυχὴν ὡς οὐδενὸς ἀξίαν περιορῶσι, τῶν περὶ τὰ ὄργανα σπουδαζόντων, τῆς δὲ δι' αὐτῶν ἐνεργούσης τέχνης καταμελούντων; Πᾶν μὲν οὖν τοὐναντίον κολάζειν αὐτὸ καὶ κατέχειν, ὥσπερ θηρίου τὰς ὁρμάς, προσῆκε, καὶ τοὺς ἀπ' αὐτοῦ θορύβους ἐγγινομένους τῇ ψυχῇ οἱονεὶ μάστιγι τῷ λογισμῷ καθικνουμένους κοιμίζειν, ἀλλὰ μὴ πάντα χαλινὸν C ἡδονῆς ἀνέντας περιορᾶν τὸν νοῦν, ὥσπερ ἡνίοχον, ὑπὸ δυσηνίων ἵππων ὕβρει φερομένων παρασυρόμενον ἄγεσθαι· καὶ τοῦ Πυθαγόρου μεμνῆσθαι (73), ὃς, τῶν συνόντων τινὰ καταμαθὼν γυμνασίοις τε καὶ σιτίοις ἑαυτὸν εὖ μάλα κατασαρκοῦντα, οὕτως ἔφη· Οὐ παύσῃ χαλεπώτερον σεαυτῷ κατασκευάζων τὸ δεσμωτήριον; Διὸ δὴ καὶ Πλάτωνά φασι, τὴν ἐκ σώματος βλάβην προϊδόμενον, τὸ νοσῶδες χωρίον τῆς Ἀττικῆς τὴν Ἀκαδημίαν καταλαβεῖν ἐξεπίτηδες, ἵνα τὴν ἄγαν εὐπάθειαν τοῦ σώματος οἷον ἀμπέλου τὴν εἰς τὰ περιττὰ φορὰν περικόπτοι (74). Ἐγὼ δὲ καὶ σφαλερὰν εἶναι τὴν ἐπ' ἄκρον εὐεξίαν ἰατρῶν ἤκουσα.

8. Cum igitur nimia illa corporis cura et corpori ipsi inutilis sit, et animæ officiat, ei submittere se et obsequi manifesta fuerit insania. Sed, si hoc contemnere studeremus, vix aliud quidquam humanum

D 8. Ὅτε τοίνυν ἡ ἄγαν αὕτη τοῦ σώματος ἐπιμέλεια αὐτῷ τε ἀλυσιτελὴς τῷ σώματι, καὶ πρὸς τὴν ψυχὴν ἐμπόδιόν ἐστι· τό γε ὑποπεπτωκέναι τούτῳ καὶ θεραπεύειν μανία σαφής. Ἀλλὰ μὴν εἰ τούτου

[10] I Reg. xvi, 23. [11] Rom. xiii, 14.

(70) Pro ἀναπλησθῆναι legitur in Colb. tertio ἀναπληρῶσαι. Mox idem ms. τῶν προδήλως αἰσχίστων.

(71) Antiqui tres libri συννενευκότα, nempe θρέμματα. Alii duo mss. et editi συννενευκότας.

2. Atque hinc quidem hoc bellum infertur : illinc vero quod et quale certamen est contra veritatem? Substantiam quidem concedunt, propriamque Filii personam esse, et Patris propriam confitentur : sed naturæ inducunt inæqualitatem. Et Filii nomen voce tenus concedunt, sed reipsa ipsum demittunt ad creaturam, haud verentes vocem Domini, se ei qui Patrem videre gestiebat præmonstrantis. *Qui enim*, inquit, *vidit me, vidit Patrem* [35]. Hæc autem vox, si quis recte judicat, utrorumque obturat blasphemias. Neque enim seipsum Patrem esse dicit, qui scilicet personas aperte distinguat, his verbis : *Qui vidit me.* Hinc namque ostendit propriam suam personam. Cum vero subjungit : *Vidit Patrem*, respicit ad paternam personam, ac distinguit a semetipso manifeste. Quod idem facit quoque, ubi ait : *Si cognovissetis me, et Patrem meum utique cognovissetis* [36]. Non enim personarum confusionem indicant hæc, sed deitatis similitudinem exhibent discriminis cujusvis expertem. Audiant autem hæc ipsa verba et adversarii, quod qui Filii consortio dignatus est, is Patre privatus non sit. Nec enim diversum Genitor genuit, sed talem qualis ipse est. Audi, Anomœe, *Ego et Pater unum sumus* [37]. Audi et tu,

[33] Joan. I, 1. [33] Joan. XIV, 6. [34] Psal. CXVIII, 89. [35] Joan. XIV, 9. [36] ibid. 7. [37] Joan. X, 30.

(8) Ita Anomœi Filium dicebant Deum, ut eum Patre minorem esse vellent.

(9) Editi Θεὸν Λόγον, *Deum Verbum*. Vox ultima in mss. non legitur.

(10) Editi Καίτοιγε ὁ. Veteres tres libri ut in contextu. Aliquanto post mss. duo πῶς δ' ἄν. Editi πῶς ἄν.

(11) Unus codex Reg. ἐκ τούτου τὸ ἑαυτοῦ πρόσωπον.

(12) Antiqui tres libri τῶν αὐτῶν λόγων. Combefisius, cum verba, quæ proxime sequuntur, corrupta esse arbitraretur, ea duobus modis resarcire conatus est. Ait igitur legendum esse aut ὅτι ὁ τῆς τοῦ Υἱοῦ κατηξιωμένος προσηγορίας οὐκ ἀπεστέρηται τῆς τοῦ Πατρὸς κοινωνίας, aut ὅτι ὁ τῆς τοῦ Υἱοῦ κατηξιωμένος κοινωνίας, etc., ut in contextu, sed sic tamen, ut post illud, Πατρός, subaudiatur vox κοινωνίας, *Qui Filius dignatus est consortio, nec Patris privatus est*, supple, *consortio*. Puto simpliciter legendum προσηγορίας pro κοινωνίας, hoc sensu : *Qui ita conjunctus est Patri, ut Filii nomen consecutus sit, privatus non est Patre*, hoc est, *Patris naturam habet.*

Digitized by Google

Sabelli, *Ego exivi a Patre, et ad ipsum vado* [38]. Et uterque ex evangelica doctrina proprium vulnus curet. Et tu quidem unitatem sume ex absolutissima naturæ similitudine : tu vero illud, *Ab eo exivi, et ad ipsum vado*, ad personarum diversitatem referas. Conveniat igitur de his inter nos, agamusque pacem, et a longo contra pietatem bello desistamus, acutis illis impietatis armis abjectis, et hastis in aratra, gladiis vero in falces conflatis [39]. Neque tu dicas *solum :* sed sequere eum, qui **191** dicit : *Non sum solus, quia qui misit me Pater, mecum est* [40]. Alius igitur est Pater qui misit, alius qui missus est Filius. Ac rursus : *Ego*, inquit, *testimonium perhibeo de meipso, et testimonium perhibet de me qui misit me Pater* [41]. Et : *In lege vestra*, inquit, *scriptum est, quod duorum hominum testimonium verum est* [42]. Numera, si lubet, personas. *Ego*, inquit, *sum qui testimonium perhibeo.* Unus. *Et testimonium perhibet de me qui misit me.* En duo. Nec ego sic audacter numero, sed Dominus ipse docuit, cum dixit : *In lege vestra scriptum est, quod duorum hominum testimonium verum sit.* Tu vero, qui alio impietatis genere adversus Deum pugnas, qui Filium dicis Deo natura dissimilem, qui æqualitatem non concedis, qui inducis vitæ intervallum, reverere Paulum dicentem : *Qui est imago Dei invisibilis* [42.44]; hocque largiare imagini viventi, ut vitæ archetypæ per omnia similis sit. Confitere Patrem esse Filii, non creaturæ, opificem. Et in vera Patris confessione sine eum qui genitus est, ipsi dignitate parem esse, revocans in memoriam illud evangelistæ testimonium : *Deum Patrem suum dicebat, faciens se æqualem Deo* [43]. Æqualitas autem illa, quam cum Patre habet, intelligitur esse secundum naturam, non secundum magnitudinis corporeæ mensuram. Quomodo autem non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo [46], si, ut tu blasphemas, nunquam æqualis fuit? Quomodo rursus in Dei forma erat, qui, ut tu dicis, nunquam similis fuit

3. Talis quidem utrinque pugna nobis est ; veritas vero quæ? Neque tu reformides personas confiteri : sed dic Patrem, dic et Filium, non rei uni nomina duo attribuens, sed ex utraque appellatione significationem propriam discens. Nam ingens improbitas est non suscipere documenta Domini, qui nobis perspicue aliam personam ab

A *ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐξῆλθον, καὶ πρὸς αὐτὸν ὑπάγω.* Καὶ ἑκάτερος ὑμῶν τὸ ἴδιον τραῦμα ἐκ τοῦ εὐαγγελικοῦ διδασκαλίου (13) θεραπευέσθω. Καὶ σὺ μὲν τὴν ἑνότητα λάμβανε ἐπὶ τὸ τῆς φύσεως ἀπαράλλακτον· σὺ δὲ τὸ, *Ἀπ' αὐτοῦ ἐξῆλθον, καὶ πρὸς αὐτὸν πορεύομαι*, ἐπὶ τὸ τῶν προσώπων διάφορον (14). Συμβῶμεν οὖν ἐπὶ τούτοις, καὶ εἰρηνεύσωμεν, καὶ καταθώμεθα τὸν μακρὸν κατὰ τῆς εὐσεβείας πόλεμον· ῥίψαντες μὲν τὰ ἠκονημένα ταῦτα τῆς ἀσεβείας ὅπλα, καὶ μεταχαλκεύσαντες τὰς ζιβύνας εἰς ἄροτρα, καὶ τὰς μαχαίρας εἰς δρέπανα. Μήτε σὺ λέγε *μόνον* (15), ἀλλ' ἀκολούθει τῷ λέγοντι· *Οὐκ εἰμὶ μόνος, ὅτι ὁ πέμψας με Πατὴρ μετ' ἐμοῦ ἐστιν.* Ἄλλος οὖν ὁ πέμψας Πατήρ, καὶ ἄλλος ὁ πεμφθεὶς Υἱός. Καὶ πάλιν, *Ἐγὼ*, φησὶ, *μαρτυρῶ περὶ ἐμαυτοῦ, καὶ μαρτυρεῖ περὶ ἐμοῦ ὁ πέμψας με Πατήρ.* B Καὶ, *Ἐν τῷ νόμῳ δὲ*, φησὶ, *τῷ ὑμετέρῳ γέγραπται, ὅτι δύο ἀνθρώπων ἡ μαρτυρία ἀληθής ἐστιν.* Ἀρίθμησον, εἰ βούλει, τὰ πρόσωπα. *Ἐγὼ*, φησὶν, *εἰμὶ ὁ μαρτυρῶν.* Εἷς. *Καὶ μαρτυρεῖ περὶ ἐμοῦ ὁ πέμψας με.* Δύο. Καὶ οὐκ ἐγὼ οὕτω τολμηρῶς ἀριθμῶ, ἀλλ' αὐτὸς ὁ Κύριος ἐδίδαξεν, εἰπών· *Ἐν τῷ νόμῳ τῷ ὑμετέρῳ γέγραπται, ὅτι ἀνθρώπων δύο ἡ μαρτυρία ἀληθής ἐστι.* Καὶ σὺ δὲ, ὁ κατ' ἄλλο εἶδος τῆς ἀσεβείας θεομαχῶν, ὁ ἀνόμοιον εἶναι λέγων τῇ φύσει τὸν Υἱὸν τῷ Θεῷ, ὁ τὴν ἰσότητα μὴ διδοὺς, ὁ διάστασιν ζωῆς ἐμποιῶν (16) δυσωπήθητι Παῦλον λέγοντα· *Ὃς ἐστιν εἰκὼν τοῦ Θεοῦ τοῦ ἀοράτου·* καὶ δὸς τῇ ζώσῃ εἰκόνι ἀπαραλλάκτως ἔχειν πρὸς τὴν ζωὴν τὴν ἀρχέτυπον. C Ὁμολόγει Πατέρα Υἱοῦ, μὴ κτίσματος, δημιουργόν. Καὶ ἐν τῇ ἀληθινῇ τοῦ Πατρὸς ὁμολογίᾳ δὸς τὴν τοῦ γεννηθέντος πρὸς αὐτὸν ὁμοτιμίαν, μνησθεὶς τῆς τοῦ εὐαγγελιστοῦ (17) μαρτυρίας, ὅτι *Πατέρα ἔλεγεν ἑαυτοῦ τὸν Θεὸν, ἴσον ἑαυτὸν ποιῶν τῷ Θεῷ.* Τὸ δὲ ἰσάζειν τῷ γεγεννηκότι κατὰ τὴν φύσιν νοεῖται, οὐ κατὰ μεγέθους σωματικοῦ παραμέτρησιν. Πῶς δὲ οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ, εἰ, ὡς σὺ βλασφημεῖς, οὐδέποτε ἴσος ; Πῶς δὲ καὶ ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπῆρχεν ὁ, κατὰ τὸν σὸν λόγον, μηδέποτε ὅμοιος ;

3. *Ἀλλ'* ὁ μὲν πόλεμος ἑκατέρωθεν ἡμῖν τοιοῦτος· ἡ δὲ ἀλήθεια τίς ; Μήτε σὺ φοβοῦ τὴν τῶν προσώπων ὁμολογίαν, ἀλλὰ λέγε Πατέρα, λέγε καὶ Υἱὸν, μὴ D ἑνὶ πράγματι δύο ὀνόματα ἐπιφθεγγόμενος, ἀλλ' ἐξ ἑκατέρας τῆς προσηγορίας ἰδίαν ἔννοιαν διδασκόμενος. Δεινὴ γὰρ ἀγνωμοσύνη μὴ καταδέχεσθαι τὰ διδάγματα τοῦ Κυρίου, εὐκρινῶς διιστῶντος (18)

[38] Joan. xvi, 28. [39] Isa. ii, 4. [40] Joan. viii, 16. [41] ibid. 14. [42] ibid. 17, 18 [42.44] Coloss. i, 15. [43] Joan. v, 18. [46] Philipp. ii, 6.

(13) Reg. secundus διδασκαλίου, rectius. Editi διδασκαλείου.

(14) Vox διάφορον ita hoc loco accipienda est, ut pro distinctione sumatur.

(15) Illud, μήτε σὺ λέγε μόνον, sic intellige : *Neque tu Deum ita solum dicas, ut excludantur personæ.*

(16) Basilius impetit eos, qui Verbum æternum non esse profitentes, arbitrabantur intervallum quoddam fuisse, quo Patris vita a vita Filii distaret.

(17) Sic veteres quatuor libri. Editi τοῦ Εὐαγγελίου.

(18) Illud εὐκρινῶς διιστῶντος, etc., inepte quidem vertit vetus interpres, cum ita scripsit, *tam conspicue personarum nobis alterationem secernentis :* sed, ut ingenue fatear nescire quod nescio, dicam non nosse me ullam vocem Latinam, qua vox Græca ἑτερότης bene exprimi possit. Sed tamen fortasse, periphrasi usus, eam utcunque exprimes, si ita interpretere, uti interpretati sumus.

Digitized by Google

ἡμῖν τῶν προσώπων τὴν ἑτερότητα. Ἐὰν γὰρ ἀπέλθω, φησὶ, παρακαλέσω τὸν Πατέρα, καὶ ἄλλον πέμψει Παράκλητον ὑμῖν. Οὐκοῦν Υἱὸς μὲν ὁ παρακαλῶν, Πατὴρ δὲ ὁ παρακαλούμενος, Παράκλητος δὲ ὁ ἀποστελλόμενος. Ἆρ' οὖν οὐ φανερῶς ἀναισχυντεῖς ἀκούων, Ἐγὼ περὶ τοῦ Υἱοῦ, Ἐκεῖνος δὲ περὶ τοῦ Πατρὸς, Ἄλλος περὶ τοῦ Πνεύματος τοῦ ἁγίου, καὶ πάντα φύρων, καὶ πάντα συγχέων, καὶ ἑνὶ πράγματι τὰς πάσας προσηγορίας περιτιθείς; Μὴ μέντοι μηδὲ σὺ ἅρπαγμα πρὸς τὴν ἀσέβειαν λάβῃς τὴν τῶν προσώπων διαίρεσιν. Εἰ γὰρ καὶ δύο τῷ ἀριθμῷ, ἀλλὰ τῇ φύσει οὐ διέζευκται· οὐδὲ ὁ τὰ δύο λέγων (19) ἀλλοτρίωσιν ἐπεισάγει. Εἷς Θεὸς, ὅτι καὶ Πατήρ· εἷς Θεὸς δὲ καὶ ὁ Υἱὸς, καὶ οὐ δύο θεοί, ἐπειδὴ ταυτότητα ἔχει ὁ Υἱὸς πρὸς τὸν Πατέρα. Οὐ γὰρ ἄλλην ἐν Πατρὶ καθορῶ θεότητα, καὶ ἄλλην ἐν Υἱῷ· οὐδ' ἑτέραν φύσιν ἐκείνην, καὶ ἑτέραν ταύτην. Ἵνα μὲν οὖν τρανωθῇ σοι τῶν προσώπων ἡ ἰδιότης, ἀρίθμει ἰδίᾳ Πατέρα, καὶ ἰδίᾳ Υἱόν· ἵνα δὲ μὴ εἰς πολυθεΐαν ἀποσχισθῇς, μίαν ὁμολόγει ἐπ' ἀμφοῖν τὴν οὐσίαν. Οὕτω καὶ Σαβέλλιος πίπτει, καὶ ὁ Ἀνόμοιος συντριβήσεται.

A alia distinguit. *Si enim abiero*, inquit, *rogabo Patrem, et alium Paracletum mittet vobis* [47]. Itaque Filius est qui rogat, Pater est qui rogatur, Paracletus vero qui mittitur. Nonne ergo aperte impudens es, qui cum audias, *Ego*, de Filio, *Ille*, de Patre, *Alius*, de Spiritu sancto, misces tamen omnia, omniaque confundis, et rei uni tribuis appellationes omnes? Vicissim neque tu ad stabiliendum impietatem sumito secretionem personarum. Etsi enim duo sunt numero, tamen natura non sunt disjuncti : neque qui duo dicit alienationem inducit. Unus Deus et Pater, unus Deus et Filius, non dii duo, cum Filius identitatem habeat cum Patre. Non enim aliam in Patre intueor divinitatem, aliam in Filio ; neque aliam naturam B illam, et aliam hanc. Quamobrem perspicua ut sit tibi personarum proprietas, numera separatim Patrem, et separatim Filium : sed ne scindaris in multitudinem deorum, unam in utroque essentiam confiteare. Ita et Sabellius cadit, et Anomœus conteretur.

4. Ὅταν δὲ εἴπω μίαν οὐσίαν, μὴ δύο ἐξ ἑνὸς μερισθέντα νόει, ἀλλ' ἐκ τῆς ἀρχῆς τοῦ Πατρὸς τὸν Υἱὸν ὑποστάντα, οὐ Πατέρα καὶ Υἱὸν ἐκ μιᾶς οὐσίας ὑπερκειμένης. Οὐ γὰρ ἀδελφὰ λέγομεν, ἀλλὰ Πατέρα καὶ Υἱὸν ὁμολογοῦμεν. Τὸ δὲ τῆς οὐσίας ταυτὸν, ἐπειδὴ ἐκ τοῦ Πατρὸς ὁ Υἱὸς, οὐ προστάγματι ποιηθείς, ἀλλ' ἐκ τῆς φύσεως γεννηθείς· οὐκ ἀπομερισθεὶς τοῦ Πατρὸς, ἀλλὰ μένοντος τελείου τέλειος ἀπολάμψας. Καὶ μή μοι περιδραμόντες, C ὅσοι ἢ μὴ τελείως τοῖς λεγομένοις ἠκολουθήσατε, ἢ πρὸς ἐπήρειαν ἡμᾶς περιεστήκατε, οὐ λαβεῖν τι παρ' ἡμῶν ὠφέλιμον ἐπιζητοῦντες, ἀλλὰ λαβέσθαι τινὸς τῶν λεγομένων ἐπιτηροῦντες, εἴπητε· Δύο θεοὺς κηρύσσει, πολυθεΐαν καταγγέλλει. Οὐ δύο θεοί· οὐδὲ γὰρ δύο πατέρες. Ὁ μὲν ἀρχὰς εἰσάγων δύο δύο κηρύττει θεούς. Τοιοῦτος δέ ἐστι Μαρκίων, καὶ εἴ τις ἐκείνῳ τὴν ἀσέβειαν παραπλήσιος. Καὶ πάλιν ὁ ἑτερούσιον λέγων τὸν γεγεννημένον πρὸς τὸν γεννήσαντα, δύο καὶ οὗτος λέγει θεοὺς, διὰ τὴν τῆς οὐσίας ἀνομοιότητα τὸ πολύθεον παρεισάγων. Εἰ γὰρ μία μὲν θεότης ἀγέννητος, μία δὲ γεννητὴ, σὺ εἷ ὁ τὴν πολυθεΐαν κηρύσσων, ἐναντίον μὲν λέγων εἶναι τὸ ἀγέννητον τῷ γεννητῷ, ἐναντίας D δὲ δηλονότι καὶ τὰς οὐσίας τιθέμενος· εἴπερ οὐσία μὲν τοῦ Πατρὸς ἡ ἀγεννησία· οὐσία δὲ τοῦ Υἱοῦ ἡ γέννησις. Ὥστε οὐ δύο μόνον (20) θεοὺς, ἀλλὰ καὶ μαχομένους ἀλλήλοις λέγεις· καὶ τὸ δεινότατον, οὐ προαιρέσει διδοὺς τὴν μάχην, ἀλλὰ φυσικῇ διαστάσει, μηδέποτε ἐλθεῖν εἰς εἰρηνικὴν σύμβασιν δυναμένῃ. Ἀλλ' ὁ τῆς ἀληθείας λόγος ἑκατέρωθεν τὰ ἐναντιώματα διαπέφευγεν. Ὅπου γὰρ μία μὲν ἡ ἀρχὴ, ἓν δὲ τὸ ἐξ αὐτῆς, καὶ ἓν μὲν τὸ ἀρχέτυ-

4. Sed cum essentiam unam dico, cave intelligas duo ex uno divisa, sed ex principio Patre **192** Filium subsistentem, non Patrem et Filium ex una superiore essentia emergentes. Non enim fratres dicimus, sed Patrem et Filium confitemur. At essentiæ identitas est, quia ex Patre Filius, non præcepto factus, sed ex natura genitus, non dissectus a Patre, sed eo manente perfecto perfectus illucescens. Et mihi, quotquot aut non perfecte dicta assecuti estis, aut calumniandi causa nos circumstatis, non quærentes ut ex nobis aliquid capiatis emolumenti, sed observantes ut aliquid eorum quæ dicimus carpatis, ne circumcursantes dixeritis : Prædicat deos duos, deorum multitudinem annuntiat. Non sunt dii duo, neque enim sunt duo patres. Principia duo qui inducit, deos duos prædicat. Talis autem est Marcion, et si quis illi similis sit impietate. Ac rursus, qui Genitum alterius essentiæ a Genitore esse dicit, is quoque dicit deos duos, ob essentiæ dissimilitudinem multitudinem deorum inducens. Etenim si una est divinitas ingenita, una vero genita, tu es qui deorum prædicas multitudinem, cum Ingenitum Genito contrarium dicas, statuasque essentias etiam plane contrarias : siquidem essentia Patris esset ingeneratio, essentia vero Filii, generatio. Quare non duos modo deos, sed eos etiam inter se pugnantes dicis : et quod gravissimum est, non tribuis pugnam proposito animi, sed naturali dissidio, quod non possit unquam ad pacificam concordiam venire. At veritatis doctrina ea quæ utrinque inter se pugnant, declinavit. Ubi enim unum

[47] Joan. XIV, 16.

(19) Editi λέγων πρόσωπα. Vox ultima in mss. non invenitur, ob idque eam delere non dubitavimus.

(20) Editi μόνους. Antiqui tres libri μόνον. Aliquanto post editi et Reg. tertius δυναμένην. At mss. tres δυναμένῃ.

Digitized by Google

est principium, et unum quod ex ipso est, ubi rursus unum est exemplar, et imago una, unitatis ratio haudquaquam labefactatur. Quapropter Filius ex Patre per modum generationis exsistens, et naturaliter in semetipso Patrem exprimens, ut imago quidem, integerrimam absolutissimamque habet similitudinem; ut genitura vero, consubstantialitatem servat. Neque enim qui in foro imaginem regiam intuetur, et regem dicit eum qui in tabula est, confitetur reges duos, imaginem, et eum cujus imago est : neque si dixerit : Hic est rex, ostendens videlicet eum qui in tabula pictus est, continuo exemplar ipsum appellatione regis privat. Imo vero, dum hoc confitetur, ei dignitatem firmavit. Nam si imago rex est, profecto jure potiore par est regem esse eum, qui imagini ut sit causa est. Atqui hic ligna, et cera, et pictoris ars corruptibilem imaginem efficit, effigiem scilicet rei corruptibilis, et ejus qui effictus est artificiosum simulacrum : illic vero ubi audieris imaginem, splendorem gloriæ intellige. Quisnam autem splendor, et quæ gloria? Apostolus ipse statim interpretatus est, cum subjunxit : *Et* **193** *character hypostaseos* [18-38]. Idem igitur est hypostasis quod gloria, et character quod splendor. Quare perfecta manente et nihil imminuta gloria, perfectus procedit splendor. Atque sic imaginis ratio ut Deum decet accepta, et divinitatis nobis unitatem exhibet. Hic enim in illo, et ille in hoc. Nam et hic talis est, qualis ille, et ille qualis hic. Ita uniuntur duo, propterea quod non differant, nec Filius secundum aliam speciem et extraneum characterem intelligatur. Rursus igitur dico : Unus et unus, sed natura indivisa est, et perfectio imperfectionem omnem excludens. Unus igitur Deus, quandoquidem per utrumque species una consideratur, quæ integre in utroque ostenditur. Sed jamdiu sermonem nostrum moleste ferre vos video, et tantum non audire me puto, quod confessis immorans quæstiones valde decantatas non attingam. Omnium enim aures arrectæ nunc sunt, ut de Spiritu sancto aliquid audiant. Ego vero velim maxime, sicut traditum simpliciter accepi, sicut ingenue et candide assensus sum, sic et auditoribus tradere, ut non eorumdem mihi sit semper reddenda ratio, sed ut

A πον, μία δὲ ἡ εἰκών, ὁ τῆς ἐνότητος λόγος οὐ διαφθείρεται (21). Διότι γεννητῶς ὑπάρχων ἐκ τοῦ Πατρὸς ὁ Υἱὸς, καὶ φυσικῶς ἐκτυπῶν ἐν ἑαυτῷ τὸν Πατέρα, ὡς μὲν εἰκών, τὸ ἀπαράλλακτον ἔχει, ὡς δὲ γέννημα (22), τὸ ὁμοούσιον διασώζει. Οὐδὲ γὰρ ὁ κατὰ τὴν ἀγορὰν τῇ βασιλικῇ εἰκόνι ἐνατενίζων, καὶ βασιλέα λέγων τὸν ἐν τῷ πίνακι, δύο βασιλέας ὁμολογεῖ, τήν τε εἰκόνα, καὶ τὸν οὗ ἐστιν ἡ εἰκών· οὔτε, ἐὰν, δείξας τὸν ἐν τῷ πίνακι γεγραμμένον, εἴπῃ· Οὗτός ἐστιν ὁ βασιλεὺς, ἀπεστέρησε τὸ πρωτότυπον τῆς τοῦ βασιλέως προσηγορίας. Μᾶλλον μὲν οὖν ἐκείνῳ τὴν τιμὴν ἐβεβαίωσε διὰ τῆς τούτου ὁμολογίας. Εἰ γὰρ ἡ εἰκὼν βασιλεὺς, πολλῷ δήπου εἰκὸς βασιλέα εἶναι τὸν τῇ εἰκόνι παρασχόμενον τὴν αἰτίαν. Ἀλλ' ἐνταῦθα μὲν ξύλα, καὶ κηρὸς, καὶ ζωγράφου τέχνη τὴν εἰκόνα ποιεῖ φθαρ-

B τὴν, φθαρτοῦ μίμημα, καὶ τεχνητὴν τοῦ (23) ποιηθέντος· ἐκεῖ δὲ, ὅταν ἀκούσῃς εἰκόνα, ἀπαύγασμα νόει τῆς δόξης. Τί δὲ τὸ ἀπαύγασμα, καὶ τίς ἡ δόξα; Αὐτὸς εὐθὺς ἡρμήνευσεν ὁ Ἀπόστολος ἐπάγων (24)· *Καὶ χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως.* Ταυτὸν οὖν ἐστι τῇ δόξῃ μὲν ἡ ὑπόστασις, τῷ ἀπαυγάσματι δὲ ὁ χαρακτήρ. Ὥστε, τελείας μενούσης καὶ μηδὲν μειουμένης τῆς δόξης, τέλειον πρόεισι τὸ ἀπαύγασμα. Καὶ οὕτως ὁ τῆς εἰκόνος λόγος, θεοπρεπῶς παραδεχθεὶς, τὴν ἑνότητα ἡμῖν παρίστησι τῆς θεότητος. Οὗτος γὰρ ἐν ἐκείνῳ, κἀκεῖνος ἐν τούτῳ. Ὅτι καὶ οὗτος τοιοῦτός ἐστιν, οἷος ἐκεῖνος· κἀκεῖνος, οἷος οὗτος. Οὕτως ἑνοῦται τὰ δύο, τῷ μὴ διαλλάττειν, μηδὲ καθ' ἕτερον εἶδος καὶ ξένον χαρακτῆρα νοεῖσθαι τὸν

C Υἱόν. Πάλιν οὖν λέγω· Εἷς καὶ εἷς, ἀλλ' ἡ φύσις ἀμέριστος, καὶ ἡ τελειότης ἀνελλιπής. Εἷς οὖν Θεὸς, ἐπειδὴ δι' ἀμφοτέρων ἓν εἶδος θεωρεῖται ὁλοκλήρως ἐν ἀμφοτέροις δεικνύμενον. Ἀλλὰ γὰρ πάλαι ὁρῶ δυσανασχετοῦντας ὑμᾶς πρὸς τὸν λόγον, καὶ μονονουχὶ ἀκούειν (25) δοκῶ, ὅτι τοῖς ὁμολογουμένοις ἐνδιατρίβων, τῶν πολυθρυλλήτων ζητημάτων οὐχ ἅπτομαι. Πᾶσα γὰρ ἀκοὴ νῦν πρὸς τὴν ἀκρόασιν τῶν λόγων τῶν περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἀνηρέθισται. Ἐγὼ δὲ μάλιστα ἠβουλόμην, ὡς παρέλαβον ἁπλοϊκῶς, ὡς συνεθέμην ἀνεπιτηδεύτως, οὕτω παραδιδόναι τοῖς ἀκούουσι· μὴ ἀεὶ περὶ τῶν αὐτῶν ἀπαιτούμενος τὰς εὐθύνας, ἀλλ' ἐκ μιᾶς ὁμολογίας πεπεισμένους ἔχων τοὺς διδαχθέντας.

D Ἐπειδὴ δὲ περιεστήκατε ἡμᾶς, δικασταὶ μᾶλλον

[18-38] Hebr. 1, 3.

(21) Unus codex Reg. οὐ διαφέρεται, *non differt*. Lectio optima. Alii mss. et editi ut in contextu. Ibidem duo mss. et editi γεννητός. At Colb. primus cum alio codice Reg. γεννητῶς, *per viam generationis*; et ita scripsisse Basilium puto. Ita enim vox γεννητῶς voci φυσικῶς plane respondebit.

(22) Basilio libros *contra Eunomium* scribenti, ita displicebat vox γέννημα, ut Eunomium ea usum pergraviter reprehenderit; nec satis mirari queo, quod eadem ipse uti voluerit. Puto autem ita scripsisse Basilium, aut imprudentia, aut quod id verbum jam a multis usurpari videret, quorum se exemplum semel sequi posse existimavit

(23) Editio Paris. καὶ τέχνην τὴν τοῦ. Editio Basil. καὶ τέχνη, τῇ τοῦ. Regii duo codices et Coisl. duabus vocibus τέχνη τήν. Colb. primus et Reg. secundus prima quidem manu et uno verbo τεχνητήν, sed nunc secunda manu in his libris pro τεχνητὴν legitur τεχνίτην. Sed librarii illi, qui ita emendare voluerunt, potius veram scripturam corrupisse mihi videntur. Puto enim legi oportere τεχνητήν, sic tamen, ut suppleatur vox εἰκόνα, *efficit artificiosum simulacrum*, ejus scilicet qui expressus est. Et ne vocis τεχνητός architectus esse videar, ejus in Stephani *Thesauro* mentionem fieri monebo.

(24) Sic veteres quatuor libri. Editi pro ἐπάγων habent λέγων.

(25) Unus codex Reg. μόνον οὐκ ἀκούειν.

Digitized by Google

ἢ μαθηταί, ἡμᾶς δοκιμάσαι βουλόμενοι, οὐκ αὐτοί τι λαβεῖν ἐπιζητοῦντες· ἀνάγκη ἡμᾶς ὥσπερ ἐν δικαστηρίῳ τὴν ἀντιλογίαν προτείνεσθαι, καὶ ἀεὶ μὲν ἀνακρίνεσθαι, ἀεὶ δὲ λέγειν ἃ παρειλήφαμεν. Ὑμᾶς δὲ παρακαλοῦμεν μὴ ἐκ παντὸς τρόπου ζητεῖν τὸ ὑμῖν ἀρέσκον παρ' ἡμῶν ἀκοῦσαι, ἀλλ' ὃ τῷ Κυρίῳ εὐάρεστόν ἐστι, καὶ σύμφωνον ταῖς Γραφαῖς, καὶ μὴ μαχόμενον τοῖς Πατράσιν. Ἃ τοίνυν ἐλέγομεν περὶ τοῦ Υἱοῦ, ὅτι δεῖ ὁμολογεῖν ἴδιον αὐτοῦ πρόσωπον, ταῦτ' ἔχομεν λέγειν καὶ περὶ τοῦ Πνεύματος τοῦ ἁγίου. Οὐ γὰρ ταυτόν ἐστι τῷ Πατρὶ τὸ Πνεῦμα, διὰ τὸ γεγράφθαι, ὅτι *Πνεῦμα ὁ Θεός*. Οὐδὲ πάλιν Υἱοῦ καὶ Πνεύματος ἓν πρόσωπόν ἐστιν, ἐπειδὴ εἴρηται· *Εἰ δέ τις Πνεῦμα Χριστοῦ οὐκ ἔχει, οὗτος οὐκ ἔστιν αὐτοῦ· ὁ δὲ Χριστὸς ἐν ὑμῖν*. Ἐντεῦθεν γὰρ ἠπατήθησάν τινες Πνεῦμα καὶ Χριστὸν τὸν αὐτὸν εἶναι. Ἀλλὰ τί φαμεν; Ὅτι τὸ τῆς φύσεως οἰκεῖον ἐντεῦθεν ἐμφαίνεται, οὐχὶ προσώπων σύγχυσις. Ἔστι μὲν γὰρ ὁ Πατὴρ, τέλειον ἔχων τὸ *εἶναι* καὶ ἀνενδεὲς, ῥίζα καὶ πηγὴ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος· ἔστι δὲ ὁ Υἱὸς ἐν πλήρει θεότητι ζῶν Λόγος, καὶ γέννημα τοῦ Πατρὸς ἀνενδεές· πλῆρες δὲ καὶ τὸ Πνεῦμα, οὐ μέρος ἑτέρου, ἀλλὰ τέλειον καὶ ὁλόκληρον ἐφ' ἑαυτοῦ θεωρούμενον. Καὶ συνῆπται μὲν ὁ Υἱὸς τῷ Πατρὶ ἀδιαστάτως· συνῆπται δὲ (26) τῷ Υἱῷ τὸ Πνεῦμα. Τὸ γὰρ διορίζον οὐκ ἔστιν, οὐδὲ τὸ διατέμνον τὴν ἐξ ἀϊδίου συνάφειαν. Αἰὼν γὰρ οὐδεὶς μεταξὺ παρεμπίπτει· οὐδὲ μὴν δέχεται ἡ ψυχὴ ἡμῶν ἐπίνοιαν χωρισμοῦ, ὡς ἢ τοῦ Μονογενοῦς μὴ συνόντος ἀεὶ τῷ Πατρὶ, ἢ τοῦ ἁγίου Πνεύματος μὴ συνυπάρχοντος τῷ Υἱῷ. Οὔτε γὰρ ἡ

confessione una persuasos habeam discipulos. Quoniam autem circumstatis nos, judices magis quam discipuli, qui probare nos velitis, non autem quidquam discere quæratis : necesse nobis est velut in judicio iis quæ objiciuntur respondere, semperque interrogari, et semper quæ accepimus dicere. Adhortamur autem vos, ut ne omnino quod vobis placet, ex nobis audire quæratis, sed quod Domino acceptum est, et consonum Scripturis, nec contrarium Patribus. Itaque quæ dicebamus de Filio, propriam videlicet ipsius personam confiteri oportere, eadem habemus et de Spiritu sancto dicere. Non enim ideo Spiritus idem est qui Pater, quod scriptum sit : *Spiritus est Deus* [49]. Neque rursus Filii et Spiritus persona una est, eo quod dictum sit : *Si quis autem Spiritum Christi non habet, hic non est ejus ; Christus autem in vobis est* [50]. Etenim hinc decepti nonnulli, Spiritum et Christum eumdem esse opinati sunt. Sed quid dicimus? Hinc commonstrari naturæ conjunctionem necessitudinemque, non personarum confusionem. Est namque Pater habens *esse* perfectum, nec ullius indigens, radix ac fons Filii et Spiritus sancti. Est et Filius in plena divinitate vivens Verbum, et proles Patris, quæ eget nullius. Quin et plenus est Spiritus, non pars alterius, sed perfectus et integer in seipso consideratur. Et conjunctus quidem est Patri Filius inseparabiliter, conjunctus quoque Filio est Spiritus. Nihil enim est quod dirimat, nihil quod sempiternam illam conjunctionem intercidat. Nullum enim inter illos sæculum intercurrit, nec potest animus noster separationem ullam excogitare, adeo ut aut Unigenitus non sit semper cum Patre, aut Spiritus sanctus non semper exsistat cum Filio.

Ὅταν οὖν ποτε συνάψωμεν τὴν Τριάδα, μὴ ὡς ἑνὸς πράγματος ἀδιαιρέτου μέρη φαντάζου τὰ τρία (δυσσεβὴς γὰρ ὁ λογισμός), ἀλλὰ τριῶν ἀσωμάτων τελείων ἀχώριστον δέχου τὴν συνουσίαν (27). Ὅπου γὰρ ἁγίου Πνεύματος παρουσία, ἐκεῖ καὶ Χριστοῦ ἐπιδημία· ὅπου δὲ Χριστὸς, ἐκεῖ καὶ ὁ Πατὴρ πάρεστι δηλονότι. *Οὐκ οἴδατε, ὅτι τὰ σώματα ὑμῶν ναὸς τοῦ ἐν ὑμῖν ἁγίου Πνεύματός ἐστι ;* Καὶ, *Εἴ τις τὸν ναὸν τοῦ Θεοῦ φθείρει, φθερεῖ* (28) *τοῦτον ὁ Θεός*. Ἁγιαζόμενοι οὖν διὰ τοῦ Πνεύματος, δεχόμεθα τὸν Χριστὸν κατοικοῦντα ἡμῶν εἰς τὸν ἔσω ἄνθρωπον, καὶ μετὰ τοῦ Χριστοῦ τὸν Πατέρα, κοινὴν ποιούμενον τὴν μονὴν παρὰ τοῖς ἀξίοις. Ταύτην δὲ τὴν συνάφειαν δηλοῖ καὶ ἡ παράδοσις τοῦ βαπτίσματος, καὶ ἡ ὁμολογία τῆς πίστεως. Εἰ γὰρ ἀλλότριον ἦν τῇ φύσει, πῶς συνηριθμεῖτο τὸ Πνεῦμα ; Καὶ εἰ χρόνοις ὕστερον προσγενόμενον Πατρὶ καὶ Υἱῷ, πῶς τῇ ἀϊδίῳ συνετάσσετο φύσει ; Οἱ δὲ χωρίζοντες Πατρὸς καὶ Υἱοῦ καὶ τῇ κτίσει συναριθμοῦντες τὸ Πνεῦμα ἀτελὲς μὲν ποιοῦσι τὸ βάπτισμα, ἐλλιπῆ δὲ τὴν ὁμολογίαν τῆς πίστεως. Οὔτε γὰρ ἡ

5. Ubicunque igitur Trinitatem conjunximus, noli velut unius rei indivisæ partes tres animo tibi fingere (impia est enim hæc cogitatio), sed trium incorporeorum perfectorum essentiam communem atque individuam intellige. **194** Ubi enim est Spiritus sancti præsentia, illic et Christus præsens est : ubi vero Christus, illic utique et Pater adest. *An nescitis, quod corpora vestra templum sunt habitantis in vobis Spiritus sancti* [51] ? Et : *Si quis templum Dei profanat, hunc perdet Deus* [52]. Quamobrem cum per Spiritum sanctificamur, suscipimus Christum in interiore nostro homine habitantem, et una cum Christo Patrem communiter apud dignos manentem. Hanc autem conjunctionem declarat et baptismatis traditio, et fidei confessio. Etenim si alienus esset natura Spiritus, quomodo simul annumeraretur ? Et si temporum processu postea accessisset Patri ac Filio, qua ratione æternæ naturæ conjungeretur ? Qui enim separant a Patre et Filio et inter creaturas numerant Spiritum, ut baptismum imperfectum, ita faciunt confessionem

[49] Joan. IV, 24. [50] Rom. VIII, 9, 10. [51] I Cor. VI, 19. [52] I Cor. III, 17.

(26) Sic veteres quatuor libri. Editi συνῆπται δὲ καὶ ἀδιαστάτως, etc.

(27) Vocem συνουσίαν ad verbum interpretari qui voluerit, vertat, *coessentiam trium*, etc.

(28) Pro φθείρει edendum curavimus ex antiquis duobus libris φθερεῖ, *corrumpet, perdet*.

Digitized by Google

fidei imperfectam. Neque enim Trinitas, Spiritu subtracto, Trinitas manet. Et rursus, si una aliqua creatura adjuncta fuerit, nulla non creatura cum Patre et Filio annumerabitur. Ecquid enim prohibet dicere, Credimus in Patrem et Filium et in creaturam omnem? Si enim pium est credere in partem creaturæ, profecto longe religiosius fuerit creaturam omnem ad hanc confessionem adhibere. Quod si credas in omnem creaturam, non in angelos et administros spiritus credes solum, sed etiam si quæ sunt adversariæ potestates, cum et ipsæ pars sint creaturæ, atque in professione fidei cum eis paciscere. Sic ea quæ in Spiritum est blasphemia, in impios ac nefandos sermones te conducit. Nam ubi primum de Spiritu quæ non oportet dixeris, hoc tibi exploratum fit et cognitum ex Spiritus derelictione. Sicut enim qui clausit oculos, domesticas in se habet tenebras : ita qui secessit a Spiritu, is ab illuminante semotus, animi cæcitate confunditur.

6. At ne separes a Patre et Filio Spiritum sanctum, absterreat te traditio. Sic Dominus docuit, prædicavere apostoli, Patres conservavere, confirmavere martyres. Satis habeas loqui ita, ut edoctus es. Et cave arguta illa et captiosa objicias mihi : Ingenitus est, aut genitus. Quod si ingenitus est, Pater est; sin autem genitus, Filius est : si denique neutrum horum, creatura est. Ego autem cum Patre quidem Spiritum novi, at novi non esse Patrem : item, illum cum Filio accepi, sed non accepi Filium fuisse appellatum. Atqui conjunctionem quidem quam cum Patre habet intelligo, ex eo, quod ex Patre procedit : eam vero quam habet cum Filio, quoniam audio : *Si quis Spiritum Christi non habet, hic non est ejus* [43]. Etenim si Christo conjunctus non est, quomodo cum Christo conjungit? Sed et Spiritum veritatis dici audio [44]. Veritas autem Dominus est [45]. Cum autem audio Spiritum adoptionis [46], recordor ejus quam natura habet cum Filio et Patre unitatis. Quomodo enim adoptaret quod extraneum est? quomodo rursus conciliaret conjungeretque quod alienum est? **195** Sic itaque neque sum verborum architectus, neque majestatem *Spiritus* reprobo : sed eos qui creaturam appellare audent, deploro defleoque, quod sophismate exili et paralogismo fucato in barathrum detrudant semetipsos. Nam, inquiunt, tria hæc mens nostra percipit; nec quidquam est in rerum natura, quod non in hanc re-

A Τριὰς μένει Τριάς, ὑφαιρουμένου τοῦ Πνεύματος. Καὶ εἰ ἕν τι πάλιν ἀπὸ τῆς κτίσεως προσαφθείη, πᾶσα ἡ κτίσις συνεισελεύσεται εἰς τὴν τοῦ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ συναρίθμησιν. Τί γὰρ κωλύει λέγειν· Πιστεύομεν εἰς Πατέρα καὶ Υἱὸν καὶ εἰς πᾶσαν τὴν κτίσιν; Εἰ γὰρ εὐσεβὲς τὸ πιστεύειν εἰς μέρος τῆς κτίσεως, πολλῷ δήπου σεμνότερον τὸ πᾶσαν τὴν κτίσιν εἰς τὴν ὁμολογίαν παραλαμβάνειν. Πιστεύων δὲ εἰς πᾶσαν τὴν κτίσιν, οὐκ εἰς ἀγγέλους πιστεύεις μόνον καὶ τὰ λειτουργικὰ πνεύματα, ἀλλὰ καὶ εἴ τινες ἀντικείμεναι δυνάμεις εἰσὶν, ἐπειδὴ καὶ αὐταὶ μέρος εἰσὶ τῆς κτίσεως, καὶ ταύταις συνθήσῃ κατὰ τὴν πίστιν. Οὕτως ἡ κατὰ τοῦ Πνεύματος βλασφημία εἰς δυσσεβεῖς καὶ ἀθεμίτους περιάγει σε λόγους. Ὁμοῦ τε γὰρ εἶπας ἃ μὴ δεῖ (29) περὶ τοῦ Πνεύμα- B τος, καὶ ἐπεσήμηνέ σοι ἡ τοῦ Πνεύματος ἐγκατάλειψις. Ὡς γὰρ ὁ ἐπιμύσας τοὺς ὀφθαλμοὺς οἰκεῖον ἔχει τὸ σκότος, οὕτως ὁ ἀναχωρήσας τοῦ Πνεύματος, ἔξω γενόμενος τοῦ φωτίζοντος, ὑπὸ τῆς κατὰ ψυχὴν ἀφορασίας συγκέχυται.

Ἀλλὰ μὴ χωρίσῃς Πατρὸς καὶ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, δυσωπείτω σε ἡ παράδοσις. Ὁ Κύριος οὕτως ἐδίδαξεν, ἀπόστολοι ἐκήρυξαν, Πατέρες διετήρησαν, μάρτυρες ἐβεβαίωσαν. Ἀρκέσθητι λέγειν ὡς ἐδιδάχθης, καὶ μή μοι τὰ σοφὰ ταῦτα· Ἀγέννητόν ἐστιν, ἢ γεννητόν. Εἰ μὲν γὰρ ἀγέννητον, Πατήρ· εἰ δὲ γεννητὸν, Υἱός· εἰ δὲ μηδ' ἕτερον τούτων, κτίσμα. Ἐγὼ δὲ μετὰ Πατρὸς μὲν οἶδα, οὐχὶ δὲ Πατέρα τὸ Πνεῦμα· καὶ μετὰ Υἱοῦ παρέλαβον, C οὐχὶ δὲ Υἱὸν ὠνομασμένον. Ἀλλὰ τὴν μὲν πρὸς Πατέρα οἰκειότητα νοῶ, ἐπειδὴ ἐκ Πατρὸς ἐκπορεύεται· τὴν πρὸς Υἱὸν δὲ, ἐπειδὴ ἀκούω· *Εἴ τις Πνεῦμα Χριστοῦ οὐκ ἔχει, οὗτος οὐκ ἔστιν αὐτοῦ*. Εἰ γὰρ μὴ οἰκεῖον Χριστοῦ, πῶς οἰκειοῖ τῷ Χριστῷ (30); Ἀλλὰ καὶ Πνεῦμα ἀκούω τῆς ἀληθείας. Ἀλήθεια δὲ ὁ Κύριος. Ὅταν δὲ ἀκούω Πνεῦμα υἱοθεσίας, εἰς ἔννοιαν ἔρχομαι τῆς πρὸς Υἱὸν καὶ Πατέρα κατὰ τὴν φύσιν ἑνότητος. Πῶς γὰρ υἱοθετεῖ τὸ ξένον; πῶς δὲ οἰκειοῖ τὸ ἀλλότριον; Οὕτω μὲν οὖν οὔτε καινοτομῶ ῥήματα, οὔτε ἀθετῶ τὴν ἀξίαν· τοὺς δὲ τολμῶντας κτίσμα προσαγορεύειν στενάζω καὶ ὀδύρομαι, ὅτι διὰ μικροῦ σοφίσματος καὶ κιβδήλου παραλογισμοῦ ἑαυτοὺς ὠθοῦσιν ἐπὶ τὸ βάραθρον. Ἐπειδὴ γὰρ, φησὶ, τρία ταῦτα ὁ νοῦς D ἡμῶν κατείληφε, καὶ οὐδέν ἐστιν (31) ἐν τοῖς οὖσιν ὃ μὴ ὑπὸ τὴν διαίρεσιν ταύτην ἔρχεται τῶν ὄντων. Ἢ γὰρ ἀγέννητον, φησὶν, ἐστὶν, ἢ γεννητὸν, ἢ κτιστόν· ἀλλὰ μὴν οὔτε τὸ πρῶτον, οὔτε τὸ δεύτερον, τὸ τρίτον ἄρα. Τοῦτο ὑμῶν τὸ *ἄρα* τῇ αἱω-

[43] Rom. VIII, 9. [44] Joan. XIV, 17. [45] ibid. 6. [46] Rom. VIII, 15.

(29) Sic codices duo. Editi δεῖν. Verba quæ mox sequuntur, καὶ ἐπεσήμηνέ σοι, etc., ita interpretatus est Combefisius, *indicationem accessionis Spiritus tibi derelictio fecit* : quæ interpretatio, ut dixi, Combefisii est, hoc est, subobscura. Ita autem verterat interpres vetus : ***Mox enim ubi de Spiritu sancto quæ non decent dixeris, notam quoque habes et apertam significationem, quod Spiritu Dei destitutus sis.*** Sic velim accipias verba Basilii : Ubi primum de Spiritu sancto dixeris quæ non oportet, statim deserit te Spiritus sanctus, quæ derelictio facit, ut conscius sis tibi, te contumeliosum fuisse in Spiritum.

(30) Unus Colb. πῶς οἰκειοῦτο Χριστῷ. Alius Reg. ὠκειοῦτο Χριστῷ. Alii duo Regii et editi οἰκειοῖ τῷ Χριστῷ.

(31) Sic antiqui duo libri. Editi καὶ οὐκ ἔστιν.

Digitized by Google

νίῳ ἀρᾷ ὑποδίκους ὑμᾶς καταστήσει. Πάντα ἐξηρεύνησας; πάντα τοῖς σεαυτοῦ (32) λογισμοῖς ὑπὸ διαίρεσιν ἤγαγες; οὐδὲν ἀνεξέταστον κατέλιπες; πάντα τῷ νῷ περιέλαβες (33); πάντα τῇ σεαυτοῦ καταλήψει συνέκλεισας; οἶδας τὰ ὑπὸ γῆν; οἶδας τὰ ἐν τῷ βυθῷ; Δαιμόνων ἀλαζονεῖαι· A

rum divisionem cadat. Aut enim, inquiunt, ingenitus est, aut genitus, aut creatus: at neque primum, neque secundum, igitur tertium. Istud vestrum *igitur* maledictioni æternæ vos reddet obnoxios. Esne perscrutatus omnia? omniane ratiocinatione tua subjecisti divisioni? nihil inexploratum reliquisti? omnia mente tua complexus es? omnia tua cogitatione comprehendisti? nosti quæ sub terra? nosti quæ in profundo? Dæmonum jactantia hæc est:

(34) *Οἶδα ἐγὼ ψάμμου τ' ἀριθμὸν καὶ μέτρα θαλάσσης.*

Mensura est pelagi, et numerus mihi notus arenæ.

Εἰ δὲ πολλὰ ἀγνοεῖς, καὶ μυριοπλάσια τῶν ἐγνωσμένων ἐστὶ τὰ ἀγνοούμενα, τί οὐχὶ μετὰ πάντων καὶ περὶ τοῦ τρόπου τῆς ὑπάρξεως τοῦ ἁγίου Πνεύματος τὴν ἀκίνδυνον ἄγνοιαν ἀνεπαισχύντως ὁμολογεῖς; Ἐγὼ δὲ σχολὴν μὲν οὐκ ἄγω ἐλέγχειν τῶν B λογισμῶν σου τὴν ματαιότητα, οὐδὲ δεικνύναι πόσα ἐν τοῖς οὖσι τὴν κατάληψίν σου τῶν λογισμῶν διαπέφευγεν· ἐκεῖνο δ' ἂν ἡδέως τοὺς ἐφ' ὑμῶν (35) ἐρωτήσαιμι, καὶ διορίζομαι πεποιθότως, ὅτι μεταμελήσει σοί ποτε τῆς ἀθέου ταύτης σοφίας, κτίσμα λέγοντι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Οὐ φοβῇ τὴν ἀσυγχώρητον ἁμαρτίαν; Ἢ τί ποτε οἴει δυσσεβέστερον τούτου δύνασθαι βλασφημεῖν; Ἐκ γὰρ μιᾶς ταύτης φωνῆς πάντα ἐνέστη τὰ δεινότατα· ἀλλοτρίωσις ἀπὸ Θεοῦ κατ' αὐτὴν τὴν φύσιν, δουλείας ταπείνωσις, διακονίαι λειτουργικαὶ, ἁγιασμοῦ στέρησις, τοῦ κατὰ φύσιν οὐ προσόντος, καὶ περιστήσεται τῷ Πνεύματι, οὕτω μετέχειν ἁγιασμοῦ ἐκ τῆς κατὰ χάριν διανομῆς, ὡς καὶ τὰ λοιπὰ ἔχει ὅσα ἠγίασται. Καὶ ὥσπερ δίδοται ἡμῖν ἡ φανέρωσις τοῦ Πνεύματος πρὸς τὸ C συμφέρον, καὶ ὡς ἐπιμετρεῖται ἑκάστῳ κατὰ τὴν ἀναλογίαν τῆς πίστεως, οὕτως ἔσται καὶ τὸ Πνεῦμα τοῦ ἁγιασμοῦ μετέχον (36), εἴπερ ὄντως κτιστὸν κατὰ τὴν Πνευματομάχων ὑπόληψιν.

Quod si multa ignoras, et infinito plura sunt quæ ignoras, quam quæ nosti, cur non etiam cum omnibus fateris citra pudorem tuam istam de modo quo Spiritus sanctus exsistit ignorantiam, cum hæc nihil habeat periculi? Mihi autem non vacat quidem cogitationum tuarum vanitatem redarguere, neque quam multa in rebus sint quæ mentis tuæ perceptionem fugiant, ostendere; tamen illud vestros libenter rogarim, et fidenter affirmo fore, ut pœniteat te aliquando impiæ hujus astutiæ, qua Spiritum sanctum creaturam dicis. Annon times peccatum, cujus nulla est venia [47]? Aut putas te proferre posse blasphemiam quampiam, quæ hanc superet impietate? Nam ex una hac voce gravissima quæque impendent, alienatio a Deo secundum naturam ipsam, servitutis humilitas, servilia munia, privatio sanctimoniæ, cum ea desit quæ naturæ congruit, accidetque Spiritui ipsi, ut eodem modo ex gratiæ distributione particeps fiat sanctimoniæ, quo eam et reliqua quæ significata sunt, habent. Et sicut datur nobis manifestatio Spiritus ad utilitatem, et sicut cuilibet pro modo ac ratione fidei admetitur [48], ita et Spiritus ipse sanctimoniæ particeps erit, si vere, uti Pneumatomachi existimant, creatus est.

7. Ἀλλὰ γὰρ μὴ συγχωρήσωμεν τὴν ἄνοιαν αὐτῶν ἀνέλεγκτον, τῶν οἰομένων πάντα τῇ ἑαυτῶν διανοίᾳ κατειληφέναι. Ἀποκρινάσθωσαν τοίνυν ἡμῖν. Τί ποτε (37) ἄρα ἡ τοῦ αἰσθητοῦ ἡλίου οὐσία; Πότερον ἕν τι τῶν τεσσάρων ἐστὶν, ἢ σύνθετός ἐστιν ἐκ τῶν τεσσάρων; Ἀλλὰ μὴν οὔτε γῆ ἐστιν, οὔτε ἀὴρ, οὔτε ὕδωρ ἐστὶν, οὔτε πῦρ. Ταῦτα γὰρ ἐπ' εὐθείας κινεῖται· τὰ μὲν ἄνω φερόμενα, τὰ δὲ κάτω. Γῆ μὲν γὰρ καὶ ὕδωρ κατωφερῆ ἐστι διὰ τὸ βάρος· ἀὴρ δὲ καὶ πῦρ τὴν ἄνω φορὰν κινεῖται διὰ κουφότητα· D τοῦ δὲ ἡλίου κυκλοφορική ἐστιν ἡ κίνησις. Οὐ τοίνυν ἐστὶν ἓν τῶν τεσσάρων. Ἀλλὰ μὴν οὐδὲ σύνθετός ἐστιν ἐκ τούτων· διότι τὰ σύνθετα καμάτῳ συνέχεται, ἐκ μὲν τῶν ἐναντίων τὴν σύστασιν ἔχοντα, ἀντισπώντων δὲ ἀλλήλοις τῶν ἐναντίων κατὰ τὴν κίνησιν. Ἀκάματος δὲ τοῦ ἡλίου ἡ κίνησις, διὰ τοῦτο

7. Sed ne sinamus stultitiam eorum qui se omnia mente sua comprehendisse putant, confutatione carere. Nobis igitur respondeant. Quid tandem est sensibilis hujus solis essentia? Unumne ex quatuor elementis, an compositus est ex quatuor? Atqui neque terra est, neque aer, neque aqua, neque ignis. Hæc enim rectum motum habent; aliis sursum, aliis deorsum vergentibus. Terra enim et aqua deorsum feruntur propter gravitatem; aer vero et ignis sursum versus moventur ob levitatem: sol autem in orbem movetur. Non igitur unum ex quatuor est. Imo ne compositus quidem ex illis est, cum ea quæ composita sunt, utpote ex contrariis constantia, fatiscant, iis quorum contrarius motus est se invicem alio pertrahentibus. At vero solis motus indefessus est, ob idque irrequietus.

[47] Matth. XII, 32. [48] I Cor. XII, 7.

(32) Editi ἑαυτοῦ. At mss. tres σεαυτοῦ.

(33) Veteres quatuor libri περιέλαβες. Editi προέλαβες. Mox Colb. primus καταλήψει.

(34) Nota. quam ad hunc locum addidit eruditissimus Ducæus, dignissima est quæ legatur.

(35) In illis, τοὺς ἐφ' ὑμῶν, vitii aliquid inesse ratus Combefisius, sic emendavit, τοὺς ἀφ' ὑμῶν: quam emendationem mihi valde admodum probari fateor; quoniam tamen omnes libri, tum typis descripti, tum calamo notati, habent τοὺς ἐφ' ὑμῶν, nihil mutare volui.

(36) Editi μέτοχον. Veteres quatuor libri μετέχον.

(37) Editi τίς ποτε. At mss. quatuor τί ποτε.

Digitized by Google

Quare compositus non est. Atqui quidquid in corporibus numeratur, id aut simplex est, aut compositum. Sol autem **196** neque est corpus simplex: non enim in rectum movetur; neque compositum: non enim fatiscit ex motu. Non est igitur sol. Tales sunt argutæ vestræ divisiones, quæ derisui sunt oculos habentibus. Rursus quomodo videmus nos homines? Sicne, ut suscipiamus formas rerum visibilium, an ita ut virtutem quamdam ex nobis ipsis emittamus? Atqui neque suscipimus rerum visibilium imagines (qui enim fieri potest ut in exiguo pupillæ meatu cœli hemisphærium imprimatur?), neque ex nobis quidquam emittimus (quomodo enim rursus id quod emittitur satis fuerit, ut ad tantam cœli vastitatem expandatur?); quod si neque recipimus visibilium imagines, neque virtutem ullam ex nobis ipsis emittimus, non igitur videmus. Quid igitur? coarguamne vestros syllogismos, an vobis hoc optabo, vera ut concludatis? Quid ab hujusmodi argumentis differt artificiosa vestra de Spiritu loquendi ratio, quam apud miseras mulierculas aut affines mulieribus eunuchos jactatis? Cave audias infesto animo et calumnioso. Spiritus si ex Deo est, quomodo ad creaturam demittis? Non enim illud es dicturus, ex Deo omnia esse. Quemadmodum enim Christus Dei dicitur, nec tamen creatura est sicut nos (*Nos enim Christi, Christus vero Dei* [49]), sed aliter nos Christi dicimur, velut servi Domini, aliter Christus Dei dicitur, velut Filius Patris; ita et Spiritus non, quoniam omnia ex Deo sunt, et ipse, ut omnia, ex Deo est. Neque enim quoniam et administri spiritus sunt [50], continuo similis illis est et Spiritus sanctus, ob appellationem. Nam unus est vere Spiritus. Ut enim multi sunt filii, unus autem verus Filius: ita, etiamsi omnia dicantur ex Deo, proprie tamen Filius ex Deo, et Spiritus ex Deo est. Nam et Filius a Patre exivit, et Spiritus ex Patre procedit. At Filius quidem ex Patre per generationem, Spiritus vero ex Deo, arcano modo atque ineffabili. Vide igitur quantum fuerit periculum gloriam Paracleti extenuare. Filius delatum sibi honorem, spreto Spiritu, non recipit. *Ille* enim, inquit, *me glorificabit* [51], non ut servus cum creaturis. Etenim si cum omnibus glorificaret, non esset dictum: *Ille*. Nunc vero illa ad unum relatio glorificationem præstantiorem quam quæ ab aliis exhibetur, indicat. Nec enim sicut qui dicebant, *Gloria in altissimis Deo* [52]; sed sicut qui dixit, *Pater, glorificavi te, opus consummavi quod dedisti* [53]. Et sicut Pater glorificat Filium, dicens, *Et glorificavi te, et iterum glorificabo* [54]: sic et Filius Spiritum in suam et Patris societatem admittit. Alioquin ostendat mihi aliquis gloriam hac majorem, et concedo nihil nisi

καὶ ἄπαυστος. Ὥστε οὐ σύνθετος. Ἀλλὰ μὴν ἐν τοῖς σώμασιν ἢ ἁπλοῦν τί ἐστιν, ἢ σύνθετον. Οὔτε δὲ ἁπλοῦν σῶμα ὁ ἥλιος· οὐ γὰρ ἐπ' εὐθείας κινεῖται· οὔτε σύνθετον· οὐ γὰρ κάμνει κινούμενος. Οὐκ ἄρα ἐστὶν ὁ ἥλιος. Τοιαῦται ὑμῶν αἱ σοφαὶ διαιρέσεις, ὑπὸ τῶν ὀφθαλμοὺς ἐχόντων καταγελώμεναι. Πάλιν πῶς ὁρῶμεν οἱ ἄνθρωποι; Πότερον εἰσδεχόμενοι τοὺς τύπους τῶν ὁρατῶν, ἢ ἀφιέντες δύναμιν ἐξ αὐτῶν; Ἀλλὰ μὴν οὔτε δεχόμεθα τῶν ὁρατῶν τὰς εἰκόνας (πῶς γὰρ τὸ ἡμισφαίριον τοῦ οὐρανοῦ τῷ μικρῷ πόρῳ τῆς κόρης ἐμφαίνεται;), οὔτε μὴν ἀφιέμέν τι παρ' ἑαυτῶν· (πῶς γὰρ πάλιν τὸ ἐκπεμπόμενον ἐξαρκεῖ τῷ οὐρανῷ ἐφαπλοῦσθαι;) Εἰ δὲ μήτε δεχόμεθα τῶν ὁρατῶν τὰς εἰκόνας, μήτε τινὰ δύναμιν ἐξ ἑαυτῶν ἀποπέμπομεν, οὐκ ἄρα ὁρῶμεν. Τί οὖν; ἐλέγξω ὑμῶν τοὺς συλλογισμούς, ἢ ἐπεύξομαι ὑμῖν ἀληθῆ εἶναι τὰ συμπεράσματα; Τί διαφέρει τῶν τοιούτων λόγων καὶ ἡ περὶ τοῦ Πνεύματος ὑμῶν τεχνολογία, ἣν γυναικαρίοις ἀθλίοις, ἢ τοῖς γείτοσι τῶν γυναικῶν εὐνούχοις ἐνεπιδείκνυσθε; Μὴ δὴ ἐπηρεαστικῶς ἄκουε. Εἰ ἐκ τοῦ Θεοῦ τὸ Πνεῦμα, πῶς ὑπὸ τὴν κτίσιν ἄγεις; Οὐ γὰρ δὴ ἐκεῖνο ἐρεῖς, ὅτι καὶ τὰ πάντα ἐκ τοῦ Θεοῦ. Ὥσπερ γὰρ ὁ Χριστὸς Θεοῦ λέγεται, οὐχὶ δὲ κτίσμα ὡς καὶ ἡμεῖς (*Ἡμεῖς γὰρ Χριστοῦ, Χριστὸς δὲ Θεοῦ*), ἀλλ' ἄλλως μὲν ἡμεῖς Χριστοῦ λεγόμεθα, ὡς δοῦλοι Δεσπότου· ἄλλως δὲ Χριστὸς Θεοῦ λέγεται, ὡς Υἱὸς τοῦ Πατρός· οὕτω καὶ τὸ Πνεῦμα, οὐκ ἐπειδὴ τὰ πάντα ἐκ τοῦ Θεοῦ, καὶ αὐτὸ ὡς τὰ πάντα. Οὐ γὰρ ἐπειδὴ καὶ τὰ λειτουργικὰ πνεύματα, ἤδη καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ὅμοιον αὐτοῖς διὰ τὴν προσηγορίαν. Ἓν γάρ ἐστι τὸ ἀληθινῶς (38) Πνεῦμα. Ὡς γὰρ πολλοὶ μὲν υἱοί, εἷς δὲ ὁ ἀληθινὸς Υἱός· οὕτω κἂν πάντα λέγηται ἐκ τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ κυρίως ὁ Υἱὸς ἐκ τοῦ Θεοῦ, καὶ τὸ Πνεῦμα ἐκ τοῦ Θεοῦ. Ἐπειδὴ καὶ ὁ Υἱὸς παρὰ τοῦ (39) Πατρὸς ἐξῆλθε, καὶ τὸ Πνεῦμα ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεται. Ἀλλ' ὁ μὲν Υἱὸς ἐκ τοῦ Πατρὸς γεννητῶς, τὸ δὲ Πνεῦμα ἀῤῥήτως ἐκ τοῦ Θεοῦ. Ὅρα οὖν (40) ἡλίκος ὁ κίνδυνος κατασμικρύνειν τὴν δόξαν τοῦ Παρακλήτου. Οὐ δέχεται τὴν εἰς αὐτὸν τιμὴν ὁ Υἱός, ἀθετουμένου τοῦ Πνεύματος. *Ἐκεῖνος* γάρ, φησιν, *ἐμὲ δοξάσει*, οὐχ ὡς δοῦλος μετὰ τῆς κτίσεως. Εἰ γὰρ μετὰ πάντων ἐδόξαζεν, οὐκ ἂν ἐῤῥήθη, *Ἐκεῖνος*. Νῦν δὲ ἡ ἐπὶ τὸ ἓν ἀναφορὰ τὴν καθ' ὑπεροχὴν τῶν ἄλλων προσαγομένην δόξαν παρίστησιν. Οὐ γὰρ ὡς οἱ λέγοντες· *Δόξα ἐν ὑψίστοις Θεῷ*· ἀλλ' ὡς ὁ εἰπών· *Πάτερ, ἐδόξασά σε, τὸ ἔργον ὃ ἔδωκας ἐτελείωσα*. Καὶ ὡς ὁ Πατὴρ δοξάζει τὸν Υἱόν, λέγων· *Καὶ ἐδόξασά σε, καὶ πάλιν δοξάσω*· οὕτω καὶ ὁ Υἱὸς τὸ Πνεῦμα εἰς τὴν ἑαυτοῦ καὶ Πατρὸς κοινωνίαν παραλαμβάνει. Ἤ δειξάτω μοί τις μείζονα ταύτης δόξαν, καὶ πάντα δίδωμι ἀληθεύειν τοὺς ἀντιλέγοντας. *Ὁ ὑμᾶς ἀθετῶν ἐμὲ ἀθετεῖ*. Διὰ τί; Διὰ τὸ Πνεῦμα τὸ ἐνοικοῦν ἐν αὐτοῖς δηλονότι. Ὥστε

[49] I Cor. III, 23. [50] Hebr. I, 14. [51] Joan. XVI, 14. [52] Luc. II, 14. [53] Joan. XVII, 4. [54] Joan. XII, 28.

(38) Unus Colb. pro ἀληθινῶς habet ἀληθές.
(39) Colb. primus Υἱὸς ἐκ τοῦ.
(40) Veteres quatuor libri Ὅρα οὖν. Editi Ἆρα οὖν.

Digitized by Google

ὁ μὴ τιμῶν τὸ Πνεῦμα οὐ τιμᾷ τὸν Υἱόν· Ὁ δὲ μὴ τιμῶν τὸν Υἱὸν οὐ τιμᾷ τὸν Πατέρα. Οὕτως ἄρα ἡ περὶ ἕν τι τῶν πιστευομένων ἀγνωμοσύνη ὅλης ἐστὶ τῆς θεότητος ἄρνησις. Εἰ κτιστόν ἐστι τὸ Πνεῦμα, οὐ θεῖον. Ἀλλὰ μὴν *Πνεῦμα*, φησὶ, *θεῖον τὸ ποιῆσάν με*. Καὶ, Ἐνέπλησε, φησὶν, ὁ Θεὸς τὸν Βεσελεὴλ *Πνεύματι θείου σοφίας καὶ συνέσεως*. Ποῦ τοίνυν εὑρίσκεις προσεγγίζον τὸ θεῖον; τῇ κτίσει, ἢ τῇ θεότητι; Εἰ μὲν γὰρ τῇ κτίσει, καὶ τὸν Πατέρα τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ κτίσμα ἐρεῖς· γέγραπται γὰρ περὶ αὐτοῦ· *Ἡ τε ἀΐδιος αὐτοῦ δύναμις καὶ θειότης*· εἰ δὲ τῇ θεότητι, παυσάμενος τῆς βλασφημίας, ἐπίγνωθι τοῦ Πνεύματος τὴν ἀξίαν. Οὕτως ἀσύνετος εἶ, ὡς μηδ' ὑπ' αὐτῆς προσάγεσθαι τῆς φωνῆς εἰς τὰς ἀξίας ἐννοίας τοῦ Πνεύματος (41).

A verum dici ab adversariis. *Qui vos spernit, me spernit* [55]. Quare? Propter Spiritum videlicet in ipsis inhabitantem. Itaque qui non honorat Spiritum, Filium non honorat: *Filium* vero *qui non honorat, Patrem non honorat* [56]. Sic igitur perfidia quæ admittitur in unum aliquod eorum **197** quæ credenda sunt, inficiatio est totius deitatis. Spiritus si creatus est, non est divinus. Atqui *Spiritus*, inquit, *divinus qui fecit me* [57]. Et, *Replevit*, inquit, *Deus Beseleel Spiritu divino sapientiæ et prudentiæ* [58]. Itaque ad utrum reperis divinum accedere? ad creaturam, an ad deitatem? Quod si ad creaturam, etiam Patrem Domini nostri Jesu Christi creaturam dices. Nam de eo scriptum est: *Sempiterna quoque ejus virtus, et divinitas* [59]. Si vero ad

B deitatem, blasphemiæ imposito fine, Spiritus agnosce majestatem. Adeo insipiens es, ut ne ab ipsa quidem voce ad dignas Spiritu notiones deducare.

[55] Luc. x, 16. [56] Joan. v, 23. [57] Job xxxiii, 4. [58] Exod. xxxv, 31. [59] Rom. i, 20

(41) In aliquibus mss. additur doxologia.

MONITUM.

198 Multa hodie nomine Asceticorum comprehendi solent, Præfationes, Sermones quidam peculiares; libellus *De fide*, alius libellus *De judicio Dei*, *Moralia*, *Regulæ majores*, *Regulæ minores*, *Constitutiones monasticæ*; sed olim non omnia hæc in Asceticis comprehendebantur. Ita igitur Photii ætate, Basilii opus ἀσκητικὸν restringebatur, ut solum duos *De judicio* ac *De fide* libellos, *Moralia*, *Regulas* tum *majores* tum *minores* proprie complecteretur. Ut autem reliqua fere omnia Basilii opera in dubium revocantur, ita quoque maxima pars Asceticorum quibusdam νοθείας suspecta est. Quoniam tamen antiqui scriptores Basilium auctorem faciunt Asceticorum, vel morosiores critici saltem aliquam eorum partem facile ei tribuunt: sed ita tamen, ut quidquid præcipuum est, omne id ejus esse negent. Nec hi quidem inter se consentiunt. Alii enim satis habent *Regulas breviores* Basilio Magno abjudicare. Alii iniquiores ei abjudicant *Regulas minores* simul et *majores*, et *Moralia*, et libellos *De Dei judicio* ac *De vera fide*. Cum autem singulorum opiniones explicare, easque aut confutare aut approbare nimis longum sit, more nostro de his rebus in Præfatione disputabimus.

Pauca quoque de libris antiquis dicere libet. Multos, eosque et optimos et vetustissimos in iis quas invisere licuit bibliothecis invenimus, in Regia, in Colbertina et in Coisliniana. Neque vero ex his solum bibliothecis novæ nostræ editioni ornamenta quæsivimus, sed exteras etiam non duximus negligendas esse. Scripsi igitur Messanam, quo simul ut pervenerunt litteræ meæ, eruditissimi et humanissimi viri D. Gregorius Arena prior, et D. Dionysius Spagnoli linguæ Græcæ lector, monachi ordinis S. Basilii Magni, ambo non minus bonarum litterarum juvandarum, quam gloriæ sanctissimi sui Patris amplificandæ studiosi, amplissimam ac celeberrimam suam bibliothecam diligentissime scrutari cœperunt: in qua, quod ad rem pertinet, invenere brevem lucubratiunculam ineditam, cui titulus est: *Πῶς δεῖ εἶναι τὸν μοναχόν*, et additamenta quædam in *Moralia*. Præter hæc, aliam orationem ad me transmittendam curarunt ii, quos modo dixi, doctissimi viri: de qua commodius multo alibi dicemus.

Omnia autem fere ut in impressis libris: at *Regulæ* in aliis codicibus alio ordine disponuntur. Nec prætereundum silentio, quasdam ex *Regulis brevioribus* in aliquibus codicibus deesse: sed præterquam quod hæ paucæ sunt, in ipsis nihil est magni, aut quod alicujus sit momenti. Ad *Regulas* quidem quod attinet, eas eodem ordine quo jam vulgatæ sunt in editione Parisiensi, edendas curabimus: sed libellos *De Dei judicio* ac *De vera fide* aliter disponemus. Ita enim hæc duo opuscula locantur in ea quam modo dixi editione, ut primum locum obtineat libellus *De vera fide*, secundum libellus *De judicio Dei*: quod non minus adversatur ipsius auctoris consilio, quam veterum librorum auctoritati, in quibus hos duos sermones inverso ordine, eoque vero et proprio, collocari constat. Arbitror autem operarum culpa factum esse, ut ii, quos nominavi, libelli in editione Parisiensi loco positi sint non suo: eoque magis, quod ipsos in editione Veneta eodem quo in veteribus libris ordine disponi videamus.

Digitized by Google

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ
ΒΑΣΙΛΕΙΟΥ
ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΑΙΣΑΡΕΙΑΣ ΚΑΠΠΑΔΟΚΙΑΣ
ΑΣΚΗΤΙΚΑ

—

S. P. N. BASILII
CÆSAREÆ CAPPADOCIÆ ARCHIEPISCOPI
ASCETICA

—

SANCTI PATRIS NOSTRI

BASILII,

Cæsareæ Cappadociæ archiepiscopi,

PRÆVIA INSTITUTIO ASCETICA.

199 1. Præclara quidem sunt regis edicta, quæ ad subjectos regendos circumscribuntur: sed tamen mandata quæ militibus dantur observanda, majora sunt et augustiora. Itaque tanquam si militaria mandata nobis denuntiarentur, attendat quisquis supernæ ac magnæ dignitatis cupidus est, Christoque semper astare vult, cum audit magnam illam vocem: *Si quis mihi ministrat, me sequatur. Et ubi ego sum, illic et minister meus sit* [60]. Ubi est Christus rex? In cœlo videlicet. Huc tibi, o miles, dirigendus est cursus. Obliviscere omnis quietis terrenæ. Nullus miles domum construit, aut agros acquirit, aut sese variis mercaturis, quibus pecuniæ comparantur, immiscet. *Nemo qui militat, implicatur vitæ negotiis, ut ei qui se in militiam delegit, placeat* [61]. Habet miles regia alimenta; non ei opus est sibi parare victum, neque in eo exquirendo sese occupare. Ubique patent sibi subjectorum domus ex regis edicto. Non necesse est ut operam det in exstruendis ædificiis, ponitur in plateis tabernaculum; sumitur cibus necessitate cogente; potus aqua est, tantumque ei dormire

[60] Joan. XII, 26. [61] II Tim. II, 4.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΒΑΣΙΛΕΙΟΥ,

Ἀρχιεπισκόπου Καισαρείας Καππαδοκίας,

ΑΣΚΗΤΙΚΗ ΠΡΟΔΙΑΤΥΠΩΣΙΣ (42).

A 1. Καλὰ μὲν τοῦ βασιλέως τὰ πρὸς τοὺς ὑπηκόους νομοθετήματα· μείζονα δὲ καὶ βασιλικώτερα τὰ πρὸς στρατιώτας παραγγέλματα. Ἅτε οὖν στρατιωτικῶν παραγγελμάτων κηρυσσομένων, προσεχέτω ὁ τῆς ἄνω καὶ μεγάλης ἀξίας ἐπιθυμῶν, ὁ Χριστοῦ διὰ παντὸς παραστάτης εἶναι βουλόμενος, ὁ τῆς μεγάλης ἐκείνης ἀκούων φωνῆς· *Ἐάν τις ἐμοὶ διακονῇ, ἐμοὶ ἀκολουθείτω. Καὶ ὅπου εἰμὶ ἐγὼ, ἐκεῖ καὶ διάκονος ὁ ἐμὸς ἔστω.* Ποῦ Χριστὸς ὁ βασιλεύς; Ἐν οὐρανῷ δηλαδή. Ἐνταῦθά σε ποεῖσθαι τὸν δρόμον, στρατιῶτα, προσήκει. Ἐπιλάθου τῆς κατὰ γῆν ἀναπαύσεως πάσης. Οὐδεὶς στρατιώτης οἰκίαν κατασκευάζει, οὐδὲ κτήσεις ἀγρῶν περιβάλλεται, οὐδὲ ἐμπορίαις ποικίλαις χρημάτων πορίστικαῖς ἐγκαταμίγνυται. *Οὐδεὶς*
B *στρατευόμενος ἐμπλέκεται ταῖς τοῦ βίου πραγματείαις, ἵνα τῷ στρατολογήσαντι ἀρέσῃ.* Τροφὰς στρατιώτης ἔχει βασιλικάς· οὐ δεῖ πορίζειν ἑαυτῷ τροφὰς, οὐδὲ περὶ τοῦτο ἀσχολεῖσθαι. Οἶκος ἀνέῳγεν αὐτῷ πανταχῆ παρὰ τοῖς ὑπηκόοις ἐκ βασιλέως προστάγματος. Οὐ δεῖ περὶ οἰκίας αὐτῷ διαπονεῖσθαι· ἐπὶ πλατείαις ἡ σκηνὴ, καὶ πρὸς ἀνάγκην ἡ τροφὴ, καὶ ποτὸν ὕδωρ, καὶ ὑπνοῦν (43) τοσοῦτον, ὅσον ἡ φύσις

(42) Ita legitur in Reg. primo: Προδιαλαλιὰ καὶ προδιήγησις τῶν ἀσκητικῶν ὑποτυπώσεων, *Prævia oratio et narratio asceticarum informationum*, ubi notari potest, Combefisium nominis similitudine deceptum, legisse non προδιήγησις, sed προδιάγνωσις, *prævia notitia*. Utraque editio, hoc est, Parisiensis et Veneta: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Βασιλείου ἀρχιεπισκόπου Καισαρείας Καππαδοκίας ἀσκητικά. Πρόλογος. Reg. tertius: Τοῦ αὐτοῦ ἀσκητικὴ προδιατύπωσις, *Ejusdem prævia institutio ascetica*. Ibidem editio Paris. Μεγάλα μὲν τοῦ. Editio Ven. et uterque Combef. cum Reg. tertio Καλὰ μὲν τοῦ.

(43) Editio Ven. et Maz. et alii duo libri veteres καὶ ὑπνοῦν. Editio Paris. καὶ ὑπνοῦ. Puto enim ita emendatum esse ab ipsis typographis, qui, cum non animadverterent suppleri debere ἔξεστι, aut verbum simile, pro ὑπνοῦν ediderunt ὑπνοῦ. Nec ita multo post Reg. primus ἂν τύχοι.

Digitized by Google

δέδωκεν. Ὁδοιπορίαι δὲ καὶ ἀγρυπνίαι πολλαί· καρτερίαι πρὸς καύματα, πρὸς ψῦχος· ἀγῶνες πρὸς ἐναντίους· κίνδυνοι μέχρι τῶν ἐσχάτων· θάνατος, ἂν τύχῃ, πολλάκις· ἀλλὰ θάνατος ἔνδοξος, τιμαί τε, καὶ δῶρα βασιλικά. Ἐπίπονος ἐν πολέμοις ὁ βίος, λαμπρὸς ἐν εἰρήνῃ. Γέρας ἀριστείας, καὶ στέφανος καλῶς βεβωκάτι ἐν κατορθώμασιν, ἀρχὴν ἐγχειρισθῆναι, φίλον βασιλέως κληθῆναι, παραστῆναι πλησίον, δεξιώσεως τυχεῖν, ἐκ χειρὸς βασιλέως τετιμῆσθαι, παρὰ τοῖς ὑπηκόοις προΐστασθαι, καὶ πρεσβεύειν ὑπὲρ τῶν ἔξωθεν φίλων, ὧν ἂν βούλωνται (44).

εἶχεν ἐν ἑαυτῷ λαλοῦντα), ἀλλ' ἐξ ἐκείνης αὐτοῦ τῆς
φωνῆς ὑδηγηθέντα, ἐν ᾗ φησι διὰ τοῦτο ἐν παραβο-
λαῖς λαλεῖν τοῖς ὄχλοις, ἵνα μὴ νοήσωσι τὰ θεῖα τοῦ
Εὐαγγελίου μυστήρια, ὅτι φθάσαντες αὐτοὶ τοὺς
ὀφθαλμοὺς αὐτῶν ἐκάμμυσαν, καὶ τοῖς ὠσὶ βαρέως
ἤκουσαν, καὶ ἐπαχύνθη ἡ ἀσύνετος αὐτῶν καρδία·
ἵνα ἔχωσιν ἀντὶ τιμωρίας ὑπομένειν τὴν περὶ τὰ
μείζονα ἀβλεψίαν, οἱ, προφθάσαντες (54) ἑκουσίως, B
τὸ ὄμμα τῆς ψυχῆς ἀποτυφλώσαντες, ἐσκοτίσθησαν·
ὅπερ ὁ Δαβὶδ φοβούμενος παθεῖν, ἔλεγε· *Φώτισον*
τοὺς ὀφθαλμούς μου, μή ποτε ὑπνώσω εἰς θάνα-
τον. Ἐκ μὲν οὖν τούτων καὶ τοιούτων φανερὸν
εἶναι ἐλογιζόμην, ὅτι καθόλου μὲν ἡ τῶν παθῶν
κακία διὰ τῆς περὶ Θεοῦ ἀγνωσίας ἀδόκιμον γνῶσιν
ἐντίθησιν (55)· ἰδίως δὲ ἡ διαφωνία τῶν πολλῶν
πρὸς ἀλλήλους, διὰ τὸ ἀναξίους ἡμᾶς ἑαυτοὺς κατα-
σκευάσαι τῆς τοῦ Κυρίου ἐπιστασίας, ἐπισυμβαίνει.
Πρὸς δὲ τὴν ἐπίσκεψιν τοῦ τοιούτου βίου εἴποτε δὴ
καὶ ἐλθεῖν ἐβουλευσάμην, οὔτε μετρεῖν εἶχον τὸ μέγε-
θος τῆς τοιαύτης ἀναισθησίας, ἢ ἀλογίας, ἢ ἀπο-
νοίας, ἢ διὰ τὸ ὑπερβάλλον τῆς κακίας οὐκ ἔχω (56)
τί εἰπω. Εἰ γὰρ καὶ ἐν ἀλόγοις οὕτω κατορθουμένην C
εὑρίσκομεν τὴν ἐν ἀλλήλοις συμφωνίαν διὰ τὴν πρὸς
τὸν καθηγούμενον εὐπείθειαν· τί ἂν εἴποιμεν ἡμεῖς
ἐν τοσαύτῃ μὲν τῇ πρὸς ἀλλήλους διαστάσει· το-
σαύτῃ δὲ τῇ πρὸς τὰς ἐντολὰς τοῦ Κυρίου ἐναντιότητι
εὑρισκόμενοι; Ἢ οὐχὶ ταῦτα πάντα ἡγούμεθα νῦν
μὲν εἰς διδασκαλίαν καὶ ἐντροπὴν ἡμετέραν (57) ὑπὸ
τοῦ ἀγαθοῦ Θεοῦ προτεθεῖσθαι, ἐν δὲ τῇ μεγάλῃ καὶ
φοβερᾷ τῆς κρίσεως ἡμέρᾳ εἰς αἰσχύνην καὶ κατά-
κρισιν τῶν μὴ παιδευομένων προσενεχθήσεσθαι ὑπ'
αὐτοῦ τοῦ καὶ εἰπόντος ἤδη, καὶ λέγοντος ἀεὶ ὅτι·
Ἔγνω βοῦς τὸν κτησάμενον, καὶ ὄνος τὴν φάτ-
νην τοῦ κυρίου αὐτοῦ· Ἰσραὴλ δέ με οὐκ ἔγνω,
καὶ ὁ λαός με οὐ συνῆκε, καὶ πολλὰ ἄλλα τοιαῦτα;
Ἐκεῖνο δὲ τὸ ὑπὸ τοῦ Ἀποστόλου εἰρημένον, τό·
Εἴτε πάσχει ἓν μέλος, συμπάσχει πάντα τὰ
μέλη· εἴτε δοξάζεται ἓν μέλος, συγχαίρει πάντα
τὰ μέλη· καὶ τό· *Ἵνα μὴ ᾖ σχίσματα ἐν τῷ*
σώματι, ἀλλὰ τὸ αὐτὸ ὑπὲρ ἀλλήλων μεριμνῶσι

condemnentur. Quid enim dicit? *Et sicut non pro-*
baverunt Deum habere in notitia : tradidit illos Deus
in reprobum sensum, ut faciant ea quæ non con-
veniunt, repletos omni iniquitate, malitia, avaritia,
nequitia, plenos invidia [20], etc. Quanquam Apostolum arbitror non a semetipso excogitasse judicium hoc (Christum enim in se loquentem habebat [21]), sed inductum illa voce illius, qua dicit, se ideo in parabolis loqui ad turbas, ut ne intelligant divina Evangelii mysteria [22], quoniam priores ipsi oculos suos clauserant, auribusque graviter audierant, et incrassatum erat insipiens cor eorum [23] : ut vice pœnæ in majoribus sufferrent cæcitatem, qui scilicet priores, oculis animi obscuratis, sponte excæcati essent : quod pati veritus David dicebat : *Illumina oculos meos, ne unquam obdormiam in*
morte [24]. Ex his igitur atque similibus liquere judicabam, in universum quidem reprobam malamque cognitionem per Dei ignorationem ex vitiorum pravitate creari : sed proprie tamen multorum mutuam dissensionem ex eo evenire, quod indignos nos reddamus, qui a Domino regamur. Quod si statuissem aliquando ad ejusmodi vitam considerandam incumbere, neque metiri poteram magnitudinem ejusmodi stuporis, vel inconsiderantiæ, vel dementiæ, vel, quæ est malitiæ nimietas, quo alio vocabulo appellem, nescio. Etenim si vel in ipsis brutis animalibus mutuam consensionem non ob aliud conservari deprehendimus, quam quod duci obtemperent : ecquid nos dicere possumus, qui ita inter nos dissidere, et ita Domini præceptis adversarii reperiamur? Nonne nobis putandum est, nunc quidem hæc omnia ad doctrinam et conversionem nostram a benigno Deo proponi, eadem vero in magna illa ac metuenda judicii die ad verecundiam et condemnationem eorum **216** qui eruditi ac emendati non fuerint, ab eo ipso proferenda esse, qui scilicet et jam dixerit, et semper dicat : *Cognovit bos possessorem, et asinus præsepe*
domini sui : Israel vero me non cognovit, et populus
me non intellexit [25], et alia ejusdem generis multa? Illud quoque, quod ab Apostolo dictum est : *Et sive*
patitur unum membrum, compatiuntur omnia mem-
bra : sive glorificatur unum membrum, congaudent
omnia membra [26]. Item illud : *Ut non sint schi-*
smata in corpore, sed idipsum pro invicem sollicita
sint membra [27], ut quæ ab una anima inhabitante moveantur. Quamobrem ita tandem institutum est?

[20] Rom. I, 28, 29. [21] II Cor. XIII, 3. [22] Matth. XIII, 13. [23] ibid. 15. [24] Psal. XII, 4. [25] Isa. I, 3. [26] I Cor. XII, 26. [27] ibid. 25.

(53) Codex Combef. et editio Ven. cum Reg. primo Ἀπόστολον τὸ κήρυγμα οὐκ, *hanc doctrinam a se ipso non excogitasse*. Editio Paris. et Reg. tertius Ἀπόστολον τὸ κρῖμα, et ita quoque legitur in margine codicis Combef. et editionis Venetæ.

(54) Antiqui tres libri οἱ πρὸς τὰ φθάσαντα. Utraque editio οἱ, προφθάσαντες, sic tamen, ut editio Ven. habeat in margine οἱ πρὸς τὰ φθάσαντα.

(55) Editio Paris. διὰ τὴν... ἀγνωσίαν ἢ ἀδόκιμον γνῶσιν ἐγγίνεται. Codex Combef. et Reg. primus διὰ τῆς... ἀγνωσίας ἀδόκιμον γνῶσιν ἐντίθησιν : quod verum judicavimus et sincerum. Nec illud prætereundum silentio, legi secundis curis in libro Combef. διὰ τὴν... ἀγνωσίαν.

(56) Utraque editio ἢ οὐκ ἔχω. Vocula ἢ in veteribus libris non legitur.

(57) Illud, καὶ ἐντροπὴν ἡμετέραν, ita, si mavis, interpretari potes, *ad inculiendum nobis pudorem.*

Digitized by Google

Ego quidem ob eam causam opinor, ut multo magis ejusmodi et ordo et disciplina servaretur in Dei Ecclesia, ad quam dictum est : *Vos autem estis corpus Christi, et membra ex parte* [28]. Quippe unum et solum verum caput, quod est Christus, continet ac connectit unumquodque cum altero ad concordiam. Apud quos vero non exstat concordia, non vinculum pacis [29] servatur, non in spiritu lenitas [30] custoditur : imo vero dissidium, lis et æmulatio reperitur. Magnæ quidem audaciæ ac temeritatis fuerit eos qui sunt ejusmodi, membra Christi appellare, aut dicere ipsos ab eo regi : sed ingenui animi fuerit fidenter affirmare, illic dominari ac regnare carnis affectum juxta hanc Apostoli vocem, qui modo decretorio ait : *Cui exhibetis vos servos ad obediendum, servi estis ejus cui obeditis* [31]. Recenset autem perspicue hujusce affectus proprietates, cum sic loquitur : *Cum enim sint inter vos zelus et contentio, et dissidia, nonne carnales estis* [32]? Simulque horum vitiorum exitum gravem esse, nihilque ipsis esse cum pietate commune asseveranter docet, his verbis : *Affectus carnis, inimicitia est adversus Deum : legi enim Dei non est subjecta : nec enim potest* [32*]. Idcirco *Nemo*, inquit Dominus, *potest duobus dominis servire* [33].

4. Deinde cum ipse unigenitus Dei Filius Dominus et Deus noster Jesus Christus, per quem omnia facta sunt [34], clamet : *Descendi de cœlo, non ut faciam voluntatem meam, sed voluntatem ejus qui misit me Patris* [34*]; et : *A me ipso facio nihil* [35]; et : *Mandatum accepi quid dicam, et quid loquar* [36] : itemque cum Spiritus sanctus magna dona et admiranda distribuat, ac perficiat omnia in omnibus, nihilque a semetipso loquatur, sed quæcunque audierit a Domino, hæc loquatur [37]; quomodo, quæso, non longe magis necessarium est, ut universa Dei Ecclesia, in pacis vinculo spiritus unitatem diligenter servare studens [38], compleat quod in Actis dictum est : *Multitudinis credentium erat cor unum, et anima una* [39]? Nemo enim suam ipsius voluntatem proponebat faciendam, sed omnes simul in uno sancto Spiritu quærebant voluntatem solius Domini Jesu Christi, qui ait : *Descendi de cœlo, non ut faciam voluntatem meam, sed voluntatem ejus qui misit me, Patris* [40] ; ad quem dicit : *Non pro eis autem rogo tantum, sed et pro eis qui credunt per verbum eorum in me, ut omnes unum*

τὰ μέλη, ὑπὸ μιᾶς δηλονότι κινούμενα τῆς ἐνοικούσης ψυχῆς. Τίνος ἕνεκεν οὕτως ὠφελεῖται; Ἐγὼ μὲν οἶμαι, ἵνα σώζηται ἡ τοιαύτη ἀκολουθία τε καὶ εὐταξία πολλῷ πλέον παρὰ τῇ Ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ, πρὸς ἣν εἴρηται· Ὑμεῖς δέ ἐστε σῶμα Χριστοῦ, καὶ μέλη ἐκ μέρους· κρατούσης δηλονότι καὶ συναπτούσης ἕκαστον τῷ ἄλλῳ πρὸς ὁμόνοιαν τῆς μιᾶς καὶ μόνης ἀληθῶς κεφαλῆς, ἥτις ἐστὶν ὁ Χριστός. Παρ' οἷς δὲ οὐχ ὁμόνοια κατορθοῦται, οὐχ ὁ σύνδεσμος τῆς εἰρήνης τηρεῖται, οὐχ ἡ (58) ἐν πνεύματι πραότης φυλάσσεται, ἀλλὰ καὶ διχοστασία καὶ ἔρις καὶ ζῆλος εὑρίσκεται. Πολλῆς μὲν τόλμης ἂν εἴη μέλη Χριστοῦ τοὺς τοιούτους ὀνομάζειν, ἢ ὑπ' αὐτοῦ ἄρχεσθαι λέγειν· ἁπλῆς δὲ διανοίας (59), μετὰ παῤῥησίας εἰπεῖν, ὅτι κρατεῖ ἐκεῖ καὶ βασιλεύει τὸ τῆς σαρκὸς φρόνημα, κατὰ τὴν τοῦ Ἀποστόλου φωνήν, λέγοντος μὲν ὁριστικῶς, ὅτι ὯΙ παριστάνετε ἑαυτοὺς δούλους εἰς ὑπακοήν, δοῦλοί ἐστε ᾧ ὑπακούετε· διεξιόντος δὲ σαφῶς τοῦ τοιούτου φρονήματος τὰ ἰδιώματα, ὡς ὅταν λέγῃ· Ὅπου γὰρ ἐν ὑμῖν ζῆλος καὶ ἔρις, καὶ διχοστασίαι, οὐχὶ σαρκικοί ἐστε; διδάσκοντος δὲ ἅμα ἀποφαντικῶς (60) τό τε χαλεπὸν αὐτῶν τῆς ἐκβάσεως καὶ τὸ ἀκοινώτητον πρὸς θεοσέβειαν, δι' ὧν φησιν ὅτι, Τὸ φρόνημα τῆς σαρκὸς, ἔχθρα εἰς Θεόν· τῷ γὰρ νόμῳ τοῦ Θεοῦ οὐχ ὑποτάσσεται· οὐδὲ γὰρ δύναται· διότι Οὐδεὶς δύναται, ὁ Κύριός φησι, δυσὶ κυρίοις δουλεύειν.

4. Εἶτα αὐτοῦ τοῦ μονογενοῦς Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ βοῶντος, δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο, Καταβέβηκα ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, οὐχ ἵνα ποιῶ τὸ θέλημα τὸ ἐμὸν, ἀλλὰ τὸ θέλημα τοῦ πέμψαντός με Πατρός· καὶ ὅτι Ἀπ' ἐμαυτοῦ ποιῶ οὐδέν· καὶ, Ἐντολὴν ἔλαβον τί εἴπω, καὶ τί λαλήσω· καὶ τοῦ Πνεύματος τοῦ ἁγίου τοῦ διαιροῦντος μὲν τὰ μεγάλα καὶ θαυμαστὰ χαρίσματα, ἐνεργοῦντος δὲ τὰ πάντα ἐν πᾶσι, λαλοῦντός τε ἀφ' ἑαυτοῦ οὐδὲν, ἀλλ' ὅσα ἂν ἀκούσῃ παρὰ τοῦ Κυρίου, ταῦτα λαλοῦντος· πῶς οὐ πολλῷ μᾶλλον ἀνάγκη πᾶσαν (61) τὴν Ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ σπουδάζουσαν τηρεῖν τὴν ἑνότητα τοῦ πνεύματος ἐν τῷ συνδέσμῳ τῆς εἰρήνης, πληροῦν ἐκεῖνο τὸ ἐν ταῖς Πράξεσιν εἰρημένον, ὅτι Τοῦ πλήθους τῶν πιστευσάντων ἦν ἡ καρδία καὶ (62) ἡ ψυχὴ μία; οὐδενὸς μὲν δηλονότι τὸ ἴδιον βούλημα ἰστῶντος, πάντων δὲ κοινῇ ζητούντων ἐν ἑνὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι τὸ τοῦ ἑνὸς Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ θέλημα, τοῦ εἰπόντος· Καταβέβηκα ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, οὐχ ἵνα ποιῶ τὸ θέλημα τὸ ἐμὸν, ἀλλὰ τὸ θέλημα τοῦ πέμψαντός με Πατρός· πρὸς ὃν φησιν· Οὐ περὶ τούτων δὲ

[28] I Cor. XII, 27. [29] Ephes. IV, 3. [30] Galat. IV, 1. [31] Rom. VI, 16. [32] I Cor. III, 3. [32*] Rom. VIII, 7. [33] Matth. VI, 24. [34] Joan. I, 3. [34*] Joan. VI, 38. [35] Joan. VIII, 28. [36] Joan. XII, 49. [37] Joan. XVI, 13. [38] Ephes. IV, 3. [39] Act. IV, 32. [40] Joan. VI, 38.

(58) Utraque editio οὐχὶ ἐν. Codex Combef. et alii duo οὐχ ἡ ἐν.

(59) Editio Paris. διανοίας εἴη. Vox ultima in mss. deest.

(60) Reg. primus ἅμα καὶ ἀποφαντικῶς. Quod sequitur, φρόνημα τῆς σαρκός, ita conversum legitur in Vulgata, *Sapientia carnis inimica est Deo.*

(61) Utraque editio et Reg. tertius ἀνάγκη πᾶσα. Codex Combef. et Reg. primus πᾶσαν.

(62) Ita editio Veneta et nostri libri veteres. Editio Paris. καρδία μία καὶ etc. Haud longe duo mss. ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ.

Digitized by Google

ἐρωτῶ μόνον, ἀλλὰ καὶ περὶ τῶν πιστευόντων (63) διὰ τοῦ λόγου αὐτῶν εἰς ἐμέ, ἵνα πάντες ἓν ὦσιν. Ἐπὶ τούτοις, καὶ πλείοσι τοῖς σεσιωπημένοις, οὕτω σαφῶς καὶ ἀναντιῤῥήτως ἀναγκαίαν μὲν εἶναι πληροφορηθεὶς τὴν παρὰ πάσης ὁμοῦ τῆς τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίας, κατὰ τὸ θέλημα τοῦ Χριστοῦ, ἐν Πνεύματι ἁγίῳ συμφωνίαν, ἐπικίνδυνον δὲ καὶ ὀλεθρίαν ἐν τῇ πρὸς ἀλλήλους διαστάσει τὴν πρὸς Θεὸν ἀπείθειαν (Ὁ γὰρ ἀπειθῶν, φησὶ, τῷ Υἱῷ οὐκ ὄψεται τὴν ζωήν, ἀλλ' ἡ ὀργὴ τοῦ Θεοῦ μενεῖ ἐπ' αὐτόν), ἐκεῖνο ἀκόλουθον ἡγησάμην ἐξετάσαι λοιπόν· ποῖα μὲν ἄρα συγγνώμην τῶν ἁμαρτημάτων ἔχειν δύναται παρὰ τῷ Θεῷ, πόσα δέ τις καὶ πηλίκα ἁμαρτήσας, ὑπεύθυνος γίνεται τῷ κρίματι τῆς ἀπειθείας. Εὑρίσκω τοίνυν, ἀναλαβὼν (64) τὰς θείας Γραφάς, ἐν τῇ Παλαιᾷ καὶ Καινῇ Διαθήκῃ, οὔτε ἐν τῷ πλήθει τῶν ἁμαρτανομένων, οὔτε ἐν τῷ μεγέθει τῶν ἁμαρτημάτων, ἐν μόνῃ δὲ τῇ παραβάσει οὑτινοσοῦν προστάγματος, σαφῶς κρινομένην τὴν πρὸς Θεὸν ἀπείθειαν, καὶ κοινὸν κατὰ πάσης παρακοῆς τοῦ Θεοῦ τὸ κρῖμα· ἐν μὲν τῇ Παλαιᾷ τὸ φοβερὸν ἐκεῖνο τοῦ Ἄχαρ (65) ἀναγινώσκων τέλος, ἢ τὴν κατὰ τὸν ἐν Σαββάτῳ ξύλα συλλέξαντα ἱστορίαν, ὧν ἑκάτερος οὐδὲν οὐδεπώποτε ἄλλως οὐκ εἰς Θεὸν ἡμαρτηκὼς, οὐκ ἄνθρωπον ἠδικηκὼς, οὐ μέγα, οὐ μικρὸν ὅλως εὑρίσκεται. Ἀλλ' ὁ μὲν, ἐπὶ μόνῃ καὶ πρώτῃ τῶν ξύλων συλλογῇ ἀπαραίτητον δίδωσι τὴν δίκην, οὐδὲ μετανοίας τόπον εὑρών· προστάγματι γὰρ τοῦ Θεοῦ παρὰ παντὸς τοῦ λαοῦ παραχρῆμα λιθοβολεῖται· ὁ δὲ, ὅτι μόνον ὑφεῖλετό τι τῶν ἀναθεμάτων οὕπω εἰσενεχθέντων (66) εἰς τὴν συναγωγὴν, οὐδὲ προσδεχθέντων ὑπὸ τῶν ἐπιτεταγμένων τὰ τοιαῦτα, αἴτιος ἀπωλείας οὐκ αὐτῷ μόνον, ἀλλὰ καὶ γαμετῇ καὶ τέκνοις, πρὸς δὲ καὶ αὐτῇ τῇ σκηνῇ σὺν πᾶσι τοῖς ἰδίοις ἐγένετο. Ἔμελλε δὲ ἤδη καὶ πάντα τὸν λαὸν πυρὸς τρόπον ἐπινέμεσθαι τῆς ἁμαρτίας τὸ κακὸν, καὶ ταῦτα οὔτε εἰδότα τὸ γεγονὸς, οὐδὲ συνεγνωκότα τῷ ἁμαρτήσαντι, εἰ μὴ ταχέως ἐκ τῆς πτώσεως τῶν ἀναιρεθέντων ἀνδρῶν συνετρίβη μὲν ὁ λαὸς αἰσθόμενος τῆς ὀργῆς τοῦ Θεοῦ· ἔπεσε δὲ ἅμα τοῖς πρεσβυτέροις καταπασσάμενος χοῦν Ἰησοῦς ὁ τοῦ Ναυῆ, καὶ οὕτω διὰ κλήρου φωραθεὶς ὁ ἔνοχος τὴν εἰρημένην ἔδωκε δίκην.

5. Ἀλλ' ἴσως ἐρεῖ τις ὑποπτεύεσθαι μὲν τούτους εἰκότως καὶ ἐπ' ἄλλοις ἁμαρτήμασιν, ἀφ' ὧν καὶ ἐν τούτοις ἑάλωσαν· μόνων δὲ τούτων, ὡς χαλεπωτέρων καὶ θανάτου ἀξίων, ἐπιμνησθῆναι τὴν ἁγίαν Γραφήν. Ἀλλ' εἰ καὶ λίαν εἴη ὁ τοιοῦτος τολμηρὸς προστιθέναί τι καὶ ὑφαιρεῖν, μὴ καὶ Μαρίας ἄρα τῆς ἀδελφῆς Μωϋσέως κατηγορήσει (67) πλῆθος ἁμαρτημάτων, ἧς τὴν ἀρετὴν οὐδένα τῶν πιστῶν οἶμαι διαλανθάνειν; Αὕτη κατὰ Μωϋσέως ἐπειδὴ

sint [41]. Cum ita demum ex his, et ex **217** pluribus, quæ silentio prætermisi, mihi clare et evidenter persuasissem concordiam in tota simul Ecclesia Dei necessariam esse, juxta Christi voluntatem, in sancto Spiritu, contraque, contumaciam quæ in Deum est, maxime si mutuo dissidio conjungatur, periculosam esse et perniciosam (*Qui enim*, inquit, *contumax est in Filium, non videbit vitam, sed ira Dei manebit super ipsum* [42]), illud consequens esse duxi, ut tandem expenderem quænam peccata veniam apud Deum obtinere possint, et ob quæ et ob qualia delicta fiat quis contumaciæ judicio obnoxius. Relectis igitur Scripturis divinis, reperio in Veteri ac Novo Testamento, neque in multitudine neque in magnitudine peccatorum, sed in una tantummodo cujuscunque tandem præcepti violatione, contumaciam adversus Deum clare judicari, communemque sententiam a Deo ferri in omnem inobedientiam. Atque in Veteri quidem lego horrendum illum ipsius Achar exitum [43], aut ejus qui Sabbato ligna collegerat historiam [44] : quorum neuter unquam alias deprehenditur in Deum peccasse, aut homini ulli ulla in re sive magna sive parva injuriam fecisse. Sed tamen alter quidem ob solam ac primam lignorum collectionem inevitabiles pœnas luit, ne pœnitentiæ quidem invento loco, quandoquidem Dei jussu confestim a cuncto populo lapidibus obruitur : alter vero, quod solum sustulisset aliquid ex donariis et muneribus, iisque nondum in synagogam exportatis, necdum ab iis qui ad talia recipienda destinabantur, assumptis, non sibi modo, sed uxori etiam et liberis exitii atque perniciei auctor fuit, prætereaque et ipsi tabernaculo una cum suis omnibus. Jamque peccati vindicta ignis in modum populum omnem populatura erat, idque cum neque rem nosset, neque peccanti conscius esset, nisi statim populus, qui divinam iram senserat, fuisset contritus ob interfectorum virorum cladem, et nisi Jesus Nave filius pulvere conspersus procidisset una cum senioribus, sicque reus per sortem deprehensus, eas quas dixi pœnas dedisset.

5. At fortasse dicet quispiam, de his quidem existimari merito posse, ipsos aliis etiam sceleribus fuisse obstrictos, ob quæ et in illis deprehensi sint : sed tamen sacram Scripturam de his solis tanquam gravioribus morteque dignis mentionem fecisse. Sed præterquam quod valde audax est et temerarius quisquis sacris Scripturis adjicit aliquid aut demit, nunquid, quæso, et Mariam Moysis sororem, cujus virtutem nemini fidelium incognitam esse

[41] Joan. xvii, 20. [42] Joan. iii, 36. [43] Jos. vii, 19-24. [44] Num. xv, 32 sqq.

(63) Sic mss. et editi. At textus sacer πιστευσόντων, *qui crediturі sunt*. Nec ita multo infra Reg. tertius et editio Ven. in margine καὶ ὁλέθριον.

(64) Antiqui duo libri τοίνυν ἀναλαμβάνων. Hoc videtur dicere Basilius : Necesse non esse peccata aut multa aut magna patrari, ut quis dicatur inobsequens : sed satis esse, si vel unum præceptum violetur.

(65) Editio Paris. ἐκεῖνο τὸ Ἄχαρ. Libri veteres ἐκεῖνο τοῦ.

(66) Reg. primus et tertius οὕπω οὐδέ εἰσιν.

(67) Reg. primus Μωσέως κατηγορήσῃ.

Digitized by Google

arbitror, de multitudine peccatorum accusabit? Hæc cum solum aliquid contra Moysem improbando dixisset, idque ipsum vere (*Uxorem* enim, inquit, *Æthiopissam sibi adjunxit* [46]), tantam experta est Dei indignationem, ut ne ipso quidem Moyse precante peccati pœna sibi remitteretur. Cum video ipsum Moysen, **218** Dei famulum, magnum illum virum, tot ac tantis honoribus a Deo insignitum, et sæpe ipsius testimonio ita comprobatum, ut audierit : *Novi te præ omnibus, et invenisti gratiam coram me* [46] : cum igitur hunc video in contradictionis aqua ob nullam aliam rem, nisi quod tantummodo populo ob aquæ penuriam murmuranti dixerat : *Num ex hac petra educemus vobis aquam* [47] ? hac sola de causa eam comminationem statim sibi ascivisse, fore ut non ingrederetur in terram promissionis, quæ omnium, quæ Judæis promissa fuerant, tunc summa erat : cum video hunc rogantem, et veniam non obtinentem : cum video pauca illa verba in causa fuisse, cur tot ac tanta recte facta veniam non meruerint, ut plane, juxta Apostolum, severitatem Dei [48] cerno, ita persuadeo mihi plane verum esse illud : *Si justus vix salvus efficitur, impius et peccator ubi parebit* [49] ? Et quid hæc commemoro? Cum horrendam illam Dei sententiam audio, quæ in eum etiam qui ex ignorantia præceptum unum violat, pronuntiata est, non habeo quomodo pro merito illius magnitudinem extimescam. Scriptum est enim : *Et anima si peccaverit et fecerit unum ex omnibus præceptis Domini, quæ non oportet fieri, et non agnoverit, et deliquerit, et acceperit peccatum, afferet arietem immaculatum de ovibus pretio argenti ob delictum ad sacerdotem. Et exorabit pro eo sacerdos propter ejus ignorantiam, quam ignoravit, et ipse non scivit, et remittetur illi. Deliquit enim delictum coram Domino* [50]. Quod si adversus delicta quæ ex ignorantia committuntur, judicium profertur tam severum, ad eaque expianda necessarium est sacrificium, quod et justus Job pro filiis obtulisse se testatur [51], ecquid dixerit quis de iis qui scientes delinquunt, aut de his qui, dum illi peccant, silentium agunt? Et ne indignationem, quæ contra istiusmodi homines commovetur, ex solis conjecturis verisimilibus colligere videamur, rursus divinæ Scripturæ necesse est meminisse, cum vel unius historiæ narratione talium judicium ob oculos ponere possit. *Et filii*, inquit, *Heli sacerdotis, filii pestilentes* [52]. Cum autem tales essent, propterea quod pater in hos vehementius non inveheretur, tanta ira Dei lenitatem incendit, ut, alienigenis irruptionem facientibus, illi ipsi ejus filii una die

εἰπέ τι μονον ἐν καταγνώσεως μέρει, καὶ τοῦτο ἀληθὲς (*Γυναῖκα* γὰρ, φησὶν, *Αἰθιόπισσαν ἔλαβεν ἑαυτῷ*), τοσαύτης ἐπειράθη τῆς ἀγαναχτήσεως τοῦ Θεοῦ, ὡς μηδὲ αὐτοῦ Μωϋσέως ἱκετεύοντος συγχωρηθῆναι αὐτῇ τῆς ἁμαρτίας τὸ ἐπιτίμιον. Αὐτὸν τοίνυν (68) ὅταν ἴδω Μωϋσέα, τὸν τοῦ Θεοῦ θεράποντα, τὸν μέγαν ἐκεῖνον, τὸν τοσαύτης μὲν καὶ τηλικαύτης ἀξιωθέντα τιμῆς παρὰ Θεοῦ, οὕτω δὲ πολλάκις ὑπ' αὐτοῦ μαρτυρηθέντα, ὡς ἀκοῦσαι· *Οἶδά σε παρὰ πάντας, καὶ εὕρηκας χάριν ἐνώπιόν μου* · τοῦτον ὅταν ἴδω ἐπὶ τοῦ ὕδατος τῆς ἀντιλογίας οὐδενὸς ἕνεκεν ἑτέρου, ἢ ἵνα μόνον εἴπῃ τῷ λαῷ γογγύζοντι διὰ ἀπορίαν ὕδατος, *Μὴ ἐκ ταύτης τῆς πέτρας ἐξάξομεν* (69) *ὑμῖν ὕδωρ;* τούτου μόνου ἕνεκεν εὐθὺς ἀπειλὴν δεχόμενον, εἰς τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας οὐκ εἰσελεύσεσθαι, ἥτις ἦν τότε τῶν πρὸς Ἰουδαίους ἐπαγγελιῶν τὸ κεφάλαιον· ὅταν ἴδω τοῦτον παρακαλοῦντα, καὶ μὴ συγχωρούμενον· ὅταν ἴδω μηδεμιᾶς συγγνώμης διὰ τὰ τοσαῦτα κατορθώματα ἐπὶ τῷ βραχεῖ ἐκείνῳ ῥήματι καταξιούμενον, ὄντως μὲν ὁρῶ Θεοῦ ἀποτομίαν, κατὰ τὸν Ἀπόστολον, ὄντως δὲ ἐκεῖνο ἀληθὲς εἶναι πείθομαι τό· *Εἰ ὁ δίκαιος μόλις σώζεται, ὁ ἀσεβὴς καὶ ἁμαρτωλὸς ποῦ φανεῖται;* Καὶ τί ταῦτα λέγω, Ἐκείνης ὅταν ἀκούσω τῆς φοβερᾶς τοῦ Θεοῦ ἀποφάσεως, ἣν καὶ κατὰ (70) τοῦ μίαν ἐντολὴν ἐπ' ἀγνοίᾳ παραβεβηκότος ἀποφαίνεται, οὐκ ἔχω πῶς ἐπαξίως φοβηθῶ τῆς ὀργῆς τὸ μέγεθος. Γέγραπται γάρ· *Καὶ ψυχὴ ἐὰν ἁμάρτῃ, καὶ ποιήσῃ μίαν ἀπὸ πασῶν τῶν ἐντολῶν Κυρίου, ὧν οὐ δεῖ ποιεῖν, καὶ οὐκ ἔγνω, καὶ πλημμελήσῃ, καὶ λάβῃ τὴν ἁμαρτίαν, οἴσει* (71) *κριὸν ἄμωμον ἐκ τῶν προβάτων, τιμῆς ἀργυρίου, εἰς πλημμέλειαν πρὸς τὸν ἱερέα. Καὶ ἐξιλάσεται περὶ αὐτοῦ ὁ ἱερεὺς, περὶ τῆς ἀγνοίας αὐτοῦ, ἧς ἠγνόησε, καὶ αὐτὸς οὐκ ᾔδει, καὶ ἀφεθήσεται αὐτῷ. Ἐπλημμέλησε γὰρ πλημμέλειαν ἔναντι Κυρίου.* Εἰ δὲ ἐπὶ τῶν κατὰ ἄγνοιαν οὕτως ἀπαραίτητον τὸ κρῖμα, καὶ ὑπὲρ τῆς καθάρσεως ἡ θυσία ἀναγκαία, ἣν καὶ ὁ δίκαιος Ἰὼβ μαρτυρεῖται προσφέρειν ὑπὲρ τῶν υἱῶν, τί ἂν τις εἴποι περὶ τῶν ἐν γνώσει ἁμαρτανόντων, ἢ τῶν τούτοις ἐφησυχαζόντων; Καὶ ἵνα μὴ δόξωμεν στοχασμοῖς αὐτὸ μόνον εἰκόσιν ἀναλογίζεσθαι τὴν κατὰ τούτων ἀγανάκτησιν, αὐτῆς πάλιν ἀναγκαῖον μνημονεῦσαι τῆς θεοπνεύστου Γραφῆς, ἀρκούσης ἐπὶ τοῦ παρόντος καὶ διὰ μιᾶς ἱστορίας παραστῆσαι τὸ κρῖμα τῶν τοιούτων. *Καὶ υἱοὶ*, φησὶν, *Ἠλεὶ τοῦ ἱερέως, υἱοὶ λοιμοί.* Τούτοις δὲ τοιούτοις οὖσιν, ὅτι μὴ ἐπεξῆλθε σφοδρότερον ὁ πατὴρ, τοιαύτην ἐκίνησεν ὀργὴν τῇ μακροθυμίᾳ τοῦ Θεοῦ, ὥστε, ἐπαναστάντων τῶν ἀλλοφύλων, τοὺς μὲν υἱοὺς αὐτοῦ ἐκείνοις ἀναιρεθῆναι κατὰ τὸν πόλεμον ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ, ἡττηθῆναι δὲ

[46] Num. xii, 1. [47] Exod. xxxiii, 12. [47] Num. xx, 10. [48] Rom. xi, 22. [49] I Petr. iv, 18. [50] Levit. v, 17-19. [51] Job i, 5. [52] I Reg. ii, 12.

(68) Idem codex ἐπιτίμιον. Αὐτὸν δὲ τοῦτον· sed vocula δέ manu recentiori adjecta est. Reg. tertius αὐτὸν τοῦτον.

(69) Reg. primus πέτρας ἐξάξω, *educam*.

(70) Uterque Combef. ἣν κατά.

(71) Reg. tertius καὶ οἴσει, et ita quoque legitur apud LXX. Reg. primus καὶ οἴσῃ. Nec ita multo post Regii primus et tertius γὰρ πλημμελήσει ἔναντι. Editio Paris. et Reg. secundus πλημμέλειαν. Apud LXX πλημμελείᾳ.

Digitized by Google

συμπαντα τὸν λαὸν, καὶ τούτων πεσεῖν ἱκανοὺς, γενέσθαι δὲ καὶ περὶ τὴν κιβωτὸν τῆς ἁγίας τοῦ Θεοῦ διαθήκης, ἃ μήτε ἠκούσθη ποτὲ πρότερον, ὥστε, ἧς οὔτε Ἰσραηλίταις, οὔτε μὴν αὐτοῖς ἱερεῦσιν ἅπασιν, οὐδὲ πάντοτε ἅπτεσθαι θεμιτὸν ἦν, οὐδὲ τόπος (72) αὐτὴν ὁ τυχὼν ὑπεδέχετο, ταύτην ὑπὸ χειρῶν ἀσεβῶν ἄλλοτε ἀλλαχόθεν μετακομίζεσθαι, καὶ ἀντὶ τῶν ἁγίων, εἰδώλων ναοῖς ἐναποτίθεσθαι. Ἐφ' οἷς πόσον τινὰ συνέβαινεν εἶναι, καὶ κατ' αὐτοῦ τοῦ ὀνόματος τοῦ Θεοῦ, γέλωτα καὶ χλεύην παρὰ τοῖς ἀλλοφύλοις, στοχάζεσθαι πάρεστιν. Ἐπὶ τούτοις καὶ αὐτὸς ὁ Ἠλεὶ τέλει χρησάμενος οἰκτροτάτῳ ἀναγέγραπται· δεξάμενος ἀπειλὴν τοῦ καὶ τὸ σπέρμα αὐτοῦ ἀποκινηθήσεσθαι τοῦ ἱερατικοῦ ἀξιώματος· ὅπερ καὶ γέγονε.

A in bello interficerentur, superaretturque universus populus, non paucis ex eo cadentibus, imo etiam, circa arcam sancti fœderis Dei fierent, quæ ne audita quidem unquam antea fuerant : sic ut arca quam neque Israelitis, neque ipsis sacerdotibus omnibus, neque quovis tempore contingere licebat, quæque non in quovis loco asservabatur, alio aliunde exportata sit ab impiis manibus, et sedis sanctæ loco in simulacrorum delubris collocata fuerit. Ex quibus conjectare fas est, quanto risui ludibrioque ipsum etiam Dei nomen alienigenæ illi habuerint. Adhæc litteris proditum est et ipsum Heli miserrimo exitu vitam finisse, postquam hanc comminationem audivisset, fore ut semen ipsius e sacerdotali dignitate submoveretur : quod B et contigit.

6. Τοσαῦτα συμβέβηκε τῷ λαῷ. Τοιαῦτα πέπονθεν ὁ πατὴρ διὰ τὴν τῶν υἱῶν παρανομίαν, ὃς καίπερ τοῦ μὲν ἰδίου βίου ἕνεκεν (73) οὐδὲν ἠτιάθη ποτέ· καὶ αὐτοῖς δὲ ἐκείνοις οὐχ ὑπέμεινεν ἐφησυχάσαι, ἀλλὰ πολλὰ μὲν παρῄνει περὶ τοῦ μηκέτι τοῖς ὁμοίοις ἐπιμένειν· *Μὴ, τέκνα*, λέγων, *μὴ· οὐκ ἀγαθαί αἱ ἀκοαί, ἃς ἐγὼ ἀκούω περὶ ὑμῶν*· σφοδρότερον δὲ κατασκευάζων τῆς ἁμαρτίας τὸ μέγεθος, φοβερώτερον αὐτοῖς παρίστη (74) τὸν κίνδυνον· *Ἐὰν γὰρ ἁμαρτάνων ἁμάρτῃ ἄνθρωπος*, φησὶν, *εἰς ἄνθρωπον, προσεύξονται* (75) *περὶ αὐτοῦ πρὸς Κύριον. Ἐὰν δὲ εἰς Θεὸν ἁμάρτῃ, τίς προσεύξεται περὶ αὐτοῦ;* Ὅμως, ἐπειδήτερ, ὡς εἶπον, οὐχὶ τὸν πρέποντα ζῆλον κατ' αὐτῶν ἐπεδείξατο, γέγονε τὰ εἰρημένα. Τοιαῦτα μὲν οὖν πλεῖστα ὅσα κατὰ τὴν Παλαιὰν Διαθήκην εὑρίσκω τὰ κατὰ πάσης παρακοῆς κρίματα· αὖθις δὲ ὅταν ἐπὶ τὴν Καινὴν ἔλθω, τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ οὐκ ἀπολύσαντος μὲν τῆς τιμωρίας οὔτε τὰ κατὰ ἄγνοιαν, σφοδρότερον δὲ κατὰ τῶν ἐν γνώσει τὴν ἀπειλὴν ἐπιτείναντος, δι' ὧν φησιν· *Ἐκεῖνος δὲ ὁ δοῦλος, ὁ γνοὺς τὸ θέλημα τοῦ κυρίου ἑαυτοῦ* (76), *καὶ μὴ ἑτοιμάσας ἑαυτὸν, μηδὲ ποιήσας πρὸς τὸ θέλημα αὐτοῦ, δαρήσεται πολλάς· ὁ δὲ μὴ γνοὺς, ποιήσας δὲ ἄξια πληγῶν, δαρήσεται ὀλίγας*· ὅταν εὔρω αὐτοῦ τοῦ μονογενοῦς Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ τὰς τοιαύτας ἀποφάσεις, καὶ τῶν ἁγίων ἀποστόλων τὴν κατὰ τῶν ἁμαρτανόντων ἀγανάκτησιν· τὰ τοιαῦτα καὶ τηλικαῦτα πάθη, τῶν καὶ ἐν ὀτιοῦν ἡμαρτηκότων, οὐχ ἧττονα τῶν ἐκ τῆς Παλαιᾶς εἰρημένων, μᾶλλον δὲ καὶ πλείονα, καταμανθάνω τοῦ κρίματος τὴν σφοδρότητα. Ἐπεὶ καὶ *Ὧ παρέθεντο πολὺ, περισσότερον ἀπαιτήσουσιν αὐτόν*. Ἰδοὺ τοίνυν καὶ ὁ μακάριος Παῦλος ὑποδεικνὺς ὁμοῦ τῆς τε κλήσεως τὸ ἀξίωμα καὶ τὴν

6. Tot et tanta acciderunt populo. Talia pertulit **219** pater ob filiorum iniquitatem, qui tamen ob suos ipsius mores nullo unquam crimine accusatus est. Imo etiam neque illorum flagitia tacitus sustinuit : sed multum admonuerat, ut ne amplius in ejusmodi peccatis perseverarent. Aiebat enim : *Absit, filii : non sunt boni rumores quos audio de vobis* [83]. Atque etiam magnitudinem sceleris exaggerans, periculum formidabilius ipsis ob oculos ponebat. *Si enim*, inquit, *peccans peccaverit homo in hominem, orabunt pro eo ad Dominum. Si vero in Deum peccaverit, quis orabit pro ipso* [84]? Quoniam tamen, ut dixi, id, quod par erat, animi studium in ipsos non ostendit, evenerunt quæ memoravimus. Ejus quidem generis judicia plurima in Veteri Testamento adversus omnem inobedientiam C reperio; cum vero rursus ad Novum devenio, in quo Dominus noster Jesus Christus ne delicta quidem per ignorantiam admissa a pœna exsolvit, sed ita tamen, ut adversus ea quæ scienter patrata sunt, minas majores intendat, his verbis : *Ille autem servus, qui cognovit voluntatem domini sui, et non præparavit seipsum, neque fecit secundum voluntatem ejus, vapulabit multis : qui autem non cognovit, et fecit digna plagis, vapulabit paucis* [85]. Quoties igitur ejusmodi sententias ipsius unigeniti Dei Filii considero, et sanctorum apostolorum adversus peccantes indignationem contemplor; cumque eorum qui vel unum quodvis peccatum commisere, calamitates considero, easque D tales ac tantas, et quæ minores non sunt quam illæ quas ex Veteri retuli, imo potius majores, tum judicii severitatem intelligo. Nam *cui commendarant multum, plus petent ab eo* [86]. Ecce igitur

[83] I Reg. II, 24. [84] ibid. 25. [85] Luc. XII, 47, 48. [86] ibid. 48.

(72) Editio Paris. οὐδὲ ὁ τόπος. Antiqui tres libri οὐδὲ τόπος. Haud longe editio Paris. ὑπεδέχετο, καὶ ἐγένετο ταύτην. Editio Ven. et nostri tres mss. ὑπεδέχετο ταύτην, recte. Illud enim, καὶ ἐγένετο, prorsus πλεονάζειν nemo non videt. Statim Reg. primus ναοῖς ἀποτίθεσθαι.

(73) Utraque editio et Reg. secundus ὃς καὶ ὑπὲρ μὲν τοῦ ἰδίου βίου ἕνεκεν· in quibus quin vitium insit dubitari non potest. Constat enim aut ὑπέρ aut ἕνεκεν redundare. Unus codex ut in contextu.

(74) Utraque editio et Reg. secundus παρίστη. Reg. primus παρίστησι. Reg. tertius παρέστησε.

(75) Regii primus et tertius καὶ προσεύξονται. Statim Regii primus et secundus καὶ τίς.

(76) Antiqui duo libri κυρίου αὐτοῦ.

Digitized by Google

et jam beatus Paulus et vocationis dignitatem et suam in omne peccatum indignationem ostendens simul, qualia dicit : *Nam arma militiæ nostræ non carnalia sunt, sed potentia Deo ad destructionem munitionum, consilia destruentes, et omnem altitudinem extollentem se adversus scientiam Dei, et in captivitatem redigentes omnem intellectum in obsequium Christi :* non autem id solum, sed *et in promptu habentes ulcisci omnem inobedientiam* [57]. Ubi si quis singula quæ dicta fuere, expendat diligentius, mentem divinæ Scripturæ accuratius nosse poterit, eam videlicet nequaquam permisisse, ut cujusque nostrum anima falsarum quarumdam opinionum erroribus huc illuc errans in peccati lubricum laberetur, quod aliqua quidem peccata puniri, aliqua vero impunita relinqui existimaret. Sed quid dicit ? *Consilia destruentes, et omnem altitudinem extollentem se adversus scientiam Dei*, quasi omne peccatum ob divini præcepti contemptum altitudo appelletur extollens se adversus scientiam Dei : quod et in Numerorum libro clarius declaratur. Cum enim, peccatis quæ voluntaria non sunt enumeratis, sacrificiisque ad hæc expianda constitutis, jam et **220** de voluntariis idoneas leges populo sancire Deus vellet, sic incipit : *Et anima quæ faciet in manu superbiæ* [58] (audaciam eorum qui voluntarie peccant, manum vocans superbiæ : quod Apostolus [59] *altitudinem* appellat *extollentem se adversus scientiam Dei*), *anima igitur*, inquit, *quæ faciet in manu superbiæ : sive indigena, sive advena fuerit ille, hic Deum exasperabit, et exterminabitur anima illa e medio populi sui. Quoniam verbum Domini contempsit, et mandata ipsius dissipavit : extritione exteretur anima illa : peccatum ipsius in ipsa* [60].

7. Hic illud observandum, quod, nisi extritione extrita fuerit anima illa, peccatum ejus non in ea solum manet, sed ad eos etiam qui bonam æmulationem non ostenderunt, permanat : sicut scriptum est multis locis, sæpeque factitatum. Et ut ex minoribus metuere in majoribus discamus, quali indignatione in Deuteronomio moveatur adversus eos qui sacerdotis vel judicis dicto audientes non fuerint, consideremus. Ait igitur : *Et homo, qui fecerit in superbia, ita ut non obediat sacerdoti assistenti ad ministrandum in nomine Domini Dei tui, vel judici, quicunque fuerit in diebus illis, et morietur homo ille, et auferes malum ex Israel. Et omnis populus qui audierit, timebit, et impie non agent ultra* [61]. Ad quæ respicere par est, quo quis,

κατὰ παντὸς ἁμαρτήματος ἀγανάκτησιν, οἷά φησι· *Τὰ γὰρ ὅπλα τῆς στρατείας ἡμῶν οὐ σαρκικὰ, ἀλλὰ δυνατὰ τῷ Θεῷ πρὸς καθαίρεσιν ὀχυρωμάτων, λογισμοὺς καθαιροῦντες, καὶ πᾶν ὕψωμα ἐπαιρόμενον κατὰ τῆς γνώσεως τοῦ Θεοῦ, καὶ αἰχμαλωτίζοντες πᾶν νόημα εἰς τὴν ὑπακοὴν τοῦ Χριστοῦ·* οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ *Καὶ ἐν ἑτοίμῳ ἔχοντες ἐκδικῆσαι πᾶσαν παρακοήν.* Ἔνθα καὶ ἐξετάσαντα τῶν εἰρημένων ἕκαστον (77) ἐπιμελέστερον, ἔνεστι γνῶναι τὸ βούλημα τῆς θείας Γραφῆς ἀκριβέστερον, ὡς οὐκ ἀφῆκεν ἡμᾶς ἠπατημέναις τισὶ δόξαις πλάζεσθαι τὴν ἑκάστου ψυχὴν εἰς ἁμαρτίας ὅλισθον, οἰομένην τινὰ μὲν τῶν ἁμαρτημάτων ἐκδικεῖσθαι, τινὰ δὲ ἀφίεσθαι ἀνεκδίκητα. Ἀλλὰ τί φησι; *Λογισμοὺς καθαιροῦντες, καὶ πᾶν ὕψωμα ἐπαιρόμενον κατὰ τῆς γνώσεως τοῦ Θεοῦ*, ὡς πᾶν ἁμάρτημα, διὰ τὴν ἐπὶ τῷ θείῳ προστάγματι καταφρόνησιν, ὕψωμα ἐπαιρόμενον κατὰ τῆς γνώσεως τοῦ Θεοῦ λέγεσθαι, ὅπερ καὶ ἐν τῇ βίβλῳ τῶν Ἀριθμῶν δηλοῦται τρανότερον. Ἐπειδὴ γὰρ, τὰ ἀκούσια τῶν ἁμαρτημάτων ἀπαριθμησάμενος, καὶ τὰς ἐπ' αὐτοῖς θυσίας διαταξάμενος ὁ Θεὸς, ἔμελλεν ἤδη καὶ περὶ τῶν ἑκουσίων νομοθετεῖν τῷ λαῷ τὰ προσήκοντα, οὕτως ἄρχεται· *Καὶ ψυχὴ ἥτις ποιήσει ἐν χειρὶ ὑπερηφανίας* (78) (χεῖρα ὑπερηφανίας καλῶν τὴν τόλμαν τῶν ἑκουσίως ἁμαρτανόντων, ὅπερ ὁ Ἀπόστολος *ὕψωμα ἐπαιρόμενον κατὰ τῆς γνώσεως τοῦ Θεοῦ* ὀνομάζει [79]), *ψυχὴ οὖν*, φησὶν, *ἥτις ποιήσει ἐν χειρὶ ὑπερηφανίας, ἢ ἀπὸ τῶν αὐτοχθόνων, ἢ ἀπὸ τῶν προσηλύτων, τὸν Θεὸν οὗτος παροξυνεῖ, καὶ ἐξολοθρευθήσεται ἡ ψυχὴ ἐκείνη ἐκ μέσου τοῦ λαοῦ αὐτῆς. Ὅτι τὸ ῥῆμα Κυρίου ἐφαύλισε, καὶ τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ διεσκέδασεν· ἐκτρίψει ἐκτριβήσεται ἡ ψυχὴ ἐκείνη· ἡ ἁμαρτία αὐτῆς ἐν αὐτῇ.*

7. Παρατηρητέον ἐνταῦθα ἐκεῖνο, ὅτι, ἐὰν μὴ ἐκτρίψει ἐκτριβῇ ἡ ψυχὴ ἐκείνη, ἡ ἁμαρτία αὐτῆς οὐκ ἐν αὐτῇ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τοὺς μὴ ἐπιδειξαμένους τὸν ἀγαθὸν ζῆλον, καθὼς πολλαχοῦ γέγραπται, καὶ πολλάκις γέγονε. Καὶ ἵνα ἐκ τῶν ἡττόνων παιδευθῶμεν τὸν ἐπὶ τοῖς μείζοσι φόβον, τὴν κατὰ ἱερέως ἢ κριτοῦ παρακουόντων ἀγανάκτησιν οἵαν ποιεῖται ἐν τῷ Δευτερονομίῳ καταμάθωμεν. Λέγει οὖν· *Καὶ ἄνθρωπος, ὃς ἐὰν ποιήσῃ ἐν ὑπερηφανίᾳ* (80) *τοῦ μὴ ὑπακοῦσαι τοῦ ἱερέως τοῦ παρεστηκότος λειτουργεῖν ἐπὶ τῷ ὀνόματι Κυρίου τοῦ Θεοῦ σου, ἢ τοῦ κριτοῦ, ὃς ἐὰν ᾖ ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις, καὶ ἀποθανεῖται ὁ ἄνθρωπος ἐκεῖνος, καὶ ἐξαρεῖς τὸν πονηρὸν ἐξ Ἰσραήλ. Καὶ πᾶς ὁ λαὸς ἀκούσας φοβηθήσεται, καὶ οὐκ ἀσεβήσου-*

[57] II Cor. x, 4-6. [58] Num. xv, 30. [59] II Cor. x, 5. [60] ibid. 30, 31. [61] Deut. xvii, 12, 13.

(77) Reg. tertius et editio Ven. in margine τῶν ῥημάτων ἕκαστον.

(78) Editi et Regii duo mss. in utroque loco χειρὶ ὑπερηφανίαν, *in manu superbiam*. Reg. tertius ἐν χειρὶ ὑπερηφανίας, *in manu superbiæ;* et ita videtur legisse Basilius. Mox Reg. tertius et editi Ven. in margine ἑκουσίως; παραβαινόντων, *voluntarie transgredientium*.

(79) Regii primus et secundus Θεοῦ λέγει. Haud longe editi ἢ ἀπό. Vocula ἢ in nostris mss. non invenitur. Subinde unus codex παροξύνει, *exasperat*.

(80) Antiqui duo libri et editi ἐν χειρὶ ὑπερηφανίαν, *in manu superbiam*. Reg. tertius ποιήσῃ ἐν ὑπερηφανίᾳ, *fecerit in superbia;* nec aliter legitur apud LXX.

Digitized by Google

σιν ἔτι. Πρὸς ἃ πῶς ἂν τις ἀξιολόγως κινούμενος φρικωδέστερον καταπλαγείη, συνορᾷν ἀκόλουθον. Εἶτα φησι· *Καὶ αἰχμαλωτίζοντες πᾶν νόημα εἰς τὴν ὑπακοὴν τοῦ Χριστοῦ· Πᾶν νόημα*, οὐχὶ τοῦτο, ἢ ἐκεῖνο. *Καὶ ἐν ἑτοίμῳ ἔχοντες ἐκδικῆσαι·* καὶ ἐνταῦθα πάλιν, οὐχὶ τήνδε, ἢ τινὰ, ἀλλὰ *Πᾶσαν παρακοήν*. Ἆρα γε ἠπάτησεν ἡμᾶς ἡ κακίστη συνήθεια· ἆρα κακῶν αἰτία ἡμῖν μεγάλων γέγονεν ἡ διεστραμμένη τῶν ἀνθρώπων παράδοσις, τὰ μὲν παραιτουμένη δῆθεν τῶν ἁμαρτημάτων, τὰ δὲ ἀδιαφόρως αἱρουμένη· καὶ κατὰ μέν τινων σφοδρῶς ἀγανακτεῖν προσποιουμένη, οἷον φόνου, καὶ μοιχείας, καὶ τῶν τοιούτων· τὰ δὲ οὐδὲ ψιλῆς γοῦν ἐπιτιμήσεως ἄξια κρίνουσα (81), οἷον ὀργὴν, ἢ λοιδορίαν, ἢ μέθην, ἢ πλεονεξίαν, καὶ ὅσα τοιαῦτα, καθ' ὧν ἁπάντων καὶ ἀλλαχοῦ ἔδωκε τὴν αὐτὴν ἀπόφασιν ὁ ἐν Χριστῷ λαλῶν Παῦλος, εἰπὼν ὅτι· *Οἱ τὰ τοιαῦτα πράσσοντες ἄξιοι θανάτου εἰσίν*. Ὅπου δὲ πᾶν ὕψωμα ἐπαιρόμενον κατὰ τῆς γνώσεως τοῦ Θεοῦ καθαιρεῖται, καὶ πᾶν νόημα εἰς τὴν ὑπακοὴν τοῦ Χριστοῦ αἰχμαλωτίζεται, καὶ πᾶσα παρακοὴ ἐπίσης ἐκδικεῖται (82), ἐκεῖ οὐδὲν ἀκαθαίρετον, οὐδὲν ἀνεκδίκητον ἀφίεται, οὐδὲν τῆς τοῦ Χριστοῦ ὑπακοῆς ἐκτὸς ἀπολείπεται. Κοινὸν γὰρ καὶ μέγιστον ἀσέβημα κατὰ πάσης παρακοῆς ἔδειξεν ὁ ἀπόστολος Παῦλος, ἐκεῖνο εἰπών· *Ὃς ἐν νόμῳ καυχᾶσαι, διὰ τῆς παραβάσεως τοῦ νόμου τὸν Θεὸν ἀτιμάζεις*. Ἀλλ' ἆρα μὴ ταῦτα λόγοι μόνον, καὶ οὐ πράγματα; Ἴδοὺ τοίνυν· ἐν Κορίνθῳ ὁ τὴν γυναῖκα τοῦ πατρὸς ἔχων, οὐδὲν ἕτερον ἐγκληθεὶς εἰ μὴ τοῦτο μόνον, οὐ μόνον αὐτὸς παραδίδοται τῷ Σατανᾷ εἰς ὄλεθρον τῆς σαρκὸς, ἄχρις ἂν τοῖς ἀξίοις τῆς μετανοίας καρποῖς διορθώσηται τὸ πλημμέλημα, πᾶσαν δὲ ὁμοῦ τὴν Ἐκκλησίαν (83), ἐπεὶ μὴ ἐπεξῆλθε τῷ ἁμαρτήματι, ἐκείνοις περιβάλλει τοῖς ἐγκλήμασιν· *Τί θέλετε; Ἐν ῥάβδῳ ἔλθω πρὸς ὑμᾶς;* καὶ μετ' ὀλίγα· *Καὶ ὑμεῖς πεφυσιωμένοι ἐστὲ, καὶ οὐχὶ μᾶλλον ἐπενθήσατε, ἵνα ἐξαρθῇ ἐκ μέσου ὑμῶν ὁ τὸ ἔργον τοῦτο πράξας*. Τί δὲ ἆρα Ἀνανίας, ὁ ἐν ταῖς Πράξεσι; Τί ἄλλο κακὸν πεποιηκὼς εὑρίσκεται ἢ ἐκεῖνο αὐτό; Ποῦ τοίνυν τοσαύτης (84) ὀργῆς ἄξιον φαίνεται; Ἴδιον κτῆμα πωλήσας, ἤνεγκε τὰ χρήματα, καὶ ἔθηκε παρὰ τοὺς πόδας τῶν ἀποστόλων· νοσφισάμενος ἀπὸ τῆς τιμῆς, ἐπὶ τούτῳ παρ' αὐτὴν τὴν ὥραν (85) ἅμα τῇ γυναικὶ θάνατον καταδικάζεται, οὐδὲ τοὺς περὶ τῆς μετανοίας λόγους ἐπὶ τῷ ἁμαρτήματι μαθεῖν καταξιωθείς, οὐ τοῦ κατανυγῆναι γοῦν ἐπὶ τούτῳ καιρὸν εὑρών, οὐ τοῦ μετανοῆσαι προθεσμίαν λαβών. Ὁ δὲ τοῦ τοιούτου καὶ τηλικούτου κρίματος ὑπηρέτης, ὁ τῆς τοσαύτης τοῦ

A pro rei dignitate commotus, horrore majori corripiatur. Deinde dicit: *Et in captivitatem redigentes omnem intellectum in obsequium Christi* [62]; *Omnem intellectum*, non hunc, aut illum. *Et in promptu habentes ulcisci* [63]; et hic rursus non hanc, aut illam, sed *Omnem inobedientiam* [64]. Profecto decepit nos pessima consuetudo: profecto magnorum malorum nobis causa exstitit perversa hominum traditio, quæ videlicet, vitatis aliquibus peccatis, alia indifferenter admiserit, quæque dum se in aliqua quidem vehementer indignari simulat, velut in homicidium, adulteriumque, et in alia generis ejusdem, aliqua vero ne simplici quidem objurgatione digna judicat, velut iram, aut convicium, aut temulentiam, aut avaritiam, et si qua sunt his simili, adversus quæ omnia etiam alibi Paulus in Christo loquens eamdem sententiam protulit, cum dixit: *Qui talia agunt, digni sunt morte* [65]. Ubi vero omnis altitudo, quæ se adversus Dei scientiam extollit, destruitur, omnisque intellectus captivus ducitur ad obediendum Christo, et omnis inobedientia æqualiter punitur, ibi nihil superest non destructum, nihil remittitur non punitum, nihil a Christi obedientia exclusum relinquitur. Communem enim et maximam impietatem in omnia inobedientia sitam esse apostolus Paulus declaravit, his verbis: *Qui in lege gloriaris, per prævaricationem legis Deum inhonoras* [66]. Sed nunquid verba hæc sunt solum sine re? Ecce igitur qui in Corintho uxorem patris habebat, qui cum, hoc uno excepto, nullius alterius flagitii insimularetur, tamen non solum ipse traditur Satanæ ad carnis interitum, donec dignis pœnitentiæ fructibus emendasset peccatum, sed universam **221** simul Ecclesiam, quod id scelus ulta non esset, consciam ejusdem criminis effecit [67]. *Quid vultis? In virga veniam ad vos* [68]? Et paulo post: *Et vos inflati estis, et non magis luctum habuistis, ut tollatur de medio vestrum qui hoc opus fecit* [69]. Quid vero Ananias ille, cujus mentio est in Actis [70]? Quodnam aliud malum perpetrasse invenitur, præter illud ipsum? Ubi igitur apparet, ipsum ira tanta dignum fuisse? Divenditis suis facultatibus, attulit pecunias, easque ante apostolorum pedes deposuit: sed tamen, quod aliquam pretii partem seposuisset, propterea eadem hora una cum uxore morte plectitur, ne dignus quidem habitus qui de agenda ob admissum peccatum pœnitentia quidquam audiret, non qui saltem obtineret tempus, quo ob scelus compungi

[62] II Cor. x, 5. [63] ibid. 6. [64] ibid. [65] Rom. I, 32. [66] Rom. II, 2. [67] I Cor. v, 1-5. [68] I Cor. IV, 21. [69] I Cor. v, 21. [70] Act. v, 1-11.

(81) Reg. tertius et editio Ven. in margine ἄξια τιθεῖσα, sensu non dissimili.

(82) Quod ait Basilius, inobedientiam omnem ex æquo plecti, non ita intelligendum est, ut idem plane supplicium de omni inobedientia sumatur: sed sic, ut inobedientia omnis, nulla excepta, plectatur; etiamsi alia, peccati habita ratione, aut gravius multetur, aut levius.

(83) Editio Paris. ἀλλὰ καὶ πᾶσα ὁμοῦ ἡ Ἐκκλησία, corrupte. Editio Ven. et nostri tres mss. ita ut edendum curavimus.

(84) Reg. primus ποῦ νῦν τοσαύτης. Reg. secundus ὅπου.

(85) Sic mss. nostri. Editio Paris. καὶ ἐπὶ τούτῳ παρ' αὐτὴν ὥραν.

Digitized by Google

posset, non qui præfinitum spatium acciperet ad agendam pœnitentiam. Porro talis ac tanti judicii exactor, tantæque Dei in peccantem iræ minister beatus ille Petrus, omnibus discipulis prælatus, cui soli majora data quam aliis sunt testimonia, qui prædicatus est beatus, cui claves regni cœlorum concreditæ sunt, cum audit a Domino : *Si non lavero te, non habes partem mecum* [71], quale cor, quæso, et quantumvis lapideum ad metum timoremque judiciorum Dei non inducet? præsertim cum nullius flagitii, nulliusve contemptus significationem ullam dedisset, imo potius egregio honore Dominum affecisset suum; eumdemque esset reveritus ita, ut servum ac discipulum decebat. Cum enim vidisset suum et universorum Deum ac Dominum, et regem, et herum, et magistrum, et Servatorem, simulque omnia, in ministri habitu linteo cinctum, et pedes ipsius lavare volentem, mox indignitatis suæ quasi conscius, et ob accedentis dignitatem attonitus, exclamavit : *Domine, tu mihi lavas pedes* [72]? Et iterum : *Non lavabis mihi pedes in æternum* [73]. Hac de causa tantæ ei intenduntur minæ, ut, nisi rursus cognita verborum Domini veritate, contradictionem hanc per obedientiam correxisset, non ejus recte facta præterita, non virtutes quibus præditus erat, non Domini testimonia beatum eum ac fortunatum prædicantia, non dona, non promissa, neque ipsa revelatio ejus benevolentiæ talis ac tantæ, quam in unigenitum Filium Deus et Pater habebat, hanc inobedientiam contumaciamque sanare potuisset.

8. Sed si omnia recensere volo quæ in Veteri ac Novo Testamento nanciscor, fortasse narrantem me tempus deficiet. Jam vero cum et ad ipsas Domini nostri Jesu Christi, quæ in Evangelio sunt, voces devenio, et ipsius illius qui judicaturus est vivos et mortuos, verba attendo, quibus major auctoritas tribuitur a fidelibus, quam cuivis historiæ, aut alii cuivis argumento, magnam quidem in eis, ut ita dicam, necessitatem intueor Deo in omnibus obediendi : sed nullam omnino, quod ad præcepta attinet, veniam **222** relinqui reperio non pœnitentibus ad inobedientiam expiandam, nisi si quid aliud contra tam apertas clarasque et absolutas sententias audendum sit, aut vel ipsa etiam cogitatione comminiscendum. *Cœlum*, inquit, *et terra transibunt*,

[71] Joan. XIII, 8. [72] ibid. 6. [73] ibid. 8.

Θεοῦ ὀργῆς ἐπὶ τὸν ἡμαρτηκότα διάκονος, ὁ μακάριος Πέτρος, ὁ πάντων μὲν τῶν μαθητῶν προκριθείς, μόνος δὲ πλεῖον τῶν ἄλλων μαρτυρηθεὶς καὶ μακαρισθείς, ὁ τὰς κλεῖς τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν πιστευθείς, ὅταν ἀκούῃ (86) παρὰ τοῦ Κυρίου, *Ἐὰν μὴ νίψω σε, οὐκ ἔχεις μέρος μετ' ἐμοῦ*, ποίαν ἄρα καὶ τὴν ὁπωσοῦν λιθίνην καρδίαν οὐ δυσωπήσει πρὸς φόβον καὶ τρόμον τῶν τοῦ Θεοῦ κριμάτων; καὶ ταῦτα μὲν οὐδεμιᾶς ἁμαρτίας, οὐδεμιᾶς δὲ καταφρονήσεως ἔμφασιν δοὺς, τιμῇ δὲ μᾶλλον τῇ περὶ τὸν Δεσπότην ὑπερβαλλούσῃ χρησάμενος, καὶ τὴν προσήκουσαν δούλῳ καὶ μαθητῇ εὐλάβειαν ἐπιδειξάμενος. Ἰδὼν γὰρ τὸν ἑαυτοῦ καὶ πάντων Θεὸν καὶ Κύριον, καὶ βασιλέα, καὶ Δεσπότην, καὶ διδάσκαλον, καὶ Σωτῆρα, καὶ ὁμοῦ τὰ πάντα, ἐν ὑπηρέτου σχήματι διαζωσάμενον λέντιον, καὶ νίπτειν τοὺς πόδας αὐτοῦ βουλόμενον, εὐθὺς, ὥσπερ εἰς συναίσθησιν ἐλθὼν τῆς ἰδίας ἀναξιότητος, καὶ τὸ ἀξίωμα τοῦ προσερχομένου καταπλαγείς, ἐξεβόησε (87) · *Κύριε, σύ μου νίπτεις τοὺς πόδας*; καὶ πάλιν · *Οὐ μὴ νίψῃς τοὺς πόδας μου εἰς τὸν αἰῶνα*. Ἐπὶ τούτῳ τὴν τοσαύτην εἰσδέχεται ἀπειλὴν, ὡς εἰ μὴ πάλιν εἰδὼς τὴν ἀλήθειαν τῶν ῥημάτων τοῦ Κυρίου, ἔφθασε τῇ ὑπακοῇ διορθωσάμενος τὴν ἀντιλογίαν, οὐδὲν ἂν αὐτῷ τῶν προλαβόντων, οὐ τῶν ἰδίων κατορθωμάτων, οὐ τῶν παρὰ τοῦ Κυρίου μακαρισμῶν τε καὶ δωρεῶν καὶ ἐπαγγελιῶν, οὐδὲ αὐτὴ ἡ τοῦ Θεοῦ (88) καὶ Πατρὸς τῆς τοιαύτης καὶ τοσαύτης εἰς τὸν μονογενῆ Υἱὸν εὐδοκίας ἀποκάλυψις ἤρκεσε παραμυθήσασθαι τὴν παροῦσαν ἀπείθειαν.

8. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐὰν θέλω καταλέγειν, ὅσα εὑρίσκω ἔκ τε Παλαιᾶς καὶ Καινῆς Διαθήκης, ἐπιλείψει με τάχα διηγούμενον ὁ χρόνος. Ἤδη δὲ καὶ ἐπ' αὐτὰς ὅταν ἔλθω τὰς τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ φωνὰς, αὐτοῦ τοῦ μέλλοντος κρίνειν ζῶντας καὶ νεκροὺς τὰ ῥήματα, ἃ πάσης μὲν ἱστορίας, πάσης δὲ ἄλλης ἀποδείξεως παρὰ τοῖς πιστοῖς ἀξιοπιστότερα, πολλὴν μὲν ἐν αὐτοῖς καταμανθάνω τῆς ἐν πᾶσι πρὸς Θεὸν εὐπειθείας, ἵνα οὕτως εἴπω, ἀνάγκην · οὐδεμίαν δὲ ὅλως, ἐπ' οὐδενὶ προστάγματι, καταλειπομένην (89) τοῖς μὴ μετανοοῦσι τῆς ἀπειθείας συγγνώμην, εἰ μή τι ἕτερόν ἐστι τολμῆσαι, καὶ μέχρις ἐννοίας λαβεῖν, πρὸς οὕτω γυμνὰς, σαφεῖς τε καὶ ἀπολύτους ἀποφάσεις · *Ὁ οὐρανὸς γὰρ, φησὶ, καὶ ἡ γῆ παρελεύσονται, οἱ δὲ*

(86) Veteres duo libri ὅταν ἀκούσῃ.

(87) Codices duo καταπλαγεὶς ἐβόησε. Mox Reg. primus οὐ μὴ νίψεις.

(88) Editio Paris. οὐδὲ αὐτὴ ἡ τοῦ Θεοῦ. Editio Ven. et nostri tres mss. αὐτὴ ἡ τοῦ Θεοῦ. Basilius autem credi potest respexisse ad illa Matthæi verba XVII, 5 : *Hic est Filius meus dilectus*, etc. Tunc enim declaravit Deus benevolentiam in Unigenitum suum.

(89) Editio utraque et Reg. secundus ἐπ' οὐδενὶ πράγματι καπαλειπομένην, *pro qualibet re*. At Reg. primus et tertius ἐπ' οὐδενὶ προστάγματι, *pro quovis præcepto*. Fatendum quidem, vocem προστάγματι reconcinnatam fuisse et resartam recenti manu in Reg. primo : sed sic tamen, ut satis liqueat ex litterarum spatio, scriptum quoque fuisse prima manu in hoc libro προστάγματι, non πράγματι. Ut ut hæc sunt, legitur prima manu et sine ulla emendatione in Reg. tertio ἐπ' οὐδενὶ προστάγματι. Sed ut revertar ad Reg. primum, quem Combefisius contulit, vellem ut vir doctus notasset quod notavi. Etsi enim secunda duntaxat manu in hoc libro legeretur προστάγματι, id tamen alicujus esset momenti ac ponderis : sed forte id dissimulandum putavit, ut hæc severiora viderentur, quam ut Basilio tribui possent.

Digitized by Google

λόγοι μου οὐ μὴ παρέλθωσιν. Οὐκ ἔστιν ἐνταῦθα διαφορὰ, οὐκ ἔστι διαίρεσις, οὐδὲν οὐδαμοῦ ὅλως ὑπολέλειπται. Οὐκ εἶπεν· Οὗτοι ἢ ἐκεῖνοι, ἀλλ', *Οἱ λόγοι μου*, πάντες ὁμοῦ δηλονότι, οὐ μὴ παρέλθωσι. Γέγραπται γάρ· *Πιστὸς Κύριος ἐν πᾶσι τοῖς λόγοις αὐτοῦ*· εἴτε ἀπαγορεύων ὁτιοῦν, εἴτε προστάσσων, εἴτε ἐπαγγελλόμενος (90), εἴτε ἀπειλῶν, καὶ εἴτε ἐπὶ τῇ πράξει τῶν ἀπηγορευμένων, εἴτε ἐπὶ τῇ ἐλλείψει τῶν ἐπιτεταγμένων. Ὅτι γὰρ ἐπίσης τῇ ἐνεργείᾳ τῶν κακῶν καὶ ἡ τῶν ἀγαθῶν ἔργων ἔλλειψις ἐκδικεῖται, ἤρκει μὲν καὶ πρὸς ἀπόδειξιν καὶ πληροφορίαν τῇ γε μὴ παντελῇ ἀπιστίαν (91) νοσούσῃ ψυχῇ τὸ προειρημένον ἐπὶ τῷ Πέτρῳ κρῖμα· ὃς, οὐκ ἀπηγορευμένον τι πράξας, οὐδὲ μὴν πρόσταγμά τι τοιοῦτον ἐλλείψας, ὃ ῥᾳθυμίαν ἢ καταφρόνησιν κατηγορεῖ τοῦ ἐλλείποντος, ὑπηρεσίαν δὲ καὶ τιμὴν τὴν παρὰ τοῦ Δεσπότου μόνον ὑποδέξασθαι εὐλαβηθεὶς, τοιαύτην ἐδέξατο τὴν ἀπειλὴν ἣν οὐκ ἔφυγεν ἄν, εἰ μὴ, καθὼς προείρηται, ἔφθασε τὴν ὀργὴν τῇ ταχύτητι καὶ σφοδρότητι τῆς διορθώσεως. Ἠλὴν ἐπειδὴ ὁ ἀγαθὸς καὶ εὔσπλαγχνος Θεὸς μακροθυμῶν ἐφ' ἡμῖν εὐδόκησε, καὶ πολλάκις ἡμῖν τὸ αὐτὸ καὶ διὰ πολλῶν ὑποδεῖξαι, ἵνα τῷ πλήθει καὶ τῇ συνεχείᾳ δυνηθῇ μόλις ποτὲ μοχλευθεῖσα καὶ καταντληθεῖσα ἡ ψυχὴ ἀποτρίψασθαι τὴν πολυχρόνιον τῆς παρανομίας συνήθειαν, ἐκείνων μόνων πρὸς τὸ παρὸν μνημονεῦσαι ἀναγκαῖον τῶν ἐν τῇ μεγάλῃ καὶ φοβερᾷ τῆς κρίσεως ἡμέρᾳ ἐξ ἀριστερῶν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἱσταμένων· πρὸς οὓς ἔλεγεν (92) ὁ πᾶσαν τὴν ἐξουσίαν τῆς κρίσεως λαβὼν παρὰ τοῦ Πατρὸς, ὁ ἐρχόμενος φωτίσαι τὰ κρυπτὰ τοῦ σκότους, καὶ φανερῶσαι τὰς βουλὰς τῶν καρδιῶν· *Πορεύεσθε ἀπ' ἐμοῦ, οἱ κατηραμένοι, εἰς τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον, τὸ ἡτοιμασμένον τῷ διαβόλῳ καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ*. Καὶ τὴν αἰτίαν ἐπήγαγεν, οὐχ· Ὅτι ἐφονεύσατε, λέγων, ἢ ἐπορνεύσατε, ἢ ἐψεύσασθε, ἢ τινα ἠδικήσατε, ἢ ἄλλο τι τῶν ἀπηγορευμένων, κἂν τὸ βραχύτατον γοῦν, ἐπράξατε· ἀλλὰ τί; Ὅτι τῶν ἀγαθῶν ἔργων ἠμελήσατε. *Ἐπείνασα γάρ*, φησὶ, *καὶ οὐκ ἐδώκατέ μοι φαγεῖν· ἐδίψησα, καὶ οὐκ ἐποτίσατέ με· ξένος ἤμην, καὶ οὐ συνηγάγετέ με· γυμνὸς, καὶ οὐ περιεβάλετέ με· ἀσθενὴς καὶ ἐν φυλακῇ, καὶ οὐκ ἐπεσκέψασθέ με*. Ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα Θεοῦ τοῦ ἀγαθοῦ χάριτι, *τοῦ θέλοντος μὲν πάντας ἀνθρώπους σωθῆναι, καὶ εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν*, διδάσκοντος δὲ ἄνθρωπον γνῶσιν, καταμαθὼν ἐν ταῖς θεοπνεύστοις Γραφαῖς, καὶ γνωρίσας μὲν τὴν φρικωδεστάτην αἰτίαν τῆς τοιαύτης τῶν πολλῶν πρός τε ἀλλήλους καὶ πρὸς τὰς ἐντολὰς τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ διαφωνίας, παιδευθεὶς δὲ τὸ φοβερὸν ἐκεῖνο κρῖμα τῆς τοσαύτης παρανομίας, διδαχθεὶς δὲ καὶ πᾶσαν παρακοὴν παντὸς κρίματος

verba autem mea non præteribunt[74]. Nullum est hoc loco discrimen, nulla distinctio, nihil usquam omnino relictum est. Non dixit : Hæc aut illa, sed, *Verba mea*, omnia simul videlicet, non præteribunt. Scriptum est enim : *Fidelis Dominus in omnibus verbis suis*[75] : sive vetet quidvis, sive præcipiat, sive promittat, sive minetur, sive quæ interdicta sunt, agantur, sive quæ jussa sunt, omittantur. Etenim id quod mox de Petro retuli judicium fuerit ad hoc satis animæ non omnino incredulitatis morbo laboranti, ut bonorum operum prætermissionem perinde atque malorum perpetrationem puniri compertum habeat ac persuasum : qui cum nihil quod vetitum esset fecisset, nullumque hujusmodi præceptum prætermisisset, quod prætermittentis aut segnitiem argueret aut contemptum, sed ministerium Domini honoremque ab eo delatum recusasset reverentiæ duntaxat causa, tamen ejusmodi comminationem audivit, quam vitare non potuisset, nisi, ut jam dictum est, celeri ac vehementi emendatione iram prævertisset. Quoniam tamen libuit benigno ac misericordi Deo patienter nobiscum ac leniter agere, sæpeque et multis exemplis idipsum nobis commonstrare, ut animus multitudine atque assiduitate vix tandem aliquando commotus et excitatus, diutinam iniquitatis consuetudinem delere posset, nunc eorum duntaxat facienda mentio est, qui in magna ac horrenda judicii die ad Domini nostri Jesu Christi lævam stabunt : quibus dicturus est is, qui omni judicandi potestate a Patre accepta, venit illuminaturus abscondita tenebrarum, consiliaque cordium patefacturus : *Discedite a me, maledicti, in ignem æternum, qui paratus est diabolo et angelis ejus*[76]. Quin et causam subjunxit, nequaquam dicens : Quia occidistis, aut fornicati estis, aut mendaclum dixistis, aut cuipiam intulistis injuriam, aut aliud quidquam saltem minutissimum ex iis quæ prohibita sunt, fecistis : sed quid ? Quoniam bona opera neglexistis. *Esurivi enim*, inquit, *et non dedistis mihi manducare : sitivi, et non dedistis mihi potum : hospes eram, et non collegistis me : nudus, et non cooperuistis me : infirmus et in carcere, et non visitastis me*[77]. Ubi benignissimi Dei gratia, *qui vult omnes homines salvos fieri, et ad veritatis agnitionem pervenire*[78], docetque hominem scientiam, animadverti hæc atque id genus alia in divinis Scripturis, ubi hujus dissensionis qua multi a se invicem et a Domini nostri Jesu Christi præceptis dissident, causam admodum horrendam novi, ubi formidandum illud judicium quod contra tantam iniquitatem proferendum est, edoctus sum, ubi inobedientiam quamlibet, qua omne Dei judi-

[74] Matth. XXIV, 35. [75] Psal. CXLIV, 13. [76] Matth. XXV, 41. [77] ibid. 42. 43. [78] I Tim. II, 4.

(90) Sic mss. nostri. Utraque editio ἀπαγγελλόμενος. Nec ita multo post editi καὶ τῶν ἀγαθῶν. At mss. καὶ ἡ τῶν.

(91) Editio utraque παντελεῖ ἀπιστίᾳ. Antiqui libri παντελῇ ἀπιστίαν.

(92) Editio Paris. ἀναγκαῖον τὸ ἐν τῇ μεγάλῃ καὶ φοβερᾷ τῆς κρίσεως ἡμέρᾳ πρὸς τοὺς ἐξ ἀριστερῶν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἱσταμένους λεχθὲν, πρὸς οὓς ἔλεγεν· quod contortum est atque perplexum. Editio Ven. et mss. duo præter Combefisianum ut in contextu, planius ac clarius.

Digitized by Google

2. Quare quidquid voluntate nostra recte perficitur, inest nobis etiam naturaliter, si saltem cogitationes nostras non perverterit nequitia. Itaque Dei amor ceu necessarium debitum a nobis reposcitur, cujus privatio animæ est malorum omnium gravissimum. Nam abalienatio **338** et aversio a Deo malum est futuris etiam gehennæ suppliciis intolerabilius, eique cui contingit, gravius, non secus ac oculo luminis privatio, etiamsi dolor non adsit, et animali, ademptio vitæ. Quod si liberi amant naturaliter parentes, declaret autem hoc et brutorum animalium habitus, et hominum in prima ætate erga matres affectus, non videamur rationis magis expertes quam parvuli, neque bestiis agrestiores, quasi sine ullo amore erga Conditorem nostrum, et ab ipso abalienati : quem etiamsi ex ejus bonitate non nosceremus qualis sit, tamen ob id solum quod ab eo conditi sumus, diligere et amare quam maxime deberemus, perpetuoque de ejus memoria non aliter pendere, quam de matrum suarum ulnis pueruli soleant. Inter eos autem qui naturæ ductu diliguntur, primas tenet qui bene de nobis meritus est. Atque hæc affectio non hominum modo propria est, sed eis etiam cum omnibus fere animantibus communis est, ut videlicet boni cujusvis accepti auctores benevolentia prosequantur. *Cognovit*, inquit, *bos possessorem, et asinus præsepe domini sui* [51]. Absit autem ut de nobis dicantur quæ sequuntur, nimirum, *Israel autem me non cognovit, et populus me non intellexit* [52]. Nam de cane compluribusque ejusmodi aliis animalibus, quid attinet dicere quantam ostendant suis nutritoribus benevolentiam? Quod si erga eos

2. Ὥστε τὸ ἐκ προαιρέσεως κατορθούμενον καὶ φυσικῶς ἡμῖν ἐνυπάρχει, τοῖς γε μὴ ἐκ πονηρίας τοὺς λογισμοὺς διαστραφεῖσιν (62). Ἀναγκαῖον οὖν B ὄφλημα τὴν εἰς Θεὸν ἀγάπην ἀπαιτούμεθα, ὃ τῇ ἐλλειπούσῃ ψυχῇ πάντων κακῶν ἐστιν ἀφορητότατον. Θεοῦ γὰρ ἀλλοτρίωσις καὶ ἀποστροφὴ καὶ τῶν ἐν γεέννῃ προσδοκωμένων κολάσεων ἀφορητότερόν ἐστι, καὶ βαρύτερον τῷ παθόντι, ὡς ὀφθαλμῷ φωτὸς στέρησις, κἂν μὴ ὀδύνη προσῇ, καὶ τῷ ζώῳ τοῦ ζῆν. Εἰ δὲ καὶ τοῖς γεννήσασι φυσικὴ στοργὴ παρὰ τῶν γεννηθέντων ὑπάρχει (63), καὶ δηλοῖ τοῦτό τε ἡ τῶν ἀλόγων σχέσις, καὶ ἡ τῶν ἀνθρώπων παρὰ τὴν πρώτην ἡλικίαν πρὸς τὰς μητέρας διάθεσις, μὴ φανῶμεν ἀλογώτεροι τῶν νηπίων, μηδὲ τῶν θηρίων ἀγριώτεροι, ἀστόργως καὶ ἀλλοτρίως πρὸς τὸν ποιήσαντα ἡμᾶς διακείμενοι· ὃν εἰ καὶ μὴ ἐκ τῆς ἀγαθότητος ὁποῖός ἐστιν (64) ἠπιστάμεθα, ἐξ αὐτοῦ μόνου τοῦ παρ' αὐτοῦ γεγενῆσθαι ἀγαπᾷν καὶ στέργειν C ὑπερβαλλόντως ὀφείλομεν, καὶ ἀποκρέμασθαι τῆς μνήμης αὐτοῦ διηνεκῶς, καθάπερ τῶν μητέρων τὰ νήπια. Κρεῖττον δὲ (65) τῶν φυσικῶς ἀγαπωμένων ὁ εὐεργέτης. Καὶ τοῦτο οὐκ ἀνθρώπων ἴδιόν ἐστι μόνον, ἀλλὰ καὶ πάντων σχεδὸν ζώων πάθος, ἡ πρὸς τοὺς ἀγαθόν τι δεδωκότας οἰκείωσις. *Ἔγνω*, φησὶ, *βοῦς τὸν κτησάμενον, καὶ ὄνος τὴν φάτνην τοῦ κυρίου αὐτοῦ*. Ἀπεῖη δὲ λεχθῆναι περὶ ἡμῶν τὰ ἑξῆς· ὅτι *Ἰσραὴλ δέ* (66) *με οὐκ ἔγνω, καὶ ὁ λαός με οὐ συνῆκε*. Περὶ γὰρ κυνὸς, καὶ πολλῶν ἄλλων τοιούτων, τί χρὴ καὶ λέγειν, ὅσην πρὸς τοὺς τρέφοντας τὴν εὔνοιαν ἐπιδείκνυνται; Εἰ δὲ τὴν πρὸς τοὺς εὐεργέτας εὔνοιαν καὶ τὸ φίλτρον φυσικῶς αἱρούμεθα, καὶ πάντα πόνον εἰς ἀντίδοσιν τῶν προγενομένων ἡμῖν ὑπομένομεν (67), τίς λόγος ἀξίως ἐφικέ-

[48] Philipp. I, 23. [49] Psal. XLI, 3. [50] Luc. II, 29. [51] Isa. I, 3. [52] ibid.

(60) Codex Voss. et alii duo τὴν ἐνταῦθα ζωὴν βαρυνόμενοι.

(61) Illud, φυσικῶς ἐπιθυμητικοί, etc., intelligendum est hoc modo : ita natura hominum comparata est, ut ex se quidem feratur ad bonum concupiscendum : sed tamen ne hoc quidem fit sine auxilio Dei. Mox codex Colb. καὶ ἀγαπητικὸν τὸ ἀγαθόν.

(62) Codex Voss. et Reg. primus τοῦ λογισμοῦ διαστραφεῖσιν.

(63) Reg. primus ἐνυπάρχει.

(64) Illud, ὁποῖός ἐστι, additum est ex antiquis duobus libris.

(65) Codex Combef. Κρείττων οὖν.

(66) Sic codex Voss. et alii duo. Vocula δέ in vulgatis deerat. D

(67) Editi perinde ut Reg. tertius et Coisl. secundus τῶν προγενομένων ἡμῖν ὑπομένομεν. Reg. primus et Coisl. itidem primus et Colb. τῶν προσγενομένων ἡμῖν καλῶν ὑπομένομεν. Codex Voss. pro καλῶν corrupte habet καλόν. Codex Combef. secunda manu προσγενομένων ἡμῖν ὑπομένομεν. Mihi autem magis placet scriptura vulgata. Cum enim sermo sit de grati animi significatione, videtur ea lectio seligenda esse, quæ per se beneficia prius in nos collata significet. Pro his enim proprie gratiam referimus. Hæc est causa, cur vocem προγενομένων retinendam arbitremur. Exprimi vocem καλῶν nihil necesse est.

Digitized by Google

σθαι τῶν δωρεῶν τοῦ Θεοῦ δύναται; αἳ τοσαῦται μέν εἰσι τὸ πλῆθος, ὡς καὶ ἀριθμὸν διαφεύγειν· τηλικαῦται δὲ τὸ μέγεθος καὶ τοιαῦται, ὥστε ἐξαρκεῖν καὶ μίαν εἰς τὸ ὑπευθύνους ἡμᾶς εἰς πᾶσαν χάριν τῷ δεδωκότι ποιῆσαι. Τὰς μὲν οὖν ἄλλας παρήσω, αἳ, εἰ καὶ καθ' ἑαυτὰς ὑπερβάλλουσι μεγέθει καὶ χάριτι, ἀλλ' ὑπὸ τῶν μειζόνων, ὥσπερ ἀστέρες ἡλιακαῖς ἀκτῖσιν, ὑπερλαμπόμεναι, τὴν καθ' ἑαυτὰς χάριν ἀμυδροτέραν παρέχονται. Οὐ γὰρ σχολὴ καταλιπόντι τὰ ὑπερβάλλοντα, ἐκ τῶν ἐλαττόνων μετρεῖν τοῦ εὐεργέτου τὴν ἀγαθότητα.

A qui de nobis bene meriti sunt, benevolentiam amoremque naturalem habemus, nullumque non subimus laborem, ut beneficia prius in nos collata remuneremur, quisnam sermo Dei dona pro merito explicare possit? Tanta quidem est horum multitudo, ut etiam numerum effugiant: item magnitudine tanta sunt et talia, ut vel unicum satis ad id sit, ut omnimodam largitori gratiam rependere debeamus. Alia igitur omittam, quæ tametsi per se ipsa excellunt magnitudine et dignitate, tamen a majoribus non secus obscurata quam stellæ a solis radiis, per se in dignitate obscuriora et tenuiora apparent. Nec enim vacat, beneficiis præstantioribus prætermissis, ex minoribus benefici Dei bonitatem admetiri.

3. Σιωπάσθωσαν τοίνυν ἡλίου ἀνατολαὶ, καὶ σελήνης περίοδοι, κράσεις ἀέρων, ὡρῶν ἐναλλαγαὶ, ὕδωρ ἀπὸ νεφῶν, καὶ ἀπὸ γῆς ἕτερον, αὐτὴ ἡ θάλασσα, ἡ γῆ σύμπασα, τὰ (68) ἐκ γῆς φυόμενα, τὰ ἐν τοῖς ὕδασι διαιτώμενα, τὰ ἐν ἀέρι γένη, αἱ μυρίαι τῶν ζώων διαφοραὶ, πάντα τὰ πρὸς ὑπηρεσίαν τῆς ζωῆς ἡμῶν τεταγμένα. Ἀλλ' ἐκεῖνο οὐδὲ (69) βουλομένοις παρελθεῖν δυνατὸν, καὶ σιωπῆσαι μὲν τὴν χάριν τῷ γε νοῦν ὑγιᾶ καὶ λόγον ἔχοντι παντελῶς ἀμήχανον· εἰπεῖν δέ τι πρὸς ἀξίαν πλέον ἀδυνατώτερον, ὅτι κατ' εἰκόνα Θεοῦ καὶ ὁμοίωσιν ποιήσας τὸν ἄνθρωπον ὁ Θεὸς, καὶ τῆς ἑαυτοῦ γνώσεως ἀξιώσας, καὶ λόγῳ παρὰ πάντα τὰ ζῶα κατακοσμήσας, καὶ τοῖς ἀμηχάνοις τοῦ παραδείσου κάλλεσιν ἐντρυφᾷν παρασχόμενος, καὶ τῶν ἐπὶ γῆς ἁπάντων ἄρχοντα καταστήσας, εἶτα κατασοφισθέντα ὑπὸ τοῦ ὄφεως (70), καὶ καταπεσόντα εἰς τὴν ἁμαρτίαν, καὶ διὰ τῆς ἁμαρτίας εἰς τὸν θάνατον, καὶ τὰ τούτου ἄξια, οὐ περιεῖδεν· ἀλλὰ τὰ μὲν πρῶτα νόμον ἔδωκεν εἰς βοήθειαν, ἀγγέλους ἐπέστησεν εἰς φυλακὴν καὶ ἐπιμέλειαν, προφήτας ἀπέστειλεν εἰς ἔλεγχον κακίας καὶ διδασκαλίαν ἀρετῆς, τὰς ὁρμὰς τῆς κακίας ταῖς ἀπειλαῖς ἐνέκοψε, τῶν ἀγαθῶν τὴν προθυμίαν ἐπαγγελίαις διήγειρε, τὸ πέρας (71) ἑκατέρου πολλάκις ἐν διαφόροις προσώποις εἰς νουθεσίαν τῶν ἄλλων προλαβὼν ἐφανέρωσε, καὶ ἐπὶ τούτοις καὶ τοῖς τοιούτοις ἅπασιν ἐπιμένοντας τῇ ἀπειθείᾳ οὐκ ἀπεστράφη. Οὐ γὰρ ἀφείθημεν ὑπὸ τῆς ἀγαθότητος τοῦ Δεσπότου, οὐδὲ ἐνεκόψαμεν αὐτοῦ τὴν εἰς ἡμᾶς ἀγάπην, ἀναισθησίᾳ τῶν τιμῶν τὸν εὐεργέτην παρυβρίσαντες (72)· ἀλλὰ ἀνεκλήθημεν ἐκ τοῦ θανάτου, καὶ ἐζωοποιήθημεν πάλιν ὑπ' αὐτοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Ἐν ᾧ καὶ ὁ τρόπος τῆς εὐεργεσίας μεῖζον ἔχει τὸ θαῦμα· *Ἐν μορφῇ γὰρ Θεοῦ ὑπάρχων, οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ, ἀλλ' ἑαυτὸν ἐκένωσε, μορφὴν δούλου λαβών.*

3. Sileantur igitur solis ortus, lunæ conversiones, temperies aeris, vicissitudines temporum, aquæ ex nubibus lapsæ, aliæ e terra erumpentes, mare ipsum, tota terra, quæ ex terra nascuntur, quæ in aquis degunt, genera in aere versantia, innumeræ animalium differentiæ, omnia denique quæ destinantur ad vitæ nostræ ministerium. Sed ne volentes quidem illud præterire possumus, nec fieri potest ullo modo, ut is certe qui sana mente præditus est et rationis compos, id beneficii taceat, quanquam multo minus de eo pro merito aliquid dici possit, quod cum hominem condidisset ad imaginem et similitudinem suam, eumque cohonestasset sui ipsius cognitione, et ratione exornasset præ cæteris **339** animantibus, ipsique dedisset facultatem ut se incredibili paradisi pulchritudine oblectaret, ac tandem illum constituisset omnium terrestrium principem, deinde a serpente deceptum, et collapsum in peccatum, et per peccatum in mortem, et in ærumnas ea dignas, non propterea tamen ipsum neglexit: sed lege quæ ei adjumento esset, primum tradita, custodiæ ejus et curæ præfecit angelos, misit prophetas ad redarguenda vitia et ad virtutem docendam, impetum nequitiæ per minas excidit et repressit, pollicitationibus excitavit bonorum alacritatem, utriusque generis finem non raro in diversis personis ad alios commonendos in antecessum declaravit, et tamen post hæc et talia, nos in contumacia perseverantes non est aversatus. Non enim nos deseruit bonitas Domini, neque per stupiditatem quæ delatos ab ipso honores habebamus despicatui, abolevimus ejus in nos amorem, etiamsi in benefacientem contumeliosi essemus: imo vero revocati sumus a morte, et vitæ rursus ab ipso Domino nostro Jesu Christo restituti. Qua in re etiam be-

(68) Codex Colb. καὶ ἡ γῆ σύμπασα καὶ τά. Mox idem ms. cum Reg. primo τὰ ἐναέρια γένη.

(69) Codex Voss. et alii duo ἐκεῖνο δ οὐδέ· sed vocula δ videtur redundare.

(70) Editi et duo mss. διὰ τοῦ ὄφεως. Codex Voss. et alii duo ὑπὸ τοῦ. Haud longe codex Voss. et alii duo οὐχ ὑπερεῖδεν. Ibidem liber Voss. ἀλλὰ καὶ νόμον.

(71) Hoc dicit Basilius: jam multis locis declaratum fuisse exitum utriusque classis, qua continentur et boni et mali.

(72) Editio Paris. et Basil. ἡ ἀναισθησία τῶν τιμῶν τὸν εὐεργέτην παρυβρίσασα. Editio Ven. æque ac codex Combef. et alii tres ἀγάπην ἀναισθησίᾳ τῶν τιμῶν, τὸν εὐεργέτην παρυβρίσαντες. Totum hunc locum ita edendum curavimus, uti in Coisl. secundo et in Colb. legitur, nisi quod in Coisl. scriptum sit περιυβρίσαντες. Aliquibus in libris legitur ἐνέκοψε.

Digitized by Google

neficentiæ ratio majorem movet admirationem : *Cum enim in forma Dei esset non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo : sed semetipsum exinanivit, formam servi accipiens* [53].

4. Atque etiam infirmitates nostras suscepit, A portavit languores, pro nobis vulneratus est, ut nos livore ejus sanaremur [54] : item redemit a maledicto, factus pro nobis maledictum [55], mortemque pertulit ignominiosissimam, ut nos ad gloriosam vitam reduceret. Nec satis habuit mortuos duntaxat ad vitam revocare, verum etiam largitus est divinitatis suæ dignitatem, atque æternam requiem humanum omne cogitatum lætitiæ magnitudine superantem præparavit. Quid igitur retribuemus Domino pro omnibus quæ retribuit nobis [56]? Est autem adeo bonus, ut neque remunerationem exigat, sat habet, si solum pro iis quæ tribuit, diligatur. Quæ omnia ubi mente recolo, ut meum affectum prodam, in horrorem quemdam et terrificum stuporem incido, nequando ob animi inconsiderantiam, B aut propter meam circa res vanas occupationem a Dei dilectione excidens, Christo sim dedecori ac opprobrio. Qui enim nunc decipit nos, et per mundanas illecebras nos omni arte in beneficii largitoris oblivionem inducere conatur, is in animarum nostrarum perniciem nobis insultans, et in nos invadens, tunc coram Domino contemptum nostrum probro vertet, atque de contumacia et de defectione nostra gloriabitur : qui cum nec creaverit nos, nec pro nobis subierit mortem, tamen suæ contumaciæ, suæque in observandis Dei mandatis negligentiæ socios nos ac comites habuerit. Illud quod Domino **340** infertur probrum, et illa adversarii jactantia mihi suppliciis gehennæ C gravior videtur, quod Christi inimico præbeamus materiam adversus eum qui pro nobis mortuus est, et resurrexit, jactandi se et efferendi : cui tamen ea de causa, sicut scriptum est, majorem gratiam debemus. Sed hactenus de dilectione Dei. Neque enim fuit animus, uti jam dixi, omnia dicere, nec enim fieri potest : sed summatim parvum monumentum quo divinum desiderium semper excitetur, animo vestro relinquere

INTERROGATIO III.

De charitate erga proximum.

Sane consequens jam fuerit, ut de mandato et ordine et vi secundo disseratur.

RESPONSIO.

D 1. Superius quidem diximus legem earum quæ

4. Καὶ τὰς ἀσθενείας ἡμῶν ἀνέλαβε (73), καὶ τὰς νόσους ἐβάστασε, καὶ ὑπὲρ ἡμῶν ἐτραυματίσθη, ἵνα τῷ μώλωπι αὐτοῦ ἡμεῖς ἰαθῶμεν (74)· καὶ τῆς κατάρας ἡμᾶς ἐξηγόρασε, γενόμενος ὑπὲρ ἡμῶν κατάρα, καὶ τὸν ἀτιμότατον ὑπέστη θάνατον, ἵνα ἡμᾶς εἰς τὴν ἔνδοξον ζωὴν ἐπαναγάγῃ. Καὶ οὐκ ἠρκέσθη μόνον νεκροὺς ὄντας ζωοποιῆσαι, ἀλλὰ καὶ θεότητος ἀξίωμα ἐχαρίσατο, καὶ ἀναπαύσεις ἡτοίμασεν αἰωνίους, πᾶσαν ἔννοιαν ἀνθρωπίνην τῷ μεγέθει τῆς εὐφροσύνης ὑπερβαινούσας (75). Τί οὖν ἀνταποδῶμεν τῷ Κυρίῳ περὶ πάντων ὧν ἀνταπέδωκεν ἡμῖν; Ὁ δὲ οὕτως ἐστὶν ἀγαθὸς, ὥστε οὔτε ἀντίδοσιν ἀπαιτεῖ, ἀλλ' ἀρκεῖται μόνον ἀγαπώμενος ἐφ' οἷς ἔδωκεν. Ὧν ἁπάντων ὅταν εἰς ἔννοιαν ἔλθω (ἵνα τὸ ἐμὸν πάθος ἐξείπω), εἰς φρίκην τινὰ καὶ ἔκστασιν φοβερὰν καταπίπτω, μήποτε ἐξ ἀπροσεξίας τοῦ νοῦ, ἢ τῆς περὶ τὰ μάταια ἀσχολίας, τῆς ἀγάπης τοῦ Θεοῦ ἐκπεσὼν ὄνειδος γένωμαι τῷ Χριστῷ. Ὁ γὰρ νῦν ἀπατῶν ἡμᾶς, καὶ διὰ τῶν κοσμικῶν δελεασμάτων λήθην ἐμποιεῖν (76) ἡμῖν τοῦ εὐεργέτου μηχανῇ πάσῃ σπουδάζων, ἐπ' ὀλέθρῳ τῶν ψυχῶν ἡμῶν ἐναλλόμενος ἡμῖν, καὶ ἐπεμβαίνων, εἰς ὀνειδισμὸν τότε προσοίσει τῷ Κυρίῳ τὴν ἡμετέραν καταφρόνησιν, καὶ ἐγκαυχήσεται τῇ ἀπειθείᾳ καὶ ἀποστασίᾳ ἡμῶν· ὅς γε οὔτε (77) κτίσας ἡμᾶς, οὔτε ἀποθανὼν ὑπὲρ ἡμῶν, ἀλλ' ὅμως ἔσχεν ἡμᾶς ἀκολουθοῦντας αὐτῷ ἐν τῇ ἀπειθείᾳ καὶ ἐν τῇ ἀμελείᾳ τῶν ἐντολῶν τοῦ Θεοῦ. Τοῦτο τὸ ὄνειδος, τὸ κατὰ τοῦ Κυρίου, καὶ τοῦτο τὸ καύχημα τοῦ ἐχθροῦ, βαρύτερον ἐμοὶ τῶν ἐν τῇ γεέννῃ κολάσεων φαίνεται, τῷ ἐχθρῷ τοῦ Χριστοῦ ὕλην γενέσθαι καυχήματος καὶ ἀφορμὴν ἐπάρσεως κατ' αὐτοῦ τοῦ ὑπὲρ ἡμῶν ἀποθανόντος, καὶ ἐγερθέντος, ᾧ καὶ διὰ τοῦτο περισσοτέρως ὀφειλέται ἐσμὲν, καθὼς γέγραπται. Καὶ περὶ μὲν τῆς εἰς Θεὸν ἀγάπης τοσαῦτα. Σκοπὸς γὰρ, ὡς προεῖπον, οὐχὶ πάντα εἰπεῖν· ἀδύνατον γάρ· ἀλλ' ἐπὶ κεφαλαίων (78) σύντομον ὑπόμνησιν ἀνακινοῦσαν ἀεὶ τὸν θεῖον πόθον ταῖς ψυχαῖς ἐμποιῆσαι.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ Γ'.

Περὶ τῆς εἰς τὸν πλησίον ἀγάπης (79).

Ἀκόλουθον δ' ἂν εἴη περὶ τῆς δευτέρας καὶ τάξει καὶ δυνάμει ἐντολῆς διελθεῖν.

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

1. Ὅτι μὲν οὖν ὁ νόμος τῶν σπερματικῶς ἐνυπαρ

[53] Philipp. II, 6, 7. [54] Isa. LIII, 4. [55] Galat. III, 13. [56] Psal. CXV, 12.

(73) Editi et codex Combef. ἔλαβε. Liber Voss. et alii duo ἀνέλαβε.

(74) Codex Colb. solus ἡμεῖς πάντες, *ut nos omnes sanaremur*. Aliquanto post duo mss. ἡτοίμασεν αἰωνίας.

(75) Ita Reg. primus et Coisl. secundus ; nec Ruffinus aliter legisse putandus est, cum ea quæ addidimus verba Latine reddiderit. Editi et mss. non pauci ὑπερβαινούσας. Ὁ δέ.

(76) Codex Colb. λήθην ἐμποιῶν. Mox unus Combef. conjuncte σπουδάζων ἐπ' ὀλέθρῳ, *operam dat, ut nos inducat in beneficii largitoris oblivionem ad animas nostras perdendas.*

(77) Editi ὥστε οὔτε. Codex Combef. et alii tres ὅς γε οὔτε. Mox codex Voss. et alii tres ἀλλ' ὅμως. Editi ἡμῶν, ὅμως. Subinde mss. tres καὶ ἐν τῇ ἀμελείᾳ. Editi καὶ ἀμελείᾳ.

(78) Codex Colb. ἐπὶ κεφαλαίῳ. Mox editio Paris. perinde ut Basil. ὑπόμνησιν ἀνακαινοῦσαν, *monitum quo renovetur divinum desiderium*. Editio Ven. et Colb. et Combef. et Reg. tertius ὑπόμνησιν ἀνακινοῦσαν, et ita quoque legitur in Reg. primo secunda manu : sed hic codex videtur prima manu habuisse ἀνακαινοῦσαν.

(79) Codex Voss. Ἐρώτ. γ' εἰς τὸν πλησίον. Mox Colb. ἐν ἡμῖν.

Digitized by Google

χουσῶν ἡμῖν δυνάμεων γεωργός ἐστι καὶ τροφεύς, εἴρηται ἡμῖν ἐν τοῖς ἔμπροσθεν λόγοις· ἐπειδὴ δὲ ἀγαπᾷν προστετάγμεθα τὸν πλησίον ὡς ἑαυτούς, καταμάθωμεν, εἰ καὶ δύναμιν πρὸς τὴν ἐκπλήρωσιν τῆς ἐντολῆς ταύτης ἔχομεν παρὰ τοῦ Θεοῦ. Τίς οὖν οὐκ οἶδεν, ὅτι ἥμερον καὶ κοινωνικὸν ζῶον ὁ (80) ἄνθρωπος, καὶ οὐχὶ μοναστικὸν, οὐδὲ ἄγριον; Οὐδὲν γὰρ οὕτως ἴδιον τῆς φύσεως ἡμῶν, ὡς τὸ κοινωνεῖν ἀλλήλοις, καὶ χρῄζειν ἀλλήλων, καὶ ἀγαπᾷν τὸ ὁμόφυλον. Ὧν οὖν αὐτὸς ἔδωκεν ὁ Κύριος ἡμῖν προλαβὼν τὰ σπέρματα, τούτων ἀκολούθως καὶ τοὺς καρποὺς ἐπιζητεῖ (81), λέγων· *Ἐντολὴν καινὴν δίδωμι ὑμῖν, ἵνα ἀγαπᾶτε ἀλλήλους.* Καὶ πρὸς ταύτην τὴν ἐντολὴν διεγεῖραι βουλόμενος ἡμῶν τὴν ψυχὴν, ἀπόδειξιν τῶν αὐτοῦ μαθητῶν, οὐ σημεῖα καὶ δυνάμεις παραδόξους ἀπῄτησεν (καίτοι καὶ τούτων ἐν Πνεύματι ἁγίῳ χαρισάμενος τὴν ἐνέργειαν)· ἀλλὰ τί φησιν; *Ἐν τούτῳ γνώσονται πάντες, ὅτι ἐμοὶ μαθηταί ἐστε, ἐὰν ἀγάπην ἔχητε ἐν ἀλλήλοις* (82). Καὶ οὕτω πανταχοῦ τὰς ἐντολὰς ταύτας συνάπτει, ὥστε τὴν εἰς τὸν πλησίον εὐποιίαν εἰς ἑαυτὸν μετατίθησιν. *Ἐπείνασα* γὰρ, φησὶ, *καὶ ἐδώκατέ μοι φαγεῖν*, καὶ τὰ ἑξῆς. Εἶτα ἐπάγει, ὅτι *Ἐφ' ὅσον ἐποιήσατε ἑνὶ τούτων τῶν ἀδελφῶν μου τῶν ἐλαχίστων, ἐμοὶ ἐποιήσατε.*

2. Οἰκοῦν διὰ μὲν τῆς πρώτης ἔστι κατορθῶσαι καὶ τὴν δευτέραν· διὰ δὲ τῆς δευτέρας ἐπανελθεῖν αὖθις ἐπὶ τὴν πρώτην· καὶ ἀγαπῶντα μὲν τὸν Κύριον, ἀγαπᾷν ἀκολούθως καὶ τὸν πλησίον. *Ὁ γὰρ ἀγαπῶν με*, εἶπεν ὁ Κύριος, *τὰς ἐντολάς μου τηρήσει* (83). Αὕτη δέ *ἐστι*, φησὶν, *ἡ ἐντολὴ ἡ ἐμὴ, ἵνα ἀγαπᾶτε ἀλλήλους, καθὼς ἐγὼ ἠγάπησα ὑμᾶς*· ἀγαπῶντα δὲ πάλιν τὸν πλησίον, τὴν εἰς τὸν Θεὸν ἀγάπην ἀποπληροῦν, αὐτοῦ εἰς ἑαυτὸν ὑποδεχομένου (84) τὴν χάριν. Διόπερ ὁ μὲν πιστὸς θεράπων τοῦ Θεοῦ Μωσῆς τοσαύτην ἐπεδείκνυτο τὴν εἰς τοὺς ἀδελφοὺς ἀγάπην, ὥστε καὶ ἐξαλειφθῆναι ἠρεῖτο ἐκ τῆς βίβλου τοῦ Θεοῦ, εἰς ἣν ἐγέγραπτο, εἰ μὴ συγχωρηθείη τῷ λαῷ τὸ ἁμάρτημα. Παῦλος δὲ ἀνάθεμα εἶναι ἀπὸ Χριστοῦ ὑπὲρ τῶν ἀδελφῶν αὐτοῦ τῶν συγγενῶν κατὰ σάρκα ἀπετόλμησεν εὔξασθαι, τῆς πάντων σωτηρίας ἑαυτὸν ἀντάλλαγμα, κατὰ μίμησιν τοῦ Κυρίου (85), γενέσθαι βουλόμενος· ἅμα δὲ καὶ εἰδὼς, ὅτι ἀμήχανον ἦν ἀλλοτριωθῆναι Θεοῦ τὸν διὰ τὴν εἰς αὐτὸν ἀγάπην ὑπὲρ τῆς μεγίστης τῶν ἐντολῶν τὴν παρὰ τοῦ Θεοῦ χάριν προϊέμενον, καὶ ὅτι διὰ τοῦτο (86) πολυπλασίονα ἐμελλεν ὧν ἔδωκεν ἀντιλήψεσθαι. Πλὴν γε ὅτι μέχρι τούτου τοῦ μέτρου τῆς πρὸς τὸν πλησίον ἀγάπης ἔφθασαν οἱ ἅγιοι, ἱκανὴν ἀπόδειξιν ἔχει τὰ εἰρημένα.

nobis seminis in modum insitæ fuerunt facultatum cultricem esse et altricem : verum quoniam proximum juxta ac nosmetipsos diligere jussi sumus, consideremus num etiam a Deo hujusce mandati conficiendi facultatem acceperimus. Quis, quæso, ignorat, hominem animal esse mansuetum et sociabile, non autem solitarium et ferum ? Nihil enim tam proprium est nostræ naturæ, quam ut mutuo consociemur, et alii aliorum indigeamus, eosque qui ejusdem sunt generis diligamus. Quorum igitur semina Dominus ipse prius nobis contulit, eorum etiam fructus postea reposcit, dicens : *Mandatum novum do vobis, ut diligatis invicem* [57]. Cum autem ad exsequendum illud mandatum animum nostrum excitare vellet, discipulorum suorum characterem et notam non in prodigiis et miraculis inauditis constituit, quanquam horum patrandorum eis vim et potestatem per Spiritum sanctum largitus fuisset : sed quid dicit ? *In hoc cognoscent omnes, quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad invicem* [58]. Et sic ubique connectit hæc præcepta, ut beneficia in proximum collata in seipsum transferat. *Esurivi* enim, inquit, *et dedistis mihi manducare* [59], etc. Deinde subjungit : *Quatenus fecistis uni ex his fratribus meis minimis, mihi fecistis* [60].

2. Itaque per primum licet secundum etiam exsequi, ac rursus per secundum reverti ad primum ; et qui Dominum amat, consequens est ut proximum quoque diligat. *Qui* enim *diligit me*, inquit Dominus, *mandata mea servabit* [61]. Ait autem : *Hoc est præceptum meum ut diligatis invicem, sicut ego dilexi vos* [62]. Ac rursus qui amat proximum, ei ipsi quæ Deo debetur charitati satisfacit, cum ipse recipiat in se hanc beneficentiam. Quapropter fidelis Dei servus Moyses tantum erga fratres ostendit amorem, ut etiam ex Dei libro in quo fuerat inscriptus, deleri voluerit, si peccati venia populo non concederetur [63]. **341** Paulus vero pro fratribus suis cognatis secundum carnem anathema esse a Christo optare ausus fuit [64] : quippe qui Domini exemplo fieri se salutis omnium pretium cuperet, simulque nosset fieri non posse, ut a Deo abalienaretur qui ob ejus amorem gratiam Dei abjecisset servandi maximi mandati causa, imo ob id multo plura quam quæ dedisset recepturum esse. Cæterum ad hanc usque mensuram pervenisse sanctorum erga proximum charitatem, ex dictis abunde demonstratum est.

[57] Joan. XIII, 34. [58] ibid. 35. [59] Matth. XXV, 35. [60] ibid. 40. [61] Joan. XIV, 23. [62] Joan. XV, 12. [63] Exod. XXXII, 32. [64] Rom. IX, 3.

(80) Codex Colb. ζῶόν ἐστιν ὁ. Statim idem ms. ἢ ἄγριον.

(81) Codex Colb. καρποὺς ἀπαιτεῖ. Statim idem ms. αὐτὴν τήν.

(82) Legitur in codice Voss. et in Colb. μετ' ἀλλήλων.

(83) Reg. primus Ἐὰν γὰρ ἀγαπᾶτέ με, εἶπεν ὁ Κύριος, τὰς ἐντολάς μου τηρήσατε. *Si diligitis me, inquit Dominus, mandata mea servate.*

(84) Reg. primus εἰς ἑαυτὸν ἀποδεχόμενον. Mox codex Voss. ὁ μὲν πιστὸς ἄνθρωπος.

(85) Unus Reg. μίμησιν τοῦ Χριστοῦ.

(86) Editi et duo mss. διὰ τούτου. Alii duo διὰ τοῦτο. Nec ita multo infra codex Voss. ἔχει προειρημένα.

Digitized by Google

INTERROGATIO IV.

De timore Dei.

RESPONSIO.

Atque iis quidem qui recens introducuntur ad pietatem, institutio ea quæ fit per timorem, utilior est, sapientissimo Salomone admonente ac dicente : *Principium sapientiæ, timor Domini* [65] : sed vobis veluti jam ex Christi infantia egressis, nec amplius lacte indigentibus, sed qui solido dogmatum alimento secundum internum hominem ad perfectionem deduci potestis, præceptis sublimioribus opus est, in quibus tota ejus quæ in Christo est dilectionis veritas perficitur. Nimirum cavendum est vobis, ne forte uberiora Dei dona graviori multæ obnoxios vos reddant, si in beneficum largitorem ingrati exstiteritis. *Cui* enim, inquit [66], *commendaverunt multum, plus repetent ab eo.*

INTERROGATIO V.

De cavenda mentis evagatione.

RESPONSIO.

1. Illud certe sciendum est, nos non posse aliud quodvis mandatum servare, neque Deum aut proximum diligere, si huc et illuc mente divagemur. Neque enim artem aut scientiam probe callere potest, qui ab alia ad aliam transit : neque unam etiam comparare, qui ea quæ propria finis sunt, ignorat. Par namque est actiones ad scopum et fidem quadrare : siquidem nihil quod rectum sit, via inepta et incongruenti peragitur. Nam neque artis ærariæ finis per figlinæ opera acquiri solet : neque per sedulum tibiæ cantum parantur athleticæ coronæ, sed unicuique fini peculiaris ac idoneus labor requiritur. Quare exercitatio etiam quæ fit juxta Christi Evangelium ad placendum Deo, in eo posita est, si curis mundi amandatis, omnem mentis avocationem propellamus. Quamobrem Apostolus, etsi alioquin permissæ sint nuptiæ, fuerintque habitæ benedictione dignæ, tamen eas quæ ex his nascuntur occupationes curis pro Deo gerendis opposuit, perinde quasi hæc inter se cohærere non **342** possent, his verbis : *Qui sine uxore est, sollicitus est quæ Domini sunt, quomodo placiturus sit Deo : qui autem cum uxore est, sollicitus est quæ sunt mundi, quomodo placiturus sit uxori* [67]. Ita et Dominus suis discipulis animo sincero et ab omni aberratione vacuo præditis testimonium reddidit dicens : *Vos de mundo hoc non estis* [68]. Et contra, fieri non posse testatus est, ut mundus reciperet Dei cognitionem, et Spiritum sanctum caperet : *Pater* enim *juste*, inquit,

ΕΡΩΤΗΣΙΣ Δ'.

Περὶ φόβου Θεοῦ.

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

Τοῖς μὲν οὖν ἄρτι εἰσαγομένοις εἰς τὴν εὐσέβειαν ἡ διὰ τοῦ φόβου στοιχείωσις χρησιμωτέρα, κατὰ τὴν ὑποθήκην τοῦ σοφωτάτου Σολομῶντος, εἰπόντος· *Ἀρχὴ σοφίας, φόβος Κυρίου*· ὑμῖν δὲ, ὡς διαβεβηκόσι τὴν ἐν Χριστῷ νηπιότητα, καὶ (87) οὐκέτι δεομένοις γάλακτος, ἀλλὰ δυναμένοις τῇ στερεᾷ τῶν δογμάτων τροφῇ τὸν ἔσω ἄνθρωπον τελειοῦσθαι, τῶν κεφαλαιωδεστέρων ἐντολῶν χρεία, ἐν αἷς πᾶσα ἀλήθεια τῆς ἐν Χριστῷ ἀγαπης κατορθοῦται, φυλασσομένοις δηλονότι, μήποτε ἡ περιουσία τῶν δωρεῶν τοῦ Θεοῦ βαρυτέρας αἰτία ὑμῖν (88) κατακρίσεως γένηται, ἀχαρίστως πρὸς τὸν εὐεργέτην διατεθεῖσιν. *Ὧ γὰρ παρέθεντο*, φησὶ, *πολὺ, περισσότερον ἀπαιτήσουσιν αὐτόν.*

ΕΡΩΤΗΣΙΣ Ε'.

Περὶ τοῦ κατὰ διάνοιαν ἀμετεωρίστου.

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

1. Ἐκεῖνο μέντοι γε γινώσκειν χρὴ, ὅτι οὔτε ἄλλης τινὸς ἐντολῆς τήρησιν, οὔτε αὐτὴν τὴν πρὸς Θεὸν ἀγάπην, οὔτε τὴν πρὸς τοὺς πλησίον δυνάμεθα κατορθῶσαι, ἄλλοτε περὶ ἄλλα ταῖς διανοίαις ἀποπλανώμενοι. Οὔτε γὰρ τέχνην ἢ ἐπιστήμην ἀκριβῶσαι δυνατὸν, ἄλλοτε ἐπ' ἄλλην μεταβαίνοντα· μήτε μὴν (89) μιᾶς περιγενέσθαι, μὴ τὰ οἰκεῖα τοῦ τέλους γνωρίσαντα. Δεῖ γὰρ ἀκολούθους εἶναι τῷ σκοπῷ τὰς πράξεις, ὡς οὐδενὸς τῶν κατὰ λόγον διὰ τῶν ἀνοικείων κατορθουμένου. Ἐπεὶ οὔτε τὸ χαλκευτικῆς τέλος διὰ τῶν ἔργων τῆς κεραμείας περιγενέσθαι (90) πέφυκεν, οὔτε ἀθλητικοὶ στέφανοι ἐκ τῆς περὶ τὸ αὐλεῖν σπουδῆς κατορθοῦνται· ἀλλὰ ἑκάστῳ τέλει οἰκεῖος ὁ πόνος καὶ συναρμόζων ἐπιζητεῖται (91). Ὥστε καὶ ἡ ἄσκησις τῆς κατὰ τὸ Εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ πρὸς Θεὸν εὐαρεστήσεως ἐν τῇ ἀναχωρήσει τῶν μεριμνῶν τοῦ κόσμου καὶ τῇ παντελεῖ ἀλλοτριώσει τῶν περισπασμῶν ἡμῖν κατορθοῦται. Διόπερ ὁ Ἀπόστολος, καὶ ταῦτα συγκεχωρημένου τοῦ γάμου, καὶ εὐλογίας ἠξιωμένου, τὰς ἀπ' αὐτοῦ ἀσχολίας ταῖς περὶ Θεὸν (92) μερίμναις ἀντέθηκεν, ὡς οὐ δυναμένων τούτων ἀλλήλοις συμβῆναι, εἰπών· *Ὁ ἄγαμος μεριμνᾷ τὰ τοῦ Κυρίου, πῶς ἀρέσει τῷ Κυρίῳ· ὁ δὲ γαμήσας μεριμνᾷ τὰ τοῦ κόσμου, πῶς ἀρέσει τῇ γυναικί.* Οὕτω καὶ τοῖς μαθηταῖς ὁ Κύριος μετὰ τὴν εἰλικρινῆ καὶ ἀμετεώριστον διάθεσιν ἐμαρτύρει, λέγων· *Ὑμεῖς οὐκ ἐστὲ ἐκ τοῦ κόσμου τούτου.* Καὶ ἀπὸ τοῦ ἐναντίου, τὴν τοῦ Θεοῦ ἐπίγνωσιν τὸν κόσμον ἀδύνατον εἶναι δέξασθαι, μηδὲ Πνεῦμα ἅγιον χωρῆσαι διεμαρτύρατο· *Πάτερ* γὰρ,

[65] Prov. I, 7. [66] Luc. XII, 48. [67] I Cor. VII, 32, 33. [68] Joan. XV, 19.

(87) Voculam καὶ addidimus ex antiquis tribus libris. Haud longe codex Voss. ἐν ᾗ πᾶσα.

(88) Editi αἰτία ὑμῖν. Antiqui quatuor libri ἡμῖν.

(89) Codex Voss. et alii duo οὔτε μήν. Mox codex Voss. τῶν σκοπῶν, καὶ τὰς πράξεις. At Colb. καὶ τῶν σκοπῶν τάς.

(90) Antiqui duo libri περιγίνεσθαι.

(91) Reg. tertius συναρμόζων ἐπινοεῖταί τε καὶ ἐπιζητεῖται, *excogitatur et requiritur*. Codex Colb. συναρμόζων ἐπιτελεῖται.

(92) Codex Voss. et alii nonnulli περὶ Θεοῦ.

Digitized by Google

φησι, *δίκαιε, ὁ κόσμος σε οὐκ ἔγνω·* καὶ, *Τὸ Πνεῦμα τῆς ἀληθείας, ὃ ὁ κόσμος οὐ δύναται λαβεῖν.* A *etiam, mundus te cognovit* [69]; et : *Spiritus veritatis, quem mundus non potest accipere* [70].

2. Λυθῆναι οὖν δεῖ τῶν δεσμῶν τῆς προσπαθείας τοῦ βίου τόν γε ἀληθινῶς τῷ Θεῷ ἀκολουθήσειν (93) μέλλοντα· τοῦτο δὲ διὰ παντελοῦς ἀναχωρήσεως καὶ λήθης τῶν παλαιῶν ἐθῶν κατορθοῦται. Ὡς εἰ μή γε ἀποξενώσοιμεν (94) ἑαυτοὺς, καὶ συγγενείας σαρκικῆς, καὶ κοινωνίας βίου, οἱονεὶ πρὸς ἕτερον κόσμον διὰ τῆς σχέσεως μεταβαίνοντες, κατὰ τὸν εἰπόντα. *Ἡμῶν γὰρ τὸ πολίτευμα ἐν οὐρανοῖς ὑπάρχει* (95), ἀμήχανον ἡμᾶς περιγενέσθαι τοῦ σκοποῦ τῆς πρὸς Θεὸν εὐαρεστήσεως, τοῦ Κυρίου ὁριστικῶς εἰπόντος, ὅτι *Οὕτω πᾶς ἐξ ὑμῶν, ὃς οὐκ ἀποτάσσεται πᾶσι τοῖς ὑπάρχουσιν ἑαυτοῦ, οὐ δύναται εἶναί μου μαθητής.* Τοῦτο δὲ ποιήσαντας, πάσῃ φυλακῇ τηρεῖν B προσήκει τὴν ἑαυτῶν καρδίαν, ὡς μήποτε τὴν περὶ Θεοῦ ἔννοιαν ἐκβαλεῖν (96), ἢ τὴν μνήμην τῶν θαυμασίων αὐτοῦ φαντασίαις τῶν ματαίων καταῤῥυπαίνειν· ἀλλὰ διὰ τῆς διηνεκοῦς καὶ καθαρᾶς μνήμης ἐντετυπωμένην ταῖς ψυχαῖς ἡμῶν, ὥσπερ σφραγῖδα ἀνεξάλειπτον, τὴν ὁσίαν τοῦ Θεοῦ ἔννοιαν περιφέρειν. Οὕτω γὰρ ἡμῖν περιγίνεται ἡ πρὸς Θεὸν ἀγάπη (97), ἅμα τε διεγείρουσα πρὸς τὴν ἐργασίαν τῶν ἐντολῶν τοῦ Κυρίου, καὶ ὑπ' αὐτῶν πάλιν αὐτὴ συντηρουμένη πρὸς τὸ διαρκὲς καὶ ἀδιάπτωτον. Καὶ τοῦτο δείκνυσιν ὁ Κύριος, ποτὲ μὲν λέγων· *Ἐὰν ἀγαπᾶτέ με, τὰς ἐντολάς μου τηρήσατε*, ποτὲ δὲ, ὅτι *Ἐὰν τὰς ἐντολάς μου* (98) *τηρήσητε, μενεῖτε ἐν τῇ ἀγάπῃ μου*, καὶ ἔτι δυσωπητικώτερον· *Καθὼς ἐγὼ τὰς ἐντολὰς τοῦ Πατρός μου τετήρηκα, καὶ μένω αὐτοῦ ἐν τῇ ἀγάπῃ.* C

2. Quisquis igitur vere Deum sequi vult, vinculis affectionum vitæ hujus solvatur necesse est : quod per integrum secessum morumque veterum oblivionem perficitur. Quare nisi nos ipsi et a cognatione carnali et a societate vitæ removerimus, veluti ad alterum mundum per animi habitudinem transmigrantes, juxta eum qui dixit : *Nostra enim conversatio in cœlis est* [71], scopum nostrum attingere non possumus, Deo videlicet ut placeamus, cum Dominus verbis decretoriis dixerit : *Sic omnis ex vobis qui non renuntiat omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus* [72]. His autem peractis, cor nostrum omni custodia servandum est [73], ne unquam amittatur Dei cogitatio, neve rerum mirabilium ab eo gestarum memoria vanis phantasmatibus coinquinetur : sed circumferenda est sancta Dei cogitatio, sic ut quasi sigillum indelebile ex perpetua et pura recordatione in animis nostris imprimatur. Ita enim a nobis comparatur Dei dilectio, quæ simul excitat ad conficienda Dei mandata, et ipsa ab ipsis vicissim perpetuo et constanter servatur. Atque hoc Dominus ostendit, qui nunc quidem ait : *Si diligitis me, mandata mea servate* [74] : nunc vero, *Si præcepta mea servaveritis, manebitis in dilectione mea* [75] ; et, quod efficacius etiam possit commovere : *Sicut et ego Patris mei præcepta servavi, et maneo in ejus dilectione* [76].

3. Ἐξ ὧν παιδεύει ἡμᾶς, ἀεὶ τοῦ προκειμένου ἔργου τὸ θέλημα τοῦ προστάξαντος ὥσπερ σκοπὸν προτιθεμένους, πρὸς αὐτὸν (99) τὰ τῆς σπουδῆς κατευθύνειν, καθὰ καὶ ἀλλαχοῦ φησιν, ὅτι *Καταβέβηκα ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, οὐχ ἵνα ποιῶ τὸ θέλημα τὸ ἐμὸν, ἀλλὰ τὸ θέλημα τοῦ πέμψαντός με Πατρός.* Ὥσπερ γὰρ αἱ κατὰ τὸν βίον τέχναι, σκοπούς τινας οἰκείους ἑαυταῖς προστησάμεναι, ἀκολούθως ἐκείνοις τὰς κατὰ μέρος συναρμόζουσιν ἐνεργείας· οὕτω καὶ τοῖς ἡμετέροις ἔργοις ἑνὸς ὅρου καὶ κανόνος ἐπικειμένου, τοῦ εὐαρέστως τῷ Θεῷ ποιῆσαι τὰς ἐντολὰς, ἀδύνατον (1) ἄλλως τὸ ἀκριβὲς τοῦ ἔργου κατορθωθῆναι μὴ κατὰ τὸ βούλημα τοῦ ἐκδεδωκότος ἐπιτε- D λούμενον. Ἐν δὲ τῇ ἀκριβεῖ πρὸς τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ περὶ τὸ ἔργον σπουδῇ συνάπτεσθαι τῷ Θεῷ διὰ τῆς μνήμης ὑπάρξει. Ὥσπερ γὰρ ὁ χαλκεὺς ἐν τῇ ἐργασίᾳ, εἰ τύχοι, τῆς ἀξίνης, τοῦ ἐκδεδωκότος αὐτῷ μεμνημένος, καὶ ἐν τῇ διανοίᾳ φέρων αὐτὸν, καὶ σχῆμα ἐκεῖνο καὶ μέγεθος ἐννοεῖ, καὶ πρὸς τὸ

3. Quibus illud nos docet, semper in opere quod faciendum constituerimus, præcipientis voluntatem tanquam scopum nobis proponere debere, ad eumque studium nostrum dirigere, uti etiam alio loco dicit : *Descendi de cœlo, non ut faciam voluntatem meam, sed voluntatem ejus qui misit me, Patris* [77]. Ut enim artes quæ ad parandum victum excogitatæ sunt, ubi proposuerint sibi scopos quosdam peculiares, congruenter illis convenienterque singula opera sua accommodant : ita etiam cum opera nostra finem unum ac regulam habeant, nimirum ut mandata modis Deo acceptis exsequamur, opus accurate peragi aliter non potest nisi ad jubentis voluntatem efficiatur. Futurum est autem ut, si in quovis opere diligens studium ad voluntatem Dei faciendam conferamus, Deo per hanc recordationem conjungamur. Quemadmodum enim **343** faber ferrarius, cum securim, exempli causa, cudit, ejus qui id sibi operis locavit,

[69] Joan. xvii, 25. [70] Joan. xiv, 17. [71] Philipp. iii, 20. [72] Luc. xiv, 33. [73] Prov. iv, 23. [74] Joan. xiv, 15. [75] Joan. xv, 10. [76] ibid. [77] Joan. vi, 38.

(93) Codex Voss. et Reg. primus ἀκολουθεῖν. Codex Colb. pro Θεῷ habet Κυρίῳ.

(94) Veteres duo libri ἀποξενώσαιμεν.

(95) Editiones veteres οὐρανοῖς ὑπάρχῃ. Antiqui tres libri præter Voss. ὑπάρχει. Mox Reg. primus ἡμᾶς περιγίνεσθαι.

(96) Reg. primus ἔννοιαν ἐκβάλλειν.

(97) Codex Colb. ἡ τοῦ Θεοῦ ἀγάπη. Mox Reg. primus ἐντολῶν τοῦ Θεοῦ, καὶ ὑπ' αὐτῶν πάλιν αὖτη.

(98) Antiqui duo libri τὰς ἐντολὰς τὰς ἐμάς.

(99) Editio Paris. æque ac Basil. et Reg. tertius πρὸς αὐτό, *ad voluntatem*. Editio Ven. et mss. tres πρὸς αὐτόν, *ad scopum*.

(1) Codex Colb. ἀδύνατον νάς

Digitized by Google

memor est, ipsumque fert in animo, ac formam hanc quæ sibi ab eo præscripta est et magnitudinem attendit, atque suum opus ad voluntatem ejus qui illud injunxit, dirigit (si enim hunc ceperit oblivio, aut quidpiam aliud, aut longe dissimile efficiet ejus, quod facere instituerat) : ita et Christianus omni actione tum parva tum magna ad Dei voluntatem directa, simul et opus suum diligenter conficit, et memoriam præcipientis servat, ac implet quod dictum est : *Providebam Dominum in conspectu meo semper, quoniam a dextris est mihi, ne commovear* [78]. Quin et perficit præceptum illud : *Sive manducatis, sive bibitis, sive quid facitis, omnia in gloriam Dei facite* [79]. Si quis autem agendo depravat præcepti integritatem, eum languide Dei meminisse planum est. Memores igitur vocis illius qui dixit : *Nonne cœlum et terram ego impleo? dicit Dominus* [80] ; et : *Deus appropinquans ego sum, et non Deus de longe* [81] ; et : *Ubi sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum* [82] ; omnia facere debemus, ut fieri decet quæ in oculis Domini efficiuntur, et omnia cogitare, ut cogitari decet quæ ab ipso cernuntur. Sic enim et perpetuus futurus est timor odio habens iniquitatem, sicut scriptum est [83], et contumeliam, et superbiam, et vias malorum, atque charitas perficitur, impletque quod dictum fuit a Domino : *Non quæro voluntatem meam, sed voluntatem ejus qui misit me, Patris* [84], cum anima continuo sibi plane persuadeat et bonas actiones judici et vitæ nostræ arbitro acceptas esse, et malas ab eo condemnari. Puto autem una cum hoc etiam illud contingere, ut ne ipsa quidem Domini mandata conficiantur ad captandam hominum benevolentiam. Nemo est enim qui se ad inferiorem convertat, si persuasum habeat adesse præstantiorem. Quin potius si contigerit, ut quæ fiunt cuipiam homini clariori et illustriori grata sint et accepta, alteri vero viliori invisa et reprehensione digna videantur ; contempta hac inferioris reprehensione, pluris facit præstantioris approbationem. Quod si inter homines res ita se habeant, quænam, quæso, anima vere prudens et sana, quæ Deum præsentem esse sibi penitus persuaserit, iis omissis quibus Deo placere possit, modo se ad aucupandam humanam gloriam conversura est, modo vero neglectis Dei mandatis, inserviet humanæ consuetudini, aut a communi et anticipata opinione vincetur, aut flectetur a dignitatibus? Sic erat animatus qui dixit : *Narraverunt mihi iniqui fabulationes, sed non ut lex tua, Domine* [85]. Et rursus : *Et loquebar in testimoniis tuis in conspectu regum, et non confundebar* [86].

A βούλημα τοῦ ὑποθεμένου τὴν (2) ἐργασίαν εὐθύνει (ἐὰν γὰρ ἐπιλάθηται, ἄλλο τι, ἢ ἀλλοῖον ποιήσει παρ' ὃ προέθετο) · οὕτω καὶ ὁ Χριστιανὸς, πᾶσαν ἐνέργειαν καὶ μικρὰν καὶ μείζονα πρὸς τὸ βούλημα τοῦ Θεοῦ (3) κατευθύνων, ὁμοῦ τε τὴν πρᾶξιν τῇ ἀκριβείᾳ κατακοσμεῖ, καὶ τὴν τοῦ προστάξαντος ἔννοιαν διασώζει, καὶ πληροῖ τὸ εἰρημένον· *Προωρώμην τὸν Κύριον ἐνώπιόν μου διαπαντὸς, ὅτι ἐκ δεξιῶν μού ἐστιν, ἵνα μὴ σαλευθῶ.* Καὶ κατορθοῖ τὸ προστεταγμένον, ἐκεῖνο· *Εἴτε ἐσθίετε* (4). *εἴτε πίνετε, εἴτε τι ποιεῖτε, πάντα εἰς δόξαν Θεοῦ ποιεῖτε.* Παραφθείρων δὲ ἐν τῇ ἐργασίᾳ τὴν ἀκρίβειαν τῆς ἐντολῆς, ὅῆλός ἐστι περὶ τὴν μνήμην τοῦ Θεοῦ ἀσθενῶν. Μεμνημένους οὖν τῆς φωνῆς τοῦ εἰπόντος· *Οὐχὶ τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν ἐγὼ πληρῶ ; λέγει Κύριος* · καὶ τὸ, *Θεὸς ἐγγίζων ἐγώ εἰμι, καὶ οὐ Θεὸς πόρρωθεν* · καὶ τὸ, *Ὅπου εἰσὶ δύο ἢ τρεῖς συνηγμένοι εἰς τὸ ἐμὸν ὄνομα, ἐκεῖ εἰμὶ ἐν μέσῳ αὐτῶν* · πᾶσαν ἐνέργειαν, ὡς ὑπὸ ταῖς ὄψεσι τοῦ Κυρίου γινομένην, καὶ πᾶσαν ἔννοιαν, ὡς παρ' αὐτοῦ ἐποπτευομένην, ἐπιτελεῖν χρή. Οὕτω γὰρ καὶ ὁ φόβος διαρκὴς ἐνυπάρξει, μισῶν ἀδικίαν, κατὰ τὸ γεγραμμένον, ὕβριν τε καὶ ὑπερηφανίαν (5) καὶ ὁδοὺς πονηρῶν, καὶ ἡ ἀγάπη τελειοῦται, πληροῦσα τὸ ὑπὸ τοῦ Κυρίου εἰρημένον, ὅτι *Οὐ ζητῶ τὸ θέλημα τὸ ἐμὸν, ἀλλὰ τὸ θέλημα τοῦ πέμψαντός με Πατρὸς*, ἐν πληροφορίᾳ διηνεκεῖ τῆς ψυχῆς οὔσης τοῦ καὶ τὰς ἀγαθὰς πράξεις ἀποδεκτὰς εἶναι τῷ κριτῇ καὶ ἀθλοθέτῃ τοῦ ἡμετέρου βίου, καὶ τὰς ἐναντίως ἐχούσας αὐτόθεν δέχεσθαι τὴν κατάκρισιν. Οἶμαι δὲ τούτῳ συγκατορθοῦσθαι (6) καὶ τὸ μηδὲ αὐτὰς τὰς ἐντολὰς τοῦ Κυρίου πρὸς ἀνθρωπαρέσκειαν γίνεσθαι. Οὐδεὶς γὰρ ἐν πληροφορίᾳ τῆς παρουσίας τοῦ κρείττονος πρὸς τὸν ἐλάττονα ἐπιστρέφεται· ἀλλὰ, κἂν συμβῇ τὸ γινόμενον τῷ μὲν ἐνδοξοτέρῳ προσώπῳ ἀπόδεκτον καὶ εὐάρεστον εἶναι, τῷ δὲ ὑποδεεστέρῳ ἀβούλητον καὶ ψεκτὸν καταφαίνεσθαι, πλείονος ἀξίαν τιθέμενος τὴν τοῦ ὑπερέχοντος ἀποδοχὴν, καταφρονεῖ τῆς τοῦ ἐλάττονος μέμψεως. Εἰ δὲ ἐπ' ἀνθρώπων οὕτως, ἥ γε ὡς ἀληθῶς νήφουσα καὶ ὑγιαίνουσα ψυχὴ ἐν πληροφορίᾳ τῆς τοῦ Θεοῦ παρουσίας, ποτὲ ἀφεμένη τοῦ πρὸς εὐαρέστησιν Θεοῦ ποιεῖν τι, πρὸς τὰς παρὰ τῶν ἀνθρώπων δόξας (7) ἐπιστραφήσεται· ποτὲ δὲ ἀμελήσασα τῶν τοῦ Θεοῦ προσταγμάτων, ἀνθρωπίνῳ ἔθει δουλεύσει, ἢ ὑπὸ κοινῆς προλήψεως κρατηθήσεται, ἢ καὶ ὑπ' ἀξιωμάτων δυσωπηθήσεται. Τοιαύτη διάθεσις ἦν τοῦ εἰπόντος· *Διηγήσαντό μοι παράνομοι ἀδολεσχίας, ἀλλ' οὐχ ὡς ὁ νόμος σου, Κύριε* · καὶ πάλιν· *Καὶ ἐλάλουν ἐν τοῖς μαρτυρίοις σου ἐναντίον βασιλέων, καὶ οὐκ ἠσχυνόμην.*

[78] Psal. xv, 8. [79] I Cor. x, 31. [80] Jerem. xxiii, 24. [81] ibid. 23. [82] Matth. xviii, 20. [83] Psal. cxviii, 163. [84] Joan. v, 30. [85] Psal. cxviii, 85. [86] ibid. 46.

(2) Reg. primus καὶ πρὸς τὸ θέλημα τοῦ ποθουμένου τήν, *ad voluntatem ejus qui id opus desiderat.* Paulo ante codex Colb. σχῆμα ἐκείνου.

(3) Reg. unus πρὸς τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ.

(4) Editiones veteres Εἴτε ἐσθίετε. Codex Voss. et alii duo Εἴτε οὖν ἐσθίετε.

(5) Antiquæ editiones ὕβριν τε καὶ περιφάνειαν, corrupte. Codex Combef. et alii tres καὶ ὑπερηφανίαν.

(6) Codex Colb. Οἶμαι δὲ καὶ τοῦτο συγκατορθοῦσθαι, τὸ μηδέ. Reg. tertius Οἶμαι δὲ, ὅτι τούτῳ συγκατορθοῦται καὶ τό.

(7) Reg. primus et Voss. τὰς τῶν ἀνθρώπων δόξας. Statim duo mss. ἢ καὶ ὑπὸ κοινῆς.

Digitized by Google

ΕΡΩΤΗΣΙΣ Ϛ'.

Ὅτι ἀναγκαῖον τὸ ἰδιάζειν.

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

1. Συντελεῖ δὲ πρὸς τὸ ἀμετεώριστον τῇ ψυχῇ καὶ τὸ ἰδιάζειν κατὰ τὴν οἴκησιν. Τὸ γὰρ ἀναμεμιγμένην ἔχειν τὴν ζωὴν τοῖς ἀφόβως καὶ καταφρονητικῶς πρὸς τὴν ἀκριβῆ τήρησιν τῶν ἐντολῶν διακειμένοις βλαβερὸν καὶ ὁ τοῦ Σολομῶντος ἀποδείκνυσι λόγος, διδάσκοντος ἡμᾶς, ὅτι *Μὴ ἴσθι ἑταῖρος ἀνδρὶ θυμώδει· φίλῳ δὲ ὀργίλῳ μὴ συναυλίζου, μήποτε μάθῃς τῶν ὁδῶν αὐτοῦ* (8), *καὶ λάβῃς βρόχους τῇ σῇ ψυχῇ*, καὶ τὸ, *Ἐξέλθετε ἐκ μέσου αὐτῶν, καὶ ἀφορίσθητε, λέγει Κύριος*, πρὸς τὸ αὐτὸ φέρει. Οὐκοῦν ἵνα μήτε διὰ ὀφθαλμῶν μήτε διὰ ὤτων ἐρεθισμοὺς εἰς ἁμαρτίαν δεχώμεθα, καὶ κατὰ τὸ λανθάνον προσεθισθῶμεν αὐτῇ, καὶ ὥσπερ τύποι τινὲς καὶ χαρακτῆρες τῶν ὁρωμένων καὶ ἀκουομένων ἐναπομείνωσι (9) τῇ ψυχῇ εἰς ὄλεθρον καὶ ἀπώλειαν, καὶ ἵνα δυνηθῶμεν ἐπιμένειν τῇ προσευχῇ, ἀφιδιάζωμεν πρῶτον κατὰ τὴν οἴκησιν. Οὕτω γὰρ ἂν καὶ τοῦ προλαβόντος ἔθους περιγενοίμεθα, ἐν ᾧ ἀλλοτρίως ἐζήσαμεν τῶν ἐντολῶν τοῦ Χριστοῦ (10) (οὐ μικρὸς δὲ οὗτος ἀγών, τῆς ἑαυτοῦ συνηθείας περιγενέσθαι· ἔθος γὰρ διὰ μακροῦ χρόνου βεβαιωθὲν φύσεως ἰσχὺν λαμβάνει), καὶ τοὺς ἐξ ἁμαρτίας δὲ σπίλους ἐκτρῖψαι δυνησόμεθα τῇ τε φιλοπόνῳ προσευχῇ (11) καὶ τῇ ἐπιμόνῳ μελέτῃ τῶν τοῦ Θεοῦ θελημάτων· ἧς μελέτης καὶ προσευχῆς ἐν πολλοῖς τοῖς περιέλκουσι τὴν ψυχὴν, καὶ ἀσχολίας βιωτικὰς ἐμποιοῦσι, περιγενέσθαι ἀμήχανον. Καὶ τὸ, *Εἴ τις θέλει ὀπίσω μου ἐλθεῖν, ἀπαρνησάσθω ἑαυτὸν* (12), πότε ἄν τις ἐν τούτοις ὢν πληρῶται δυνηθείη; Χρὴ γὰρ ἡμᾶς, ἀπαρνησαμένους ἑαυτοὺς, καὶ ἄραντας τὸν σταυρὸν τοῦ Χριστοῦ, οὕτως ἀκολουθεῖν αὐτῷ. Ἄρνησις δέ ἐστιν ἑαυτοῦ ἡ παντελὴς τῶν παρελθόντων λήθη, καὶ ἡ τῶν θελημάτων ἑαυτοῦ (13) ἀναχώρησις, ἣν ἐν τῇ ἀδιαφόρῳ συνηθείᾳ ζῶντα κατορθῶσαι δυσκολώτατον, ἵνα μὴ λέγω, ὅτι παντελῶς ἀνεπίδεκτον. Ἀλλὰ καὶ πρὸς τὸ ἆραι τὸν σταυρὸν ἑαυτοῦ καὶ ἀκολουθεῖν τῷ Χριστῷ ἐμπόδιόν ἐστιν ἡ πρὸς τὸν τοιοῦτον βίον ἐπιμιξία. Ἡ γὰρ ἑτοιμασία πρὸς (14) τὸν ὑπὲρ Χριστοῦ θάνατον, καὶ ἡ νέκρωσις τῶν μελῶν τῶν ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ τὸ παρατεταγμένως πρὸς πάντα κίν-

A

344 INTERROGATIO VI.

Quod necesse sit in secessu vitam degere.

RESPONSIO.

1. Atque etiam ad cavendam mentis evagationem conducit remota ac solitaria habitatio. Vitam siquidem, quæ promiscue agitur cum iis qui secure perfectam præceptorum observationem contemnunt, perniciosam esse ac exitiosam ipse etiam Salomon ostendit, qui nos ita docet : *Noli esse sodalis viro furioso, neque una cum amico iracundo habites : ne forte discas vias ejus, et sumas laqueos animæ tuæ* [87]. Et illud : *Exite de medio eorum, et separamini, dicit Dominus* [88], eodem pertinet. Ne igitur per oculos auresve subeant peccati irritamenta, eique imprudentes assuescamus : neve rerum quas viderimus et audierimus quasi formæ quædam ac imagines, in anima permaneant ad exitium interitumque nostrum ; et ut in precatione insistere possimus, primum habitatio eligatur solitaria et ab hominum consortio remota. Sic enim licebit et priores mores vincere, per quos vitam egimus a Christi præceptis alienam (non mediocre autem est hoc certamen, suam ipsius consuetudinem superare : nam consuetudo per longum tempus corroborata, naturæ vim ac robur obtinet), et poterimus quoque peccati maculas abstergere, tum diligenti precatione, tum meditatione assidua voluntatum Dei : cui meditationi precationique, inter multos qui animum distrahant, eumque in vitæ hujus negotiis occupatum teneant, vacare non possumus. Et illud : *Si quis vult post me venire, abneget semetipsum* [89], quis unquam inter hos degens explere poterit? Nos enim oportet, si nosmetipsos abnegemus, et crucem Christi tollamus, sic ipsum sequi. Abnegare autem semetipsum est præteritorum prorsus oblivisci, atque a voluntatibus suis secedere : quem secessum in promiscua hominum consuetudine servare difficillimum fuerit, ne dicam viribus omnino impar. Atque etiam ne quis tollat crucem suam, Christumque sequatur, impedimento est ejusmodi vitæ societas. Nam præparare se ad mortem pro Christo perferendam, mortificare membra quæ sunt super

B

C

D

[87] Prov. xxii, 24, 25. [88] II Cor. vi, 17. [89] Luc. ix, 23.

(8) Codex Voss. τὴν ὁδὸν αὐτοῦ. Haud longe codex Colb. βρόχους τῇ σεαυτοῦ. Subinde editi et Reg. secundus πρὸς τοῦτο αὐτό. At mss. tres πρὸς τὸ αὐτό.

(9) Reg. primus ἐναπομένωσι. Codex Colb. ἀπομείνωσι.

(10) Codex Colb. ἐντολῶν τοῦ Θεοῦ.

(11) Idem ms. τῇ τε φιλοπόνῳ σχολάζειν προσευχῇ. Reg. primus emendatus habet σχολάζοντες. Sed illud σχολάζειν, sive σχολάζοντες, habeo pro additamento librariorum, quippe quod non obscure redundet. Quæ statim sequuntur, ἐν πολλοῖς τοῖς, etc., ea non nego intelligi posse de rebus, quæ distrahant animum : sed mihi verisimilius fit, intelligenda esse de personis. Basilii enim is est scopus, ut nos ad vitandam hominum frequentiam exhortetur. —Verte *inter multa animam distrahentia.* MARAN.

(12) Codex Voss. perinde ut Regii secundus et tertius Εἴ τις ἔρχεται πρὸς μὲ, ἀπαρνησάσθω ἑαυτόν. *si quis venit ad me, abneget semetipsum.* Codex Colb uberius Εἴ τις ἔρχεται πρός μὲ, ἀπαρνησάσθω ἑαυτὸν, καὶ ἀράτω τὸν σταυρὸν αὐτοῦ, καὶ ἀκολουθείτω μοι.

(13) Editi et Combef. αὐτοῦ. Alii tres mss. præter Voss. ἑαυτοῦ. Haud longe codex Colb. ἀδιαφόρῳ συνοδίᾳ, *in promiscuo hominum cœtu.* Lectio non inepta.

(14) Legitur in Colb. Ἡ γὰρ ἐπιθυμία πρός, *desiderium mortis.*

Digitized by Google

terram, accingi quasi in instructa acie ad periculum omne subeundum, quod nobis pro Christi nomine impendeat, vitaque præsenti non affici, hoc est crucem suam tollere : ad quod magna nobis impedimenta a communi vitæ consuetudine accedere videmus.

2. Et præter alia omnia quæ multa sunt, respiciens animus in delinquentium multitudinem, primum quidem non habet spatium peccata sua sentiendi, seque ob delicta conterendi per pœnitentiam; **345** imo deterioribus secum collatis, etiam quamdam sibi vindicat virtutis speciem : deinde præ tumultibus et negotiis quæ vita communis parere solet, a pretiosissima Dei memoria abstractus, non id duntaxat detrimenti accipit ut nec gaudeat, nec delectetur in Deo, nec perfruatur Domini deliciis, nec verborum ejus dulcedinem degustet, ita ut dicere queat : *Memor fui Dei, et delectatus sum* [90] ; et : *Quam dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo* [91] ; sed etiam judicia ipsius aspernari ac prorsus oblivisci assuescit, quo nullum majus aut perniciosius malum ei accidere potest.

INTERROGATIO VII.

Quod vita agenda sit cum iis qui eodem animo impulsi, Deo placere sibi proponunt, et quod difficile simulque periculosum sit, solitarium vivere.

Quoniam igitur ex verbis tuis nobis persuasissimum est, vitam quæ degitur cum iis qui Domini præcepta contemnunt, periculosam esse, ex ordine discere volumus, num qui secessit a talibus, debeat privatim et seorsum a cæteris degere, an cum fratribus concordibus, et qui eumdem pietatis scopum sibi constituerint, vitam ducere.

RESPONSIO.

1. Vitam quæ simul cum pluribus agitur ad multa utiliorem esse scio. Ac primum quidem, quod nemo nostrum sit, qui sibi ipsi sufficiat ad sublevandas corporis necessitates, sed in comparandis rebus necessariis alter alterius opera indigeamus. Quemadmodum enim pes aliam quidem obtinet facultatem, alia vero caret, et neque sine reliquorum membrorum auxilio suam ipsius vim reperit idoneam, aut perseveranter sibi ipsi sufficientem, neque in se subsidia habet, quæ quod sibi deest, suppleant : ita quoque in solitaria vita, et quod adest nobis, inutile redditur, et quod deest, comparari non potest : siquidem opifex Deus nos alterum alterius ope egere decrevit, sicut scriptum est [92], ut sic inter nos conjungamur.

δυνον τὸν ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος τοῦ Χριστοῦ ἐπερχόμενον ἡμῖν διακεῖσθαι, καὶ τὸ ἀπροσπαθῶς ἔχειν πρὸς τὴν παροῦσαν ζωήν, τοῦτό ἐστιν ἄραι (15) τὸν σταυρὸν ἑαυτοῦ· πρὸς ὃ μεγάλα ὁρῶμεν τὰ ἐμπόδια ὑπὸ τῆς τοῦ κοινοῦ βίου συνηθείας ἡμῖν ἐγγινόμενα.

2. Καὶ πρὸς πᾶσι τοῖς ἄλλοις πολλοῖς οὖσιν, εἰς τὸ πλῆθος τῶν παρανομούντων ἀποβλέπουσα ψυχή, πρῶτον μὲν οὐκ ἄγει καιρὸν ἐπαισθάνεσθαι τῶν ἰδίων ἁμαρτημάτων (16), καὶ συντρῖψαι ἑαυτὴν διὰ τῆς μετανοίας ἐπὶ τοῖς πλημμελήμασιν· ἐν δὲ τῇ συγκρίσει τῶν χειρόνων καὶ κατορθώματός τινα φαντασίαν προσκτᾶται· εἶτα ὑπὸ τῶν θορύβων καὶ τῶν ἀσχολιῶν, ἃς ὁ κοινὸς βίος πέφυκεν ἐμποιεῖν, τῆς ἀξιολογωτέρας μνήμης τοῦ Θεοῦ ἀποσπωμένη, οὐ μόνον τὸ ἐναγαλλιᾶσθαι καὶ ἐνευφραίνεσθαι (17) τῷ Θεῷ ζημιοῦται, καὶ τὸ κατατρυφᾶν τοῦ Κυρίου, καὶ τὸ καταγλυκαίνεσθαι τοῖς ῥήμασιν αὐτοῦ, ὥστε δύνασθαι εἰπεῖν· *Ἐμνήσθην τοῦ Θεοῦ, καὶ ηὐφράνθην*· καί, *Ὡς γλυκέα* (18) *τῷ λάρυγγί μου τὰ λόγιά σου, ὑπὲρ μέλι τῷ στόματί μου*· ἀλλὰ καὶ εἰς καταφρόνησιν καὶ λήθην τῶν κριμάτων αὐτοῦ παντελῆ συνεθίζεται, οὗ μεῖζον κακὸν οὐδὲν ἂν οὐδὲ ὀλεθριώτερον πάθοι.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ Ζ'.

Περὶ τοῦ δεῖν τοῖς ὁμόφροσι πρὸς τὸν σκοπὸν τῆς πρὸς Θεὸν εὐαρεστήσεως συζῆν· καὶ ὅτι δύσκολον ὁμοῦ καὶ ἐπικίνδυνον τὸ μονάζειν.

Ἐπεὶ οὖν ἐπληροφόρησεν ἡμᾶς ὁ λόγος, ἐπικίνδυνον εἶναι τὴν μετὰ τῶν καταφρονητικῶς ἐχόντων περὶ τὰς ἐντολὰς τοῦ Κυρίου ζωήν, ἀκολούθως μαθεῖν ἀξιοῦμεν, εἰ χρὴ τὸν ἀναχωρήσαντα τούτων ἰδιάζειν καθ' ἑαυτόν, ἢ ὁμόφροσιν ἀδελφοῖς καὶ τὸν αὐτὸν σκοπὸν τῆς εὐσεβείας προελομένοις συζῆν.

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

1. Πρὸς πολλὰ χρησιμωτέραν καταμανθάνω τὴν ἐπὶ τὸ αὐτὸ τῶν πλειόνων διαγωγήν. Πρῶτον μέν, ὅτι οὐδὲ πρὸς τὰς τοῦ σώματος χρείας ἕκαστος ἡμῶν ἑαυτῷ αὐτάρκης, ἀλλ' ἐν τῷ πορισμῷ τῶν ἀναγκαίων ἀλλήλων χρῄζομεν. Ὥσπερ γὰρ ὁ ποῦς τὴν μὲν ἔχει δύναμιν, τῆς δὲ ἐπιδεής ἐστι, καὶ ἄνευ τῆς τῶν λοιπῶν μελῶν συλλήψεως οὔτε τὴν ἑαυτοῦ (19) ἐνέργειαν δυνατὴν ἢ αὐτάρκη ἑαυτῷ πρὸς διαμονὴν εὑρίσκει, οὔτε παραμυθίαν ἔχει τοῦ λείποντος· οὕτω καὶ ἐν τῇ μονήρει ζωῇ καὶ τὸ παρὸν ἡμῖν ἄχρηστον γίνεται, καὶ τὸ ἐλλεῖπον ἀπαραμύθητον, τοῦ δημιουργοῦ Θεοῦ ὁρίσαντος χρῄζειν ἡμᾶς ἀλλήλων, καθὼς γέγραπται, ἵνα καὶ συναπτώμεθα ἀλλήλοις. Ἄνευ δὲ τούτου καὶ ὁ τῆς ἀγάπης τοῦ Χριστοῦ λόγος οὐκ ἐπιτρέπει τὸ ἴδιον σκοπεῖν ἕκαστον. *Ἡ ἀγάπη* γάρ, φησίν, *οὐ*

[90] Psal. LXXVI, 4. [91] Psal. CXVIII, 103. [92] Eccli. XIII, 20.

(15) Veteres duo libri τοῦτό ἐστι τὸ ἄραι.

(16) Scriptum invenitur in Colb. τῶν οἰκείων ἁμαρτ.

(17) Reg. primus οὐ μόνον τὸ ἐναγάλλεσθαι καὶ ἐνευφ. Legitur vero in Colb. οὐ μόνον τὸ ἐν ἀγαλλιάσει ἐνευφραίνεσθαι τῷ Θεῷ ζημιοῦται. Haud longe ante verbum κατατρυφᾶν voculam τό addidimus ex mss. multis.

(18) Editi γλυκεῖα. At Voss. et alii duo γλυκέα. Ibidem Colb. στόματί μου, καὶ κηρίον, *et super favum*. Hoc ipso in loco duo mss. ἢ καὶ λήθην.

(19) Reg. primus οὐδὲ τὴν ἑαυτοῦ. Statim Voss. οὕτως οὖν ἐν τῇ μονήρει.

Digitized by Google

ζητεῖ τὰ ἑαυτῆς. Ὁ δὲ ἀφιδιαστικὸς (20) βίος ἕνα σκοπὸν ἔχει, τὴν οἰκείαν ἑκάστου τῶν χρειῶν θεραπείαν. Τοῦτο δὲ προδήλως μαχόμενόν ἐστι τῷ τῆς ἀγάπης νόμῳ, ὃν ὁ Ἀπόστολος ἐπλήρου, μὴ ζητῶν τὸ ἑαυτοῦ συμφέρον, ἀλλὰ τὸ τῶν πολλῶν, ἵνα σωθῶσιν. Ἔπειτα ἐν τῷ καταχωρισμῷ (21) οὐδὲ τὸ ἐλάττωμα ῥᾳδίως ἕκαστος τὸ ἑαυτοῦ ἐπιγνώσεται, οὐκ ἔχων τὸν ἐλέγχοντα αὐτὸν, καὶ ἐν πραότητι καὶ εὐσπλαγχνίᾳ ἐπανορθούμενον. Ἔλεγχος μὲν γὰρ καὶ παρὰ ἐχθροῦ πολλάκις ἂν γένοιτο θεραπείας ἐπιθυμίαν ἐμποιῶν τῷ εὐγνώμονι· θεραπεία δὲ ἁμαρτήματος ἐπιστημόνως παρὰ τοῦ εἰλικρινῶς ἀγαπήσαντος κατορθοῦται. *Ὁ γὰρ ἀγαπῶν*, φησὶν, *ἐπιμελῶς παιδεύει*. Ὃν ἐπὶ τῆς μονώσεως εὑρεῖν ἄπορον, μὴ προενωθέντα κατὰ τὸν βίον· ὥστε συμβαίνειν αὐτῷ τὸ εἰρημένον ἐκεῖνο· *Οὐαὶ τῷ ἑνὶ, ὅτι ἐὰν πέσῃ, οὐκ ἔστιν ὁ ἐγείρων αὐτόν*. Καὶ αἱ ἐντολαὶ δὲ ὑπὸ μὲν τῶν πλειόνων ἐπὶ τὸ αὐτὸ ῥᾳδίως γίνονται πλείους, ὑπὸ δὲ τοῦ ἑνὸς οὐκέτι· ἐν γὰρ τῇ ἐργασίᾳ τῆς μιᾶς ἐμποδίζεται ἡ ἄλλη. Οἷον, ἐν τῇ ἐπισκέψει τοῦ ἀσθενοῦντος ἡ ὑποδοχὴ τοῦ ξένου, καὶ ἐν τῇ μεταδόσει καὶ κοινωνίᾳ τῶν χρειῶν (22) (καὶ μάλιστα, ὅταν διὰ μακροῦ αἱ διακονίαι γίνωνται), ἡ περὶ τὰ ἔργα σπουδή· ὥστε ἐκ τούτου τὴν μεγίστην καὶ σύντονον πρὸς σωτηρίαν ἐντολὴν ἐλλιμπάνεσθαι· μήτε τοῦ πεινῶντος τρεφομένου, μήτε τοῦ γυμνοῦ περιβαλλομένου. Τίς ἂν οὖν ἕλοιτο τὴν ἀργὴν καὶ ἄκαρπον ζωὴν τῆς ἐγκάρπου καὶ κατ' ἐντολὴν τοῦ Κυρίου ἐπιτελουμένης προτιμῆσαι;

A Sed præterea diligendi Christi ratio et modus unumquemque quod proprium sibi fuerit, spectare non sinit. *Charitas* enim, inquit, *non quærit quæ sua sunt*[93]. Vita autem solitaria et seorsum a cæteris omnibus acta scopum unicum habet, ut suis quisque utilitatibus inserviat. Hoc autem aperte adversatur charitatis legi, quam implevit Apostolus, qui non sua, sed multorum commoda quærebat, ut salvi fierent[94]. Adhæc in hujusmodi secessu unusquisque ne **346** delictum quidem suum facile cognoscet, cum non habeat a quo redarguatur, et mansuete ac clementer corrigatur. Reprehensio enim quæ ab inimico etiam fit, sæpe in viro probo et æquo sanitatis quærendæ desiderium parit : peccatum vero ab eo qui sincere di-

Ὅσοι δὲ ὑπὸ ζυγὸν ὄντες δοῦλοι ταῖς ἀδελφότησι προσφεύγουσι, νουθετηθέντας αὐτοὺς, καὶ βελτιωθέντας ἀποπέμπεσθαι χρὴ τοῖς δεσπόταις, καθ' ὁμοίωσιν τοῦ μακαρίου Παύλου, ὃς, τὸν Ὀνήσιμον γεννήσας διὰ τοῦ Εὐαγγελίου, ἀνέπεμψε (76) τῷ Φιλήμονι, τὸν μὲν πληροφορήσας, ὅτι ὁ ζυγὸς τῆς δουλείας εὐαρέστως τῷ Κυρίῳ κατορθούμενος βασιλείας οὐρανῶν ἄξιον συνίστησι· τὸν δὲ παρακαλέσας οὐ μόνον (77) ἀνεῖναι τὴν κατ' αὐτοῦ ἀπειλὴν, μεμνημένον τοῦ ἀληθινοῦ Κυρίου εἰπόντος, *Ἐὰν ἀφῆτε τοῖς ἀνθρώποις τὰ παραπτώματα αὐτῶν, ἀφήσει καὶ ὁ Πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος τὰ παραπτώματα ὑμῶν*, ἀλλὰ καὶ χρηστοτέραν ἔχειν πρὸς αὐτὸν τὴν διάθεσιν, τῷ γράψαι· *Τάχα γὰρ διὰ τοῦτο ἐχωρίσθη πρὸς ὥραν, ἵνα αἰώνιον αὐτὸν ἀπέχῃς, οὐκέτι ὡς δοῦλον, ἀλλ' ὑπὲρ δοῦλον ἀδελφὸν ἀγαπητόν.* Εἰ μέντοι κακὸς ὁ δεσπότης τύχοι, παράνομά τινα ἐπιτάσσων, καὶ πρὸς παράβασιν ἐντολῆς τοῦ ἀληθινοῦ (78) Δεσπότου τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τὸν δοῦλον βιαζόμενος, ἀγωνίζεσθαι χρὴ, ὅπως μὴ τὸ ὄνομα τοῦ Θεοῦ βλασφημηθῇ (79) διὰ τὸν δοῦλον ἐκεῖνον ποιήσαντά τι (80), ὃ μὴ ἀρέσκει Θεῷ. Κατορθοῦται δὲ ὁ ἀγὼν ἢ ἐν τῷ τὸν δοῦλον ἐκεῖνον καταρτισθῆναι πρὸς ὑπομονὴν τῶν ἐπιφερομένων αὐτῷ παθημάτων, ὑπὲρ τοῦ πειθαρχῆσαι Θεῷ μᾶλλον ἢ ἀνθρώπῳ (81), καθὼς γέγραπται, ἢ ἐν τῷ τοὺς ὑποδεξαμένους ἀναδέξασθαι ὡς ἀρέσκει Θεῷ τοὺς ὑπὲρ αὐτοῦ ἐπαγομένους αὐτοῖς πειρασμούς.

INTERROGATIO XII.

Quomodo recipiendi sint qui connubio junguntur.

RESPONSIO.

Atque ii etiam qui, matrimonio conjuncti, ad hujusmodi vitæ genus accedunt, interrogandi sunt, an mutuo consensu id efficiant ex Apostoli præcepto (*Nam*, inquit, *sui corporis potestatem non habet* [49]); sicque qui accedit, coram pluribus testibus recipiendus est. Nam obedientiæ Deo debitæ nihil est præferendum. Quod si dissentiat altera D

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΙΒ'.

Ὅπως χρὴ τοὺς ἐν συζυγίᾳ προσδέχεσθαι.

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

Καὶ τοὺς ἐν συζυγίᾳ δὲ γάμου τοιούτῳ βίῳ προσερχομένους ἀνακρίνεσθαι δεῖ, εἰ ἐκ συμφώνου (82) τοῦτο ποιοῦσι κατὰ τὴν διαταγὴν τοῦ Ἀποστόλου (*Τοῦ γὰρ ἰδίου σώματος*, φησὶν, *οὐκ ἐξουσιάζει*)· καὶ οὕτως ἐπὶ πλειόνων μαρτύρων δέχεσθαι τὸν προσερχόμενον. Τῆς γὰρ πρὸς Θεὸν ὑπακοῆς οὐδὲν (83) προτιμότερον. Εἰ δὲ διαστασιάζοι τὸ ἕτερον

[46] Philem. 10, 12. [46] Matth. VI, 14. [47] Philem. 15, 16. [48] Act. V, 29. [49] I Cor. VII, 4.

(76) Unus Reg. ἀπέπεμψε.

(77) Reg. primus et Voss. μὴ μόνον. Ibidem codex Colb. ἀνιέναι τήν. Statim veteres duo libri et editi τοῦ ἀληθινοῦ Θεοῦ. Alii tres mss. τοῦ ἀληθινοῦ Κυρίου.

(78) Reg. primus et Colb. ἐντολῆς Θεοῦ τοῦ ἀληθινοῦ.

(79) Si servus herum improbum fugiens, et contraria divinæ legi imperantem, ad monasterium confugiat ; dandam esse ait operam, ut ne nomen Dei blasphemetur, διὰ τὸν δοῦλον ἐκεῖνον ποιήσαντά τι, ὃ μὴ ἀρέσκει Θεῷ, *propter servum illum, si quid fecerit non acceptum Deo*, manere scilicet apud herum coactus, et a monasterio repulsus. MARAN.

(80) Combefisius putat legi potius debere ποιήσοντα, quam ποιήσαντα · sed conjecturæ ipsius non favent libri antiqui. Ibidem codex Voss. ἀρέσκῃ Θεῷ. Statim idem liber et alii duo δοῦλον ἐκεῖνον καταρτισθῆναι. Vox ἐκεῖνον in vulgatis deerat.

(81) Sic codex Voss. et alii non pauci. Editiones veteres πειθαρχῆσθαι.... ἢ ἀνθρώποις. Mox Reg. primus et Voss. τοὺς ὑποδεχομένους. Subinde codex Voss. αὐτοὺς πειρασμούς.

(82) Reg. primus et Voss. et Colb. ἐκ συμφωνίας, sensu non dissimili. Ibidem codex Colb. ποιῶσι.

(83) Reg. primus πρὸς Θεὸν ὑποταγῆς οὐδέν. Mox codex Voss. Εἰ δὲ διστασιάζοι. Reg. primus διστάζοι.

Digitized by Google

μέρος, καὶ διαμάχοιτο, ἔλαττον φροντίζον τῆς πρὸς Θεὸν εὐαρεστήσεως, μνημονευέσθω ὁ Ἀπόστολος λέγων· *Ἐν δὲ εἰρήνῃ κέκληκεν ἡμᾶς ὁ Θεός*· καὶ πληρούσθω τὸ πρόσταγμα τοῦ Κυρίου εἰπόντος· *Εἴ τις ἔρχεται πρὸς μέ, καὶ οὐ μισεῖ τὸν πατέρα αὐτοῦ, καὶ τὴν μητέρα* (84), *καὶ τὴν γυναῖκα, καὶ τὰ τέκνα*, καὶ τὰ λοιπά, *οὐ δύναταί μου εἶναι μαθητής*. Τῆς γὰρ πρὸς Θεὸν ὑπακοῆς οὐδὲν προτιμότερον. Ἡμεῖς δὲ ἔγνωμεν ἐν πολλοῖς πολλάκις καὶ διὰ συντόνου προσευχῆς καὶ νηστείας ἀνενδότου τὸν σκοπὸν τῆς ἐν ἁγνείᾳ ζωῆς περιγενόμενον, τοῦ Κυρίου τοὺς μέχρι παντὸς ἀπειθοῦντας καὶ δι' ἀνάγκης (85) πολλάκις σωματικῆς τῇ συγκαταθέσει τῆς ὀρθῆς κρίσεως ὑπάγοντος.

A pars, repugnetque, quod minus sollicita sit, quomodo placeat Deo, in mentem veniat Apostoli, qui dicit : *In pace autem vocavit nos Deus* [80]; atque impleatur præceptum Domini, qui dixit : *Si quis venit ad me, et non odit patrem suum, et matrem, et uxorem et filios*, etc., *non potest meus esse discipulus* [81]. Nihil enim obedientiæ Deo debitæ est anteponendum. Cæterum nos castæ vitæ agendæ consilium non raro tum vehementium precum, tum assidui jejunii ope in multis prævaluisse novimus, Domino eos qui prorsus obstinati erant, sæpe etiam per corporalem necessitatem ad rectum judicium comprobandum inducente.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΙΓ'.

Ὅτι χρήσιμον τοῖς εἰσαγομένοις καὶ τὸ διὰ σιωπῆς γυμνάσιον.

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

Ἀγαθὸν δὲ τοῖς εἰσαγομένοις καὶ τὸ διὰ σιωπῆς γυμνάσιον. Ὁμοῦ τε γὰρ ἀπόδειξιν τῆς ἐγκρατείας ἱκανὴν παρέξονται, γλώσσης κρατοῦντες, καὶ ἐνησυχίᾳ συντόνως καὶ ἀμετεωρίστως μαθήσονται (86) παρὰ τῶν ἐπιστημόνως κεχρημένων τῷ λόγῳ, πῶς δεῖ καὶ ἐρωτᾶν, καὶ ἑνὶ ἑκάστῳ ἀποκρίνεσθαι. Ἔστι γὰρ καὶ τόνος φωνῆς, καὶ συμμετρία λόγου, καὶ καιροῦ ἐπιτηδειότης, καὶ ῥημάτων ἰδιότης, οἰκεία καὶ διαφέρουσα τοῖς εὐσεβέσιν, ἣν οὐχ οἷόν τε διδαχθῆναι, μὴ τὰ ἐκ τῆς συνηθείας ἀπομαθόντα· τῆς σιωπῆς ὁμοῦ τε λήθην τῶν προτέρων διὰ τῆς ἀργίας ἐμποιούσης, καὶ σχολὴν πρὸς τὴν τῶν ἀγαθῶν μάθησιν παρεχομένης. Ὥστε, ἐὰν μή τις ἢ οἰκεία χρεία πρός τε τὴν ἐπιμέλειαν τῆς ἑαυτοῦ ψυχῆς, καὶ πρὸς τὴν ἀπαραίτητον τοῦ ἐν χερσὶν ἔργου ἀνάγκην, ἢ ἐπερώτημά τι τοιοῦτον προσαγόμενον κατεπείγῃ, ἐν σιωπῇ διάγειν, ἐκτὸς δηλονότι ψαλμῳδίας (87).

B

C

INTERROGATIO XIII.

Quod etiam utilis est novitiis silentii exercitatio.

RESPONSIO.

Atqui novitiis utilis est etiam silentii exercitatio. Etenim si linguam doment, simul et daturi sunt magnum continentiæ argumentum, et in silentio studiosissime atque attentissime discent ab iis qui scienter sermone utuntur, quando et interrogare et unicuique respondere oporteat. Est enim et vocis contentio, et sermonis modus, et opportunitas temporis, et verborum proprietas, quæ pietatis cultoribus propria sit et peculiaris : quam fieri non potest ut discat qui consueta non dedidicerit. Silentium autem simul et priorum oblivionem ex intermissione parit, et otium ad discenda bona suppeditat. Quamobrem, nisi aut peculiare aliquod negotium, **355** et ad animæ suæ curam, et ad inevitabilem operis alicujus, quod in manibus sit, necessitatem pertinens, aut instituta quæstio aliqua urgeat, in silentio degendum est, excepta videlicet psalmorum modulatione.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΙΔ'.

Περὶ τῶν ἑαυτοὺς τῷ Θεῷ καθομολογησαμένων, εἶτα τὴν ὁμολογίαν ἀθετεῖν ἐπιχειρούντων.

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

Παραδεχθέντα μέντοι εἰς τὴν ἀδελφότητα τούτων ἕκαστον, εἶτα τὴν ὁμολογίαν ἀθετήσαντα, οὕτω χρὴ ὁρᾶσθαι, ὡς εἰς Θεὸν ἐξαμαρτόντα, ἐφ' οὗ καὶ εἰς ὃν τὴν ὁμολογίαν τῶν συνθηκῶν κατέθετο. *Ἐὰν δὲ εἰς Θεόν τις*, φησὶν, *ἁμάρτῃ, καὶ τίς προσεύξεται* (88) *περὶ αὐτοῦ*; Ὁ γὰρ ἀναθεὶς ἑαυτὸν τῷ Θεῷ, εἶτα πρὸς ἄλλον βίον ἀποπηδήσας, ἱερόσυλος γέγονεν, αὐτὸς ἑαυτὸν διακλέψας, καὶ ἀφελόμενος

D

INTERROGATIO XIV.

De iis qui seipsos Deo voverunt, et deinde professionem suam irritam facere conantur.

RESPONSIO.

Utique horum unusquisque, qui inter fratres admissus fuerit, posteaque professionem suam resciderit, perinde aspici debet, ut qui in Deum peccaverit, coram quo et in quo pactorum confessionem deposuit. *Si vero*, inquit, *in Deum quis peccaverit, et quis orabit pro eo* [82] ? Qui enim seipsum dicavit Deo, et deinde ad aliud vitæ genus transiit, factus est sacrilegus, cum ipse sui ipsius fur fuerit,

[80] I Cor. VII, 15. [81] Luc. XIV, 26. [82] I Reg. II, 25.

(84) Unus ms. μητέρα αὐτοῦ.

(85) Codex Colb. δι' ἀνάγκην. Basilius ultimis suæ responsionis verbis rationem reddit, cur permiserit viro monasterium ingredi, invita uxore, et vice versa. Nam, inquit, non raro vidimus, partem dissentientem, per preces et jejunia adductam tandem fuisse ad assentiendum. Sed si altera pars nunquam consensisset, procul dubio Basilius virum aut mulierem ante professionem e monasterio egredi debere dixisset.

(86) Reg. primus et Colb. et Voss. παρέξονται, καὶ ἐν ἡσυχίᾳ συντόνῳ καὶ ἀμετεωρίστῳ γλώσσης κρατοῦντες μαθήσονται.

(87) Reg. primus et Colb. ψαλμῳδίας. Παραδεχθέντα, etc., sine ullo titulo intermedio. Nec valde admodum dubito, quin ita legi præstet; quoniam tamen invenitur titulus et in vulgatis et in antiquis quibusdam libris, nihil mutavimus.

(88) Reg. primus εὔξεται. Mox idem ms. βίον ἀποδημήσας.

Digitized by Google

donariumque Deo consecratum abstulerit. Quibus æquum est non amplius fores fratrum aperiri, ne si in brevi quidem transitu ad poscendum tectum accederent. Perspicua est enim Apostoli regula, qua jubemur subducere nos ab omni inordinato, neque commisceri cum illo, ut confundatur [53].

τοῦ Θεοῦ τὸ ἀνάθημα. Οἷς εὔλογόν ἐστι, μηκέτι θύραν τῶν ἀδελφῶν ἀνοίγεσθαι, μηδὲ εἰ κατὰ ψιλήν ποτε πάροδον (89) σκέπης ἕνεκεν ἐπιδημήσειαν. Ὁ γὰρ ἀποστολικὸς κανὼν φανερὸς, κελεύων ἡμᾶς στέλλεσθαι ἀπὸ παντὸς ἀτάκτου, καὶ μὴ συναναμίγνυσθαι αὐτῷ, ἵνα ἐντραπῇ.

INTERROGATIO XV.

Qua ætate permittendum sit ut Deo seipsos voveant: qua item ætate virginitatis professio rata habenda sit et firma.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΙΕ'.

Ἀπὸ ποίας ἡλικίας ἐπιτρέπειν χρὴ καθομολογεῖν ἑαυτοὺς τῷ Θεῷ. καὶ (90) τὴν τῆς παρθενίας ὁμολογίαν πότε βεβαίαν ἡγεῖσθαι.

RESPONSIO.

1. Cum Dominus dicat: *Sinite pueros venire ad me* [54], et Apostolus eum laudet, qui ab infantia sacras litteras didicit [55], rursusque præcipiat liberos educari in disciplina et correptione Domini [56], omne tempus, primæ etiam ætatis, iis qui accedunt excipiendis idoneum esse censemus, eos quidem qui parentibus orbati sunt, nostrapte sponte assumentes, ut ad Jobi exemplum orphanorum parentes efficiamur [57]; eos vero, qui sub parentibus sunt, ab ipsis adductos, coram multis testibus suscipientes, ne occasionem demus volentibus occasionem, sed eorum qui adversum nos blasphemiam loquuntur, os omne injustum obstruatur. Excipiendi igitur sunt ad hunc modum, nec ipsi tamen statim in fratrum corpore aut annumerandi sunt, aut recensendi, ne si illi a fine proposito aberrarent, ipsorum probra in pium vitæ institutum refunderentur: sed educandi illi quidem sunt in omni pietate, tanquam communes fratrum liberi, prætereaque puerorum, sive mares sint, sive feminæ, separari oportet et domos et diætam, **356** ut erga seniores neque licentiam majorem, neque fiduciam immodicam habeant, sed congressus raritate erga antiquiores reverentiam servent, neque ex pœnis quæ perfectioribus ob neglecta officia irrogantur (si quando eos ab his discessisse contigerit), peccandi facilitas, aut sæpe animi elatio latenter eis innascatur, dum in iis quæ ipsi recte faciunt, sæpenumero antiquiores delinquentes vident. Qui enim puer est mente, ab eo qui ætate puer est, nihil differt. Quare nihil mirum si in utrisque eadem etiam vitia sæpenumero reperiantur. Neque vero in quibus antiquiores decorum servant ob suam ætatem, ea juniores ante tempus et præter de-

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

1. Τοῦ Κυρίου λέγοντος· *Ἄφετε τὰ παιδία ἔρχεσθαι πρὸς μὲ*, καὶ τοῦ Ἀποστόλου ἐπαινοῦντος τὸν ἀπὸ βρέφους τὰ ἱερὰ γράμματα μεμαθηκότα, καὶ πάλιν παραγγέλλοντος ἐκτρέφειν τὰ τέκνα ἐν παιδείᾳ καὶ νουθεσίᾳ Κυρίου, πάντα καιρὸν, καὶ τὸν τῆς πρώτης ἡλικίας εὔθετον εἶναι πρὸς τὴν τῶν προσιόντων παραδοχὴν δοκιμάζομεν, τὰ μὲν ἔρημα γονέων ἀφ' ἑαυτῶν προσλαμβανόμενοι, ὥστε γενέσθαι κατὰ τὸν ζῆλον τοῦ Ἰὼβ ὀρφανῶν πατέρας· τὰ δὲ ὑπὸ γονεῖς ὄντα, παρ' αὐτῶν ἐκείνων προσαγόμενα, ἐπὶ πολλῶν μαρτύρων δεχόμενοι, ὥστε μὴ δοῦναι ἀφορμὴν τοῖς θέλουσιν ἀφορμὴν· ἀλλὰ πᾶν ἄδικον στόμα τῶν λαλούντων καθ' ἡμῶν βλασφημίαν ἐπισχεθῆναι (91). Δέχεσθαι μὲν οὖν χρὴ, κατὰ τοῦτον τὸν λόγον, οὐ μὴν εὐθὺς αὐτὰ, καὶ συναριθμεῖσθαι καὶ συγκαταλέγεσθαι τῷ σώματι προσήκει τῶν ἀδελφῶν (92), ὥστε μὴ τὰ ἐκ τῆς ἀποτυχίας αὐτῶν ὀνείδη ἐπὶ τὸν βίον τὸν κατ' εὐσέβειαν ἀναφέρεσθαι· ἀλλ' ἐκτρέφεσθαι μὲν αὐτὰ ἐν πάσῃ εὐσεβείᾳ ὡς κοινὰ τέκνα τῆς ἀδελφότητος, ἀφωρίσθαι δὲ καὶ οἴκους καὶ δίαιταν τοῖς τε ἄρσεσι τῶν παίδων, καὶ ταῖς θηλείαις, ὡς μήτε (93) παῤῥησίαν, μήτε θάρσος ἄμετρον πρὸς τοὺς πρεσβυτέρους αὐτοῖς ἐγγίνεσθαι, τῷ δὲ σπανίῳ τῆς συντυχίας τὸ πρὸς τοὺς προάγοντας (94) αἰδέσιμον σώζεσθαι· μήτε ἐκ τῶν ἐπιτιμίων τῶν προσαγομένων τοῖς τελειοτέροις ἐν τοῖς παροράμασι τῶν καθηκόντων, εἴποτε ἄρα μετεωρισθῆναι συμβαίη, εὐχέρειαν αὐτοῖς τῶν ἁμαρτημάτων, ἢ ἔπαρσιν πολλάκις κατὰ τὸ λεληθὸς ἐντίκτεσθαι, ὅταν ἐν οἷς αὐτοὶ κατορθοῦσι, πολλάκις τοὺς πρεσβυτέρους ἴδωσι διαπταίοντας. Διαφέρει γὰρ οὐδὲν τοῦ νηπίου καθ' ἡλικίαν ὁ ταῖς φρεσὶ νηπιάζων. Ὥστε οὐδὲν θαυμαστὸν καὶ τὰ αὐτὰ πάθη πολλάκις ἐν ἀμφοτέροις εὑρίσκεσθαι.

[53] II Thess. III, 14. [54] Marc. X, 14. [55] II Tim. III, 15. [56] Ephes. VI, 4. [57] Job XXIX, 12.

(89) Editio Basil. æque ac Paris. κατὰ ψύχους ποτὲ πάροδον, *frigoris tempore transeuntes*, male. Editio Ven. κατὰ ψυχὴν ποτε πάροδον non melius. Veteres quatuor libri cum Voss. ut in contextu, nisi quod vox ποτε in aliquibus mss. desit. Mox Reg. primus κανὼν φανερῶς κελεύει, *regula apostolica manifesto jubet*, haud male.

(90) Reg. primus ἑαυτοὺς τῷ Κυρίῳ καί. Mox idem ms. βεβαίαν ποιεῖσθαι.

(91) Reg. primus et Voss. et Colb. ἀλλὰ πᾶσαν βλασφημίαν τῶν πονηρευομένων καθ' ἡμῶν ἐν τῷ μέρει τούτῳ περικοπῆναι. Δέχεσθαι, *sed omnis malignorum hac in parte adversum nos obtrectatio auferatur.*

(92) Antiqui duo libri cum Voss. προσήκει τῆς ἀδελφότητος. Mox editio Basil. perinde ut Paris. τὸν βίον κατ' εὐσ. Editio Ven. et mss. non pauci τὸν βίον τὸν κατ' εὐσ. Ibidem Reg. primus ἀλλὰ τρέφεσθαι. Rursus hoc ipso in loco veteres duo libri præter Voss. ἐν πάσῃ εὐσεβείᾳ, *in omni pietate.* Editi et mss. nonnulli ἐν πάσῃ ἀγάπῃ, *in omni dilectione.*

(93) Reg. primus et Colb. οἶκον καὶ δίαιταν τοῖς παισὶν, ὥστε μήτε. Codex Voss. οἴκους καὶ δίαιταν τοῖς παισὶν, ὡς· quod ut brevius, ita fortasse et melius quoque esse judicabitur. Alii quidam mss. et editi ut in contextu.

(94) Editi πρὸς προάγοντας. At mss. tres πρὸς τοὺς προά.

Digitized by Google

Μήτε μὴν ἐν οἷς διὰ τὴν ἡλικίαν τὸ πρέπον τοῖς πρεσβυτέροις σώζεται, πρὸς ταῦτα τοὺς νέους διὰ τῆς συναναστροφῆς πρὸ καιροῦ ἀπρεπῶς προπετεύεσθαι.

A corum temere agant ob frequentem cum ipsis consuetudinem.

2. Ταύτης τε οὖν τῆς οἰκονομίας ἕνεκεν καὶ τῆς λοιπῆς σεμνότητος διωρίσθαι χρὴ τῶν παίδων καὶ τῶν τελειοτέρων τὴν οἴκησιν. Καὶ ἅμα οὐδὲ θόρυβον ἕξει ὁ οἶκος τῶν ἀσκητῶν ἐν τῇ μελέτῃ τῶν διδαγμάτων ἀναγκαίᾳ οὔσῃ (95) τοῖς νέοις. Ἀλλὰ προσευχαὶ μὲν κοιναὶ καὶ παισὶ καὶ πρεσβυτέροις ἔστωσαν, αἱ κατὰ τὴν ἡμέραν διατετυπωμέναι· τοῖς τε γὰρ παιδίοις ἐθισμὸς ἐκ τοῦ ζήλου τῶν τελειοτέρων πρὸς κατάνυξιν (96), καὶ τοῖς προάγουσιν οὐ μικρὰ ἐν προσευχαῖς ἡ παρὰ νηπίων βοήθεια· μελέται δὲ ἰδιάζουσαι, καὶ δίαιται (97) κατά τε ὕπνον καὶ ἐγρήγορσιν, καὶ τροφῆς καιρὸν, καὶ μέτρον καὶ ποιότητα παιδίοις πρεπόντως ἀφωρίσθω. Ἐπιτετάχθω δὲ τοῖς τοιούτοις ὁ καθ' ἡλικίαν προήκων, καὶ τὴν ἐμπειρίαν ὑπὲρ τοὺς ἄλλους ὢν, καὶ μαρτυρίαν ἔχων ἐπὶ μακροθυμίᾳ· ὥστε πατρικῇ μὲν εὐσπλαγχνίᾳ, λόγῳ δὲ ἐπιστημονικῷ τὰ ἁμαρτήματα τῶν νέων ἐπανορθοῦσθαι, οἰκείας ἑκάστῳ παιδεύματι τὰς θεραπείας προσάγοντα, ὥστε (98) τὸ αὐτὸ καὶ ἐπιτίμησιν ἔχειν τοῦ ἁμαρτήματος, καὶ γυμνάσιον ἀπαθείας (99) τῇ ψυχῇ γίνεσθαι. Οἷον, ὠργίσθη πρὸς τὸν ὁμήλικα; τοῦτον θεραπεῦσαι, καὶ ὑπηρετῆσαι αὐτῷ κατὰ ἀναλογίαν τοῦ τολμήματος ἀναγκασθήτω. Ὁ γὰρ πρὸς τὴν ταπείνωσιν ἐθισμὸς οἷον ἐκτέμνει (1) τῆς ψυχῆς τὸ θυμούμενον, τῆς ἐπάρσεως ὡς τὰ πολλὰ ἡμῖν τὴν ὀργὴν ἐμποιούσης. Ἥψατο βρωμάτων παρὰ καιρόν; ἐπὶ πλεῖστον τῆς ἡμέρας ἀπόσιτος ἔστω. Ἀμέτρως ἢ ἀσχημόνως σιτούμενος κατεγκώσθη; κατὰ τὸν καιρὸν τῆς τροφῆς εἰργόμενος τῶν σιτίων, ὁρᾷν τοὺς ἄλλους κατ' ἐπιστήμην ἐσθίοντας ἀναγκαζέσθω, ὥστε καὶ κολάζεσθαι τῇ ἀποχῇ, καὶ διδάσκεσθαι τὴν σεμνότητα. Λόγον ἀφῆκεν ἀργὸν, ὕβριν εἰς τὸν πλησίον, ψεῦδος, ἄλλο τι τῶν ἀπηγορευμένων; Τῇ τε γαστρὶ καὶ τῇ σιωπῇ σωφρονιζέσθω.

B 2. Quapropter cum hujus œconomiæ, tum reliquæ etiam servandæ disciplinæ ac sanctimoniæ causa distinctam esse oportet puerorum et natu majorum habitationem. Prætereaque, dum necessaria illa juvenibus exercitatio fiet, non turbabitur monachorum domus. Precationes autem quæ per diem institutæ sunt, et pueris et antiquioribus sint communes. Nam pueri majorum exemplo compungi consuescunt: antiquiores vero in precationibus a pueris haud parum adjuvantur. Cæterum quod ad somnum, ad vigilias, ad tempus, mensuramque et qualitatem alimentorum attinet, convenienter pueris decernantur exercitationes et diætæ peculiares. Præficiatur autem talibus quispiam ætate provectior, cæterisque experientia præstantior, qui etiam lenitatis testimonium habeat: ut paterna clementia ac perito sermone corrigat juvenum peccata, atque peculiaria remedia singulis delictis afferat; simulque et reprehendatur peccatum, et anima ad imperturbatum quemdam statum exerceatur. Exempli causa, iratus est quispiam suo coæquali? Eum placare, ipsique pro facinoris ratione subservire cogatur. Nam humilitatis assuetudo iracundiam animi quasi exscindit; cum contra ejusdem elatio plerumque nobis iram ingeneret. Sumpsit cibos

C præter tempus? Maxima diei parte jejunet. Immodice aut indecore cibum cepisse deprehensus est? Ipse refectionis tempore a cibo abactus, alios rite edentes intueri cogatur, ut et abstinentia plectatur, et honestatem discat. Protulit verbum otiosum, contumeliam in proximum, mendacium, aliquid aliud quod interdictum sit? Et ventre et silentio castigetur.

3. Δεῖ δὲ καὶ τὴν τῶν γραμμάτων μελέτην οἰκείαν εἶναι τῷ σκοπῷ· ὥστε καὶ ὀνόμασιν αὐτοὺς τοῖς ἐκ τῶν Γραφῶν (2) κεχρῆσθαι, καὶ ἀντὶ μύθων τὰς τῶν παραδόξων ἔργων ἱστορίας αὐτοῖς διηγεῖσθαι, καὶ γνώμαις παιδεύειν ταῖς ἐκ τῶν Παροιμιῶν, καὶ ἆθλα μνήμης ὀνομάτων τε καὶ πραγμάτων αὐτοῖς προτιθέναι, ὥστε μετὰ τερπνότητος καὶ ἀνέσεως ἀλύπως αὐτοῖς καὶ ἀπροσκόπως τὸν σκοπὸν διανύεσθαι. Καὶ ἡ προσοχὴ δὲ τῆς διανοίας (3), καὶ ὁ

D 3. Atque etiam litterarum studium eorum instituto accommodatum esse oportet, et vocabulis e Scriptura sumptis utantur, et ipsis narrentur admirabilium factorum historiæ loco fabularum, et edoceantur sententias Proverbiorum, et memoriæ præmia eisdem proponantur tam pro nominibus quam pro rebus, ut jucunde et quasi animum relaxantes, nulla cum molestia, nullaque offensione, ad scopum pertingant. **357** Prætereaque qui sunt

(95) Reg. primus et Voss. ἀναγκαίας οὔσης.

(96) Reg. primus emendatus πρὸς κατάνοιξιν. Mox codex Voss. οὐ μικρόν. Statim editio Basil. βοήθεια προσγίνεται, et ita quoque legitur in editione Parisiensi. Illud προσγίνεται neque in editione Ven., neque in codice Voss. neque in aliis quatuor mss. invenitur.

(97) Reg. primus καὶ δίαιτα. Mox unus ms. πρεπόντως ἀφοριζέσθω.

(98) Codex Voss. ἐπανορθοῦσθαι οἰκείως ἑκάστῳ παιδεύματι, ὥστε, brevius quidem, sed sensu non dissimili. Reg. primus emendatus ἐπάγοντα.

(99) Reg. primus et Voss. et Colb. γυμνάσιον εὐπειθείας, *obedientiæ exercitatio*. Editiones veteres et Combef. et Reg. tertius ἀπειθείας.

(1) Legitur in Colb. οἱονεὶ ἐκτέμνει. Mox antiquæ editiones et Reg. secundus τῆς ἐπάρσεως πολλάκις ἡμῖν τὴν ὀργὴν ἐμποιούσης. Alii tres mss. cum Voss. ut in contextu. Utro autem modo legatur, non multum interest. Nam ex utraque lectione eadem plane sententia efficitur.

(2) Codex Voss. τῶν πραγμάτων, corrupte.

(3) Reg. primus Ἡ προσευχὴ δὲ τῆς, *mentis precatio*. Haud longe idem ms. ἐγγίνοιτο. Alter ἐγγίγνοιτο.

Digitized by Google

ejusmodi, recte educati, attentionem animi facile assequentur, atque mentis aberrationem vitare assuescent, si a magistris assidue interrogentur, ubi sit eorum animus, et quid in mente versent. Etenim illa ætas, utpote simplex, fraudis nescia, et ad mendacium inepta, nullo negotio animi arcana prodit : accedit etiam, quod qui talis est, ne perpetuo vetitis commentis immorari deprehendatur, fugiet absurdas cogitationes, atque objurgationum dedecus reveritus, semetipsum assidue ab ineptis revocabit.

4. Animus igitur dum adhuc facile conformari potest, dumque tener est, ac instar mollis ceræ, rerum oblatarum formas nullo negotio induit, ad omnia bona statim ab initio exercendus est : ut ubi adfuerit ratio, habitusque discernendi accesserit, a jactis initio elementis, et a traditis pietatis formis cursus instituatur, ratione id quod utile est suggerente, consuetudine vero facilitatem ad recte agendum præbente. Tunc autem admittenda est virginitatis professio, tanquam quæ jam firma sit, et quæ ab ipsorum sententia ac judicio proficiscatur, jam perfecta et absoluta ratione : post quod tempus et præmia et pœnæ peccantibus aut recte facientibus ab æquo judice pro operum merito decernuntur. Testes autem hujusce propositi adhibendi sunt ecclesiarum præfecti, ut ipsorum opera et corporis sanctimonia veluti res quædam sacra Deo dedicetur, et firma sit hæc actio per testimonium. *Nam*, inquit, *in ore duorum aut trium testium stabit omne verbum* [58]. Sic enim et fratrum agendi ratio nec male audiet, et eis qui se ipsos Deo desponderunt, ac deinde professionem irritam facere conantur, nulla impudentiæ occasio relinquetur. Sed qui in virginitate vitam agere non vult, is, tanquam qui res Domini curare non valeat, coram iisdem testibus dimittatur. Cæterum qui professus fuerit post multam indagationem ac deliberationem, quam ei licere debet privatim facere dierum plurium spatio, ne quid per raptum a nobis fieri videatur, ita demum suscipiendus est, et inter fratres annumerandus, eamdem deinceps et domum et diætam habiturus cum majoribus. Sed quod dicere nos fugit, et nunc addere non abs re fuerit, nos, quod quibusdam artibus statim a puero danda opera sit, ubi jam pueri aliqui ad eas discendas visi fuerint esse idonei, nequaquam prohibere, quominus cum artis magistris interdiu maneant. Sed noctu eos necessario ad æquales suos trans-

A τοῦ μὴ μετεωρίζεσθαι ἐθισμὸς, εὐκόλως ἂν διὰ τῆς ὀρθῆς ἀγωγῆς τοῖς τοιούτοις ἐγγένοιτο, εἰ παρὰ τῶν ἐπιστατούντων συνεχῶς ἀνακρίνοιντο, ποῦ ἔχουσι τὴν διάνοιαν, καὶ τί στρέφουσιν ἐν τοῖς λογισμοῖς. Τὸ γὰρ ἁπλοῦν τῆς ἡλικίας καὶ ἄδολον, καὶ πρὸς τὸ ψεῦδος ἀνεπιτήδειον, ἐξαγορεύει μὲν εὐκόλως τὰ ἀπόῤῥητα τῆς ψυχῆς· ὑπὲρ δὲ τοῦ μὴ συνεχῶς ἐγκαταλαμβάνεσθαι τοῖς ἀπηγορευμένοις, ὁ τοιοῦτος φεύγοι ἂν τὰς τῶν ἀτόπων ἐννοίας, καὶ συνεχῶς ἑαυτὸν ἐκ τῶν ἀτόπων ἀνακαλέσεται, τὴν ἐκ τῶν ἐλέγχων αἰσχύνην φοβούμενος.

4. Εὔπλαστον οὖν ἔτι οὖσαν καὶ ἀπαλὴν τὴν ψυχὴν, καὶ ὡς κηρὸν εὔεικτον, ταῖς τῶν ἐπιβαλλομένων μορφαῖς ῥᾳδίως ἐκτυπουμένην, πρὸς πᾶσαν ἀγαθῶν ἄσκησιν εὐθὺς καὶ ἐξ ἀρχῆς ἐνάγεσθαι (4) χρή· ὥστε τοῦ λόγου προσγενομένου, καὶ τῆς διακριτικῆς ἕξεως προσελθούσης, δρόμον ὑπάρχειν ἐκ τῶν ἐξ ἀρχῆς στοιχείων, καὶ τῶν παραδοθέντων τῆς εὐσεβείας τύπων, τοῦ μὲν λόγου τὸ χρήσιμον ὑποβάλλοντος, τοῦ δὲ ἔθους εὐμάρειαν πρὸς τὸ κατορθοῦν ἐμποιοῦντος. Τότε καὶ τὴν ὁμολογίαν τῆς παρθενίας προσίεσθαι δεῖ, ὡς ἤδη βεβαίαν, καὶ ἀπὸ γνώμης οἰκείας καὶ κρίσεως γινομένην μετὰ τὴν τοῦ λόγου (5) συμπλήρωσιν· μεθ' ὃν καὶ τιμαὶ, καὶ τιμωρίαι τοῖς ἁμαρτάνουσιν, ἢ τοῖς κατορθοῦσι παρὰ τοῦ δικαίου κριτοῦ κατὰ τὴν τῶν ἔργων ἀξίαν δίδονται (6). Μάρτυρας δὲ τῆς γνώμης τοὺς προεστῶτας τῶν ἐκκλησιῶν παραλαμβάνειν, ὥστε δι' αὐτῶν καὶ τὸν ἁγιασμὸν τοῦ σώματος ὥσπερ τι ἀνάθημα τῷ Θεῷ καθιεροῦσθαι (7), καὶ βεβαίωσιν εἶναι τοῦ γινομένου διὰ τῆς μαρτυρίας. *Ἐπὶ στόματος γάρ, φησι, δύο ἢ τριῶν μαρτύρων σταθήσεται πᾶν ῥῆμα.* Οὕτω γὰρ καὶ ἡ σπουδὴ τῶν ἀδελφῶν τὸ ἀβλασφήμητον ἕξει, καὶ τοῖς ἑαυτοὺς καθομολογησαμένοις Θεῷ, εἶτα ἀθετεῖν ἐπιχειροῦσιν, ἀφορμὴ πρὸς ἀναισχυντίαν οὐχ ὑπολειφθήσεται. Ὁ δὲ μὴ καταδεχόμενος τὸν ἐν παρθενίᾳ βίον, ὡς οὐ δυνάμενος μεριμνᾷν τὰ τοῦ Κυρίου, ἐπὶ τῶν αὐτῶν μαρτύρων ἀπολυέσθω. Τόν γε μὴν καθομολογησάμενον (8) μετὰ πολλὴν ἀνάκρισιν καὶ ἐπίσκεψιν, ἣν ἐν πλείοσιν ἡμέραις ἐπιτρέπειν αὐτῷ ποιεῖσθαι καθ' ἑαυτὸν προσήκει, ὡς μὴ δόξαι τι καθ' ὑπαρπαγὴν παρ' ἡμῶν γίνεσθαι, οὕτως ἤδη παραδέχεσθαι δεῖ, καὶ ἐναρίθμιον ποιεῖσθαι τῇ ἀδελφότητι (9), καὶ οἴκου καὶ διαίτης τῆς αὐτῆς τοῖς τελειοτέροις μεθέξοντα. Ὃ δὲ παρέλαθεν ἡμᾶς εἰπεῖν, οὐδὲ νῦν προσθεῖναι ἄκαιρον, ὅτι διὰ τό τινας τῶν τεχνῶν εὐθὺς ἐκ νηπίου ἐπιτηδεύεσθαι δεῖν, ἐπειδάν ἤδη τινὲς τῶν παίδων ἐπιτηδείως ἔχοντες φανῶσι πρὸς τὴν

[58] Matth. xviii, 16.

(4) Codex Colb. ἀναγαγέσθαι. Mox idem ms. εὔδρομον ὑπάρχειν.

(5) Editio Basil. æque ac Paris. κατὰ τὴν τοῦ λόγου. Editio Ven. et tres mss. μετὰ τήν, recte. Statim Colb. μεθ' ὧν καί. Alii duo mss. et editi μεθ' ὅν, *postquam emissa est professio.*

(6) Veteres duo libri cum Voss. ἀνταποδίδονται.

(7) Codex Colb Θεῷ ἀφιεροῦσθαι.

(8) Editio Paris. pariter ac Basil. καθομολογησόμενον, *qui professionem est facturus, obligaturus se votis.* Editio Ven. et codex Combef. cum aliis tribus καθομολογησάμενον. Mox Reg. primus et Voss. ἐπὶ πλείοσιν. Subinde impressi libri ποιῆσαι. At quatuor mss. ποιεῖσθαι.

(9) Veteres duo libri τῆς ἀδελφότητος. Ibidem editio Basil. perinde ut Paris. καὶ οἴκου. Editio Ven. et mss. non pauci καὶ οἴκου.

Digitized by Google

μάθησιν, τὸ μὲν συνδιημερεύειν αὐτοὺς τοῖς διδασκάλοις τῆς τέχνης οὐκ ἀπαγορεύομεν· νύκτωρ δὲ ἀναγκαίως πρὸς τοὺς ὁμήλικας μεθιστῶμεν, μεθ' ὧν καὶ τῆς τροφῆς αὐτοῖς ἀναγκαιον μεταλαμβάνειν.

A mittimus, quibuscum cibum etiam capiant necesse est.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΙϚ'.

Εἰ ἀναγκαῖον τῷ μέλλοντι εὐσεβῶς ζῆν τὸ ἐγκρατεύεσθαι.

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

1. Ὅτι μὲν ἀναγκαῖος ὁ τῆς ἐγκρατείας λόγος, δῆλον· πρῶτον μὲν ἐκ τοῦ τὸν Ἀπόστολον ἐν τοῖς καρποῖς τοῦ Πνεύματος τὴν ἐγκράτειαν ἀριθμῆσαι (10), ἔπειτα δὲ ἐκ τοῦ τὸ ἄμωμον τῆς διακονίας καὶ ἐκ ταύτης εἰπεῖν κατορθοῦσθαι, ἐν οἷς φησιν· *Ἐν κόποις, ἐν ἀγρυπνίαις, ἐν νηστείαις, ἐν ἀγνότητι·* καὶ ἑτέρωθι· *Ἐν κόπῳ καὶ μόχθῳ, ἐν ἀγρυπνίαις πολλάκις· ἐν λιμῷ καὶ δίψει· ἐν νηστείαις πολλάκις* (11)· καὶ πάλιν· *Πᾶς δὲ ὁ ἀγωνιζόμενος πάντα ἐγκρατεύεται.* Καὶ ὁ ὑπωπιασμὸς δὲ τοῦ σώματος, καὶ ἡ δουλαγωγία, ὑπ' οὐδενὸς ἄλλου τοσοῦτον. ὡς ὑπὸ τῆς ἐγκρατείας κατορθοῦται. Τὸ γὰρ βράζον τῆς νεότητος, καὶ πρὸς τὰς ὁρμὰς δυσκάθεκτον, οἷον χαλινῷ τινι (12) τῇ ἐγκρατείᾳ καθείργεται. *Οὐ γὰρ συμφέρει ἄφρονι τρυφή,* κατὰ τὸν Σολομῶντα. Τί δὲ σαρκὸς εὐπαθούσης καὶ νεότητος (13) περιφερομένης ἀφρονέστερον; Διό φησιν ὁ Ἀπόστολος· *Καὶ τῆς σαρκὸς πρόνοιαν μὴ ποιεῖσθε εἰς ἐπιθυμίας·* καὶ, *Ἡ σπαταλῶσα, ζῶσα τέθνηκεν.* Καὶ τὸ ὑπόδειγμα δὲ τῆς τοῦ πλουσίου τρυφῆς ἀναγκαίαν ἡμῖν τὴν ἐγκράτειαν παρίστησι, μήποτε ἀκούσωμεν ὅ ἤκουσεν ὁ πλούσιος, ὅτι *Ἀπέλαβες* (14) *τὰ ἀγαθά σου ἐν τῇ ζωῇ σου.*

2. Ὅπως δὲ φοβερὸν ἡ ἀκρασία, καὶ ὁ Ἀπόστολος ἔδειξεν, ἐν τοῖς ἰδιώμασι τῆς ἀποστασίας καταριθμήσας αὐτήν, καὶ εἰπών· *Ἐν ἐσχάταις ἡμέραις ἐνστήσονται καιροὶ χαλεποί. Ἔσονται γὰρ ἄνθρωποι φίλαυτοι.* Καὶ πλείονα ἀπαριθμησάμενος τῆς κακίας εἴδη, ἐπήγαγε (15)· *Διάβολοι, ἀκρατεῖς.* Καὶ ὁ Ἡσαῦ δὲ τὸ μέγιστον τῶν κακῶν τὴν ἀκρασίαν κατηγορήθη, ὡς ἀντὶ βρώσεως μιᾶς ἀποδόμενος τὰ πρωτοτόκια. Καὶ ἡ πρώτη παρακοὴ δι' ἀκρασίας ἐνέπεσε τῷ ἀνθρώπῳ. Ἐν ἐγκρατείᾳ δὲ οἱ ἅγιοι πάντες ἐμαρτυρήθησαν. Καὶ πᾶσα δὲ ἡ τῶν ἁγίων καὶ μακαρίων ζωὴ, καὶ τὸ παρ' αὐτοῦ τοῦ Κυρίου ἐν τῇ ἐπιδημίᾳ τῇ διὰ σαρκὸς (16) ὑπόδειγμα πρὸς

358 INTERROGATIO XVI.

An ei qui pie vivere vult, necessaria sit temperantia.

RESPONSIO.

1. Liquet necessariam esse temperantiæ exercitationem: primum quidem, quoniam temperantia ab Apostolo inter fructus Spiritus recensetur [59]; deinde vero, quoniam dicit nostrum ministerium etiam per illam inculpatum fieri, his verbis utens: *In laboribus, in vigiliis, in jejuniis, in castitate* [60]; et alibi: *In labore et ærumna, in vigiliis sæpe: in fame et siti, in jejuniis sæpe* [61]; et rursus: *Omnis autem qui in agone contendit, ab omnibus se abstinet* [62]. Nulla autem res alia tam corpus castigat quam temperantia, aut illud æque in servitutem redigit. Nam juventutis fervor, et libidinum reprimendarum difficultas temperantia quasi freno quodam cohibetur. *Non enim prosunt stulto deliciæ*, juxta Salomonem [63]. Ecquid autem carne in deliciis degente, et juventute sese quoquoversum ferente stultius fingi potest? Quapropter Apostolus dicit: *Et carnis curam ne faciatis ad concupiscentias* [64]; item: *Quæ in deliciis est, vivens mortua est* [65]. Adde quod exemplum deliciarum quibus dives fruebatur, temperantiam nobis necessariam esse ostendat, ne forte audiamus quod dives audivit, nimirum: *Recepisti bona tua in vita tua* [66].

2. Quam vero metuenda intemperantia sit, etiam Apostolus docuit, cum illam numeravit inter defectionis proprietates, ac dixit: *In novissimis diebus instabunt tempora periculosa. Erunt enim homines seipsos amantes* [67]. Ac pluribus nequitiæ generibus recensitis, subjunxit: *Criminatores, intemperantes* [68]. Atque Esau etiam intemperantia ceu malo maximo accusatus est, tanquam qui prioris ortus jura pro uno edulio vendidisset [69]. Præterea per intemperantiam cœpit homo non obtemperare. At sancti omnes temperantiæ laude fuerunt spectati. Imo potius omnis sanctorum ac beatorum vita, ipsiusque Domini in carne præ-

[59] Galat. v, 23. [60] II Cor. vi, 5. [61] II Cor. xi, 27. [62] I Cor. ix, 25. [63] Prov. xix, 10. [64] Rom. xiii, 14. [65] I Tim. v, 6. [66] Luc. xvi, 25. [67] II Tim. iii, 1, 2. [68] Ibid. 3. [69] Gen. xxv, 33.

(10) Reg. tertius ἐναριθμῆσαι. Vox ἐγκράτεια multis modis Latine reddi potest. Fortasse non male interpretabitur, qui eam hoc loco pro *cibi abstinentia* sumet. Aliquanto post Reg. primus τὸ ἀμώμητον τῆς.

(11) Totum illud, ἐν λιμῷ καὶ δίψει, ἐν νηστείαις πολλάκις, additum est ex codice Voss. et ex aliis duobus Regiis. Haud longe codex Colb. καὶ ὁ ὑποπιεσμός, *corporis afflictatio*.

(12) Antiqui duo libri cum Voss. χαλινῷ τινι ἄρχειν καὶ πιέζειν τῇ ἐγκρατείᾳ προσῆκεν, *temperantia velut freno quodam stringi ac premi debet*.

(13) Editiones veteres καὶ νεότητι. At Reg. tertius et Colb. καὶ νεότητος.

(14) Antiqui duo libri πλούσιος· τὸ, Ἀπέλαβες. Haud longe Reg. primus et Voss. et Colb. Ἀπόστολος ἐδίδαξεν. Subinde tres mss. καταριθμήσας αὐτήν, εἰπών.

(15) Veteres duo libri τελευταῖον ἐπήγαγε. Nec ita multo post editi et duo mss. ὃς ἀντὶ βρώσεως μιᾶς ἀπέδοτο τὰ πρωτοτόκια. Reg. primus et Colb. ita ut edidimus.

(16) Editio ἐπιδημίᾳ τῆς σαρκός. Reg. primus et Colb. τῇ διὰ σαρκός. Statim Reg. primus εἰς τοῦτο. Ibid. antiqui duo libri ὠφελεῖ. Editi ὠφέλησεν. Rursus hoc ipso in loco codex Voss. et alii duo: Τοῦτο μὲν Μωϋσέως διὰ τῆς παρατεταμένης ἐκείνης νηστείας προσεδρεύσαντος τῷ Θεῷ καὶ τυχόντος τῆς διακονίας, τοῦτο δὲ Ἠλία τότε τῆς ὀπτασίας τοῦ Θεοῦ καταξιωθέντος, ὅτε καὶ αὐτὸς τῷ ἴσῳ μέτρῳ τῆς ἀποχῆς τῶν

Digitized by Google

sentis exemplum ad hoc suggerendum nobis prodest. Moyses per longam in jejunio et precatione perseverantiam legem accepit [70], Deique verba audivit, *Tanquam si quis*, inquit, *loqueretur cum amico suo* [71]. Elias Dei visione dignus tunc est habitus, cum ipse quoque pari modo abstinentia usus est [72]. Quid autem Daniel? Quo pacto conspexit mira? An non post vicesimam jejunii diem [73]? Quomodo vero tres **359** pueri vim ignis exstinxerunt? Nonne per abstinentiam [74]? Ac etiam Joannis tota vivendi ratio ab abstinentia sumpsit exordium [75]. Ab hac Dominus quoque se ipse ostendere cœpit [76]. Temperantiam autem dicimus non universam prorsus ciborum abstinentiam (hoc enim violenta quædam vitæ dissolutio est), sed eam, qua a rebus jucundis abstinemus, quæ ad pertinaciam carnis frangendam et ad attingendum pietatis scopum instituta sit.

3. Et in summa, quibus rebus frui desiderant qui libidinose vivunt, earum abstinentia nobis qui ad pietatem informamur, necessaria est. Neque vero in sola escarum voluptate moderanda exercetur temperantia, sed sese ad omnem etiam rei cujusque adversantis privationem extendit. Quare qui perfecte temperans est, non ita ventrem domabit, ut vincatur ab humana gloria ; non ita turpem cupiditatem superabit, ut non amplius superet divitias, aut alium quemvis probrosum affectum, veluti iram, aut tristitiam, aut reliqua vitia, quæ animas disciplinæ inexpertes in servitutem redigere solent. Fere enim, quod in omnibus præceptis cernimus, illa inter se connexa esse, neque fieri posse, ut alterum separatim ab altero impleatur, id maxime in temperantia cernitur. Etenim et humilis est qui circa gloriam temperans est, et evangelicam inopiæ mensuram explet qui erga divitias temperanter afficitur, et iræ expers qui

τοῦτο ἡμᾶς ὠφελεῖ. Ὁ Μωϋσῆς διὰ τῆς μακρᾶς ἐν νηστείᾳ καὶ προσευχῇ προσεδρίας τὸν νόμον ἔλαβε, καὶ Θεοῦ λόγων ἤκουσεν, Ὡς ἄν εἴ τις λαλήσαι (17), φησὶ, τῷ ἑαυτοῦ φίλῳ. Ὁ Ἠλίας τότε τῆς ὀπτασίας τοῦ Θεοῦ κατηξιώθη, ὅτε καὶ αὐτὸς ἐν τῷ ἴσῳ μέτρῳ τῆς ἐγκρατείας γέγονε. Τί δὲ ὁ Δανιὴλ ; Πῶς ἐν τῇ ὀπτασίᾳ τῶν παραδόξων ἐγένετο ; Οὐ μετὰ τὴν εἰκοστὴν τὴν νηστείας ἡμέραν ; Πῶς δὲ οἱ τρεῖς παῖδες τὴν δύναμιν ἔσβεσαν τοῦ πυρός ; Οὐ διὰ τῆς ἐγκρατείας ; Καὶ Ἰωάννου δὲ ἡ πᾶσα τοῦ βίου ἔνστασις ἀπὸ τῆς ἐγκρατείας ὥρμητο. Ἀπὸ ταύτης καὶ ὁ Κύριος τῆς φανερώσεως αὐτοῦ ἤρξατο. Ἐγκράτειαν δὲ λέγομεν οὐ πάντως τὴν παντελῆ ἀποχὴν (18) τῶν βρωμάτων (τοῦτο γὰρ βιαία τίς ἐστι διάλυσις τῆς ζωῆς), ἀλλὰ τὴν ἐπὶ καθαιρέσει τοῦ φρονήματος τῆς σαρκὸς πρὸς τὸν τῆς εὐσεβείας σκοπὸν ἐπιτεταμένην (19) ἀποχὴν τῶν ἡδέων.

3. Καὶ ἁπαξαπλῶς, ὧν αἱ ἀπολαύσεις ἐπιθυμηταὶ τοῖς κατὰ πάθος ζῶσι, τούτων ἡμῖν (20) ἡ ἐγκράτεια ἀναγκαία τοῖς ῥυθμιζομένοις πρὸς τὴν εὐσέβειαν (21). Οὐ μὴν περὶ τὴν ἡδονὴν τῶν βρωμάτων μόνην ἡ τῆς ἐγκρατείας ἄσκησις κατορθοῦται, ἀλλὰ διατείνει καὶ ἐπὶ πᾶσαν τοῦ ἐμποδίζοντος ἀποχήν. Ὥστε ὁ ἀκριβῶς ἐγκρατὴς οὐ γαστρὸς μὲν κρατήσει, δόξῃ δὲ ἀνθρωπίνῃ ἡττηθήσεται· οὐκ ἐπιθυμίας (22) μὲν αἰσχρᾶς περιγενήσεται, πλούτου δὲ οὐκέτι, οὐδὲ ἄλλης τινὸς ἀγεννοῦς διαθέσεως, οἷον ὀργῆς, ἢ λύπης, ἢ τῶν ὅσα τὰς ἀπαιδεύτους ψυχὰς καταδουλοῦσθαι πέφυκε. Σχεδὸν γὰρ, ὃ ἐπὶ πασῶν θεωροῦμεν τῶν ἐντολῶν, ὅτι ἀλλήλων ἔχονται, καὶ ἀπεσχισμένως ἄλλην ἀπ' ἄλλης κατορθοῦσθαι ἀμήχανον, τοῦτο μάλιστα περὶ τὴν ἐγκράτειαν θεωρεῖται. Ταπεινόφρων τε (23) γάρ ἐστιν ὁ περὶ δόξαν ἐγκρατὴς· καὶ τῆς ἀκτημοσύνης τὸ εὐαγγελικὸν ἐκπληροῖ μέτρον ὁ περὶ χρήματα ἐγκρατῶς διακείμενος· καὶ ἀόργητος ὁ θυμοῦ κὶ ὀργῆς ἐπικρατῶν (24). Καὶ γλώσσῃ δὲ μέτρα, καὶ

[70] Deut. IX, 9. [71] Exod. XXXIII, 11. [72] III Reg. XIX, 8. [73] Dan. X, 3. [74] Dan. I, 8. [75] Matth. III, 4 ; Luc. I, 15. [76] Matth. IV, 2.

βρωμάτων ἐγένετο. Τοῦ Δανιὴλ δὴ καὶ ἡ τῶν τριῶν παίδων πρὸς Θεὸν εὐαρέστησις καὶ τὸ πάντων κατακρατῆσαι τῶν ἐχθρῶν δι' ἐγκρατείας κατωρθώθη, καὶ Ἰωάννου. Eadem fere aliis verbis. Regii secundus et tertius ὁ Μωϋσῆς διὰ τῆς, etc., ita ut in contextu legere cuique licet.

(17) Editiones veteres λαλήσει. At duo mss. Regii λαλήσαι. Ibidem editio Paris. pariter ac Basil. τῷ ἑαυτῷ φίλῳ. Editio Ven. et duo mss. ἑαυτοῦ.

(18) Editi τὴν εἰς τὸ παντελὲς ἀποχήν. Reg. primus et Voss. et Colb. ita ut edidimus.

(19) Antiqui tres libri ἐπιτηδευόμενον. Ibidem Reg. primus et Voss. fusius τῶν ἡδέων· σκοπὸν δὲ ἔχουσαν τὴν τῆς χρείας ἐκπλήρωσιν, *cujus scopus sit, ut necessitati fiat satis*. Hoc ipso in loco legitur in Voss. Καὶ ἁπλῶς. Et Colb. quoque uberius ἡδέων ἢ καὶ αὐτῶν πολλάκις τῶν ἀναγκαίων, *loquimur de abstinentia rerum jucundarum, aut etiam de earum abstinentia, quæ sæpe necessariæ sunt*.

(20) Vocem ἡμῖν et ex codice Voss. addidimus, et ex aliis duobus.

(21) Codex Voss. εὐσέβειαν. Ὥστε μὴ... τὴν ἄσκησιν κατορθοῦσθαι.... βλάπτοντος ἀποχήν.... ὁ ἀκριβής. Reg. primus et Colb. Ὥστε μὴ περὶ τὴν ἡδονὴν τῶν βρωμάτων μόνην τὴν τῆς ἐγκρατείας ἄσκησιν κατορθοῦσθαι, ἀλλὰ διατείνειν ἐπὶ πᾶσαν τοῦ βλάπτοντος ἀποχήν. Ὥστε ὁ ἀκριβής. Deinde quæ leguntur in editis, scripta quoque inveniuntur et in Colbertino. Sic autem Reg. primus prosequitur, Ὥστε ὁ ἀκριβὴς ἐγκρατὴς οὐ δόξης ἀνθρωπίνης, οὐκ ἐπιθυμίας, οὐ πλούτου, οὐκ ἄλλης τινὸς ἀπρεποῦς ἡδονῆς, οὐκ ὀργῆς, οὐ λύπης, οὐδενὸς τῶν κατακρατεῖν εἰωθότων ἀπαιδεύτου ψυχῆς ἡττηθήσεται. Καὶ σχεδὸν ὅ. *Itaque qui perfecte temperans est, non humanæ gloriæ, non cupiditati, non alteri cuipiam indecoræ voluptati, non iræ, non tristitiæ, nec vitio ulli quod animum disciplinæ expertem vincere soleat, succumbet.* Nec aliter legitur in codice Vossii, nisi quod pro ἀπαιδεύτου habeat ἀποδέκτου· in quibus omnibus videntur librarii plus justo sibi indulsisse. Regii primus et secundus uti in vulgatis.

(22) Colb. οὐδὲ ἐπιθυμίας. Aliquanto post idem ms. Καὶ σχεδὸν ὅ.

(23) Vocula τε in antiquis tribus libris non legitur. Mox mss. tres πληροῖ μέτρον.

(24) Reg. primus ὀργῆς κρατῶν. Ibidem editi et duo mss. γλώσσης δέ. Reg. tertius γλώσσῃ, et ita quoque secunda manu legitur in Reg. primo.

Digitized by Google

ὀφθαλμοῖς ὅρους, καὶ ὠσὶν ἀπερίεργον ἀκοὴν ὁ ἀκριβὴς τῆς ἐγκρατείας ὁρίζει λόγος (25)· οἷς ὁ μὴ ἐμμένων ἀκρατὴς καὶ ἀκόλαστος. Ὁρᾷς πως περὶ μίαν ἐντολὴν ταύτην αἱ πᾶσαι ὡς ἐν χορῷ ἀλλήλων ἔχονται;

A indignationem et iracundiam continet in officio. Imo etiam perfecta temperantiæ ratio linguæ præfinit terminos, et oculis limites, et auribus auditionem non curiosam : in quibus si quis non immoratur, intemperans est et protervus. Vides quemadmodum circum hoc unum præceptum, reliqua omnia tanquam in choro inter se conjuncta cohæreant?

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΙΖ'.

Ὅτι δεῖ καὶ γέλωτος ἐγκρατῶς ἔχειν.

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

1. Καὶ τὸ παρὰ τοῖς πολλοῖς δὲ παρορώμενον οἱ μετρίας φυλακῆς τοῖς ἀσκουμένοις ἄξιον. Τὸ γὰρ γέλωτι ἀκρατεῖ καὶ ἀσχέτῳ κατέχεσθαι, ἀκρασίας σημεῖον, καὶ τοῦ μὴ κατεσταλμένα ἔχειν τὰ κινήματα (26), καὶ τοῦ μὴ ἀκριβεῖ λόγῳ τῆς ψυχῆς τὸ χαῦνον καταπιέζεσθαι. Ἄχρι μὲν γὰρ μειδιάματος φαιδροῦ τὴν διάχυσιν τῆς ψυχῆς ὑποφαίνειν οὐκ ἀπρεπὲς, ὅσον δεῖξαι μόνον τὸ γεγραμμένον· *Καρδίας εὐφραινομένης, πρόσωπον θάλλει*· ἐγκαγχάζειν δὲ τῇ φωνῇ, καὶ ἀναβράζεσθαι ἀπροαιρέτως (27) τὸ σῶμα, οὐ τοῦ κατεσταλμένου τὴν ψυχὴν, οὐδὲ τοῦ δοκίμου, οὐδὲ τοῦ περικρατῶς ἔχοντος ἑαυτοῦ (28). Τοῦτο εἶδος τοῦ γέλωτος καὶ ὁ Ἐκκλησιαστὴς παραιτούμενος, ὡς περιτρέπον μάλιστα τὸ σταθερὸν τῆς ψυχῆς, φησί· *Τῷ γέλωτι εἶπα περιφορά*· καὶ· *Ὡς φωνὴ* (29) *τῶν ἀκανθῶν ὑπὸ τὸν λέβητα, οὕτως ὁ γέλως τῶν ἀφρόνων*. Καὶ ὁ Κύριος τὰ μὲν ἀναγκαῖα πάθη τῆς σαρκὸς ὑπομείνας φαίνεται, καὶ ὅσα ἀρετῆς μαρτυρίαν φέρει· οἷον κόπον, καὶ τὸν ἐπὶ τοῖς θλιβομένοις ἔλεον· γέλωτι δὲ μηδαμοῦ χρησάμενος, ὅσον ἐκ τῆς τῶν Εὐαγγελίων ἱστορίας, ἀλλὰ καὶ ταλανίζων τοὺς κατεχομένους ὑπ' αὐτοῦ. Μὴ παρακρουέσθω δὲ ἡμᾶς ἡ ὁμωνυμία τοῦ γέλωτος. Σύνηθες γὰρ τῇ Γραφῇ πολλάκις τὴν χαρὰν τῆς ψυχῆς καὶ τὴν φαιδρὰν ἐπὶ τοῖς ἀγαθοῖς διάθεσιν γέλωτα ὀνομάζειν, ὡς ἡ Σάρρα φησί· *Γέλωτά μοι ἐποίησεν ὁ Θεός*· καὶ τὸ, *Μακάριοι οἱ κλαίοντες νῦν, ὅτι γελάσετε* (30)· καὶ τὸ ἐν τῷ Ἰὼβ δὲ κείμενον· *Ἀληθινὸν δὲ στόμα ἐμπλήσει γέλωτος*. Ταῦτα γὰρ πάντα ἀντὶ ἱλαρότητος ἐπὶ τῆς κατὰ ψυχὴν ἀγαλλιάσεως εἴληπται τὰ ὀνόματα. Ὥστε ὁ παντὸς πάθους ἀνώτερος, καὶ μηδένα

INTERROGATIO XVII.

Quod oportet etiam risum continere.

RESPONSIO.

1. Atque etiam quod a plerisque negligitur, id diligenter pietatis studiosis cavendum est. Nam intemperanti ac immodico risu detineri, indicio B est grassari intemperantiam, nec sedari motus, nec a severa ratione comprimi laxitatem animi. Risu quidem leni et hilari effusionem animi detegere indecorum non est, quantum scilicet necesse fuerit ut solum indicetur quod scriptum est, *Cordis læti facies floret* [77] : sed cachinnis vocem sustollere, et corpore præter voluntatem concuti non ejus est qui mente quieta sit, aut **360** probus, aut sui ipsius compos. Hoc risus genus Ecclesiastes quoque reprobans, tanquam quod animi constantiam maxime labefactet, ait : *Risui dixi circumlutionem* [78]; et : *Sicut vox spinarum sub olla, ita risus stultorum* [79]; et Dominus eos quidem affectus, qui necessario corpus comitantur, et reliquos alios qui virtutis testimonium præ se ferunt, veluti C lassitudinem et commiserationem erga afflictos, ipse suscepisse perhibetur : sed, quantum ex Evangeliorum historia constat, risu nunquam usus est, imo vero eos qui risu tenentur, miseros pronuntiat [80]. Neque vero fallat nos ambiguum risus nomen. Est enim Scripturæ familiare, sæpenumero animi gaudium et hilarem affectum ex bonis ortum, risum appellare, quemadmodum ait Sara : *Risum mihi fecit Deus* [81]; et illud : *Beati qui nunc fletis, quia ridebitis* [82]. Item illud Jobi : *Os autem verax implebit risu* [83]. Nam omnia hæc nomina pro hilaritate ob animi gaudium usurpata D sunt. Quamobrem qui affectu omni superior est,

[77] Prov. xv, 13. [78] Eccle. II, 2. [79] Eccle. VII, 7. [80] Luc. VI, 25. [81] Gen. XXI, 6. [82] Luc. VI, 21. [83] Job VIII, 21.

(25) Reg. primus τῆς ἐγκρατείας κατορθοῖ λόγος, non ita recte. Mox duo mss. ὁρᾷς ὅπως. Titulus, qui statim sequitur, non legitur neque in Reg. primo, neque in codice Colbertino.

(26) Reg. primus τὰ κινήματα της.... ἀλλ' ἄχρι μὲν μειδιάματος. Codex Colb. σημεῖον καὶ τοῦ μὴ ἀκριβεῖ λόγῳ κατεσταλμένα ἔχειν τὰ κινήματα τῆς ψυχῆς ἄχρι, etc.

(27) Vocem ἀπροαιρέτως addidimus ex mss. multis.

(28) Post illud, ἔχοντος ἑαυτοῦ, ita in vulgatis legitur, Βεβαιοῖ δὲ τὸν λόγον ὁ σοφώτατος Σολομὼν, φήσας· Μωρὸς ἐν γέλωτι ἀνυψοῖ τὴν φωνὴν αὐτοῦ· ἀνὴρ δὲ σοφὸς μόλις ἡσυχῇ μειδιάσει, *confirmat autem hunc sermonem sapientissimus Salomon his verbis : Fatuus in risu exaltat vocem suam; vir autem sapiens vix tacite subridebit :* quæ verba delevimus, utriusque codicis Coisliniani et Reg. primi et Colb. fidem secuti. Et vero videntur addita primum fuisse in libri ora ab aliquo, qui monere vellet ea quæ a Basilio dicebantur, ex Salomone confirmari posse : aut potius ex Ecclesiastico XXI, 23. Sed quod non raro contigit, hæc quæ retuli verba postmodum in ipsum contextum fluxere.

(29) Editi et nonnulli καὶ παροιμιαστής· ὡς φωνή. At Coisl. primus καὶ, ὡς φωνή, rectius. Non enim quæ proferuntur verba, leguntur in Proverbiorum libro, sed apud Eccles. VII, 7. Nec ita multo post Reg. primus et Colb. et uterque Coisl. γέλωτι δὲ μηδαμοῦ χρησάμενος, ὅσον. Alii duo mss. et editi γέλωτα δὲ μηδαμοῦ παραδεξάμενος, sensu non dissimili. Subinde editio Basil. simul et Paris. παρακρουέσθω δὲ ὑμᾶς. Editio Ven. et tres mss. præter Combef. ἡμᾶς.

(30) Codex Voss. et Colb. ὅτι γελάσονται, *quia ridebunt*. Haud longe unus ms. καὶ ἐπὶ τῆς κατά.

Digitized by Google

quique nullum patitur voluptatis incitamentum, aut certe qui nullum prodit, sed gerit se constanter ac fortiter adversus omnem noxiam delectationem, is perfectus est continens ; qui autem ejusmodi est, utique liber est ab omni peccato. Imo vero aliquando ab ipsis etiam rebus, quæ permittuntur, quæque necessariæ sunt ad vitam, abstinendum est, cum scilicet ob fratrum nostrorum utilitatem abstinentia instituitur. Sic Apostolus : *Si esca*, inquit, *scandalizat fratrem meum, non manducabo carnem in æternum* [84]. Qui etiam cum haberet potestatem vivendi ex Evangelio, non usus est hac potestate, ne quod offendiculum daret Evangelio Christi [85].

A ἐξ ἡδονῆς ἐρεθισμὸν πάσχων, ἢ καὶ προϊέμενος (31), ἀλλ' ἐγκρατῶς καὶ ἀνενδότως πρὸς πᾶσαν ἀπόλαυσιν βλαβερὰν διακείμενος, ὁ τέλειός ἐστιν ἐγκρατής· ὁ δὲ τοιοῦτος δηλονότι καὶ πάσης ἀπήλλακται ἁμαρτίας. Ἔστι δὲ ὅτε καὶ αὐτῶν τῶν συγκεχωρημένων καὶ ἀναγκαίων πρὸς τὸ ζῆν ἀφεκτέον, ὅταν ἐπ' ὠφελείᾳ τῶν ἀδελφῶν ἡμῶν ἡ ἀποχὴ οἰκονομῆται (32). Ὡς ὁ Ἀπόστολος· *Εἰ βρῶμα σκανδαλίζει τὸν ἀδελφόν μου*, φησὶν, *οὐ μὴ φάγω κρέα εἰς τὸν αἰῶνα.* Καὶ ἔχων ἐξουσίαν ἐκ τοῦ Εὐαγγελίου ζῆν, οὐκ ἐχρήσατο τῇ ἐξουσίᾳ, ἵνα μὴ ἐγκοπήν τινα δῷ τῷ Εὐαγγελίῳ τοῦ Χριστοῦ.

2. Temperantia igitur tollit peccata, turbulentos motus amandat, mortificat corpus ad ipsas etiam B usque naturales affectiones ac cupiditates, initium est spiritualis vitæ, conciliat æterna bona, stimulum voluptatis in seipsa exstinguit. Voluptas enim magna illa est mali illecebra, qua nos homines ad peccatum valde admodum proclives sumus : a qua anima omnis velut ab hamo ad interitum pertrahitur. Quare qui ab ipsa non effeminatur, nec frangitur, per temperantiam peccata omnia vitat. Quod si quispiam, vitatis plurimis, ab uno superatur, is continens non est : quemadmodum neque sanus est, qui uno corporali morbo laborat ; neque liber, qui imperio subjicitur unius, quicunque tandem ille sit, vilisque et plebeius. Ac reliquæ quidem **361** virtutes cum in occulto exerceantur, raro veniunt C in hominum conspectum : continentia vero eum a quo possidetur, vel ipso congressu notum efficit. Ut enim obesitas et bonus color athletam notat, ita corporis macies et pallor, qui ex continentia emergit, indicio est, Christianum vere athletam esse præceptorum Christi : qui inimicum suum in corporis infirmitate vincat, viresque suas in pietatis certaminibus ostendat, convenienter verbis illis : *Cum infirmor, tunc potens sum* [86]. Quantum ex eo lucri est, si solum continentem videamus, vix et parce rebus necessariis utentem, et veluti onerosum naturæ ministerium persolventem, tempusque quo iis immoratur, ægro animo ferentem, et cito a mensa ad opera peragenda surgentem. Arbitror enim D

2. Ἔστιν οὖν ἡ ἐγκράτεια ἁμαρτίας ἀναίρεσις, παθῶν ἀπαλλοτρίωσις, σώματος νέκρωσις μέχρι καὶ αὐτῶν τῶν φυσικῶν παθημάτων τε καὶ ἐπιθυμιῶν, ζωῆς πνευματικῆς ἀρχή, τῶν αἰωνίων ἀγαθῶν πρόξενος, ἐν ἑαυτῇ τὸ κέντρον τῆς ἡδονῆς ἀφανίζουσα. Ἡδονὴ γάρ ἐστι τὸ μέγα τοῦ κακοῦ δέλεαρ, δι' ἣν εὐέμπτωτοι (33) μάλιστα πρὸς ἁμαρτίαν ἐσμὲν οἱ ἄνθρωποι· ὑφ' ἧς πᾶσα ψυχὴ ὡς ὑπ' ἀγκίστρου πρὸς τὸν θάνατον ἕλκεται. Ὡς ὅ γε μὴ ἐκθηλυνόμενος, μηδὲ κατακαμπτόμενος ὑπ' αὐτῆς (34), διὰ τῆς ἐγκρατείας πᾶσαν φυγὴν ἁμαρτημάτων κατώρθωσεν. Εἰ δὲ τὰ μὲν πλεῖστα ἔφυγεν, ὑφ' ἑνὸς δὲ κρατεῖται, οὐκ ἐγκρατὴς ὁ τοιοῦτος· ὥσπερ καὶ ὁ ὑφ' ἑνὸς πάθους σωματικοῦ ἐνοχλούμενος οὐχ ὑγιής· καὶ ὑφ' ἑνὸς καὶ τοῦ τυχόντος κυριευόμενος (35) οὐκ ἐλεύθερος. Αἱ μὲν οὖν λοιπαὶ ἀρεταὶ, ἐν τῷ κρυπτῷ κατορθούμεναι, ὀλιγάκις διαφαίνονται τοῖς ἀνθρώποις· ἡ δὲ ἐγκράτεια ἀπ' αὐτῆς τῆς συντυχίας γνώριμον ποιεῖ τὸν ἔχοντα. Ὡς γὰρ τὸν ἀθλητὴν ἡ πολυσαρκία καὶ ἡ εὔχροια χαρακτηρίζει, οὕτω τὸν Χριστιανὸν τὸ κατεσκληκὸς τοῦ σώματος, καὶ ἡ ἐκ τῆς ἐγκρατείας ἐπανθοῦσα ὠχρία (36) δείκνυσιν, ὅτι ἀθλητής ὄντως ἐστὶ τῶν ἐντολῶν τοῦ Χριστοῦ· ἐν τῇ ἀσθενείᾳ τοῦ σώματος καταπαλαίων ἑαυτοῦ τὸν ἐχθρὸν, καὶ τὸ δυνατὸν ἐν τοῖς τῆς εὐσεβείας ἆθλοις ἐπιδεικνύμενος, κατὰ τὸ εἰρημένον, ὅτι *Ὅταν ἀσθενῶ, τότε δυνατός εἰμι.* Ὅσον τὸ κέρδος, ὀφθῆναι μόνον τὸν ἐγκρατῆ, μόλις καὶ κατὰ μικρὸν τῶν ἀναγκαίων ἁπτόμενον, καὶ ὡς λειτουργίαν ἐπαχθῆ ὑποτελοῦντα τῇ φύσει, καὶ δυσχεραίνοντα μὲν τῷ καιρῷ τῆς περὶ

[84] I Cor. VIII, 13. [85] I Cor. IX, 12. [86] II Cor. XII, 10.

(31) Reg. primus et Voss. et Colb. et Coisl. primus ἐρεθισμὸν πάσχων ἢ καὶ προϊέμενος, *quique nullum voluptatis incitamentum patitur, aut certe qui nullum prodit.* Editi et tres mss. καὶ μηδένα ἐξ ἡδονῆς ἐρεθισμὸν προσιέμενος, *quique nullum voluptatis incitamentum admittit :* quæ scriptura falsa simul et manca fecit, ut Combefisius auctorem Stoicæ cujusdam apathiæ immerito accusarit. Et ut magis suam opinionem confirmaret, in suo Maz. seu Reg. primo legere voluit προσιέμενος, *admittit :* quo in codice tamen legitur προϊέμενος, *prodit, declarat.* Mox Reg. primus et Voss. et Coib. διακείμενος, ὁ τέλειός ἐστιν ἐγκρατής. Editi et Reg. secundus οὗτος ἂν ᾖ ἐγκρατής. Reg. tertius οὗτος ἂν εἴη ἐγκρατής.

(32) Codex Colb. οἰκονομεῖται. Ibidem idem liber cum Reg. primo Ὡς φησιν ὁ Ἀπόστολος· Ἐὰν ὁ ἀδελφός μου σκανδαλίζηται, οὐ. Haud longe legitur in Colb καίπερ ἔχων ἐκ τοῦ.

(33) Reg. primus et Voss. et Colb. δέλεαρ, καὶ δι' αὐτὴν εὐέμπτωτοι.

(34) Sic codex Voss. et Colb. et Reg. primus. Alii duo mss. et editi ἐκθηλυνόμενος ὑπ' αὐτῆς, brevius quam par erat.

(35) Reg. primus et Voss. et Colb. ὁ τοιοῦτος· ὡς οὔτε ὑγιὴς ὁ ἑνὶ σωματικῷ πάθει παρενοχλούμενος, οὔτε ἐλεύθερος ὁ ὑφ' ἑνὸς καὶ τοῦ τυχόντος κυριευόμενος.

(36) Editi et mss. nonnulli ἐπανθοῦσα χροιά, *color.* Reg. primus et Voss. ὠχρία, *pallor*, quod melius judicavi et verius.

Digitized by Google

ταῦτα διατριβῆς, ταχὺ δὲ τῆς τραπέζης ἀποπηδῶντα πρὸς τὴν τῶν ἔργων σπουδήν. Οἶμαι γὰρ ἂν καὶ τοῦ ἀκολάστου περὶ γαστέρα μηδένα λόγον τοσοῦτον τῆς ψυχῆς καθάψασθαι, καὶ πρὸς μεταβολὴν ἐναγαγεῖν (37), ὅσον καὶ μόνην τὴν συντυχίαν τοῦ ἐγκρατοῦς. Καὶ τοῦτό ἐστιν, ὡς ἔοικε, τὸ εἰς δόξαν Θεοῦ ἐσθίειν καὶ πίνειν· ὥστε καὶ ἐπὶ τῆς τραπέζης (38) λάμπειν τὰ καλὰ ἡμῶν ἔργα πρὸς τὸ δοξασθῆναι τὸν Πατέρα ἡμῶν τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς.

A animum ejus qui circa ventrem intemperans est, nullo sermone æque ac temperantis occursu vel solo commoveri, aut immutari. Atque hoc est, uti videtur, ad Dei gloriam edere, et bibere, ut in mensa etiam luceant bona nostra opera, ut Pater noster qui in cœlis est, gloria afficiatur.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΙΗ'.

Ὅτι δεῖ πάντων τῶν παρατιθεμένων ἡμῖν ἀπογεύεσθαι.

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

Ἀναγκαίως μέντοι κἀκεῖνο προσδιωρίσθω, ὅτι πρὸς τὸν (39) ὑπωπιασμὸν τοῦ σώματος ἀπαραίτητον τοῖς τῆς εὐσεβείας ἀγωνισταῖς ἡ ἐγκράτεια· *Πᾶς γὰρ ὁ ἀγωνιζόμενος, πάντα ἐγκρατεύεται.* Πρὸς δὲ τὸ μὴ συνεμπίπτειν τοῖς ἐχθροῖς τοῦ Θεοῦ τοῖς κεκαυτηριασμένοις τὴν ἰδίαν συνείδησιν, καὶ διὰ τοῦτο ἀπεχομένοις βρωμάτων, ἃ ὁ Θεὸς ἔκτισεν εἰς μετάληψιν μετ' εὐχαριστίας τοῖς πιστοῖς, ἅπτεσθαι μὲν ἑκάστου χρὴ, καιροῦ ποτε συνεμπεσόντος, ὅσον ἐνδείκνυσθαι τοῖς ὁρῶσιν, ὅτι πάντα καθαρὰ τοῖς καθαροῖς καὶ ὅτι πᾶν κτίσμα Θεοῦ καλὸν, καὶ οὐδὲν ἀπόβλητον μετ' εὐχαριστίας λαμβανόμενον· *Ἁγιάζεται γὰρ διὰ λόγου Θεοῦ, καὶ ἐντεύξεως·* φυλάσσειν δὲ καὶ οὕτω τὸν τῆς ἐγκρατείας σκοπόν· τοῖς μὲν εὐτελεστέροις καὶ ἀναγκαίοις πρὸς τὸ ζῆν μέχρι τῆς χρείας προσδιατρίβοντα, καὶ ἐν τούτοις τοῦ κόρου τὸ βλαβερὸν ἐκκλίνοντα, τῶν δὲ πρὸς ἡδονὴν καθόλου ἀπεχόμενον. Οὕτω γὰρ καὶ τῶν φιληδόνων τὸ πάθος ἐκκόψομεν, καὶ τοὺς κεκαυτηριασμένους τὴν ἰδίαν συνείδησιν, τό γε ἐφ' ἡμῖν, θεραπεύσομεν, καὶ ἑαυτοὺς δὲ τῆς ἐν ἑκατέρᾳ (40) ὑπονοίας ἐλευθερώσομεν. *Ἵνα τί γὰρ,* φησὶν, *ἡ ἐλευθερία μου κρίνεται ὑπὸ ἄλλης συνειδήσεως;* Ἐγκράτεια δείκνυσι τὸν συναποθανόντα Χριστῷ, καὶ νεκρώσαντα ἑαυτοῦ τὰ μέλη τὰ ἐπὶ τῆς γῆς. Ταύτην οἴδαμεν σωφροσύνης μητέρα, ὑγείας πρόξενον (41), τῆς τῶν ἀγαθῶν ἐν Χριστῷ καρποφορίας ἱκανῶς ὑπεξαίρουσαν τὰ ἐμπόδια· εἴπερ, κατὰ τὴν τοῦ Κυρίου φωνὴν, αἱ μέριμναι τοῦ αἰῶνος τούτου, καὶ αἱ ἡδοναὶ τοῦ βίου, καὶ αἱ περὶ τὰ λοιπὰ ἐπιθυμίαι συμπνίγουσι τὸν λόγον, καὶ ἄκαρπος γίνεται. Ταύτην καὶ δαίμονες ἀποφεύγουσιν, αὐτοῦ τοῦ Κυρίου διδάξαντος ἡμᾶς, ὅτι Τοῦτο τὸ γένος οὐκ ἐκπορεύεται (42), εἰ μὴ ἐν προσευχῇ καὶ νηστείᾳ.

INTERROGATIO XVIII.

Quod omnia quæ nobis apponuntur sunt degustanda.

RESPONSIO.

1. Ἐν αὐταῖς μέντοι ταῖς συγκεχωρημέναις τέχναις οὐχ ἕκαστος ἣν ἔχει, ἣ βούλεται μαθεῖν, ἐπιτρέπεσθαι ὀφείλει (36), ἀλλ' εἰς ἣν ἂν δοκιμασθῇ ἐπιτήδειος εἶναι. Ὁ γὰρ ἀρνησάμενος ἑαυτὸν, καὶ πάντα τὰ ἑαυτοῦ θελήματα ἀποθέμενος, οὐχὶ ὃ βούλεται (37) ποιεῖ, ἀλλ' ὃ διδάσκεται. Οὐ μὴν οὐδὲ ἀφ' ἑαυτοῦ ἐκλέγεσθαι τὸ συμφέρον συγχωρεῖ ὁ λόγος τῷ ἅπαξ τὴν ἑαυτοῦ οἰκονομίαν ἐπιτρέψαντι ἑτέροις, οἳ πρὸς ὅπερ ἂν καταμάθωσιν ἐν ὀνόματι Κυρίου ἐπιτήδειον, εἰς ἐκεῖνο αὐτὸν τάξουσιν· ἐπεὶ ὅ γε κατ' ἰδίαν ἐπιθυμίαν ἐκλεγόμενος ἔργον κατηγορίαν ἑαυτοῦ ἐκφέρει, πρῶτον μὲν αὐταρεσκείας, ἔπειτα, ὅτι ἢ διὰ δόξαν κοσμικὴν, ἢ διὰ κέρδους ἐλπίδα, ἢ διά τι τοιοῦτον προσπέπονθε τῷ ἐπιτηδεύματι, ἢ δι' ὄκνον καὶ ῥᾳθυμίαν προτιμᾷ τὸ κουφότερον. Τὸ δὲ ἐν τούτοις εἶναι ἀπόδειξίς ἐστι τοῦ μήπω (38) ἀπηλλάχθαι τῆς τῶν παθῶν κακίας. Οὔτε δὲ ἠρνήσατο ἑαυτὸν ὁ ἰδίας ὁρμὰς ἐκτελεῖν θέλων, οὔτε ἀπετάξατο τοῖς τοῦ κόσμου πράγμασιν, εἴπερ ἔτι πρὸς κέρδος καὶ πρὸς δόξαν ἐπτόηται (39). Οὐδὲ μὴν ἐνέκρωσεν αὑτοῦ τὰ μέλη τὰ ἐπὶ τῆς γῆς ὁ τὸν ἐν τοῖς ἔργοις κόπον μὴ ὑπομένων· ἀλλὰ καὶ αὐθαδείας δεῖγμα καθ' ἑαυτοῦ ἐκφέρει, ἀκριβεστέραν (40) οἰόμενος εἶναι τὴν ἰδίαν ἑαυτοῦ κρίσιν τῆς τῶν πλειόνων δοκιμασίας. Εἴτε οὖν ἔχει τις τέχνην μὴ κατεγνωσμένην ὑπὸ τοῦ κοινοῦ, ἀποπηδᾷν αὐτῆς οὐκ ὀφείλει· ἀστάτου γὰρ γνώμης, καὶ προαιρέσεως ἀβεβαίου, ἐξουθενεῖν (41) τὰ παρόντα· εἴτε μὴ ἔχει, μὴ ἑαυτῷ λαμβανέτω· ἀλλὰ τὸ παρὰ τῶν μειζόνων δοκιμασθὲν ὑποδεχέσθω, ἵνα ἐν παντὶ τὸ εὐπειθὲς διασώζῃ (42). Ὡς δὲ τὸ ἑαυτῷ ἐπιτρέπειν ἀπρεπὲς ἀπεδείχθη, οὕτω καὶ τὸ παρ' ἑτέρων ἐγκριθὲν μὴ καταδέχεσθαι, κατεγνωσμένον ἐστίν. Ἀλλὰ καὶ ἐὰν ἔχῃ τις τέχνην, μὴ ἀρέσκῃ δὲ αὐτῆς ἡ χρῆσις τῇ ἀδελφότητι, ἑτοίμως αὐτὴν ἀπορριπτέτω, δεικνὺς, ὅτι πρὸς οὐδὲν τῶν ἐν τῷ κόσμῳ ἐμπαθῶς διάκειται. Διότι τὸ μὲν ποιεῖν τὰ θελήματα τῶν διανοιῶν τοῦ μὴ ἔχοντός ἐστιν ἐλπίδα, κατὰ τὸν λόγον τοῦ Ἀποστόλου· τὸ δὲ ἐν παντὶ εὐπειθὲς ἀποδοχῆς ἄξιον, τοῦ αὐτοῦ Ἀποστόλου ἐπαινοῦντος τινας, ὅτι (43) ἑαυτοὺς ἔδωκαν πρῶτον τῷ Κυρίῳ, ἔπειτα καὶ ἡμῖν διὰ θελήματος Θεοῦ.

INTERROGATIO XLI.

De auctoritate et obedientia.

RESPONSIO.

1. Sane in his ipsis quæ concessæ sunt artibus, nequaquam permittendum est unicuique, ut eam, quam callet, aut discere vult, exerceat : sed eam, ad quam judicabitur idoneus. Nam qui se ipse abnegavit, seque spoliavit omnibus suis voluntatibus, non quod vult, facit, sed quod **387** docetur. Neque vero ratio sinit eum a semetipso quod utile est deligere, qui semel semetipsum aliis gubernandum tradiderit, qui ad quodcunque eum in nomine Domini idoneum cognoverint, ad id destinabunt ipsum. Quisquis enim in opere deligendo cupiditati suæ obsequitur, insimulat se ipse. Primum quidem, quod placeat sibi ipsi : deinde, quod aut propter gloriam mundanam, aut propter spem lucri, aut propter aliquid hujusmodi, ad hanc artem propendeat, aut quod laborem leviorem anteponat ob segnitiem atque socordiam. Cum autem quis in his vitiis versatur, argumentum est nondum hunc a cupiditatum malignitate liberum esse. Neque vero se abnegavit, qui suis inservire vult affectibus, neque remisit nuntium mundi negotiis, cum adhuc lucri et gloriæ desiderio teneatur. Neque etiam mortificavit membra sua terrestria, qui non sustinet operum laborem : sed potius præ se fert arrogantem esse se et contumacem, ut qui suum unius judicium melius esse ducat et præstantius plurium sententia. Sive igitur tenet quis artem a communitate haud improbatam, eam deserere non debet (est enim animi inconstantis, et mentis incertæ, nihili facere præsentia) : sive non habet, sibi ipsi ne sumat, sed quod a majoribus probatum est, suscipiat, ut in omnibus obedientia servetur. Quemadmodum autem sibi ipsi delectum permittere, indecorum esse monstratum est : ita quoque rem ab aliis approbatam non suscipere, probro vertitur. Imo etiam si quis habeat artem, non placeat autem ejus usus fraternitati, abjiciat ipsam prompto animo, seque nullius rei mundanæ studiosum esse ostendat. Nam facere quidem cogitationum voluntates, ejus est qui spem non habet, juxta Apostoli sententiam [34] : sed exhibita in omnibus obedientia, quiddam est laude dignum, cum idem Apostolus aliquos laudet, quod seipsos dederint primum Domino, deinde etiam nobis per voluntatem Dei [35].

[33] I Cor. XIV 26. [34] I Thess. IV, 12. [35] II Cor. VIII, 5.

(36) Editi et Reg. tertius οὐχὶ ἕκαστον ἣν αὐτὸς βούλεται μαθεῖν, ἐπιτρέπεσθαι χρή. Reg. primus et Colb. ita ut edidimus.

(37) Reg. primus οὐχ ὅτι βούλεται.

(38) Reg. primus τοῦ μήπω. Editi τοῦ μή.

(39) Idem ms. εἴπερ πρὸς δόξαν ἔτι καὶ κέρδος ἐπτόηται. Οὐδὲ μὴν ἐνέκρωσε τὰ ἑαυτοῦ. Ibidem alius mss. ἔργοις πόνον.

(40) Editi et Reg. tertius ἀκριβέστερον. Alii duo mss. ἀκριβεστέραν.

(41) Legitur in Colb. ἀβεβαίου ἐξουδενεῖν.

(42) Unus ms. εὐπειθὲς ἀποσώζῃ. Ibidem duo mss. et Voss. τὸ ἑαυτῷ. Reg. tertius et editi τὸ ἑαυτοῖς. Rursus hoc ipso in loco antiqui tres libri præter Voss. ἀπεδείχθη. Editi ἐδείχθη.

(43) Reg. primus et Voss. ἐπαινοῦντός τινας, καὶ

Digitized by Google

2. Cæterum unumquemque oportet operi suo intentum esse, eique animo alacri et studioso incumbere, et velut Deo inspectore, impigro studio et attentiore diligentia illud inculpate exercere, ut semper dicere possit : *Ecce sicut oculi servorum in manibus dominorum suorum, ita oculi nostri ad Dominum Deum nostrum* [36] : non autem ab alio ad aliud transire. Nec enim natura nostra pluribus simul muneribus fungi potest, ideoque unam artem accurate factitare, quam multas imperfecte attingere, utilius est. Etenim si distrahant plura, et ex alio ad aliud transeamus, præterquamquod nullum opus absolvitur, inde etiam animi levitas, si jam inest, redarguitur, aut si nondum fuerit, ingeneratur. Quod si ita aliquando necessitas postulet, par est eum qui idoneus est, aliis etiam artibus suppetias venire : neque id a semetipso, sed si quando invitatus sit, sic ut id nequaquam **388** faciamus nostro primo consilio, sed casu quodam urgente, quemadmodum et in corporis membris fit, quando, titubante pede, manu innitimur. Et rursus, quemadmodum a seipso artem aggredi detrimentosum est : sic detrectare imperata, dignum est reprehensione : quod fiat, ne alatur arrogantiæ vitium ; neve obedientiæ et docilitatis regula dissolvatur. Cæterum instrumentorum cura præcipue ad cujusque artis opificem attinet. Quod si forte aliquando contigerit, ut aliquod negligatur, ea res tanquam quæ omnium communis sit, ita convenienti modo ab iis curari debet qui id primi animadverterint. Etsi enim ipsorum usus quorumdam sit proprius : tamen quæ ex his percipitur utilitas, communis est. Contemnere enim alterius artis instrumenta, veluti nihil ad se spectantia, ejus est, qui ea pro alienis habet. Neque vero eos qui artes tractant, decet sibi vindicare instrumentorum dominium, ita ut aut fratrum præfecto potestatem non faciant his utendi ad quam ipse cunque rem velit, aut sibi ipsis libertatem dent ea vendendi, aut permutandi, aut alio quovis modo tradendi, aut alia, præter ea quæ habent, comparandi. Qui enim semel ita statuit, se ne suarum quidem manuum dominum esse, sed qui potius opera alteri regenda commisit, quomodo convenienter suo instituto faciet qui ejusmodi est, si summum jus dignitatem usurpet?

2. Ἕκαστον μέντοι χρὴ τῇ ἰδίᾳ ἐργασίᾳ προσέχειν, καὶ ταύτης ἐπιθυμητικῶς φροντίζειν, καὶ ὡς Θεοῦ ἐφορῶντος, ἐν σπουδῇ ἀόκνῳ καὶ ἐπιμελείᾳ προσεχεστέρᾳ ἀμέμπτως ταύτην (44) ἀποπληροῦν, ἵνα ἔχῃ παῤῥησίαν λέγειν ἀεὶ τό· *Ἰδοὺ ὡς ὀφθαλμοὶ δούλων εἰς χεῖρας τῶν κυρίων αὐτῶν, οὕτως οἱ ὀφθαλμοὶ ἡμῶν πρὸς Κύριον τὸν Θεὸν ἡμῶν* · καὶ μὴ ἄλλοτε εἰς ἄλλο ἀποπηδᾷν (45). Οὐδὲ γὰρ ἡ φύσις ἡμῶν πολλὰ ὁμοῦ κατορθοῦν ἐπιτηδεύματα δύναται· καὶ τὸ μίαν φιλοπόνως ἐκτελεῖν τοῦ πολλῶν ἀτελῶς ἐφάπτεσθαι χρησιμώτερον. Ὁ γὰρ εἰς (46) πλείονα μερισμὸς, καὶ ἡ ἄλλοτε ἐπ' ἄλλο μετάβασις πρὸς τὸ μηδὲν τελειοῦν τῶν ἔργων, ἔτι καὶ ἦθους ἐλαφρίαν ἢ προϋπάρχουσαν ἐλέγχει, ἢ καὶ μὴ οὖσαν ἐμποιεῖ. Ἐὰν δέ ποτε χρεία καταλάβῃ, ἐπιβοηθεῖν καὶ ἄλλαις τέχναις τὸν ἐπιτηδείως ἔχοντα ἀκόλουθον. Καὶ οὐδὲ τοῦτο ἀφ' ἑαυτοῦ· ἀλλ' εἴ ποτε προσκληθείη, οὐ προηγουμένως ἡμῶν ποιούντων τοῦτο, ἀλλὰ κατὰ περίστασιν· ὡς καὶ ἐπὶ τῶν μελῶν τοῦ σώματος, ὅταν, ὀκλάσαντος τοῦ ποδὸς, ἐπιστηριζώμεθα τῇ χειρί. Καὶ πάλιν, ὥσπερ τὸ ἀφ' ἑαυτοῦ (47) ἐπιπηδᾷν ἀσύμφορον, οὕτω τὸ προσταχθὲν μὴ καταδέχεσθαι κατηγορίας ἄξιον, ἵνα μήτε πάθος αὐθαδείας τρέφηται (48), μήτε ὁ τῆς ὑπακοῆς καὶ εὐπειθείας ὅρος διαλύηται. Καὶ ἡ τῶν ἐργαλείων δὲ φροντὶς διαφέρει μὲν προηγουμένως τῷ ἑκάστης ἐργασίας τεχνίτῃ· ἐὰν δὲ ἄρα ποτὲ παροφθῆναί συμβαίη τι, ὡς κοινὸν πάντων κτῆμα, οὕτω τῆς προσηκούσης προνοίας ἀξιούσθω ὑπὸ τῶν πρώτως θεασαμένων. Εἰ γὰρ καὶ ἡ χρῆσις αὐτῶν ἰδιάζουσα, ἀλλὰ τὸ ἐξ αὐτῶν χρήσιμον κοινόν. Τὸ γὰρ ὡς οὐδὲν προσηκόντων τῶν ἐκ τῆς ἄλλης τέχνης καταφρονεῖν ἀλλοτριώσεως ἀπόδειξιν ἔχει. Οὐ μὴν οὐδὲ τοὺς μεταχειριζομένους τὰς τέχνας δεσποτείαν ἐκδικεῖν τῶν ἐργαλείων προσήκει, ὡς ἢ τῷ προεστῶτι τῆς ἀδελφότητος μὴ συγχωρεῖν αὐτοῖς κεχρῆσθαι πρὸς ὅπερ ἂν θέλῃ, ἢ ἑαυτοῖς ἐπιτρέπειν πωλεῖν αὐτὰ ἢ διαμείβειν, ἢ κατὰ ἄλλον τινὰ τρόπον προΐεσθαι· ἢ καὶ προσκτᾶσθαι τοῖς οὖσιν ἕτερα· ὁ γὰρ ἅπαξ κρίνας μηδὲ τῶν χειρῶν εἶναι τῶν ἑαυτοῦ κύριος, ἀλλ' ἑτέρῳ τὴν ἐνέργειαν αὐτῶν οἰκονομεῖν ἐπιτρέψας, πῶς ἂν ὁ τοιοῦτος ἀκόλουθα πράσσοι τοῖς ἐργαλείοις τῆς τέχνης ἐναυθεντῶν, καὶ δεσποτείας ἀξιώματι ἐπ' αὐτῶν κεχρημένος ;

INTERROGATIO XLII.

Quo consilio et quo animo ii qui laborant, laborare debeant.

RESPONSIO.

1. Atque illud etiam nosse operæ pretium est,

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΜΒ'.

Ποίῳ σκοπῷ καὶ ποίᾳ διαθέσει ἐργάζεσθαι δεῖ τοὺς ἐργαζομένους.

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

1. Ἐκεῖνο μέντοι εἰδέναι χρὴ, ὅτι ὁ ἐργαζόμενος,

[36] Psal. CXXII, 2.

(44) Vox ταύτην addita est ex Colbertino.

(45) Idem ms. ἄλλο μεταπηδᾷν.

(46) Idem liber Ὁ γὰρ ἐπί. Mox hic ipse codex ἐπ' ἄλλῳ.

(47) Editio Basil. perinde ut Paris. τὸ ἀφ' ἑαυτοῦ. Editio Ven. et Reg. tertius τὸ ἑαυτῷ, eadem plane sententia. Reg. primus et Colb. ὥσπερ τὸ ἐπιπηδᾷν ἑαυτῷ ἀσύμφορον, sensu non dissimili. Ibidem antiqui tres libri præter Voss. προσταχθέντα.

(48) Reg. primus et Voss. et Colb. αὐθαδείας ἀδόξηται, *ne audeatur vitium arrogantiæ.*

Digitized by Google

οὐχ ἵνα ταῖς ἑαυτοῦ χρείαις ὑπηρετῇ διὰ τῶν ἔργων, ἐργάζεσθαι ὀφείλει, ἀλλ' ἵνα τὴν ἐντολὴν τοῦ Κυρίου πληρώσῃ, τοῦ εἰπόντος· *Ἐπείνασα, καὶ ἐδώκατέ μοι φαγεῖν*, καὶ τὰ ἑξῆς. Τὸ γὰρ ὑπὲρ ἑαυτοῦ μεριμνᾷν παντάπασίν ἐστιν ὑπὸ τοῦ Κυρίου κεκωλυμένον, εἰπόντος· *Μὴ μεριμνᾶτε τῇ ψυχῇ ὑμῶν*(49) *τί φάγητε, μηδὲ τῷ σώματι ὑμῶν τί ἐνδύσησθε*· καὶ ἐπενεγκόντος· *Ταῦτα γὰρ πάντα τὰ ἔθνη ἐπιζητεῖ*. Σκοπὸς οὖν ἑκάστῳ προκεῖσθαι ὀφείλει ἐν τῷ ἔργῳ ἡ ὑπηρεσία τῶν δεομένων, οὐχὶ ἡ ἰδία αὐτοῦ χρεία. Οὕτω γὰρ καὶ τῆς φιλαυτίας τὸ ἔγκλημα φεύξεται, καὶ τῆς φιλαδελφίας τὴν εὐλογίαν παρὰ τοῦ Κυρίου λήψεται(50), λέγοντος· *Ἐφ' ὅσον ἐποιήσατε ἑνὶ τούτων τῶν ἀδελφῶν μου τῶν ἐλαχίστων, ἐμοὶ ἐποιήσατε*. Καὶ μηδεὶς τοῦ Ἀποστόλου ἐναντιοῦσθαι ἡμῶν τῷ λόγῳ νομιζέτω, εἰπόντος· *Ἵνα ἐργαζόμενοι τὸν ἑαυτῶν ἄρτον ἐσθίωσι*. Τοῦτο γὰρ πρὸς τοὺς ἀτάκτους καὶ ἀργοὺς εἴρηται· ὡς αἱρετώτερον τῆς ἐν ἀργίᾳ ζωῆς τὸ ἑαυτῷ γοῦν ὑπηρετεῖν ἕκαστον, καὶ μὴ ἄλλοις ἐπιβαρῆ γίνεσθαι (51)· *Ἀκούομεν* γὰρ, φησὶ, *τινὰς ἀτάκτως περιπατοῦντας ἐν ὑμῖν, μηδὲν ἐργαζομένους, ἀλλὰ περιεργαζομένους· τοῖς οὖν τοιούτοις*, φησὶ, *παραγγέλλομεν, καὶ παρακαλοῦμεν, ἵνα μετὰ ἡσυχίας ἐργαζόμενοι τὸν ἑαυτῶν ἄρτον ἐσθίωσι*. Καὶ τὸ, *Νύκτα δὲ καὶ ἡμέραν ἐργαζόμενοι πρὸς τὸ μὴ ἐπιβαρῆσαί τινα*, εἰς τὸν αὐτὸν φέρει νοῦν· τοῦ Ἀποστόλου διὰ φιλαδελφίαν εἰς ἐκκοπὴν (52) τῶν ἀτάκτων ἑαυτὸν τοῖς ὑπὲρ τὸ διατεταγμένον αὐτῷ πόνοις ὑποβάλλοντος. Τοῦ δὲ πρὸς τὴν τελείωσιν σπεύδοντός (53) ἐστι νυκτὸς καὶ ἡμέρας ἐργάζεσθαι, ἵνα ἔχῃ μεταδιδόναι τῷ χρείαν ἔχοντι.

2. Ἐπεὶ ὅ γε ἑαυτῷ, ἢ (54) καὶ τῷ τὴν φροντίδα τῶν χρειῶν ἀναδεδεγμένῳ ἐλπίζων, καὶ ἢ τὴν οἰκείαν ἢ τὴν τοῦ συνόντος ἐργασίαν ἱκανὴν ἀφορμὴν πρὸς τὸ ζῆν τιθέμενος, καθόσον ἐπ' ἄνθρωπον τὴν ἐλπίδα ἔθετο, κίνδυνον ἔχει ὑποπεσεῖν τῇ κατάρᾳ τῇ λεγούσῃ· *Ἐπικατάρατος ἄνθρωπος ὃς τὴν ἐλπίδα ἔχει ἐπ' ἄνθρωπον, καὶ στηρίξει* (55) *σάρκα βραχίονος αὐτοῦ, καὶ ἀπὸ Κυρίου ἀποσταίη ἡ ψυχὴ αὐτοῦ*· τοῦ λόγου διὰ μὲν τοῦ, *Ὃς τὴν ἐλπίδα ἔχει ἐπ' ἄνθρωπον*, τῷ ἑτέρῳ ἐπελπίζειν· διὰ δὲ τοῦ, *Καὶ στηρίξει σάρκα βραχίονος αὐτοῦ*, τὸ ἐφ' ἑαυτῷ πεποιθέναι ἀπαγορεύοντος· ἑκάτερον δὲ αὐτῶν ἀποστασίαν ἀπὸ Κυρίου ὀνομάζοντος, καὶ τὸ τέλος ἀμφοτέρων ἐπάγοντος (56), *Ὅτι ἔσται ὡς ἡ ἀγριομυ-

eum qui laborat, labori incumbere debere, non ut per opera suis inserviat necessitatibus, sed ut Domini præceptum impleat, qui dixit : *Esurivi, et dedistis mihi manducare*[27], etc. Nam pro seipso sollicitum esse, omnino a Domino prohibitum est, cum dixit : *Ne solliciti sitis animæ vestræ quid manducetis, neque corpori vestro quid induamini*[28] : item cum subjungit : *Hæc enim omnia gentes inquirunt*[29]. Quamobrem in opere suscipiendo huc quisque spectare debet, ut sublevet indigentes opera sua, non autem ut commodis suis serviat. Ita enim non accusabitur de suiipsius amore, atque fraternæ charitatis benedictionem a Domino accipiet, qui ait : *Quatenus fecistis uni ex his fratribus meis minimis, mihi fecistis*[30]. Nec quisquam Apostoli verba sententiæ nostræ adversari existimet, qui dicit : *Ut operantes, suum panem manducent*[31]. Hoc enim ad inordinatos dictum est, et ad segnes, perinde ac si ipsis diceret, præstabilius esse unumquemque sibi victum parare, nec aliis gravem esse, quam vitam in otio traducere. *Audimus* enim, inquit, *quosdam inter vos* **389** *esse inordinate ambulantes, nihil operantes, sed curiose agentes : iis autem qui sunt ejusmodi*, inquit, *denuntiamus, et obsecramus, ut cum quiete operantes, suum panem manducent*[32]. Et illud : *Nocte autem et die operantes, ne gravaremus quempiam*[33], eodem pertinet, quandoquidem Apostolus fraternæ charitatis causa ad inordinatos exscindendos sese laboribus ultra quam sibi præscriptum fuerat, subjiciebat. Cæterum ejus, qui ad perfectionem festinat, est noctem et diem operari, ut possit impertiri ei qui opus habuerit[34].

2. Quisquis enim in seipso, aut in eo etiam, qui distribuendarum rerum necessariarum curam suscepit, spem suam collocat, aut suum, aut contubernalis sui opus subsidium sibi esse ad vitam degendam sufficiens existimat, is, quatenus spem reponit in homine, venit in periculum, ne incidat in maledictionem, qua dicitur : *Maledictus homo qui spem habet in homine, et fulciet carnem brachii sui : et a Domino recedet anima ejus*[35]. Scriptura enim illis quidem verbis, *Qui spem habet in homine*, in alterum spem conferre, his vero, *Et fulciet carnem brachii sui*, in seipso confidere vetat. Horum autem utrumque nominatur defectio a Domino. Imo etiam adjungitur utriusque exitus : *Quia erit quasi*

[27] Matth. xxv, 35. [28] Matth. vi, 25. [29] ibid. 32. [30] Matth. xxv, 40. [31] II Thess. iii, 12. [32] ibid. 11, 12. [33] ibid. 8. [34] Ephes. iv, 28. [35] Jer. xvii, 5.

(49) Sic veteres duo libri. Vox ὑμῶν in editis desideratur. Mox editi et Reg. tertius ἔθνη τοῦ κόσμου, *gentes mundi*. Sed illud, τοῦ κόσμου, ut in sacro textu, ita in antiquis tribus libris non legitur.

(50) Veteres duo libri cum Voss. Κυρίου κομίσεται. Statim Reg. primus et Voss. Ἐφ' ὅσον γάρ.

(51) Codex Combef. et editi ἄλλοις ἐπιβαρύνεσθαι. Antiqui tres libri præter Voss. ἐπιβαρῆ γίνεσθαι

(52) Codex Voss. et alii duo εἰς ἐγκοπήν.

(53) Idem codex et alii nonnulli τελείωσιν σπουδάζοντος. Ibidem in Colbertino legitur νύκτας καὶ ἡμέρας

(54) Voculam ἢ ex antiquis duobus libris addidi. Mox editi ἀναδεδειγμένῳ : ubi ex quatuor mss. legendum ἀναδεδεγμένῳ. Ibidem codex Voss. ἐπελπίζων.

(55) Editi ἔχῃ... στηρίξῃ. Veteres quatuor libri ἔχει... στηρίζει. Mox editi et mss. ἀπιστῇ ἡ. Reg. primus et Voss. et Colb. ἀποσταίη ἡ.

(56) Totum illud, καὶ τὸ τέλος ἀμφοτέρων ἐπάγοντος, ex Vossii codice et ex aliis tribus additum est. Paulo post duo mss, τὰ ἀγαθὰ, ὅταν ἔλθῃ, *non videbit bona, quando venient*. Statim duo mss. ἢ ἄλλῳ. Editi καὶ ἄλλῳ. Mox unus ms. ἐπελπίσαι.

Digitized by Google

silvestris myrica in deserto, et non videbit quando venerint bona [36]. Ostendit videlicet Scriptura, spem aut in se, aut in alio quovis repositam, defectionem a Domino esse.

ρίκη ἡ ἐν τῇ ἐρήμῳ· καὶ οὐκ ὄψεται ὅταν ἔλθῃ τὰ ἀγαθά· δεικνύντος τοῦ λόγου, ὅτι τὸ ἑαυτῷ ἢ ἄλλῳ τινὶ ἐπελπίζειν ἀποστῆναί ἐστιν ἀπὸ Κυρίου.

INTERROGATIO XLIII.

Modus qui servandus sit in faciendis operibus, arunae fuit nobis explicatus: prætereaque si quid forte reliquum esset, id invenire ipso rerum usu doceremur. Jam vero id ut exponas, rogamus, quales scilicet esse oporteat fratrum præfectos, aut quomodo suos contubernales gubernare debeant.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΜΓ'.

Ὁ μὲν περὶ τῶν ἐργασιῶν τρόπος ἀρκούντως ἡμῖν παραδέδοται· πλὴν ἐὰν μή τι ὑπ' αὐτῶν τῶν πραγμάτων προσεξευρεῖν διδαχθῶμεν. Τοὺς δὲ προεστῶτας τῆς ἀδελφότητος ὁποίους εἶναι χρὴ, ἢ πῶς ἄγειν τοὺς συνόντας, τοῦτο διευκρινηθῆναι δεόμεθα.

RESPONSIO.

1. Dictum quidem est quasi in summa de hac etiam parte: quoniam tamen haud immerito partem hanc vobis amplius explanari vultis (nam qualis fuerit præfectus et princeps, tales plerumque fieri solent et subditi), ipsam necesse est non obiter ac oscitanter prætermittere. Oportet igitur ut is qui præfectus est, memor præcepti Apostoli, qui ait, *Exemplo esto fidelium* [37], vitam suam efficiat cujuscunque præcepti Domini evidens exemplum, ut videlicet iis, qui a se docendi sunt, causam nullam relinquat, cur Domini mandatum tale esse putent, quod aut fieri non possit, aut quod contemni debeat. Initio igitur primum hoc est, nimirum in charitate Christi ita excolenda est ab eo humilitas, ut, vel ipso tacente, operum suorum exemplum ad docendum proponatur sermone quovis efficacius. Etenim si **390** hæc est Christianismi meta, imitatio Christi juxta humanitatis mensuram, prout convenit uniuscujusque vocationi, ii quibus credita est plurium regendorum cura, infirmiores sua ipsorum opera ad imitandum Christum promovere debent, juxta beatum Paulum, qui dicit: *Imitatores mei estote, sicut et ego Christi* [38].

1. Εἴρηται μὲν, ὡς ἐν κεφαλαίῳ, καὶ περὶ τοῦ μέρους τούτου· πλὴν ἀλλ' ἐπειδὴ (57) καλῶς ποιοῦντες ἐπὶ πλεῖον τρανωθῆναι τὸ μέρος τοῦτο βούλεσθε (διότι οἷον ἐὰν ᾖ τὸ ἐπιστατοῦν καὶ ἄρχον, τοιοῦτον, ὡς τὰ πολλὰ, γίνεσθαι φιλεῖ (58) καὶ τὸ ἀρχόμενον), ἀναγκαῖον μὴ παρέργως αὐτὸ παρελθεῖν. Χρὴ τοίνυν τὸν προεστῶτα μεμνημένον τῆς τοῦ Ἀποστόλου παραγγελίας λέγοντος, *Τύπος γίνου τῶν πιστῶν*, πάσης ἐντολῆς τοῦ Κυρίου ἐναργὲς ὑπόδειγμα τὸν ἑαυτοῦ βίον παρέχειν, ὡς μηδεμίαν τοῖς διδασκομένοις ἀφορμὴν καταλιμπάνειν πρὸς τὸ ἀδύνατον ἢ εὐκαταφρόνητον ἡγεῖσθαι τὴν ἐντολὴν τοῦ Κυρίου. Πρῶτον μὲν οὖν, ὃ πρῶτόν ἐστιν, ἐν ἀγάπῃ Χριστοῦ τὴν ταπεινοφροσύνην οὕτω χρὴ παρ' αὐτοῦ (59) κατορθοῦσθαι, ὡς καὶ σιωπῶντος αὐτοῦ τὸ ἐκ τῶν ἔργων ὑπόδειγμα παντὸς λόγου ἰσχυρότερον εἰς διδασκαλίαν προκεῖσθαι. Εἰ γὰρ οὗτος ὅρος Χριστιανισμοῦ, μίμησις Χριστοῦ ἐν τῷ μέτρῳ τῆς ἐνανθρωπήσεως, κατὰ τὸ ἐπιβάλλον τῇ ἑκάστου κλήσει, οἱ τὴν ὁδηγίαν τῶν πολλῶν πεπιστευμένοι τοὺς ἔτι ἀσθενεστέρους διὰ τῆς ἑαυτῶν μεσιτείας προβιβάζειν ὀφείλουσι τῇ τοῦ Χριστοῦ ἐξομοιώσει, κατὰ τὸν μακάριον Παῦλον λέγοντα· *Μιμηταί μου γίνεσθε, καθὼς κἀγὼ Χριστοῦ.*

2. Proinde servando eo, qui a Domino nostro Jesu Christo traditus est, humilitatis modo, ipsos primos accuratum et omnibus numeris absolutum exemplar fieri operæ pretium est. *Discite* enim *a me*, inquit, *quia mitis sum et humilis corde* [39]. Morum igitur mansuetudo, et humilitas cordis, characterem præpositi atque insigne constituant. Si enim Dominus servis suis ministrare non erubuit, sed voluit servus esse terræ et luti, quod finxit ipse, et in hominem conflavit: *Ego* enim, inquit, *in medio vestrum sum, sicut qui ministrat* [40]; quid æqualium nostrorum causa facere par est, ut existimare possimus assecutos nos illum imitatione fuisse? Hoc igitur unum est, quo maxime præditum esse præfectum oportet. Tum misericordem esse, et eos, qui inexperti officiorum aliquid omiserint, patienter

2. Πρώτους οὖν αὐτοὺς, τὸ παραδοθὲν τῆς ταπεινοφροσύνης μέτρον παρὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ κατορθοῦντας, ὑπογραμμὸν ἀκριβῆ προσήκει γίνεσθαι. *Μάθετε* γὰρ, φησὶν, *ἀπ' ἐμοῦ, ὅτι πρᾶός εἰμι καὶ ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ.* Πραότης οὖν τρόπου καὶ καρδίας ταπείνωσις χαρακτηριζέτω τὸν προϊστάμενον. Εἰ γὰρ ὁ Κύριος τὴν διακονίαν τῶν ἰδίων δούλων οὐκ ἐπῃσχύνθη (60), ἀλλὰ κατεδέξατο ὑπηρέτης εἶναι τῆς γῆς καὶ τοῦ πηλοῦ, ὃν αὐτὸς ἔπλασε, καὶ εἰς ἄνθρωπον διεμόρφωσεν (*Ἐγὼ γὰρ εἰμὶ*, φησὶν, *ἐν μέσῳ ὑμῶν ὡς ὁ διακονῶν*)· τί χρὴ ποιοῦντας ἡμᾶς τοῖς ὁμοτίμοις νομίζειν αὐτοῦ τῆς μιμήσεως ἐφικνεῖσθαι; Ἓν μὲν δὴ τοῦτο ἐπὶ τοσοῦτον ὑπάρχειν δεῖ τῷ προεστῶτι. Ἔπειτα εὐσπλαγχνον (61), καὶ μακροθύμως ἀνεχόμενον τῶν ἐξ ἀπειρίας ἐλλιμπανόντων τι τῶν καθηκόντων, οὐχ ὑποσωπῶντα τοῖς

[36] Jerem. XVII, 6. [37] I Tim. IV, 12. [38] I Cor. XI, 1. [39] Matth. XI, 29. [40] Luc. XXII 27.

(57) Veteres duo libri cum Voss. πλὴν ἀλλ' ἐπειδή. Editi πλὴν ἐπειδή.

(58) Antiqui duo libri et editi ὀφείλει, male. Reg. tertius et Colb. φιλεῖ, bene. Hoc ipso in loco conjunctionem καί ex priscis duobus libris addidimus.

(59) Codices aliquot simul et editi παρ αὐτῷ: at in Colbertino legitur παρ' αὐτοῦ.

(60) Reg. primus et Combef. οὐκ ἐπῃσχύνθη. Alius ms. et editi ἐπαισχύνθη.

(61) Antiqui duo libri cum Voss. εὐσπλάγχνως. Editi εὔσπλαγχνον.

Digitized by Google

ἁμαρτήμασιν, ἀλλὰ πράως ἀνεχόμενον τῶν ἀφηνιαζόντων (62) καὶ τὰς ἰατρείας αὐτοῖς ἐν πάσῃ εὐσπλαγχνίᾳ καὶ συμμετρίᾳ προσάγοντα. Ἱκανὸν δὲ τρόπον τῆς θεραπείας τῷ πάθει οἰκεῖον ἐξευρεῖν, οὐ μετὰ αὐθαδείας ἐπιτιμῶντα, ἀλλ' ἐν πραότητι νουθετοῦντα καὶ παιδεύοντα, καθὼς γέγραπται, νηφάλιον ἐν τοῖς παροῦσι, προορατικὸν τῶν μελλόντων, ἱκανὸν μὲν τοῖς ἰσχυροῖς συναθλεῖν, τῶν δὲ ἀδυνάτων βαστάζειν τὰ ἀσθενήματα, καὶ πάντα ποιεῖν καὶ λέγειν δυνάμενον πρὸς καταρτισμὸν τῶν συνόντων· μὴ ἑαυτῷ λαμβάνοντα τὴν προστασίαν, ἀλλ' ἐγκριθέντα τῶν ἐν ταῖς (63) ἄλλαις ἀδελφότησι προεχόντων, καὶ ἱκανὴν πεῖραν τοῦ τρόπου ἐν τῷ παρελθόντι βίῳ δεδωκότα. *Καὶ οὗτοι γὰρ, φησὶ, δοκιμαζέσθωσαν πρῶτον, εἶτα διακονείτωσαν, ἀνέγκλητοι ὄντες.* Οὕτω καὶ ὁ τοιοῦτος ἐπιτρεπέσθω τὴν προστασίαν, καὶ τὴν εὐταξίαν ὁριζέτω τῇ ἀδελφότητι, τὴν διανομὴν τῶν ἔργων, καθ' ὃ ἕκαστος (64) ἐπιτηδείως ἔχει, ποιούμενος.

A sufferentem, non prætereuntem silentio peccata, sed rebelles tolerantem leniter, medelamque cum omni clementia atque moderatione eis adhibentem. Item idoneum esse, qui remedii modum morbo convenientem excogitet, non autem aspere increpantem, sed cum mansuetudine commonefacientem, atque erudientem, uti scriptum est [61], pervigilem in administrandis rebus præsentibus, providum futurorum, peritum decertandi cum fortibus, et debilium infirmitates perferendi, talem, qui omnia et facere et dicere possit ad eorum qui secum degunt, perfectionem. Præfecturam non sibi sumentem, sed qui delectus sit ab iis qui primas obtinent in aliis fratrum conventibus, et qui in vita ante acta morum suorum specimen sufficiens edi-
B derit. *Et hi enim*, inquit, *probentur primum, deinde ministrent, nullum crimen habentes* [62]. Sic qui ejusmodi est, accipiat præfecturam, instituatque inter fratres disciplinam, et opera, prout unusquisque idoneus est, dispertiatur.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΜΔ'.

Τίσιν ἐπιτρέπειν χρὴ τὰς ἀποδημιας· καὶ πῶς ἐπανιόντας αὐτοὺς ἀνακρίνειν.

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

1. Τὴν μὲν ἀποδημίαν ἐπιτρεπέτω τῷ δυναμένῳ ἀβλαβῶς τῇ ἑαυτοῦ ψυχῇ καὶ ὠφελίμως τοῖς συντυγχάνουσιν αὐτὴν (65) ἐκτελεῖν. Ὡς ἐὰν μὴ παρῇ ὁ ἐπιτήδειος, βέλτιον ἐν ἐνδείᾳ τῶν ἀναγκαίων πᾶσαν θλῖψιν καὶ στενοχωρίαν μέχρι καὶ θανάτου ὑπενεγκεῖν, ἢ παραμυθίας ἕνεκεν σωματικῆς βλάβην ψυχῆς ὁμολογουμένην περιορᾶν. *Καλὸν γάρ μοι,* φησὶν ὁ Ἀπόστολος, *μᾶλλον ἀποθανεῖν, ἢ τὸ καύχημά μου ἵνα τις κενώσῃ·* καὶ τοῦτο ἐν τοῖς ἐπ' ἐξουσίας· πόσῳ οὖν μᾶλλον ἐν τοῖς κατ' ἐντολήν; Καίτοιγε οὐδὲ τοῦτο ἀπαραμύθητον ὁ τῆς ἀγάπης νόμος ἀφίησιν. Ἐὰν γὰρ συμβῇ μὴ παρεῖναι μιᾷ ἀδελφότητι τὸν ἐπιτηδείως ἀποστελλόμενον, οἱ σύνεγγυς τὸ λεῖπον ἀναπληρώσουσι (66), κοινὰς τὰς ἀποδημίας καὶ ἀχωρίστους ἀλλήλων ποιούμενοι, ὡς τούς τε κατὰ ψυχὴν ἀσθενεῖς, ἢ καὶ κατὰ τὸ σῶμα σαθροὺς ἐν τῇ τοιαύτῃ κοινωνίᾳ τοῖς ἰσχυροτέροις συνδιασώζεσθαι, πόῤῥωθεν καὶ τοῦτο τοῦ πεπιστευμένου προκαθιστῶντος, ὡς μὴ παρ' αὐτὰ ἐπὶ τῆς χρείας ἄπορον ἐκ τοῦ καιροῦ τῆς στενοχωρίας τὴν παραμυθίαν εὑρίσκεσθαι. Μετὰ δὲ τὴν ἐπάνοδον ἀνακρινέτω τὸν ἀπόδημον, τίνες αἱ πράξεις, ποταπῶν ἀνδρῶν αἱ συντυχίαι αὐτῷ γεγόνασιν· οἱ λόγοι τίνες,

INTERROGATIO XLIV.

Quibus permittendæ sint peregrinationes, et quomodo, ubi redierint, sint interrogandi.

RESPONSIO.

1. Peregrinandi detur facultas ei, qui citra animæ suæ detrimentum, et cum utilitate eorum, quibuscum graditur, iter perficere possit. Nam si nemo idoneus affuerit, præstat in rerum necessariarum penuria afflictionem omnem atque **391** angustiam vel ad mortem usque perpeti, quam corporalis levamenti causa certissimum animæ detrimentum negligere. *Bonum est enim mihi*, inquit Apostolus, *magis mori, quam ut gloriam meam quis evacuet* [63]: et hoc in iis, quæ liberum est omittere, quanto igitur magis in his, quæ præcepta sunt? Quanquam etiam huic ipsi incommodo medetur lex charitatis. Si enim contigerit, ut in uno fratrum conventu desit, qui commode mitti possit, ii qui propinqui sunt, supplebunt quod deerit, iter facientes simul, nec unquam a se invicem disjungentur, ut tam qui infirmi sunt anima, quam qui corpore etiam debiles sunt, ii sic cum fortioribus conjuncti, incolumes serventur. Atque hoc longe antea a præposito constitutum sit, ne postea in
D ipso necessitatis articulo remedium ullum, quod per temporis angustias adhibere liceat, nanciscatur. Cæterum præfectus post reditum via-

[61] II Tim. II, 25. [62] I Tim. III, 10. [63] I Cor. IX, 15.

(62) Editiones veteres et Reg. tertius τῶν αφηνιαζόντων, *rebelles patienter tolerantem.* Regii primus et tertius cum Colb. τῶν νηπιαζόντων, *pueros patienter tolerantem* : quam scripturam pro vera habet Combefisius: neque ego contendam, si futuri sint qui ita velint. Sed rationem cur ita legendum putet, probare non possum. Ait enim rebelles dure, non leniter tractandos, cum et ipsos quoque si non semper, at nonnunquam tamen leniter tractari debere doceat Apostolus, II Tim. II, 25.

(63) Editi τὴν προστασίαν τῶν ἐν ταῖς, etc., ubi supplendum quod ex veteribus quatuor libris addidimus. Ita hoc loco legitur in ora Regii primi, τίνες ἐγκρίνειν τὸν ἡγούμενον ὀφείλουσιν, *quinam eligere debeant præpositum.*

(64) Unus ms. καθὼς ἕκαστος.

(65) Vox αὐτὴν deest in vulgatis : sed et in Vossii codice et in aliis duobus legitur. Nec ita multo post duo mss. μέχρι θανάτου ὑπομένειν. Verbum ὑπομένειν invenitur quoque in Vossii veteri libro.

(66) Reg. primus λεῖπον ἀποπληρώσουσι. Aliquanto post idem ms. ἰσχυροτέροις διασώζεσθαι. Mox hic ipse liber πεπιστευμένου καθιστῶν.

Digitized by Google

torem percontetur, quid egerit, in quorum hominum venerit congressum, quos cum eis sermones habuerit, quid versaverit animo, num diem totam totamque noctem exegerit in timore Dei, an prævaricatus sit, et aliquid violaverit eorum quæ statuta sunt, aut externis incommodis victus, aut sua ipsius segnitie dilapsus.

2. Et quod quidem recte gestum est, laudando confirmet : in quo vero deliquit, id corrigat diligenti ac perita adhortatione. Ita enim et qui peregre proficiscentur, vigilantiores erunt, si itineris rationem reddere cogantur, et nos ne in separationis quidem tempore vitam ipsorum negligere videbimur. Hoc autem et sanctis familiare fuisse, Actorum historia tradit, ubi docet, quemadmodum Petrus Hierosolymam reversus, aliis illic commorantibus rationem reddiderit societatis ejus, quæ sibi fuisset cum gentibus [45]; similiterque, quemadmodum Paulus et Barnabas reversi, coacta Ecclesia, annuntiaverint quæ cum ipsis fecisset Deus [46]; et rursus, quod siluerit universa multitudo, et audierit Barnabam et Paulum, qui narrabant quæcunque Deus fecisset per ipsos. Illud autem nosse oportet, itiones, negotiationesque et quæstus cauponios fratribus omni modo fugiendos esse.

INTERROGATIO XLV.

Quod oportet post præfectum etiam alium aliquem esse, qui possit, eo absente, aut occupatione aliqua distento, fratrum curam suscipere.

RESPONSIO.

1. Quandoquidem usu venit non raro, ut vel propter corporis infirmitatem, vel peregrinandi necessitatem, vel ob alium quemvis casum, præfectus absit a fratrum conventu, etiam aliquis alius cum approbatione tam ipsius, quam aliorum qui approbandi periti sint, ad hoc delectus sit, ut eo absente suscipiat fratrum curam, sic ut etiam præsentes unus aliquis sermone **392** adhortetur soleturque, non autem fratres, absente præposito, formam status popularis assumant, ad regulæ et traditæ disciplinæ dissolutionem, et quæcunque approbata sunt et recepta, ad Dei gloriam observentur : ut etiam adsit qui advenientibus hospitibus prudenter respondeat, ut et qui sermonem requirunt, ædificentur pro argumenti dignitate, nec tamen fratrum communitas confundatur. Etenim si omnes æqualiter accurrant ad dicendum, id tumultus causa est, et perturbatæ disciplinæ signum ; cum Apostolus ne eos quidem qui docendi munere donati sunt, plures simul loqui sinat, ubi dicit : *Quod si alii revelatum fuerit, prior taceat* [46]. Et

οὓς πρὸς αὐτοὺς ἐποιήσατο· ποῖα τὰ τῆς ψυχῆς αὐτοῦ διανοήματα· εἰ πᾶσαν ἡμέραν καὶ πᾶσαν νύκτα τῷ φόβῳ τοῦ Θεοῦ συζῶν ἐξετέλεσεν, ἢ που (67) παρετράπη, καὶ παρεκίνησέ τι τῶν δεδογμένων, ἢ ταῖς ἔξωθεν περιστάσεσιν ἐνδοὺς, ἢ τῇ οἰκείᾳ ῥᾳθυμίᾳ παραῤῥυείς.

2. Καὶ τὸ μὲν ὀρθῶς ἐπιτελεσθὲν ἀποδοχῇ βεβαιούτω· τὸ δὲ ἐσφαλμένον τῇ ἐμμελεῖ καὶ ἐπιστημονικῇ (68) διδασκαλίᾳ διορθούσθω. Οὕτω γὰρ νηφαλιώτεροί τε οἱ ὁδεύοντες ἔσονται τῇ φροντίδι τῆς ἀποδόσεως τοῦ λόγου, καὶ ἡμεῖς δόξομεν μήτε ἐν καιρῷ τοῦ χωρισμοῦ ἀμελεῖν αὐτῶν τῆς ζωῆς. Καὶ τοῖς ἁγίοις δὲ τοῦτο εἶναι (69) σύνηθες ἡ ἱστορία τῶν Πράξεων παραδίδωσι, διδάσκουσα ἡμᾶς ὅπως μὲν Πέτρος τὸν λόγον τῆς τῶν ἐθνῶν κοινωνίας, ἐπανελθὼν εἰς τὰ Ἱεροσόλυμα, τοῖς ἐκεῖ ἀποδίδωσιν· ὅπως δὲ Παῦλος καὶ Βαρνάβας παραγενόμενοι, καὶ συναγαγόντες τὴν Ἐκκλησίαν, ἀνήγγειλαν ὅσα ὁ Θεὸς ἐποίησε μετ' αὐτῶν· καὶ πάλιν, ὅτι ἐσιώπησεν ἅπαν τὸ πλῆθος, καὶ ἤκουον Βαρνάβα καὶ Παύλου ἐξηγουμένων ὅσα ἐποίησεν ὁ Θεός. Ἐκεῖνο μέντοι εἰδέναι χρὴ, ὅτι τὰς περιδρομὰς καὶ πραγματείας καὶ τὰ καπηλικὰ (70) κέρδη παντὶ τρόπῳ φευκτέον ταῖς ἀδελφότησι.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΜΕ'

Ὅτι χρὴ μετὰ τὸν προεστῶτα καὶ ἄλλον εἶναί τινα τὸν δυνάμενον ἐν ἀπουσίᾳ (71) ἢ ἀσχολίᾳ ἐκείνου τῶν ἀδελφῶν ἐπιμελεῖσθαι.

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

1. Ἐπειδὴ συμβαίνει πολλάκις ἢ δι' ἀσθένειαν σώματος, ἢ ἀποδημίας ἀνάγκην, ἢ κατά τινα ἄλλην περίστασιν, χωρίζεσθαι τῆς ἀδελφότητος τὸν προεστῶτα, ἔστω τις καὶ ἕτερος μετὰ δοκιμασίας αὐτοῦ τε καὶ ἄλλων τῶν ἱκανῶν δοκιμάζειν, εἰς τοῦτο ἐξειλεγμένος, εἰς τὸ, ἀπόντος ἐκείνου, διαδέχεσθαι τὴν ἐπιμέλειαν τῶν ἀδελφῶν, ὥστε καὶ τοῖς παροῦσι παρ' ἑνὸς γίνεσθαι τὰς παρακλήσεις τοῦ λόγου (72)· ἀλλὰ μὴ ἐν τῇ ἀποδημίᾳ τοῦ προεστῶτος δημαρατικόν τι σχῆμα μεταλαμβάνειν τὴν ἀδελφότητα ἐπὶ διαλύσει τοῦ κανόνος καὶ τῆς παραδεδομένης εὐταξίας· φυλάσσεσθαι δὲ τὰ μετὰ δοκιμασίας ἐγκριθέντα εἰς δόξαν Θεοῦ, καὶ τοῖς ἐπιδημοῦσι δὲ τῶν ξένων εἶναι τὸν ἀποκρινόμενον συνετῶς, ἵνα οἵ τε τὸν λόγον ἐπιζητοῦντες οἰκοδομῶνται τῆς ὑποθέσεως ἐπαξίως, καὶ τὸ κοινὸν τῆς ἀδελφότητος μὴ καταισχύνηται. Τὸ γὰρ πάντας ὁμοίως ἐπιπηδᾶν τῷ λόγῳ, θορύβου αἴτιον, καὶ ἀταξίας σημεῖον· τοῦ Ἀποστόλου μηδὲ τοὺς κατηξιωμένους (73) τοῦ χαρίσματος τῆς διδασκαλίας πλείους ἐπὶ τὸ αὐτὸ λαλεῖν συγχωρήσαντος, δι' ὧν φησιν· *Ἐὰν δὲ ἄλλῳ ἀποκαλυφθῇ,*

[45] Act. xi, 5 sqq. [46] Act. xv, 12. [46] I Cor. xiv, 30.

(67) Reg. tertius εἴ που.

(68) Sic Voss. et Colb, et Reg. primus. Editi et Reg. tertius τῇ ἐπιμελείᾳ καὶ ἐπιστημονικῇ.

(69) Illud εἶναι additum fuit ex antiquis duobus libris.

(70) Editi et Reg. tertius ὅτι τὰ καπηλικά. Codex Voss. et alii duo consueti libri ut in contextu, fusius et melius.

(71) Ita Colb. habet, ἐν παρουσίᾳ ἢ ἀπουσίᾳ, *in præsentia et in absentia*. Nec ita multo post idem ms. ἐπειδὴ δέ.

(72) Codex Voss. et Reg. primus emendatus παρακλήσεις αὐτοῦ τὰς διὰ τοῦ λόγου.

(73) Unus ms. μηδὲ τοὺς καταξιουμένους.

Digitized by Google

ὁ πρῶτος σιγάτω· καὶ πάλιν τὸ ἄτοπον τῆς τοιαύτης ἀταξίας διελέγχοντος ἐν τῷ λέγειν· *Ἐὰν οὖν συνέλθῃ ἡ Ἐκκλησία ὅλη ἐπὶ τὸ αὐτό, καὶ πάντες λαλῶσι γλώσσαις, εἰσέλθωσι δὲ ἰδιῶται ἢ ἄπιστοι, οὐκ ἐροῦσιν, ὅτι μαίνεσθε;*

A rursus hujusce perturbationis in ptiam coarguit, his verbis: *Si ergo convenerit universa Ecclesia in unum, et omnes linguis loquantur, intraverint autem idiotæ, aut infideles, nonne dicent, quod insanitis* [47]?

2. Καὶ ἐὰν ὑπὸ ἀγνοίας δὲ ἄλλῳ προσαγάγῃ τὰς ἐπερωτήσεις ὁ ξένος, κἂν ἔχῃ ἀποκρίνεσθαι (74) ἀνενδεῶς ὁ παρὰ πρόσωπον ἐπερωτηθείς, ὅμως τῆς εὐταξίας ἕνεκεν αὐτὸς μὲν σιωπάτω, ὑποδεικνύτω δὲ τὸν τὸ μέρος τοῦτο πεπιστευμένον (75), ὡς ἐποίησαν οἱ ἀπόστολοι ἐπὶ τοῦ Κυρίου, ὥστε εὔτακτον καὶ εὐσχήμονα τὴν χρῆσιν τοῦ λόγου γίνεσθαι. (76) Εἰ γὰρ ἐπὶ τῆς σωμάτων θεραπείας οὔτε σιδήρῳ παντὸς ἔστι χρήσασθαι ἐπὶ τῶν ἀσθενούντων, ἀλλὰ τοῦ τέχνην ἀνειληφότος, καὶ χρόνῳ μακρῷ, καὶ πείρᾳ, B καὶ μελέτῃ τῶν ἔργων, καὶ διδασκαλίᾳ τῶν ἐπιστημόνων· τίνα ἔχει λόγον τῇ διὰ τοῦ λόγου θεραπείᾳ τοὺς τυχόντας ἐπιπηδᾷν; Ἐν ᾧ καὶ τὸ μικρότατον παροφθὲν μεγίστην φέρει τὴν ζημίαν. Παρ' οἷς γὰρ οὐδὲ ἄρτου μετάδοσις τοῖς τυχοῦσιν ἐφίεται, ἀλλ' ἐνὶ προστήκει ἡ τοιαύτη διακονία, τῷ μετὰ δοκιμασίας πεπιστευμένῳ, παρὰ τούτοις πῶς οὐχὶ πολὺ πλέον τὴν πνευματικὴν τροφὴν ἐξειλεγμένως (77) καὶ παρατετηρημένως ὑφ' ἑνὸς τῶν δυνατωτέρων προσάγεσθαι χρὴ τοῖς αἰτοῦσιν; Ὥστε οὐ τῆς τυχούσης αὐθαδείας τὸν ἐπερωτηθέντα κρῖμα Θεοῦ, ἀδεῶς οὕτω καὶ ὡς ἔτυχε κατατολμᾷν τῆς ἀποκρίσεως, ἀλλὰ μὴ ὑποδεικνύειν τὸν ἐγχειρισμένον τὴν τοῦ λόγου οἰκονομίαν, ὃς, διὰ τὸ πιστὸς εἶναι πάντως καὶ φρόνιμος οἰκονόμος, ἐπελέγη εἰς τὸ (78) διαδι- C δόναι μὲν ἐν καιρῷ τὴν πνευματικὴν τροφήν, οἰκονομεῖν δὲ τοὺς λόγους αὐτοῦ ἐν κρίσει, καθὼς γέγραπται. Κἂν διαφεύγῃ δέ τι τὸν ὀφείλοντα ἀποκρίνεσθαι, καὶ ἄλλος ἐξεύρῃ, μὴ τῷ ἐλέγχῳ εὐθὺς ἐπιπηδάτω, ἀλλ' ἰδίᾳ ὑποβαλλέτω (79) τὸ παραστάν. Ἐπάρσεως γὰρ ἀφορμὴ ἐκ τούτου κατὰ τῶν προεχόντων τοῖς ὑποδεεστέροις γίνεται, ὥστε, κἂν χρησίμως ἀποκριθῇ τις, μὴ καθηκόντως δὲ, ἐνοχός ἐστι τοῖς τῆς ἀταξίας ἐπιτιμίοις.

2. Quod si ex ignorantia alium interroget hospes; quanquam qui alterius loco interrogatus est, copiose respondere possit, sileat tamen ipse disciplinæ servandæ causa, eumque cui hæc provincia data est, ostendat, uti coram Domino fecere apostoli, idque, ut recte decenterque sermone utamur. Etenim si in sanandis corporibus non est cujusvis aut medicamento aut ferro uti ad infirmos curandos, sed illius, qui et longo tempore et experientia, et curationum exercitio, et peritorum documentis artem hanc assecutus sit; quomodo par fuerit quoslibet ad curationem eam, quæ per sermonem adhibetur, indiscriminatim prosilire? Qua in re quod etiam minimum est, si negligatur, maximum detrimentum affert. Enimvero apud quos ne panis quidem distributio quibuslibet permittitur, sed ejusmodi munus ad quemdam, qui cum approbatione huic rei præpositus sit, pertinet, quomodo non cum delectu ac cautione multo majore alimentum spirituale petentibus dandum est ab aliquo, qui ad id magis idoneus sit? Quare non est arrogantiæ vulgaris, aliquem de Dei judicio interrogatum tam audacter tamque temere respondere audere, neque eum, cui sermonis dispensandi partes traditæ sunt, indicare: qui cum sit omnino fidelis ac prudens dispensator, et ad spiritualem escam in tempore distribuendam electus est [48], et, ut scriptum est [49], ad suos sermones in judicio dispensandos. Quodsi quidpiam fugiat eum qui respondere debet, noverit vero alter, non statim ipsum redarguere festinet, sed privatim quod sibi visum est, suggerat. Hæc enim causa est inferioribus, efferendi se adversum superiores. Quare etiamsi quis responderit utiliter, sed præter officium, pœnis perturbatæ disciplinæ obnoxius est.

[47] I Cor. XIV, 23. [48] Luc. XII, 42. [49] Psal. CXI, 5.

(74) Veteres duo libri Κἂν ὑπὸ ἀγνοίας δὲ ἄλλῳ προσάγῃ τὰς ἐπερωτήσεις ὁ ἐπιδημήσας, κἂν ἔχῃ ἀποκρίνασθαι. Ibidem Reg. tertius et editi τὸ ἀνενδεές. Alii tres mss. ἀνενδεῶς. Codex Voss. κἂν.... προσάγει.... ὁ ἐπιδημήσας ἀνενδεῶς.

(75) Reg. primus, et, ut solet, Voss. et Colb. τοῦτο ἐπιτεταγμένον.

(76) Reg. primus et Voss.: Εἰ γὰρ ἐν ταῖς τοῦ σώματος χρείαις τοσαύτη ἐστὶν ἡ εὐταξία, καὶ οὐκ ἄν τις ἕλοιτο χειρουργεῖν ἐπιχειρῆσαι τῆς ἰατρικῆς ἄπειρος, ἀλλ' οὐδὲ ἄρτον ἤ τι τοιοῦτον αἰτηθεὶς παρά τινος, ἐπαισχύνεται παραπέμψαι τὸν αἰτήσαντα πρὸς τὸν ἐγχειρισμένον τὴν τοιαύτην οἰκονομίαν· πόσης ἂν εἴη τῆς αὐθαδείας τὸν ἐπερωτηθέντα κρῖμα Θεοῦ; *Etenim, si in corporis necessitatibus disciplina tam diligens servatur, et si is qui artis medicæ expers est, nunquam chirurgi munere fungi aggreditur: imo vero, si panem aut quid ejusmodi aliquis petierit, haud pudet remittere poscentem ad illum cui dispensatio ejusmodi concredita sit, quantæ arrogantiæ fuerit,* etc. Alii tres mss. et editi ita, ut in contextu legi potest.

(77) Codex Colb. ἐκλελεγμένως. Aliquanto post duo mss. cum Voss. καὶ μὴ ὑποδεικνύειν.

(78) Reg. primus ἐξείλεκται εἰς τό. Codex Voss. et Colb. ἐξήλεκται, corrupte, pro ἐξείλεκται. Nec ita multo post hi quos mox nominavi libri τοὺς λόγους τοῦ Κυρίου ἐν κρίσει εἰς τε θεραπείαν καὶ εἰς τὸν καταρτισμὸν τῆς ἑκάστου ψυχῆς. Κἂν διαφ. *Ut dispenset Domini sermones in judicio ad curandam perficiendamque animam cujusque.*

(79) Codex Colb. ὑποβαλέτω. Haud longe duo mss. ὥστε, εἰ καὶ χρησίμως. Ibidem duo mss. ἐπιβαλλόντως. Liber Voss. ἐκβαλλόντως.

Digitized by Google

393 INTERROGATIO XLVI.

Quod non debet quisquam fratri aut sibi ipsi peccata occultare.

RESPONSIO.

Peccatum omne præfecto declarari oportet, sive ab eo ipso qui peccavit, sive ab iis qui conscii sunt, si ipsi non possint mederi, uti a Domino præceptum est. Enimvero vitium silentio dissimulatum morbus est in animo oblitescens. Ut igitur eum de nobis bene meritum esse non dixerimus, qui exitiosa mala in corpore includeret, sed eum potius, qui ea afficiendo dolore, et incidendo proferret in apertum, ut aut per vomitum rejiceretur quod noxium est, aut tandem morbo jam detecto, modus curandi facile cognosceretur; ita utique peccatum occultare, est consciscere mortem ægrotanti. *Nam*, inquit, *stimulus mortis, peccatum* [50]. *Objurgationes autem apertæ meliores sunt amicitia abscondita* [51]. Itaque alter alteri non occultet peccatum, ut ne fratricida pro fratris amatore evadat, neque ipse sibiipsi. *Qui enim*, inquit, *non medetur sibi in operibus suis, frater est perdentis se ipsum* [52].

INTERROGATIO XLVII.

De iis qui non admittunt ea quæ a præposito constituta sunt.

RESPONSIO.

Cum quis præpositi statuta non admittit, debet aperte vel privatim ei contradicere, si modo suppetat ipsi valida aliqua ratio, eaque Scripturis consentanea, vel silentio mandatum conficere. Quodsi cum pudeat, ad hoc adhibeat alios quosdam internuntios, ut, si hoc mandatum Scripturæ adversetur, ipse et seipsum et suos fratres a noxa eximat: sin autem liqueat illud a recta ratione alienum non esse, se a vana ac periculosa inquisitione liberet. *Qui enim hæsitat*, inquit, *si manducaverit, condemnatus est: quia non ex fide* [53]: et ut simpliciorибus nullam infringendæ obedientiæ occasionem det. *Expedit enim*, inquit Dominus, *ut suspendatur mola asinaria circa collum ejus, et projiciatur in mare, quam ut scandalizet unum de pusillis istis* [54]. Quod si quipiam perseveraverint in contumacia, clanculum quidem queribundi, sed non detegentes tamen mœrorem, tanquam disceptationis inter fratres exortæ auctores, et perinde ac si certissimam mandatorum auctoritatem concussissent, essentque

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΜΣ'.

Περὶ τοῦ μὴ συγκρύπτειν ἁμαρτήματα ἀδελφῷ ἢ ἑαυτῷ.

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ

Πᾶν δὲ ἁμάρτημα ἀναφέρεσθαι δεῖ (80) τῷ προεστῶτι, ἢ παρ' αὐτοῦ τοῦ ἡμαρτηκότος, ἢ παρὰ τῶν συνεγνωκότων, ἐὰν αὐτοὶ θεραπεῦσαι μὴ δυνηθῶσι, κατὰ τὸ ὑπὸ τοῦ Κυρίου προστεταγμένον. Κακία γὰρ σιωπηθεῖσα νόσος ὑπουλός (81) ἐστιν ἐν τῇ ψυχῇ. Ὡς οὖν οὐκ ἂν εἴποιμεν εὐεργέτην τὸν ἐγκαταλείποντα τῷ σώματι τὰ ὀλέθρια, ἀλλὰ μᾶλλον τὸν διὰ ὀδύνης καὶ ἀμύξεως εἰς τὸ φανερὸν ἕλκοντα, ὥστε ἢ διὰ ἐμέτου ἀποῤῥίψαι τὸ βλάπτον, ἢ καθόλου διὰ τῆς τοῦ πάθους φανερώσεως εὔγνωστον ὑπάρξαι τὸν τρόπον τῆς θεραπείας· οὕτω, δηλονότι, καὶ τὸ κρύπτειν ἁμαρτίαν συγκατασκευάζειν ἐστὶ τῷ νοσοῦντι τὸν θάνατον. *Κέντρον γὰρ*, φησὶ, *τοῦ θανάτου ἡ ἁμαρτία. Κρείσσους δὲ* (82) *ἔλεγχοι μετὰ παῤῥησίας κρυπτομένης φιλίας.* Μήτε οὖν ἄλλος ἄλλῳ συγκρυπτέτω, ἵνα μὴ ἀδελφοκτόνος ἀντὶ φιλαδέλφου γένηται, μήτε αὐτὸς ἑαυτῷ. *Ὁ γὰρ μὴ ἰώμενος*, φησὶν, *ἑαυτὸν ἐν τοῖς ἔργοις αὐτοῦ ἀδελφός ἐστι τοῦ λυμαινομένου ἑαυτόν.*

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΜΖ'.

Περὶ τῶν μὴ καταδεχομένων τὰ παρὰ τοῦ προεστῶτος τυπούμενα.

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ

Τὸν δὲ μὴ καταδεχόμενον τὰ παρὰ τοῦ προεστῶτος ἐγκριθέντα (83) χρὴ φανερῶς ἢ ἰδίᾳ αὐτῷ ἀντιλέγειν, εἴ τινα ἔχοι λόγον ἰσχυρὸν κατὰ τὸ βούλημα τῶν Γραφῶν, ἢ σιωπήσαντα τὸ προστεταγμένον ποιεῖν. Εἰ δὲ αὐτὸς αἰσχύνοιτο (84), ἄλλοις τισὶ μεσίταις πρὸς τοῦτο χρησάσθω, ἵνα, εἰ μὲν παρὰ τὴν Γραφὴν εἴη ἡ διαταγὴ, ἐξέληται (85) καὶ αὐτὸς ἑαυτὸν καὶ τοὺς ἀδελφοὺς βλάβης· εἰ δὲ δειχθείη κατὰ λόγον τὸν προσήκοντα γενομένη, καὶ ἑαυτὸν διακρίσεως ματαίας καὶ ἐπικινδύνου ἐλευθερώσῃ. *Ὁ γὰρ διακρινόμενος*, φησὶν, *ἐὰν φάγῃ, κατακέκριται· ὅτι οὐκ ἐκ πίστεως·* καὶ τοῖς ἁπλουστέροις μηδένα (86) δυσπειθείας ὄλισθον ἐμποιήσῃ. *Συμφέρει γὰρ*, φησὶν ὁ Κύριος, *ἵνα κρεμασθῇ μύλος ὀνικὸς περὶ τὸν τράχηλον αὐτοῦ, καὶ ἐῤῥίπται εἰς τὴν θάλασσαν, ἢ ἵνα σκανδαλίσῃ ἕνα τῶν μικρῶν τούτων.* Ἐὰν δέ τινες ἐπιμένωσι (87) τῇ ἀπειθείᾳ, λάθρα μὲν καταμεμφόμενοι, μὴ δημοσιεύοντες δὲ τὴν λύπην, ὡς καὶ διακρίσεως αἴτιοι τῇ ἀδελφότητι, καὶ τὴν πρὸς τὰς ἐντολὰς πληροφορίαν διασαλεύοντες, καὶ δυσπει-

[50] 1 Cor. xv, 56. [51] Prov. xxvii, 5. [52] Prov. xviii, 9. [53] Rom. xiv, 23. [54] Matth. xviii, 6.

(80) Antiqui duo libri Πᾶν ἁμάρτημα ἀναφέρεσθαι χρή. Mox Colb. παρὰ τῶν ἀνεγνωκότων.

(81) Reg. primus et Voss. et Colb. νόσος γίνεται ἀθεράπευτος, (*vitium silentio absconditum*) *morbus fit insanabilis*. Ibidem Colb. εἴποιμεν εὐεργετεῖν τόν.

(82) Codex Colb. Κρείσσους γάρ. Aliquanto post idem ms. ἔργοις ἑαυτοῦ.

(83) Editiones veteres et Reg. secundus προεστῶτος διαπεπραγμένα. Reg. primus et Voss. et Colb. ἐγκριθέντα. Hoc ipso in loco voculam ἢ ex tribus illis quos mox dixi libris addidi. Codex Voss. pro βούλημα habet βούλευμα.

(84) Veteres duo libri cum Voss. αἰσχύνεται.

(85) Codex Voss. ἐξελεῖται. Mox idem ms. et tres alii ἀδελφοὺς βλάβης. Editiones veteres et Reg. secundus ἀδελφοὺς ἀβλαβεῖς. Ibidem Reg. primus εἰ δὲ δειχθείη κατὰ τὸν λόγον τὸν προσήκοντα γινομένη.

(86) Antiqui duo libri pro μηδένα habent οὐδένα.

(87) Unus ms. ἐπιμείνωσι. Nec ita multo infra duo mss. cum Voss. μὴ δημοσιεύοντες δὲ τὴν γνώμην, *animum suum non aperientes*

Digitized by Google

θεῖας καὶ παρακοῆς διδάσκαλοι, ἐκβαλλέσθωσαν τῆς ἀδελφότητος. Ἔκβαλλε γὰρ (88), φησὶ, λοιμὸν ἐκ συνεδρίου, καὶ συνεξελεύσεται αὐτῷ νεῖκος· καὶ πάλιν· Ἐξάρατε τὸν πονηρὸν ἐξ ὑμῶν αὐτῶν. Διότι μικρὰ ζύμη ὅλον τὸ φύραμα ζυμοῖ.

A rebellionis et inobedientiæ magistri, e fratrum conventu amandentur. *Ejice enim*, **394** inquit, *pestilentem ex concilio, et exibit cum eo jurgium* [55]. Et rursus: *Expellite pravum a vobis ipsis. Nam paululum fermenti totam conspersionem fermentat* [56].

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΜΗ'.

Ὅτι οὐ δεῖ (89) περιεργάζεσθαι τὰς οἰκονομίας τοῦ προεστῶτος, τῷ δὲ ἰδίῳ προσέχειν ἔργῳ.

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

Ὑπὲρ δὲ τοῦ μὴ ῥᾳδίως τινὰ (90) τῷ τοιούτῳ πάθει τῆς διακρίσεως εἰς βλάβην ἑαυτοῦ καὶ τῶν ἑτέρων περιπίπτειν, ἐκεῖνο καθόλου παραφυλακτέον ἐν ἀδελφότητι, τὸ τὴν ἀρχὴν μηδένα τὰς τοῦ προεστῶτος οἰκονομίας περιεργάζεσθαι, μηδὲ πολυπραγμονεῖν τὰ γινόμενα ἐκτὸς τῶν ἐγγυτέρων τοῦ προεστῶτος καὶ βαθμῷ καὶ συνέσει· οὓς καὶ εἰς τὴν περὶ τῶν κοινῶν βουλήν τε καὶ σκέψιν ἀναγκαίως παραλήψεται (91), πειθόμενος τῇ παραινέσει τοῦ εἰπόντος· *Μετὰ βουλῆς πάντα ποίει.* Εἰ γὰρ τῶν ψυχῶν ἡμῶν ἐπετρέψαμεν αὐτῷ τὴν οἰκονομίαν, ὡς Θεῷ τὸν λόγον δώσοντι, ἀλόγιστον παντελῶς περὶ τῶν εὐτελεστάτων ἀπιστεῖν, καὶ ὑποψιῶν ἀτόπων κατὰ τοῦ (92) ἀδελφοῦ αὐτόν τε πληροῦσθαι, καὶ τοῖς ἄλλοις ἀφορμὴν παρέχειν. Διόπερ, ἵνα μὴ τοῦτο συμβαίνῃ, ἕκαστος ἐν ᾧ ἐκλήθη, ἐν τούτῳ μενέτω· καὶ τῇ φροντίδι τῶν αὐτῷ ἐπιβαλλόντων ὅλον ἑαυτὸν ἀποδοὺς, μηδὲν τὰς ἄλλας (93) οἰκονομίας περιεργαζέσθω, μιμούμενος τοὺς ἁγίους μαθητὰς τοῦ Κυρίου, ἐφ' ὧν, καίτοι τοῦ πράγματος τοῦ κατὰ τὴν Σαμαρεῖτιν εἰς ὑποψίαν ἀγαγεῖν δυναμένου, ὅμως *Οὐδείς*, φησὶν, *εἶπε· Τί ζητεῖς, ἢ τί λαλεῖς μετ' αὐτῆς;*

B

C

INTERROGATIO XLVIII.

Quod præpositi agendi ratio non est curiose examinanda, sed suo quisque operi intentus esse debet.

RESPONSIO.

Cæterum ne quis facile in hoc disceptationis ac contentionis vitium incidat, ad suum et aliorum detrimentum, illud in universum inter fratres observandum est, ut initio nullus investiget curiose præfecti agendi rationem, neque eorum, quæ fiunt, satagat, iis solum exceptis, qui tum gradu, tum prudentia ipsi præposito sunt proximi; quos etiam necessario ad consilium ac deliberationem de rebus communibus faciendam adhibebit, obsecutus hortamento illius, qui dixit: *Omnia fac cum consilio* [57]. Cum enim ei animas nostras gubernandas commiserimus, tanquam Deo de his rationem reddituro; abs re omnino fuerit in rebus vilissimis ipsi fidem non adhibere, et absurdis ineptisque contra fratrem suspicionibus et nos ipsos repleri, et aliis earumdem occasionem præbere. Ne igitur id contingat, unusquisque ad quod vocatus est, in eo permaneat: et ita totum se in rerum ad se pertinentium cura occupet, ut in inquirendis aliorum negotiis nullo modo sollicitus sit, sed sanctos Domini discipulos imitetur, inter quos, cum res ipsa quæ de Samaritana narratur, quandam posset injicere suspicionem: *Nihilominus* tamen, inquit, *nemo dixit: Quid quæris, aut quid loqueris cum ea* [58]?

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΜΘ'.

Περὶ τῶν ἀμφισβητουμένων ἐν τῇ ἀδελφότητι.

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

Περὶ δὲ τῶν ἀμφισβητουμένων ἐν τῇ ἀδελφότητι, ὅταν ἀσύμφωνοί τινες ὦσι περί τινος πράγματος, οὐ χρὴ φιλονείκως ἀλλήλοις ἀντιτείνειν, ἀλλὰ ταμιεύεσθαι τοῖς δυνατωτέροις τὴν ἐπίκρισιν. Ὥστε δὲ μήτε τὴν τάξιν συγχεῖσθαι, πάντων ἐπερωτώντων, καὶ πάντοτε, μήτε ἀφορμὴν (94) ἐρεσχελίας καὶ φλυαρίας ἐγγίνεσθαι, ἕνα τινὰ εἶναι χρὴ τὸν δοκιμασθέντα, δυνατῶς ἔχειν ἢ εἰς κοινὴν ἐπίσκεψιν προτιθέναι (95) τῇ ἀδελφότητι τὰ παρά τισιν ἀμφιβαλλόμενα, ἢ τῷ προέχοντι ἀνατίθεσθαι. Ἀκολουθοτέρα γὰρ καὶ ἐπιστημονικωτέρα ἡ διάσκεψις οὕτω τῶν

D

INTERROGATIO XLIX.

De iis quæ in controversiam veniunt inter fratres.

RESPONSIO.

De controversiis autem quæ inter fratres oriuntur, illud statuendum est. Quotiescunque dissident aliqui inter se de re aliqua, non oportet contentiose inter se colluctari, sed ad aliquos magis idoneos judicium transferre. Quare ne ordo confundatur, omnibus interrogantibus, et semper, neve garriendi et nugandi detur occasio, unum aliquem esse oportet approbatum, qui possit ea de quibus nonnulli ambigunt, aut communi fratrum examini proponere, aut ad præfectum referre. Ita enim rectius et magis scite quæsita expendentur. Etenim si

[55] Prov. xxii, 10. [56] I Cor. v, 13, 6. [57] Eccli. xxxii, 24. [58] Joan. iv, 27.

(88) Reg. primus Ἔκβαλε γάρ. Statim idem ms. et Voss. Ὅτι ἐξάρατε.

(89) In antiquis duobus libris legitur ὅτι δεῖ μή.

(90) Vox *τινά* ex Vossii codice et ex aliis duobus addita est. Ibidem iidem illi mss. πάθει τῆς πρὸς τὸν ἔφορον διακρίσεως. Illud, πρὸς τὸν ἔφορον, deest et in editis et in duobus aliis codicibus; nec valde admodum dubito quin hæ voces melius absint, cum vox ἔφορος facile ex orationis serie suppleri possit.

(91) Unus ms. ἀναγκαίως περιλήψεται, non ita recte. Paulo post Reg. primus et Voss. Εἰ γὰρ περὶ τῶν. Subinde duo mss. παντελῶς καί.

(92) Codex Colb. κατὰ τοῦ προεστῶτος, *in præpositum*. Alii tres mss. et editi κατὰ τοῦ ἀδελφοῦ. Pro voce αὐτόν, quæ proxime sequitur, suspicor legi debere αὐτούς, hoc est, ἡμᾶς.

(93) Unus ms. μηδὲ τὰς ἄλλας. Aliquanto post Reg. primus ὑποψίαν ἄγειν.

(94) Reg. primus καὶ πάντοτε μὲν ἀφορμήν. Codex Voss. πάντοτε μέν τε ἀφορμήν.

(95) Reg. primus et Colb. προτιθέντα.... ἀνατιθέμενον· quæ ultima vox reperitur quoque in Vossii codice.

Digitized by Google

in unoquoque negotio scientia atque experientia opus est, multo magis in ejusmodi rebus. Et si instrumentorum usum nemo inexpertis committat, multo magis operæ pretium fuerit sermonis tractationem **395** peritis concedere : qui possint et locum et tempus et interrogandi modum dignoscere, atque citra contentionem, tum prudenter quærendo, tum sapienter auscultando, controversiarum enodationem ad communitatis ædificationem summa cum diligentia servare.

A ζητουμένων γενήσεται. Εἰ γὰρ ἑκάστῳ (96) πράγματι ἐπιστήμης καὶ ἐμπειρίας χρεία, πολλῷ πλέον ἐν τοῖς τοιούτοις. Καὶ εἰ ἐργαλείων χρῆσιν οὐκ ἂν τις ἐπιτρέψειεν ἀπείροις, πολλῷ μᾶλλον χρὴ τὴν τῶν λόγων μεταχείρισιν τοῖς δυνατοῖς συγχωρεῖν· οἳ καὶ τόπον καὶ καιρὸν καὶ τρόπον τῶν ἐπερωτήσεων ἱκανοὶ ἔσονται διαγινώσκειν, ἀφιλονείκως τε καὶ φρονίμως ἀντιθέντες, καὶ συνετῶς ἀκούοντες, ἀκριβῶς φυλάσσειν τῶν ἐπιζητηθέντων τὰς λύσεις πρὸς οἰκοδομὴν τοῦ κοινοῦ.

INTERROGATIO L.

Quomodo præpositus increpare et objurgare debeat.

RESPONSIO

Cæterum præpositus delinquentes non objurget, aliqua animi commotione impulsus. Nam redarguere B fratrem cum indignatione et ira non est illum a peccato liberare, sed se ipsum delictis obstringere. Quamobrem dixit : *In mansuetudine corripiat eos qui resistunt* [59]. Neque, si in contemptum veniat alicui, ob id præbere se vehementem debet : ubi vero alium contemni viderit, erga eum qui deliquit declaret se benignum ac indulgentem, quin potius tunc in ipsum peccatum invehatur. Ita enim et suspicionem a se illam hominis seipsum immodice amantis submovebit, et planissime se non peccantem odisse, sed peccatum aversari declarabit, qui scilicet diverse se gerat in sua, et in alterius causa. Quod si indignatur non eo quem dixi modo, sed diverso, præ se fert, se neque propter Deum, neque propter delinquentis periculum, sed ob suæ C gloriæ cupiditatem, aut imperitandi studium indignari. Oportet enim studium quidem pro Dei gloria, cui violatione mandati infertur injuria, ostendi : misericordiam vero fraterno amore dignam, pro fratris salute, qui in peccato periclitatur (quia *Anima quæ peccaverit, ipsa morietur* [60]), in quovis peccato tanquam in peccatum incitari, et in eo acriter vindicando animi fervorem commonstrare.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ Ν'.

Πῶς χρὴ ἐπιτιμᾶν τὸν προεστῶτα.

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

Imperantium differentia obedientiæ eorum quibus imperatur, nihil officere debet; neque enim Moses Jothor rectum sibi consilium dantem aspernatus est [54]. Cum autem eorum, quæ jubentur, exiguum non sit discrimen (alia siquidem adversantur mandato Domini, aut corrumpunt illud, aut re, quæ prohibita sit, admista, ipsum multis modis coinquinant : alia conveniunt cum mandato : alia, etiamsi aperte cum eo non conveniant, adjuvant tamen, ac veluti adminicula quædam mandati sunt), necesse est meminisse Apostoli, qui dicit : *Prophetias nolite spernere : omnia autem probantes, quod bonum est tenete : ab omni specie mala abstinete vos* [55] ; ac rursus : *Consilia destruentes, et omnem altitudinem extollentem se adversus scientiam Dei, et in captivitatem redigentes omnem intellectum in obsequium Christi* [56]. Quare si quid quod omnino cohæreat cum mandato Domini, aut ei conducat, nobis præcipitur, **455** id tanquam Dei voluntatem studiosius diligentiusque suscipere debemus, exsequentes quod dictum est : *Obedientes alter alteri in charitate Christi* [57]. Cum vero aliquid quod contrarium sit mandato Domini, aut id corrumpat, aut inquinet, nobis ab aliquo præceptum fuerit, tunc opportune dicemus : *Obedire oportet Deo magis quam hominibus* [58] : memores Domini, qui ait : *Alienum autem non sequentur, sed fugient ab eo, quia non noverunt vocem alienorum* [59] ; et Apostoli etiam qui securitatis nostræ gratia ausus est vel ipsos angelos perstringere his verbis : *Etiamsi nos ipsi, aut angelus de cœlo evangelizet vobis præterquam quod evangelizavimus vobis, anathema sit* [60]. Ex quibus illud docemur, quod licet necessitudine maxima nos attingat, et gloria præter modum excellat, qui vetat, quod a Domino imperatum est, aut contra quod ille vetuerit, faciendum suadeat is cuivis Dominum diligenti fugiendus est aut etiam exsecrationi habendus.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΡΙΔ'.

Τοῦ Κυρίου προστάσσοντος, « *Ἐάν τίς σε ἀγγαρεύσῃ μίλιον ἕν, ὕπαγε μετ' αὐτοῦ δύο* · » *καὶ τοῦ Ἀποστόλου διδάσκοντος, ὑποτάσσεσθαι ἀλλήλοις ἐν φόβῳ Χριστοῦ, εἰ δεῖ παντὶ καὶ ὅ τι δήποτε* (15) *ἐπιτάσσοντι ὑπακούειν.*

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

Τῶν μὲν ἐπιτασσόντων ἡ διαφορὰ οὐδὲν ὀφείλει παραβλάπτειν τὴν ὑπακοὴν τῶν ἐπιτασσομένων · οὔτε γὰρ Μωσῆς παρήκουσε τοῦ Ἰοθὸρ ἀγαθὰ συμβουλεύσαντος · τῶν δὲ ἐπιτεταγμένων διαφορᾶς οὐκ ὀλίγης οὔσης (τὰ μὲν γὰρ ἐναντίως ἔχει πρὸς τὴν ἐντολὴν τοῦ Κυρίου (16), ἤτοι παραφθείροντα αὐτὴν, ἢ μολύνοντα πολλαχῶς ἐπιμιξίᾳ τοῦ κεκωλυμένου · τὰ δὲ συνεμπίπτει τῇ ἐντολῇ · τὰ δὲ, κἂν μὴ συνεμπίπτῃ κατὰ τὸ προφανὲς, ἀλλὰ συμβάλλεται, καὶ οἱονεὶ βοήθειά τίς ἐστι τῆς ἐντολῆς), ἀναγκαῖον (17) μεμνῆσθαι τοῦ Ἀποστόλου εἰπόντος · *Προφητείας μὴ ἐξουθενεῖτε · πάντα δὲ δοκιμάζοντες, τὸ καλὸν κατέχετε · ἀπὸ παντὸς εἴδους πονηροῦ* (18) *ἀπέχεσθε* · καὶ πάλιν · *Λογισμοὺς καθαιροῦντες, καὶ πᾶν ὕψωμα ἐπαιρόμενον κατὰ τῆς γνώσεως τοῦ Θεοῦ, καὶ αἰχμαλωτίζοντες πᾶν νόημα εἰς τὴν ὑπακοὴν τοῦ Χριστοῦ.* Ὥστε ἂν μέν τι συνεμπῖπτον τῇ ἐντολῇ τοῦ Κυρίου, ἢ συμβαλλόμενον ἐπιταχθῶμεν, ὡς τοῦ Θεοῦ θέλημα σπουδαιότερον καὶ ἐπιμελέστερον καταδέχεσθαι χρὴ, πληροῦντας τὸ εἰρημένον · *Ἀνεχόμενοι ἀλλήλων ἐν ἀγάπῃ Χριστοῦ* · ὅταν δέ τι ἐναντίον τῇ τοῦ Κυρίου ἐντολῇ, παραφθεῖρον ἢ μολῦνον αὐτὴν ἐπιταχθῶμεν παρά τινος, καιρὸς εἰπεῖν τότε · *Πειθαρχεῖν δεῖ Θεῷ μᾶλλον ἢ ἀνθρώποις* · μνημονεύοντας τοῦ Κυρίου λέγοντος · *Ἀλλοτρίῳ δὲ οὐ μὴ ἀκολουθήσωσιν* (19), *ἀλλὰ φεύξονται ἀπ' αὐτοῦ, ὅτι οὐκ οἴδασι τῶν ἀλλοτρίων τὴν φωνήν* · καὶ τοῦ Ἀποστόλου τολμήσαντος ὑπὲρ τῆς ἡμετέρας ἀσφαλείας καὶ αὐτῶν καθάψασθαι τῶν ἀγγέλων δι' ὧν φησι · *Κἂν ἡμεῖς αὐτοὶ, ἢ ἄγγελος ἐξ οὐρανοῦ εὐαγγελίζηται ὑμῖν, παρ' ὃ εὐηγγελισάμεθα ὑμῖν, ἀνάθεμα ἔστω.* Ἐξ ὧν παιδευόμεθα, ὅτι, κἂν πολὺ γνήσιός τις ᾖ, κἂν ὑπερβαλλόντως (20) ἔνδοξος ὁ κωλύων τὸ ὑπὸ τοῦ Κυρίου προστεταγμένον, ἢ προτρέπων ποιεῖν τὸ ὑπ' αὐτοῦ κεκωλυμένον, φευκτὸς ἢ καὶ βδελυκτὸς ὀφείλει εἶναι ἑκάστῳ τῶν ἀγαπώντων τὸν Κύριον.

[53] Matth. v, 41. [53] Ephes. v, 21. [54] Exod. xviii, 19. [55] I Thess. v, 20-22. [56] II Cor. x, 4, 5 [57] Ephes. iv, 2. [58] Act. v, 29. [59] Joan. v, 10. [60] Galat. i, 8.

(15) Editi et mss. aliquot οἱαδηποτεοῦν, *cuivis imperanti*. Reg. primus ᾧδήποτε ἐπιτ. sensu non dissimili. At codex Colb. ὅ τι δήποτε ἐπιτ., *quidvis imperanti* : quod melius videtur et verius.

(16) Unus ms. ἐντολὴν τοῦ Θεοῦ. Ibidem duo mss. τὰ δέ ἐστιν ἤτοι παραφθείροντα.

(17) Veteres duo libri ἀναγκαῖον οὖν.

(18) Vulgatæ tres editiones et unus ms. ἀπὸ παντὸς ἔργου πονηροῦ, *ab omni opere malo*. Alii tres mss. præter Voss. ἀπὸ παντὸς εἴδους πονηροῦ, *ab omni specie mala*.

(19) Reg. tertius ἀκολουθήσουσιν, et ita quoque in Reg. primo scriptum invenitur manu secunda.

(20) Veteres duo libri et editi καὶ ὑπερβαλλόντως. Reg. primus κἂν ὑπερβαλλόντως. Ibidem idem ms. cum Colb. κωλύων τι τῶν προστεταγμένων ὑπὸ τοῦ Κυρίου, ἢ. Mox iidem mss. κεκωλυμένον, βδελυκτός.

Digitized by Google

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΡΙΕ'.

Πῶς ὑπακούειν ἀλλήλοις χρή.

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ

Ὡς δούλους (21) δεσπόταις, κατὰ τὸ ὑπὸ τοῦ Κυρίου προστεταγμένον, ὅτι *Ὁ θέλων ἐν ὑμῖν εἶναι μέγας ἔστω πάντων ἔσχατος, καὶ πάντων δοῦλος.* Οἷς ἐπιφέρει δυσωπητικώτερον· *Ὥσπερ ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου οὐκ ἦλθε διακονηθῆναι, ἀλλὰ διακονῆσαι·* καὶ κατὰ τὸ ὑπὸ τοῦ Ἀποστόλου εἰρημένον (22)· *Διὰ τῆς ἀγάπης τοῦ Πνεύματος δουλεύετε ἀλλήλοις.*

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΡΙϚ'.

Μέχρι πόσου ὑπακούειν δεῖ ἐν τῷ κανόνι τῆς πρὸς Θεὸν εὐαρεστήσεως.

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

Ὁ Ἀπόστολος ἔδειξε, προθεὶς ἡμῖν τὴν τοῦ Κυρίου ὑπακοήν, ὃς *Ἐγένετο ὑπήκοος μέχρι θανάτου, θανάτου δὲ σταυροῦ·* καὶ προειπών· *Τοῦτο φρονείσθω ἐν ὑμῖν, ὃ καὶ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ.*

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΡΙΖ'.

Ὁ μὴ πληροφορούμενος ἐν τοῖς καθ' ἡμέραν πρὸς τὴν προκειμένην ἐντολὴν ἐπιτάγμασι, τέχνην δὲ (23) *μαθεῖν ἐπιζητῶν, ποῖον πάθος νοσεῖ, καὶ εἰ χρὴ αὐτοῦ ἀνέχεσθαι.*

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

Ὁ τοιοῦτος καὶ αὐθάδης, καὶ αὐτάρεσκός ἐστι, καὶ ἄπιστος· ὅτι οὐκ ἐφοβήθη τὸ κρῖμα τοῦ Κυρίου εἰπόντος· *Γίνεσθε ἕτοιμοι, ὅτι ᾗ ὥρᾳ οὐ δοκεῖτε, ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἔρχεται.* Εἰ γὰρ καθ' ἡμέραν καὶ καθ' ὥραν προσδοκᾷ τις τὸν Κύριον, ἀγωνιᾷ πῶς τὴν σήμερον ἀργὸς μὴ παρέλθῃ, καὶ πλέον οὐδὲν περιεργάζεται. Εἰ δὲ ἐπιταχθείη μαθεῖν τέχνην, ἐν τῇ ὑπακοῇ ἐχέτω τὸ κέρδος τῆς πρὸς Θεὸν εὐαρεστήσεως, καὶ μὴ ἐν τῇ ὑπερθέσει τὸ κρῖμα.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΡΙΗ'.

Ὁ σπουδαῖος εἰς τὴν ἐντολήν, καὶ ἐργαζόμενος οὐχ ὃ ἐπιτάσσεται, ἀλλ' ὃ αὐτὸς θέλει, ποῖον μισθὸν ἔχει.

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

Αὐταρεσκείας. Τοῦ δὲ Ἀποστόλου λέγοντος· *Ἕκαστος ἡμῶν* (24) *τῷ πλησίον ἀρεσκέτω εἰς τὸ ἀγαθόν, πρὸς οἰκοδομήν,* καὶ περισσοτέρως δυσωποῦντος ἐν τῷ ἐπενεγκεῖν (25), *Καὶ γὰρ αὐτὸς ὁ Χριστὸς οὐχ ἑαυτῷ ἤρεσε,* γνωρίζειν ὀφείλει τὸν ἑαυτοῦ κίνδυνον ὁ αὐτάρεσκος· ἐλέγχεται δὲ ὁ αὐτὸς καὶ ἀνυπότακτος.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΡΙΘ'.

Εἰ ἔξεστιν ἑκάστῳ παραιτεῖσθαι τὸ ἐγχειρισθὲν ἔργον, καὶ ἄλλο ἐπιζητεῖν.

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

Τῆς ὑπακοῆς, καθὼς προείρηται. μέχρι θανά-

A

INTERROGATIO CXV.

Quomodo alter alteri obedire debeat.

RESPONSIO.

Veluti dominis servi, prout a Domino præceptum est: *Qui vult inter vos esse magnus, sit omnium ultimus, et omnium servus* [61]. Quibus hæc efficaciora et ad persuadendum aptiora adjungit: *Quemadmodum Filius hominis non venit ut ministraretur ei, sed ut ministraret* [62]; item prout ab Apostolo dictum est: *Per charitatem Spiritus servite invicem* [63].

INTERROGATIO CXVI.

Ad quosnam terminos sese debet extendere obedientia, ut servetur mensura, qua Deo placere possimus

RESPONSIO.

B Hoc Apostolus docuit, proposita nobis obedientia Domini, qui *Factus est obediens usque ad mortem, mortem autem crucis* [64]: quin et dixerat antea: *Hoc sentite in vobis, quod et in Christo Jesu* [65].

INTERROGATIO CXVII.

Qui non assentitur iis quæ sibi quotidie injunguntur, ut propositum quoddam mandatum conficiat, cupit vero artem ediscere, quali morbo laboret et nunquid debeat tolerari.

RESPONSIO.

Qui est hujusmodi, is et contumax, et sibimetipsi placens, et incredulus est: quandoquidem non timuit judicium Domini, qui dixit: *Estote parati: quia qua hora non putatis, Filius hominis veniet* [66]. Si quis enim diebus **456** singulis et quavis hora C Dominum exspectet, is sollicito animo est, ne diem hodiernum otiosus prætereat, nihilque amplius curat. Quod si jussus fuerit artem ediscere, ex obedientia id lucrum referat, ut placeat Deo, non autem condemnetur ob procrastinationem.

INTERROGATIO CXVIII.

Qui strenuus est in mandato conficiendo, sed facit quod sibi non præcipitur, sed quod ipse vult, qualem mercedem habet.

RESPONSIO.

Illius qui sibi placet. Cum autem Apostolus dicat: *Unusquisque nostrum proximo suo placeat in bonum, ad ædificationem* [67], magisque nos invitet his quæ subjungit verbis: *Nam et ipse Christus non sibi placuit* [68]; imminens sibi periculum nosse D debet, qui placet sibimetipsi; quin etiam ille idem contumax esse et intractabilis convincitur.

INTERROGATIO CXIX.

An liceat unicuique assignatum sibi onus recusare, et aliud petere.

RESPONSIO.

Cum obedientia, sicut jam dictum est, limites

[61] Marc. x, 44. [62] ibid. 45. [63] Galat. v, 13. [64] Philipp. II, 8. [65] ibid. 5. [66] Luc. XII, 40. [67] Rom. xv, 2. [68] ibid. 3.

(21) Editi ὡς δοῦλος. Reg. primus ὡς δοῦλον. Alii duo mss. ὡς δούλους.

(22) Codex Colb. ὑπὸ τοῦ Παύλου εἰρημένον. Aliquanto infra duo mss. cum Voss. ὁ Ἀπόστολος ἐδίδαξε. Ibid. Voss. et Colb. προσθεὶς ἡμῖν.

(23) Vocula δέ addita est ex antiquis duobus libris.

(24) Editi ἕκαστος ὑμῶν. At mss. duo ἡμῶν.

(25) Veteres quatuor libri ἐπενεγκεῖν. Editi ὑπενεγκεῖν.

Digitized by Google

suos ad mortem usque extendat, delatum munus qui recusat, et requirit aliud, primum violat obedientiam, et aperte declarat se minime abnegasse semetipsum : deinde etiam aliorum plurium malorum tum sibi, tum cæteris auctor exsistit. Aperit enim plerisque januam contradictionis, ac seipsum ad hanc assuefacit. Et quoniam non potest unusquisque judicare quid conducat sibi, non raro opus sibi noxium diligit. Ad hæc pravas fratribus suspiciones movet, tanquam si operi quod requirit, esset magis addictus, quam iis quibuscum operari necesse est. Quare, uno verbo, imperium detrectare multorum ac ingentium malorum radix est. Quod si inesse sibi rationem aliquam operis recusandi putet, declaret illam præfectis, idque ipsis expendendum relinquat.

A του ἐχούσης τὸ μέτρον (26), ὁ τὸ ἐγχειρισθὲν παραιτούμενος, καὶ ἄλλο ἐπιζητῶν, πρῶτον μὲν τὴν ὑπακοὴν διαφθείρει, καὶ φανερός ἐστι μὴ ἀρνησάμενος ἑαυτόν· ἔπειτα καὶ ἑτέρων κακῶν πλειόνων ἑαυτῷ τε καὶ τοῖς λοιποῖς αἴτιος γίνεται. Καὶ γὰρ θύραν ἀντιλογίας τοῖς πολλοῖς ἀνοίγει (27), καὶ ἑαυτὸν πρὸς ταύτην ἐθίζει. Καὶ ἐπεὶ μὴ δύναται ἕκαστος δοκιμάζειν τὸ συμφέρον, ἐκλέγεται πολλάκις τὸ βλαβερὸν ἑαυτῷ ἔργον. Καὶ ὑπονοίας δὲ πονηρὰς ἐμποιεῖ τοῖς ἀδελφοῖς, ὡς προπεπονθὼς ἢ τῷ ἔργῳ (28) ὅπερ ἐπιζητεῖ, ἢ οἷς συνεργάζεσθαι ἀνάγκη. Ὥστε καθόλου τὸ μὴ ὑπακούειν πολλῶν καὶ μεγάλων κακῶν ἐστι ῥίζα. Εἰ δέ τινα λόγον ἔχειν νομίζει τῆς παραιτήσεως τοῦ ἔργου, φανερούτω τοῦτον τοῖς προεστῶσι, καὶ καταλιμπανέτω τῇ ἐκείνων

B δοκιμασίᾳ.

INTERROGATIO CXX.

An conveniat aliquo abire, moderatore non vrius commonefacto.

RESPONSIO.

Cum Dominus dicat : *Neque enim a meipso veni, sed ille me misit*[69], quanto magis unusquisque nostrum non debet sibiipsi illud permittere? Enimvero id qui sibi indulget, clare ostendit laborare se morbo superbiæ, seque esse obnoxium judicio Domini, qui dixit : *Quod hominibus altum est, abominatio est ante Deum*[70]. Et in summa quidquam sibi permittere, id vitio datur.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΡΚ'.

Εἰ δεῖ ἀπιέναι που χωρὶς ὑπομνήσεως τοῦ προεστῶτος.

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

Τοῦ Κυρίου λέγοντος· *Οὐδὲ γὰρ* (29) *ἀπ' ἐμαυτοῦ ἐλήλυθα, ἀλλ' ἐκεῖνός με ἀπέστειλε*· πόσῳ μᾶλλον ἕκαστος ἡμῶν ἑαυτῷ ἐπιτρέπειν οὐκ ὀφείλει; Ὁ γὰρ ἑαυτῷ ἐπιτρέπων δῆλός ἐστιν ὑψηλοφροσύνην νοσῶν, καὶ ὑποκείμενος τῷ κρίματι τοῦ Κυρίου εἰπόντος· *Τὸ ἐν ἀνθρώποις ὑψηλὸν βδέλυγμα* (30) *ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ*. Καὶ καθόλου τὸ ἑαυτῷ ἐπιτρέπειν ὑπαίτιον.

457 INTERROGATIO CXXI.

An liceat graviora opera recusare.

RESPONSIO.

Qui vere et sincere Deum diligit, et constanter ac certo exspectat retribuendam a Domino mercedem, nequaquam præsentibus contentus est, sed semper aliquam requirit accessionem, et quiddam amplius exoptat. Et tametsi supra vires quidpiam efficere videtur, non tamen est securus, tanquam qui mensuram impleverit ; quin potius sollicitudinem assiduam patitur, velut qui longe absit a debita perfectione, audiens Dominum ita præcipientem : *Cum feceritis omnia quæ præcepta sunt, tum dicite : Servi inutiles sumus : quod debebamus facere, fecimus*[71]; item cum audit Apostolum, cui mundus crucifixus erat, et ipse mundo[72], qui hæc dicere veritus non est : *Ego me nondum arbitror comprehendisse. Unum autem, quæ quidem retro sunt obliviscens, ad ea vero quæ sunt priora extendens*

C

D

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΡΚΑ'.

Εἰ ἔξεστι (31) *παραιτεῖσθαι τὰ βαρύτερα τῶν ἔργων.*

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

Ὁ γνήσιος ἐν τῇ πρὸς Θεὸν ἀγάπῃ, καὶ βέβαιος ἐν πληροφορίᾳ τῆς παρὰ τοῦ Κυρίου μισθαποδοσίας, οὐ τοῖς γινομένοις ἀρκεῖται, ἀεὶ δὲ προσθήκην ἐπιζητεῖ, καὶ τοῦ πλείονος ὀρέγεται. Κἂν ὑπὲρ δύναμιν (32) δόξῃ ποιεῖν τι, οὐκ ἀμεριμνεῖ, ὡς πληρώσας τὸ μέτρον· ἀγωνιᾷ δὲ ἀεί, ὡς ἀπολιμπανόμενος τοῦ πρὸς ἀξίαν, τοῦ Κυρίου ἀκούων προστάσσοντος, ὅτι *Ὅταν ποιήσητε πάντα τὰ διατεταγμένα, τότε λέγετε· Δοῦλοι ἀχρεῖοί ἐσμεν· ὃ ὠφείλομεν ποιῆσαι, πεποιήκαμεν*· τοῦ δὲ Ἀποστόλου, ᾧ ὁ κόσμος ἐσταύρωτο, καὶ αὐτὸς τῷ κόσμῳ, μὴ ἐπαισχυνθέντος εἰπεῖν, ὅτι *Ἐγὼ ἐμαυτὸν οὔπω λογίζομαι κατειληφέναι. Ἕν δέ, τὰ μὲν ὀπίσω ἐπιλανθανόμενος, τοῖς δὲ ἔμπροσθεν ἐπεκτεινόμενος, κατὰ σκοπὸν διώκω ἐπὶ τὸ βραβεῖον τῆς ἄνω κλήσεως τοῦ Θεοῦ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ*. Ὅς,

[69] Joan. VII, 28. [70] Luc. XVI, 15. [71] Luc. XVII, 10. [72] Gal. VI, 14.

(26) In Vossii codice et in Reg. primo pro μέτρον legitur ὅρον.

(27) Codices nonnulli ἀντιλογίας τοῖς λοιποῖς, *cæteris*. Mox duo mss. καὶ ἑαυτὸν προσεθίζει. Subinde duo quoque mss. ἕκαστος δοκιμάσει.

(28) Codex Colb. τὸ ἔργον. Mox editi μᾶλλον ἢ οἷς. Vox μᾶλλον et in Vossii codice et in quatuor aliis non legitur

(29) Reg. primus Οὐδὲ γὰρ ἐγώ. Aliquanto post codex Colb. ἕκαστος ὑμῶν.

(30) Unus ms. βδέλυγμά ἐστιν. Ibidem Reg. tertius ἐνώπιον Κυρίου.

(31) Reg. primus εἰ ἔξεστί τινι. Mox idem ms. παρὰ τοῦ Θεοῦ μισθαποδοσίας.

(32) Reg. primus δύναμιν δόξῃ τὸ ἔργον· ἀγωνιᾷ δὲ ὡς ἀπολιμπανόμενος, etc. Aliquanto post codex Colb. διατεταγμένα ὑμῖν.

Digitized by Google

καίτοι ἐξουσίαν ἔχων, τὸ Εὐαγγέλιον καταγγέλλων, ἐκ τοῦ Εὐαγγελίου ζῇν. Ἐν κόπῳ καὶ μόχθῳ, φησὶ, νυκτὸς καὶ ἡμέρας ἐργαζόμενοι, οὐχ (33) ὅτι οὐκ ἔχομεν ἐξουσίαν, ἀλλ' ἵνα ἑαυτοὺς τύπον δῶμεν ὑμῖν εἰς τὸ μιμεῖσθαι ἡμᾶς. Τίς οὖν οὕτως ἀναίσθητος καὶ ἄπιστος, ὡς ἀρκεσθῆναί ποτε τοῖς ἤδη γενομένοις, ἢ παραιτήσασθαί τι ὡς βαρύτερον, ἢ κοπῶδες ;

A *meipsum, ad destinatum persequor, ad bravium supernæ vocationis Dei in Christo Jesu*[73]. Qui cum sibi, utpote Evangelium annuntianti, ex Evangelio vivere liceret[74], ait : *In labore et fatigatione, nocte et die operantes, non quod non habeamus potestatem, sed ut nos ipsos formam demus vobis ad imitandum nos*[75]. Quis igitur adeo stupidus est et incredulus, ut iis quæ fecerit, unquam acquiescat, aut aliquid velut gravius aut laboriosius detrectet?

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΡΚΒ'.

Ἐάν τις, ἐπιτιμηθεὶς εὐλογίαν μὴ λαβεῖν, λέγῃ, ὅτι, « Ἐὰν μὴ λάβω εὐλογίαν, οὐκ ἐσθίω· » εἰ δεῖ αὐτοῦ ἀνέχεσθαι.

INTERROGATIO CXXII.

Cui hæc multa irrogata fuit, nimirum ut non accipiat benedictionem, si is dicat : « Nisi accepero benedictionem, non edo ; » nunquid ferendus sit.

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

Εἰ μὲν τοσούτου ἐπιτιμίου ἄξιον τὸ πταῖσμα, ὡς καὶ τοῦ φαγεῖν κωλυθῆναι, ὁ ἐπιτιμήσας δοκιμάσει πάντως· εἰ δὲ μόνης τῆς εὐλογίας ἀνάξιός τις ἐκρίθη, συγχωρηθεὶς δὲ φαγεῖν οὐκ ἀνέχεται, ὡς ἀπειθὴς ἐν τούτῳ, καὶ φιλόνεικος κρινέσθω· ἅμα καὶ ἑαυτὸν γνωρίζων καὶ ἐπιγινώσκων, ὅτι οὐχὶ θεραπεύει ἑαυτὸν τοῦτο ἐπιζητῶν, ἀλλὰ (34) ἁμάρτημα ἁμαρτήματι συνάπτει.

B

RESPONSIO.

Certe an peccatum tanta multa dignum sit, ut quis arceatur a sumendo cibo, prorsus judicabit qui pœnam hanc irrogavit. Quod si quispiam habitus fuerit benedictione sola indignus, et edendi facultate ei data, edere tamen recuset, is tanquam contumax in hoc et pervicax judicetur. Atque etiam noverit semetipsum, intelligatque se sibi, dum hoc facere cupit, non mederi, sed peccatum peccato adjungere.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΡΚΓ'.

Ἐάν τις λυπῆται μὴ ἐπιτρεπόμενος ποιεῖν, ὃ μὴ δύναται ἐπιτηδείως ποιεῖν, εἰ χρὴ αὐτοῦ ἀνέχεσθαι.

INTERROGATIO CXXIII.

Si quis ægre ferat non permitti sibi, ut faciat quæ apte facere non potest, isne tolerandus est.

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

Περὶ τούτου εἴρηται πολλαχοῦ, ὅτι καθόλου τῷ θελήματι τῷ ἰδίῳ κεχρῆσθαι, ἢ ἐπιτρέπειν, παρὰ τὸν ὑγιῆ ἐστι λόγον· καὶ τῇ δοκιμασίᾳ τῶν πλειόνων μὴ ὑποτάσσεσθαι ἀπειθείας καὶ ἀντιλογίας ἔχει τὸν κίνδυνον.

C

RESPONSIO.

De hac re dictum est plerisque in locis, quod in universum propria voluntate uti, aut pro arbitrio agere, alienum sit a recta ratione : itemque, quod plurium judicio **458** non parere, est contumaciæ et contentionis periculum adire.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΡΚΔ'.

Εἰ δεῖ μετὰ αἱρετικῶν ἢ Ἑλλήνων (35) κατὰ συντυχίαν εὑρεθέντα που, ἢ συνεσθίειν αὐτοῖς, ἢ ἀσπάζεσθαι αὐτούς.

INTERROGATIO CXXIV.

Si quando forte inciderit quispiam in hæreticos aut in gentiles, an is debeat aut cum ipsis cibum capere, aut ipsos salutare.

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

Τὸν μὲν ἀσπασμὸν τοῦτον δηλονότι τὸν κοινὸν ἐπ' οὐδενὸς ὁ Κύριος ἀπηγόρευσεν, εἰπών· Ἐὰν ἀσπάσησθε τοὺς φίλους ὑμῶν μόνον, τί περισσὸν ποιεῖτε; Οὐχὶ καὶ οἱ ἐθνικοὶ οὕτω ποιοῦσιν (36) ; περὶ δὲ τοῦ συνεσθίειν ἔχομεν παραγγελίαν τοῦ Ἀποστόλου, ἐπὶ τίνων χρὴ παραιτεῖσθαι τοῦτο, εἰπόντος· Ἔγραψα ὑμῖν ἐν τῇ ἐπιστολῇ μὴ συναναμίγνυσθαι (37) πόρνοις, καὶ οὐ πάντως τοῖς πόρνοις τοῦ κόσμου τούτου, ἢ πλεονέκταις, ἢ ἅρπαξιν, ἢ εἰδωλολάτραις· ἐπεὶ ὀφείλετε ἄρα ἐκ τοῦ κόσμου ἐξελθεῖν. Νῦν δὲ ἔγραψα ὑμῖν μὴ συναναμίγνυσθαι (38). Ἐάν τις ἀδελφὸς ὀνομαζόμενος, ἢ πόρνος, ἢ πλεονέκτης, ἢ εἰδωλολάτρης, ἢ λοίδορος, ἢ μέθυσος, ἢ ἅρπαξ, τῷ τοιούτῳ μηδὲ συνεσθίειν. Τί γάρ μοι καὶ τοὺς ἔξω κρίνειν ; οὐχὶ τοὺς ἔσω ὑμεῖς κρίνετε ; τοὺς δὲ ἔξω ὁ Θεὸς κρινεῖ (39). Ἐξάρατε τὸν πονηρὸν ἐξ ὑμῶν αὐτῶν.

D *ne commisceremini cum fornicariis, ac non omnino cum fornicariis hujus mundi, aut cum avaris, aut cum rapacibus, aut idolorum cultoribus : alioquin deberetis utique de hoc mundo exiisse. Nunc autem scripsi vobis, ut ne commisceamini. Si aliquis, qui frater nominatur, est aut fornicator, aut avarus, aut*

[73] Philipp. III, 13, 14. [74] I Cor. IX, 14. [75] II Thess. III, 8, 9. [76] Matth. V, 47.

(33) Codex Colb. ἐργαζόμενοι πρὸς τὸ μὴ ἐπιβαρῆσαί τινα, οὐχ. Aliquanto post idem ms. cum Reg. primo βαρύτερον καὶ κοπῶδες.

(34) Veteres duo libri : ὅτι οὐχὶ θεραπεύων ἑαυτὸν τοῦτο ἐπιζητεῖ, ἀλλὰ καί. Subinde codex Colb. ἐπὶ ἁμαρτήματι. Quæri potest quid hoc loco vox εὐλογία significet : sed, ut verum fatear, nihil ea de re certo affirmari posse arbitror. Potest igitur accipi ad arbitrium aut pro simplici præpositorum benedictione, aut pro Eucharistia.

(35) Reg. primus et Colb. αἱρετικῶν ἢ μετὰ Ἑλλήνων ἢ Ἰουδαίων. Editi et alii duo mss. ut in contextu.

(36) Antiqui duo libri ἐθνικοὶ τοῦτο ποιοῦσι.

(37) Codex Colb. μὴ συναναμίγνυσθε.

(38) Reg. primus et Colb. μὴ συναναμίγνυσθε.

Digitized by Google

idolis serviens, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax : cum ejusmodi ne cibum quidem capiatis [77].

τρης, ἢ λοίδορος, ἢ μέθυσος, ἢ ἅρπαξ, τῷ τοιούτῳ μηδὲ συνεσθίειν.

INTERROGATIO CXXV.

Cui munus aliquod creditum est, et nemine admonito facit aliquid præter id quod ei injunctum fuit, aut ultra quam ipsi præscriptum est, isne debet id munus retinere.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΡΚΕ'.

Τὸν πιστευόμενον ἔργον, καὶ ποιοῦντά τι χωρὶς ὑπομνήσεως παρὰ τὸ διατεταγμένον, ἢ ὑπὲρ τὸ διατεταγμένον αὐτῷ (39), *εἰ δεῖ ἔχειν τὸ ἔργον.*

RESPONSIO.

Aliquid sibimetipsi assumere in universum displicet Deo : neque id convenit, neque expedit iis quibus vinculum conservandæ pacis in studio est. Quod si perseveraverit in sua protervia, præstat id officii ab ipso auferri. Non enim servat præceptum ejus qui dixit : *Unusquisque in quo vocatus est, fratres, in hoc permaneat* [78]; et quod ad commovendum magis valet, addit : *Non plus sapere quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem : unicuique sicut Deus divisit mensuram fidei* [79].

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

Τὸ μὲν ἑαυτῷ λαμβάνειν καθόλου απαρέσκει Θεῷ· καὶ οὔτε πρέπει, οὔτε συμφέρει τοῖς ἐσπουδακόσι τὸν σύνδεσμον τῆς εἰρήνης φυλάσσειν· εἰ δὲ ἐπιμένοι προπετευόμενος, συμφέρει ἀρθῆναι ἀπ' αὐτοῦ (40) τὸ ἔργον. Οὐ γὰρ φυλάσσει τὸ πρόσταγμα τοῦ εἰπόντος· *Ἕκαστος ἐν ᾧ ἐκλήθη, ἀδελφοί, ἐν τούτῳ μενέτω*· καὶ ἔτι ἐντρεπτικώτερον· *Μὴ ὑπερφρονεῖν, παρ' ὃ δεῖ φρονεῖν, ἀλλὰ φρονεῖν εἰς τὸ σωφρονεῖν, ἑκάστῳ ὡς ὁ Θεὸς ἐμέρισε μέτρον πίστεως.*

INTERROGATIO CXXVI.

Qua ratione quis non vincatur a voluptate eduliorum.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΡΚϚ'.

Πῶς ἂν τις ἡττηθῇ τῆς ἐν βρώμασι φιληδονίας.

RESPONSIO.

Nempe si utilitatis rationem semper habere apud se statuerit ducem ac magistram eorum, quæ pro usu assumuntur, sive suavia fuerint, sive insuavia.

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

Κρίνας τὸν λόγον τοῦ συμφέροντος, ὁδηγὸν καὶ διδάσκαλον ἔχειν ἀεὶ τῶν εἰς τὴν χρῆσιν παραλαμβανομένων, εἴτε ἡδέα εἴτε ἀηδῆ ταῦτα εἴη

459 ### INTERROGATIO CXXVII

Dicunt quidam fieri non posse, quin homo irascatur.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΡΚΖ'.

Λέγουσί τινες, ὅτι ἀδύνατόν ἐστι μὴ ὀργισθῆναι ἄνθρωπον.

RESPONSIO.

Non continuo si fieri potest ut miles irascatur in oculis regis, rationi consentaneum est quod dicitur. Etenim si hominis, qui secundum naturam æqualis est, aspectus id vitium coerceat propter dignitatis præstantiam, quanto magis idem vitabitur si cui sit persuasum, se motuum suorum Deum inspectorem habere? Deus enim, qui scrutatur corda et renes, multo magis videt animi motus, quam homo quæ oculis subjiciuntur.

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

Εἰ δυνατόν ἐστι τῷ στρατιώτῃ ἐν ὄψεσι βασιλέως ὀργισθῆναι, οὐδὲ οὕτω λόγον ἔχει τὸ λεγόμενον. Εἰ γὰρ ἀνθρώπου ὄψις ἰσοτίμου κατὰ τὴν φύσιν διὰ τὴν ὑπεροχὴν τοῦ (41) ἀξιώματος ἐκώλυσε τὸ πάθος, πόσῳ μᾶλλον, ἐὰν πληροφορηθῇ τις Θεὸν ἔχειν ἐποπτην τῶν ἰδίων κινημάτων; Πολὺ γὰρ πλέον ὁ Θεὸς, ὁ ἐτάζων καρδίας καὶ νεφροὺς, βλέπει τὰ κινήματα τῆς ψυχῆς, ἢ ἄνθρωπος τὰ εἰς πρόσωπον.

INTERROGATIO CXXVIII.

Cum quis vult abstinentia supra vires uti, ita ut etiam in mandato quod sibi proponitur conficiendo impediatur, idne ipsi permittendum est.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΡΚΗ'.

Τῷ θέλοντι ἐγκρατεύεσθαι ὑπὲρ δύναμιν, ὥστε καὶ εἰς τὴν προκειμένην ἐντολὴν ἐμποδίζεσθαι, εἰ δεῖ συγχωρεῖν.

RESPONSIO.

Quæstio hæc non mihi rite proposita videtur. Abstinentia enim non sita est in ciborum nihil ad rem pertinentium amotione, ex qua consequitur ea, quæ ab Apostolo redarguitur [80], immoderata corporis afflictatio, sed in perfecto a propriis voluntatibus secessu. Quam autem periculosum sit a mandato Domini excidere ob propriam voluntatem, ex Apostoli verbis liquet, ubi ait [81] : *Facientes voluntates carnis, et cogitationum, et eramus natura filii iræ.*

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

Τὸ ἐρώτημα οὐ κυρίως φαίνεταί μοι πεποιημένον. Ἡ γὰρ ἐγκράτεια οὐκ ἐν ἀποχῇ ἀλόγων βρωμάτων (42) ἐστὶν, ἐν ᾗ συμβαίνει ἡ ὑπὸ τοῦ Ἀποστόλου κατηγορουμένη ἀφειδία σώματος, ἀλλ' ἐν τελείᾳ ἀναχωρήσει τῶν ἰδίων θελημάτων. Ὅσον δὲ ἔχει κίνδυνον διὰ τὸ ἴδιον θέλημα τῆς ἐντολῆς τοῦ Κυρίου ἐκπεσεῖν, δῆλον ἐκ τῶν ὑπὸ τοῦ (43) Ἀποστόλου εἰρημένων, εἰπόντος· *Ποιοῦντες τὰ θελήματα τῆς σαρκὸς καὶ τῶν διανοιῶν, καὶ ἤμεν τέκνα φύσει ὀργῆς.*

[77] I Cor. v, 9-11. [78] I Cor. vii, 24. [79] Rom. xii, 3. [80] Coloss. ii, 23. [81] Ephes. ii, 3.

(39) Sic antiqui duo libri. Editi αὐτό.

(40) Codex Colb. ἀρθῆναι ἀπ' αὐτοῦ. Alii quidam mss. et editi ἀρθῆναι αὐτοῦ.

(41) Reg. primus et Colb. διὰ τὸ ὑπερέχον τοῦ.

(42) Combefisius illud, ἄλογα βρώματα, ita Latine reddidit, *terreni cibi.*

(43) Reg. primus ἐκ τῶν παρὰ τοῦ.

Digitized by Google

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΡΚΘ'.

Ὁ πολλὰ νηστεύων, ἐν δὲ τῇ μεταλήψει μὴ δυνάμενος ἀνέχεσθαι τοῦ βρώματος (44) *τοῦ κοινοῦ, τί μᾶλλον ἐλέσθαι ὀφείλει, νηστεύειν μετὰ τῶν ἀδελφῶν, καὶ ἐσθίειν μετ' αὐτῶν, ἢ, διὰ τὸ ἀμέτρως νηστεύειν, ἄλλων βρωμάτων ἔχειν χρείαν ἐν τῇ μεταλήψει.*

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

Νηστείας καιρὸς, οὐ τὸ θέλημα ἑκάστου, ἀλλ' ἡ χρεία (45) τῶν εἰς θεοσέβειαν ἡκόντων· καθὼς καὶ αἱ Πράξεις τῶν ἀποστόλων ἱστοροῦσι, καὶ παρὰ τοῦ ἐκλεκτοῦ (46) Δαβὶδ μανθάνομεν. Ἐὰν οὖν τις κατὰ λόγον τοιοῦτον νηστεύῃ, καὶ τοῦ δύνασθαι πάντως καταξιοῦται. *Πιστὸς γὰρ ὁ ἐπαγγειλάμενος.*

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΡΑ'.

Πῶς χρὴ νηστεύειν, ὅταν χρεία γένηται νηστείας πρός τι τῶν εἰς θεοσέβειαν ἐπιζητουμένων· ὡς ἀναγκαζόμενον, ἢ μετὰ προθυμίας.

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

Τοῦ Κυρίου λέγοντος, *Μακάριοι οἱ πεινῶντες καὶ διψῶντες τὴν δικαιοσύνην*, πᾶν τὸ συντελοῦν εἰς θεοσέβειαν, μὴ μετ' ἐπιθυμίας καὶ σπουδῆς γινόμενον, ἐπικίνδυνον. Ὥστε τὸν μὲν νηστεύοντα μὴ προθύμως (47) τοῦτο ποιεῖν οὐκ ἀκίνδυνον· τὸ δὲ νηστεύειν ἐν καιρῷ χρείας τοιαύτης ἀναγκαῖον, τοῦ Ἀποστόλου μετὰ τῶν ἄλλων αὐτοῦ κατορθωμάτων καὶ τοῦτο πρὸς διδασκαλίαν ἡμετέραν διηγησαμένου τὸ, *Ἐν νηστείαις πολλάκις.*

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΡΑΑ'.

Ὁ μὴ μεταλαμβάνων ὅθεν οἱ ἀδελφοὶ ἐσθίουσιν, ἀλλ' ἕτερον ἐπιζητῶν, εἰ καλῶς ποιεῖ.

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

Καθόλου τὸ ἐπιζητεῖν βρῶμα παρ' ἐντολήν ἐστι, τοῦ Κυρίου εἰπόντος· *Μὴ ζητεῖτε* (48) *τί φάγητε, καὶ τί πίητε· καὶ μὴ μετεωρίζεσθε· καὶ κατα-*πληκτικώτερον ἐπενεγκόντος· *Ταῦτα γὰρ πάντα τὰ ἔθνη ἐπιζητεῖ.* Τοῦ δὲ ἐπιτεταγμένου ἐστὶ πληροῦν ἐπιμελῶς τὸ, *Διεδίδοτο δὲ ἑκάστῳ, καθότι ἄν τις χρείαν εἶχεν.*

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΡΑΒ'.

Ὁ λέγων, ὅτι βλάπτει με τοῦτο, καὶ λυπούμενος, ἐὰν ἄλλο μὴ δοθῇ αὐτῷ (49), *τί ἐστιν.*

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

Φαίνεται, ὅτι οὐκ ἐπληροφορήθη τὴν ἐλπίδα Λαζάρου, οὔτε ἐγνώρισε τὴν ἀγάπην τοῦ πεπιστευμένου τὴν πάντων καὶ αὐτοῦ ἐπιμέλειαν. Καθόλου δὲ οὔτε περὶ τοῦ βλάπτοντος ἢ ὠφελοῦντος ἑαυτῷ ἐπι-

A INTERROGATIO CXXIX.

Qui multum jejunat, ob idque in capiendo cibo communem escam sufferre non potest, utrum potius eligere debet, jejunarene cum fratribus, et una cum ipsis edere, an, immodici jejunii causa, in cibo sumendo aliis eduliis opus habere.

RESPONSIO.

Jejunii tempus non est arbitrium cujusque; sed est, cum ea, quæ ad Dei cultum pertinent, id requirunt: quemadmodum et Acta apostolorum narrant [82], et ab electo Davide discimus [83]. Si quis igitur jejunat hunc in modum, utique consequitur etiam jejunandi facultatem. *Fidelis est enim qui repromisit* [83a].

460 INTERROGATIO CXXX.

B *Quomodo jejunandum est, cum opus fuerit jejunio propter aliquid eorum quæ ad pietatem excolendam requiruntur: utrum tanquam coacte, an cum animi promptitudine.*

RESPONSIO.

Cum Dominus dicat: *Beati qui esuriunt, et sitiunt justitiam* [84], quidquid ad pietatem conducit, id nisi libenter ac studiose fiat, periculosum est. Quare qui jejunat quidem, sed id animo alacri non facit, vocatur in periculum; cæterum in tempore necessitatis ejusmodi necesse est jejunare, quandoquidem Apostolus inter sua alia recte facta illud etiam ad docendos nos enumerat: *In jejuniis sæpe* [85].

INTERROGATIO CXXXI.

C *Qui non capit cibos, quos fratres edunt, sed alios requirit, nunquid recte faciat.*

RESPONSIO.

In universum cibos requirere contrarium est mandato, cum Dominus dixerit: *Nolite quærere quid manducetis, et quid bibatis: et nolite in sublime tolli* [86]; cumque, quod ad perterrendum magis valet, statim addiderit: *Hæc enim omnia gentes inquirunt* [87]. Est autem ejus, penes quem distribuendi munus est, diligenter exsequi illud: *Dividebatur autem singulis, prout cuique opus erat* [88].

INTERROGATIO CXXXII.

Qui dicit: Id mihi nocet, et ægre fert, nisi aliud sibi datum fuerit, quid hoc est.

D RESPONSIO.

Apparet, huic persuasum non esse de spe Lazari, neque ipsum charitatem illius cui omnium et suiipsius cura concredita est, perspectam habere. In universum autem non debet quivis de re

[82] Act. XIII, 2, 3. [83] Psal. XXXIV, 13. [83a] Hebr. X, 23. [84] Matth. V, 6. [85] II Cor. XI, 27. [86] Luc. XII, 29. [87] ibid. 30. [88] Act. IV, 35.

(44) Codex Colb. τῶν βρωμάτων.

(45) Ait vir doctissimus Combefisius, accipiendum hunc locum de personis: cujus si sententiam amplectare, sic vertas velim: *Jejunii tempus non in cujusvis arbitrio, sed in eorum qui ad pietatem excolendam accedunt, necessitate situm est.*

(46) Illud, ἐκλεκτοῦ, in duobus mss. non legitur. Quare facile adducerer ut crederem hanc vocem oscitanter ab aliquo additam fuisse: eoque magis, quod ejusmodi epithetum David a Basilio tribui non soleat.

(47) Codex Colb. μὴ προθύμως δέ. Mox idem ms. χρείας ταύτης.

(48) Vetus liber Colb. μὴ ζητῆτε. Paulo post idem ms. cum Reg. primo καὶ ἐπιπληκτικώτερον.

(49) Illud, αὐτῷ, quod in vulgatis deest, in duobus mss. legitur. Ibidem codex Colb. τίς ἐστιν.

Digitized by Google

aut noxia aut expedienti judicium sibi permittere: sed id deferendum est ei, cujus munus est de cujusque utilitate judicare: qui præcipue inquirat animæ emolumentum, sicque secundo loco ea quæ ad corporis necessitatem pertinent, subministret juxta Dei voluntatem.

τρέπειν τὴν δοκιμασίαν ἕκαστος ὀφείλει· ἀλλὰ τῷ ἐπιτεταγμένῳ δοκιμάζειν τὸ ἑκάστῳ χρειῶδες, προηγουμένως τὸ ὄφελος τῆς ψυχῆς ἐπιζητοῦντι, καὶ οὕτω δευτέρῳ λόγῳ τὰ πρὸς τὴν χρείαν τοῦ σώματος οἰκονομοῦντι πρὸς τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ.

INTERROGATIO CXXXIII.

Si vero ob cibum etiam murmuraverit.

RESPONSIO.

Eorum qui in deserto murmuravere [89], judicio obnoxius est. Ait enim Apostolus: *Neque murmuretis, sicut quidam eorum murmuraverunt, et perierunt ab exterminatore* [90].

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΡΛΓ'.

Ἐὰν δὲ καὶ γογγύσῃ διὰ βρῶμα.

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

Τὸ κρῖμα τῶν ἐν τῇ ἐρήμῳ γογγυσάντων ἔχει. Λέγει γὰρ ὁ Ἀπόστολος· *Μηδὲ γογγύζετε, καθώς τινες αὐτῶν ἐγόγγυσαν, καὶ ἀπώλοντο ὑπὸ τοῦ ὀλοθρευτοῦ.*

INTERROGATIO CXXXIV.

Si iratus quispiam aliquid eorum, quæ necessaria sunt, accipere recuset.

RESPONSIO.

Qui ejusmodi est, etiamsi poscat, dignus est qui non impetret, quoad vitium illud, imo potius vitia illa sanata esse præpositus judicaverit.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΡΛΔ'.

Ἐάν τις ὀργισθεὶς παραιτῆται λαβεῖν τι τῶν πρὸς (50) *τὴν χρείαν.*

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

Ὁ τοιοῦτος ἄξιός ἐστι, κἂν ζητῇ, μὴ λαβεῖν, ἕως ἐὰν δοκιμάσῃ ὁ προεστὼς, ὅτι ἐθεραπεύθη τὸ πάθος, μᾶλλον δὲ τὰ πάθη.

461 INTERROGATIO CXXXV.

An conveniat quempiam, labore defatigatum, quidquam consuetis amplius exposcere.

RESPONSIO.

Si laborem suscipit ob retribuendam a Deo mercedem, hinc laboris sui quærere non debet levamentum, sed semetipsum ad Domini præmium apparare, haud ignorans se ut pro labore remunerationem, ita quoque pro angustia consolationem a Domino consecuturum. Ille autem cujus ea provincia est, ut impleat illud: *Dividebatur singulis, prout cuique opus erat* [91]; debet necessario laborantem quemque cognoscere, et ut par est, curare.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΡΛΕ'.

Εἰ χρὴ τὸν κάμνοντα αὐτὸν ἐπιζητῆσαι πλέον τι τῆς συνηθείας (51).

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

Εἰ ἕνεκεν τῆς παρὰ τοῦ Θεοῦ μισθαποδοσίας τὸν κάματον ἀναδέχεται, οὐκ ἐντεῦθεν ἐπιζητεῖν ὀφείλει τὴν παραμυθίαν τοῦ κόπου, ἀλλὰ πρὸς τὴν τοῦ Κυρίου μισθαποδοσίαν ἑαυτὸν καταρτίζειν· εἰδὼς, ὅτι, ὡς τῆς ὑπὲρ τοῦ κόπου ἀμοιβῆς, οὕτω καὶ τῆς παρακλήσεως ὑπὲρ τῆς στενοχωρίας παρὰ τοῦ φιλανθρώπου Θεοῦ καταξιωθήσεται. Ὁ μέντοι ἐπιτεταγμένος ποιεῖν τὸ, *Διεδίδοτο ἑκάστῳ, καθότι ἄρ τις χρείαν εἶχεν* (52), ἀναγκαίως ὀφείλει γνωρίζειν ἕκαστον τῶν κοπιώντων, καὶ θεραπεύειν κατὰ τὸ προσῆκον.

INTERROGATIO CXXXVI.

An necesse sit omnes ad horam prandii convenire: et qui abfuerit, veneritque post prandium, quomodo nobis cum eo agendum sit.

RESPONSIO.

Si abfuerit quidem ob loci aut operis necessitatem, tanquam qui servet præceptum illius, qui dixit: *Unusquisque, in quo vocatus est, fratres, in hoc maneat* [92]; examine præmisso ignoscet communis disciplinæ inspector: sin cum simul occurrere potuisset, non festinavit, culpa hujusce negligentiæ cognita, usque ad constitutam horam sequentis diei maneat jejunus.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΡΛΣ'.

Εἰ ἀναγκαῖον πάντας συνάγεσθαι τῇ ὥρᾳ (53) *τοῦ ἀρίστου, καὶ τὸν ἀπολιμπανόμενον, καὶ μετὰ τὸ ἄριστον ἐρχόμενον πῶς παρέλθωμεν.*

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

Εἰ μὲν κατὰ ἀνάγκην τοῦ τόπου ἢ τοῦ ἔργου ἀπελείφθη, ὡς φυλάσσων τὸ παράγγελμα τοῦ εἰπόντος· *Ἕκαστος, ἐν ᾧ ἐκλήθη, ἀδελφοὶ, ἐν τούτῳ μενέτω*· ὁ τῆς κοινῆς εὐταξίας ἔφορος δοκιμάσας συγγνώσεται· εἰ δὲ δυνάμενος συμφθάσαι, οὐκ ἐσπούδασε (54), γνωρίσας τὸ ἔγκλημα τῆς ἀμελείας, ἄσιτος μεινάτω μέχρι τῆς τετυπωμένης ὥρας ἐν τῇ ἐπιούσῃ.

[89] Num. xi, 1. [90] I Cor. x, 10. [91] Act. iv, 35. [92] I Cor. vii, 24.

(50) Sic mss. nonnulli. Editi λαβεῖν τὰ πρός.

(51) Reg. primus ἐπιζητεῖν πλείονα τῆς. Aliquanto post idem ms. τὸν κάματον ἀνέχεται, *laborem perfert.* Lectio optima.

(52) Sic antiqui tres libri. Illud, ἄν τις, in editis desiderabatur.

(53) Codex Colb. ἐν τῇ ὥρᾳ. Paulo post Reg. primus τόπου ἢ τοῦ καιροῦ, *loci aut temporis necessitas.* Ibidem Col. ἀπελείφθη, ὁ τῆς κοινῆς, etc., brevius.

(54) Editi et unus ms. καὶ οὐκ ἐσπούδασε. Vocula καί in aliis duobus mss. non legitur, nec mihi dubium est quin melius absit. Mox codex Colb. ὥρας τῆς ἐπιούσης.

Digitized by Google

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΡΑΖ'.

Εἰ καλόν ἐστι τὸ κρῖναι ἐπὶ τοσόνδε, εἰ τύχοι, χρόνον ἀποσχέσθαι τοῦδέ τινος τοῦ βρώματος ἢ τοῦ πόματος.

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

Τοῦ Κυρίου εἰπόντος, *Οὐχ ἵνα ποιῶ τὸ θέλημα τὸ ἐμὸν, ἀλλὰ τὸ θέλημα τοῦ* (55) *πέμψαντός με*, πᾶσα κρίσις ἰδίου θελήματος ἐπισφαλής. Ὅπερ εἰδὼς ὁ Δαβὶδ ἔλεγεν· *Ὤμοσα, καὶ ἔστησα τοῦ φυλάξασθαι τὰ κρίματα τῆς δικαιοσύνης σου*, οὐ τὰ ἐμὰ θελήματα.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΡΑΗ'.

Εἰ χρὴ ἐπιτρέπεσθαι ἐν ἀδελφότητί τινα πλέον τῶν ἄλλων νηστεύειν ἢ ἀγρυπνεῖν, κατὰ τὸ ἴδιον θέλημα.

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

Τοῦ Κυρίου εἰπόντος, ὅτι *Καταβέβηκα ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, οὐχ ἵνα ποιῶ τὸ θέλημα τὸ ἐμὸν, ἀλλὰ τὸ θέλημα τοῦ πέμψαντός με Πατρὸς*, πᾶν ὅπερ ἄν τις κατὰ τὸ ἴδιον θέλημα ποιῇ, τοῦτο τοῦ μὲν ποιοῦντός ἐστιν ἴδιον, τῆς δὲ θεοσεβείας ἀλλότριον· καὶ φόβος μήποτε ἀκούσῃ παρὰ (56) τοῦ Θεοῦ περὶ οὗ δοκεῖ ποιεῖν, *Πρὸς σὲ ἡ ἀποστροφὴ αὐτοῦ, καὶ σὺ ἄρξεις αὐτοῦ*. Καὶ τὸ ἐν συγκρίσει δὲ τῶν ἄλλων τὸ πλέον θέλειν, καὶ ἐν αὐτοῖς τοῖς καλοῖς, φιλονεικίας πάθος ἐστὶν ἀπὸ κενοδοξίας συμβαῖνον· ὅπερ ὁ Ἀπόστολος ἀπηγορευμένον δεικνὺς φησιν (57)· *Οὐ γὰρ τολμῶμεν ἐγκρῖναι ἢ συγκρῖναι ἑαυτούς τισι τῶν ἑαυτοὺς συνιστανόντων*. Διόπερ ἀφεμένους τῶν ἰδίων θελημάτων, καὶ τοῦ θέλειν δοκεῖν ὑπὲρ τοὺς λοιποὺς (58) ποιεῖν τι, πείθεσθαι τῷ Ἀποστόλῳ χρὴ παραινοῦντι καὶ λέγοντι· *Εἴτε ἐσθίετε, εἴτε πίνετε, εἴτε τι ποιεῖτε, πάντα εἰς δόξαν Θεοῦ ποιεῖτε*. Φιλονεικία γὰρ, καὶ κενοδοξία, καὶ αὐταρέσκεια, παντελῶς ἀλλότρια τῶν τὸν καλὸν ἀγῶνα νομίμως ἀγωνιζομένων. Διό φησι ποτὲ μὲν, *Μὴ γενώμεθα* (59) *κενόδοξοι*· ποτὲ δὲ, *Εἴ τις δοκεῖ φιλόνεικος εἶναι, ἡμεῖς τοιαύτην συνήθειαν οὐκ ἔχομεν, οὐδὲ αἱ Ἐκκλησίαι τοῦ Θεοῦ*· καὶ ἄλλοτε, *Ὀφείλομεν ἡμεῖς μὴ ἑαυτοῖς ἀρέσκειν*· οἷς ἐπιφέρει ἐντρεπτικώτερον· *Καὶ γὰρ ὁ Χριστὸς οὐχ ἑαυτῷ ἤρεσεν*. Εἰ δέ τις οἴεται χρῄζειν τοῦ πλείονος εἴτε ἐν νηστείᾳ, εἴτε ἐν ἀγρυπνίᾳ, εἴτε ἐν ᾠδήποτε ἄλλῳ (60), ἀποκαλυπτέτω τοῖς τὴν κοινὴν ἐπιμέλειαν πεπιστευμένοις τὴν ὑπόθεσιν αὐτὴν, δι' ἣν νομίζει τοῦ πλείονος χρῄζειν· καὶ τὸ παρ' αὐτῶν δοκιμασθὲν παραφυλαττέτω. Πολλάκις γὰρ ἑτέρῳ μᾶλλον τρόπῳ τὸ ἱκανὸν τῇ χρείᾳ γενέσθαι (61) δεήσει.

INTERROGATIO CXXXVII.

Nunquid rectum sit hoc, ut aliquis, exempli causa, in animo statuat se ad aliquid certum tempus ab aliquo cibo aut potu abstinere.

RESPONSIO.

Cum Dominus dixerit : *Non ut faciam voluntatem meam, sed voluntatem ejus qui misit me* [93], omne judicium voluntatis propriæ periculo non vacat. Cujus rei ignarus David aiebat : *Juravi, et statui custodire judicia justitiæ tuæ* [94], non voluntates meas.

INTERROGATIO CXXXVIII.

An in fratrum conventu cuipiam permitti debeat ut plusquam cæteri jejunet, aut vigilet ex propria voluntate.

RESPONSIO.

Cum Dominus dixerit : *Descendi de cœlo non ut faciam voluntatem meam, sed voluntatem ejus qui misit me, Patris* [95], quidquid quis fecerit ex propria voluntate, id cum facientis **462** sit proprium, alienum est a pietate : et metuendum est, ne quando de eo, quod facere videtur, a Deo audiat : *Ad te conversio illius et tu dominaberis illius* [96]. Quin et in ipsis etiam bonis aliquid amplius præ cæteris velle, contentionis vitium est, a vana gloria proficiscens : quod vetitum esse ostendens Apostolus ait : *Non enim audemus inserere aut comparare nos quibusdam, qui seipsos commendant* [97]. Quare relictis propriis voluntatibus, eoque ut videri velimus aliquid excellentius facere quam reliqui, parere debemus Apostolo admonenti ac dicenti : *Sive manducatis, sive bibitis, sive quid facitis, omnia in gloriam Dei facite* [98]. Contendere enim, et efferri inani gloria, ac sibi placere, res sunt omnino alienæ ab iis qui bonum certamen legitime decertant. Quapropter, ait, modo quidem : *Non efficiamur inanis gloriæ cupidi* [99] : modo vero : *Si quis videtur contentiosus esse, nos talem consuetudinem non habemus, neque Ecclesiæ Dei* [1] : item in alio loco : *Debemus nos non nobismetipsis placere* [2] : quibus hæc ad commovendum efficaciora adjungit : *Etenim Christus non sibi placuit* [3]. Quod si quispiam existimat opus sibi esse asperitate majore, sive in jejuniis, sive in vigiliis, sive in quacunque alia re, patefaciat rei communi præfectis hanc ipsam rationem, ob quam asperitate majori indigere se arbitratur : quod autem ipsis probatum fuerit, observet. Sæpe enim alio potius modo necessitati ipsius consulere oportebit.

[93] Joan. vi, 38. [94] Psal. cxviii, 106. [95] Joan. vi, 38. [96] Gen. iii, 16. [97] II Cor. x, 12. [98] I Cor. x, 31. [99] Galat. v, 26. [1] I Cor. xi, 16. [2] Rom. xv, 1. [3] ibid. 3.

(55) Antiqui tres libri ἀλλὰ τὸ θέλημα τοῦ. Editi et Reg. tertius ἀλλὰ τοῦ. Nec ita multo post tres mss. καὶ ἔστησα τοῦ. Editi καὶ ἔστηκα.

(56) Legitur ἀπό in duobus mss. pro παρά.

(57) Veteres duo libri cum Voss. δείκνυσι φάσκων. Ibidem Reg. primus τολμῶμεν κρῖναι ἢ.

(58) Reg. primus et Colb. et Voss. ὑπὲρ τοὺς πολλούς.

(59) Editi et unus ms. μὴ γινώμεθα. Alii tres mss. γενώμεθα. Aliquanto post editi et duo mss. οἷς ἐπιλέγει. Alii duo mss. cum Voss. οἷς ἐπιφέρει.

(60) Reg. primus εἴτε ἐν ἄλλῳ οἱῳδήποτε. Aliquanto post duo mss. ὑπόθεσιν ταύτην. Mox unus ms. cum Voss. δοκιμασθὲν παραφυλασσέσθω.

(61) Veteres duo libri præter Voss. Πολλάκις γὰρ ἐν ἑτέρῳ μᾶλλον τρόπῳ τὸ ἱκανὸν τῆς χρείας γενήσεται.

Digitized by Google

INTERROGATIO CXXXIX.

Aucto jejunio, evadimus ad laborem debiliores. Quid igitur magis facto opus est: rescinderene laborem propter jejunium, an negligere jejunium propter laborem.

RESPONSIO.

Operæ pretium est jejunare, et edere juxta accommodatam pietati rationem; ut cum conficiendum fuerit Dei mandatum per jejunium, jejunemus, ac vice versa, cum Dei mandatum cibum corpus corroborantem exigit, comedamus, non tanquam helluones, sed ut operarii Dei. Servandum est enim quod dictum est ab Apostolo: *Sive manducatis, sive bibitis, sive quid facitis, omnia in gloriam Dei facite* [4].

INTERROGATIO CXL.

Si quis temperans non fuerit in noxiis cibis capiendis, imo vero iis abunde sumptis incidat in morbum, nunquid ejus cura suscipienda sit.

RESPONSIO.

Intemperantia manifestam præfert nequitiam; atque in primis de hoc vitio sollicitum esse necesse est, ut remedium 463 ei afferatur. Etenim benignus Deus, quantum malum incontinentia sit, ostendere cum vellet, animam sæpe in iis etiam quæ corpori nocent, in vitium intemperantiæ labi permisit, si forte posset per corporalem morbum, quem intemperantiæ causa perferebat, suum ipsius detrimentum nosse, et adduci ad servandam in omnibus temperantiam. Cæterum curam corporis erga eos qui ob intemperantiam male afficiuntur, gerere quidem cito rationi et benignitati convenit, non tamen sine ullo examine, sed sollicite, ne forte corpore curando animam relinquamus incuratam. Quamobrem si quis quempiam ita affectum conspexerit, ut per corporis curationem probe eruditus sit, animamque vitiis propriis irretitam curet, adhibenda est ipsi corporalis cura. Quod si in curando corpore contemnere animam deprehendatur, præstabilius est, qui ejusmodi est, eum in doloribus iis, quos ob suam intemperantiam suffert, derelinqui, si forte temporis progressu ad sui ipsius et æterni supplicii notitiam perveniens, possit animæ sanitati providere. *Dum enim judicamur, a Domino corripimur, ut non cum hoc mundo damnemur* [5].

[4] I Cor. x, 31. [5] I Cor. xi, 32.

A

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΡΛΘ'.

Τῆς νηστείας ἐπιτεινομένης, ἀτονώτεροι γινόμεθα εἰς τὸ ἔργον. Τί οὖν χρὴ μᾶλλον (62)· *ἐμπυδίζειν τῷ ἔργῳ διὰ τὴν νηστείαν, ἢ παρορᾶν ἐκείνην διὰ τὸ ἔργον.*

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

Καὶ τὴν νηστείαν, καὶ τὸ φαγεῖν μετὰ λόγου τοῦ οἰκείου τῆς θεοσεβείας (63) παραλαμβάνεσθαι χρή· ἵνα, ὅταν μὲν ἐντολὴν Θεοῦ διὰ νηστείας κατορθωθῆναι δέοι, νηστεύσωμεν· ὅταν δὲ πάλιν ἡ ἐντολὴ τοῦ Θεοῦ βρῶσιν ἐπιζητοῖ ἐνδυναμοῦσαν τὸ σῶμα, φάγωμεν, οὐχ ὡς γαστρίμαργοι, ἀλλ' ὡς ἐργάται Θεοῦ. Φυλάσσειν γὰρ χρὴ τὸ ὑπὸ τοῦ Ἀποστόλου εἰρημένον· *Εἴτε ἐσθίετε, εἴτε πίνετε, εἴτε τι ποιεῖτε, πάντα εἰς δόξαν Θεοῦ ποιεῖτε.*

B

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΡΜ'.

Ἐάν τις μὴ ἐγκρατεύηται περὶ τὰ βλαβερὰ τῶν βρωμάτων, μεταλαμβάνων δὲ ἀφειδῶς, κακώσει περιπέσῃ, εἰ χρὴ αὐτοῦ ἐπιμέλειαν ποιεῖσθαι (64).

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

Ἡ μὲν ἀκρασία πρόδηλον ἔχει τὴν κακίαν· καὶ τούτου τοῦ πάθους προηγουμένως φροντίζειν ἀναγκαῖον, ὅπως θεραπευθῇ. Βουληθεὶς γὰρ δεῖξαι ὁ φιλάνθρωπος Θεὸς, ἠλίκον κακόν ἐστι τὸ μὴ ἐγκρατεύεσθαι, ἀφῆκε πολλάκις τὴν ψυχὴν καὶ ἐπὶ τῶν τὸ σῶμα βλαπτόντων κεχρῆσθαι τῷ πάθει τῆς ἀκρασίας, ἐὰν ἄρα δυνηθῇ διὰ τῆς κακώσεως τῆς σωματικῆς, ἣν ἐκ τῆς ἀκρασίας ὑπομένει, εἰς αἴσθησιν C ἐλθεῖν τῆς ἰδίας βλάβης, καὶ ὁδηγηθῆναι πρὸς τὴν ἐν πᾶσιν ἐγκράτειαν. Τὴν δὲ ἐπιμέλειαν τοῦ σώματος ἐπὶ τῶν ἐξ ἀκρασίας βλαπτομένων ποιεῖσθαι μὲν τάχα εὔλογον καὶ χρηστότητι πρέπον, οὐκ ἀδοκιμάστως δὲ, ἀλλὰ πεφροντικότας (65), μήπως ἐν τῇ τοῦ σώματος θεραπείᾳ τὴν ψυχὴν ἀθεράπευτον καταλίπωμεν (66). Ὥστε, ἐὰν μὲν ἐπίδῃ τις τὸν τοιοῦτον ἐκ τῆς τοῦ σώματος θεραπείας παιδευόμενον εὐγνωμόνως (67), καὶ τῆς ψυχῆς ἐν τοῖς ἰδίοις πάθεσιν ἐπιμελεῖσθαι, προσάγειν αὐτῷ τὴν σωματικὴν ἐπιμέλειαν· ἐὰν δὲ, τὴν τοῦ σώματος θεραπείαν δεχόμενος, ἐλέγχηται τῆς ψυχῆς καταφρονῶν, βέλτιόν ἐστι τὸν τοιοῦτον ἐναφεθῆναι (68) ταῖς ὀδύναις, ἃς ἐκ τῆς ἰδίας ἀκρασίας ὑφίσταται, ἐὰν ἄρα δυνηθῇ τῷ χρόνῳ εἰς συναίσθησιν ἐλθὼν ἑαυτοῦ καὶ τῆς D αἰωνίου κολάσεως, φροντίδα ἀναλαβεῖν τῆς κατὰ ψυχὴν ὑγείας. *Κρινόμενοι γὰρ ὑπὸ Κυρίου παιδευόμεθα, ἵνα μὴ σὺν τῷ κόσμῳ κατακριθῶμεν.*

(62) Codex Colb. Τί οὖν χρὴ ποιεῖν μᾶλλον.

(63) Unus ms. οἰκείου τῆς εὐσεβείας.

(64) Codex Colb. χρὴ αὐτοῦ ἐπιμελεῖσθαι. Aliquanto post editi et unus ms. ἐπὶ τῶν βλαπτόντων τὸ σῶμα. Alii duo mss. ἐπὶ τῶν τὸ σῶμα βλαπτόντων, rectius.

(65) Editio Paris. ἀλλὰ πεφροντικότως, operarum, ut opinor, oscitantia. Aliæ duæ editiones et tres mss. πεφροντικότας.

(66) Vetus liber Voss. καταλείπωσιν.

(67) In impressis libris posita virgula erat ante vocem εὐγνωμόνως: quæ mala interpunctio malam interpretationem pepererat. Virgulam autem loco movimus, non conjectura ducti, sed fidem veterum librorum secuti. Mox unus ms. ἐπιμέλειαν χρή.

(68) Codex Voss. τοιοῦτον ἐναφιέναι. Paulo post idem ms. συναίσθησιν ἐλθεῖν.

Digitized by Google

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΡΜΑ'.

Εἰ δεῖ ξένους ἐνευρίσκεσθαι τοῖς (69) *ἐργαστηρίοις, ἢ καὶ τῶν ἐνταῦθά τινας καταλιπόντας τὸν ἴδιον τόπον.*

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

Παρεκτὸς τοῦ πεπιστευμένου (70) τὴν ἐπίσκεψιν τῶν ἐργαζομένων, ἢ τὴν οἰκονομίαν τῶν ἔργων, ὃς ἂν εὑρεθῇ τοῦτο ποιῶν, ὡς διαλύων τὴν εὐταξίαν τῆς τῶν μελῶν ἁρμονίας, κωλυέσθω καὶ τῆς συγκεχωρημένης προόδου· καθεζόμενος δὲ ἐν τόπῳ ἑνὶ τῷ δοκιμασθέντι πρὸς παιδείαν ἐπιτηδείῳ, ἀμετεωρίστως καὶ ἐπιπονώτερον τῆς συνηθείας ἀποδιδότω τὸ ἔργον, ἕως ἂν μάθῃ φυλάσσειν τὸ ὑπὸ τοῦ Ἀποστόλου εἰρημένον· *Ἕκαστος ἐν ᾧ ἐκλήθη, ἐν τούτῳ μενέτω.*

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΡΜΒ'.

Εἰ χρὴ τοὺς τεχνίτας δέχεσθαι παρά τινος ἔργον ἄνευ γνώμης τοῦ ἐπιτεταγμένου τὴν φροντίδα τούτων.

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

Τῷ κρίματι τοῦ κλέπτου, ἢ τοῦ συντρέχοντος τῷ κλέπτῃ ὑποκείσθω ἑκάτερος, ὅ τε διδοὺς καὶ ὁ δεχόμενος.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΡΜΓ'.

Πῶς ὀφείλουσιν ἐπιμελεῖσθαι οἱ ἐργαζόμενοι τῶν πεπιστευμένων αὐτοῖς σκευῶν.

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

Πρῶτον μὲν ὡς Θεῷ ἐπονομασθέντων καὶ ἀνατεθέντων· ἔπειτα ὡς ἄνευ αὐτῶν μὴ δυνάμενοι τὴν ὀφειλομένην ἄοκνον σπουδὴν ἐπιδείξασθαι (71).

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΡΜΔ'.

Ἐὰν δέ τις ἐξ ἀμελείας ἀπολέσῃ τι, ἢ ἐκ καταφρονήσεως παραχρήσηται.

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

Ὁ μὲν παραχρησάμενος ὡς ἱερόσυλος, ὁ δὲ ἀπολέσας ὡς αἴτιος ἱεροσυλίας κρινέσθω, πάντων τῷ Κυρίῳ ἐπονομασθέντων, καὶ τῷ Θεῷ ἀνακειμένων.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΡΜΕ'.

Ἐὰν δὲ ἀφ' ἑαυτοῦ χρήσῃ τινὶ (72) *ἢ λάθῃ.*

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

Ὡς θρασὺς καὶ αὐθάδης κρινέσθω. Ταῦτα γὰρ τοῦ ἐπιτεταγμένου τὴν φροντίδα, καὶ οἰκονομοῦντός ἐστιν ἴδια.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΡΜΣ'.

Ἐὰν δὲ καὶ συνεχούσης χρείας ὁ προεστὼς ἐπιζητήσῃ παρ' αὐτοῦ σκεῦος, καὶ ἀντείπῃ (73).

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

Ὁ ἑαυτὸν καὶ τὰ ἑαυτοῦ μέλη ἀποδεδωκὼς τῇ

A

INTERROGATIO CXLI.

An conveniat peregrinos reperiri in officinis, aut etiam aliquos ex contubernalibus, loco suo relicto.

RESPONSIO.

Eo excepto, qui operariis invisendis, et dispensandis operibus præfectus fuit, quisquis hoc facere inventus fuerit, veluti qui rectum ordinem harmoniæ membrorum dissolverit, licito etiam egressu prohibeatur : in loco autem, qui castigationi idoneus judicatus fuerit, sedens, attente et solito laboriosius pensum reddat, quoad servare didicerit quod dictum est ab Apostolo : *Unusquisque in quo vocatus est, in hoc permaneat* [6].

B

INTERROGATIO CXLII.

An debeant artifices opus ab aliquo accipere citra sententiam illius, cui demandata est harumce rerum cura.

RESPONSIO.

Judicio furis, aut cujusvis cum fure currentis obnoxius esto uterque, tum qui dat, tum qui accipit.

464 INTERROGATIO CXLIII.

Quomodo operarii commissa sibi instrumenta debeant accurare.

RESPONSIO.

Primum tanquam dicata Deo et consecrata : deinde tanquam qui sine ipsis studium impigrum, quod debetur, ostendere non queant.

C

INTERROGATIO CXLIV.

Si quis ex negligentia aliquid perdiderit, aut eo præ contemptu abusus fuerit.

RESPONSIO.

Qui abusus fuerit, veluti sacrilegus : qui vero perdiderit, tanquam sacrilegii auctor judicetur, cum sint Domino dedicata omnia, et Deo consecrata.

INTERROGATIO CXLV.

Quod si suo jure commodaverit alicui, aut ab eo acceperit.

RESPONSIO.

Velut temerarius et contumax judicetur. Hæc enim ejus qui his curandis præpositus est, ipsaque

D distribuit, propria sunt.

INTERROGATIO CXLVI.

Quod si etiam urgente necessitate præpositus ipse ab eo petierit instrumentum, illi vero negaverit.

RESPONSIO.

Qui semetipsum suaque membra in Christi cha-

[6] I Cor. VII, 24.

(69) Reg. primus εὑρίσκεσθαι ἐν τοῖς. Haud longe codex Colb. καταλιπόντας τὸν ἴδιον οἶκον ἢ τόπον, συνέρχεσθαι αὐτοῖς.

(70) Antiqui duo libri cum Voss. Παρεκτὸς τοῦ πεπιστευμένου. Alii duo mss. et editi τοῦ τετυπωμένου.

(71) Reg. primus et Voss. σπουδὴν ἐπιδείκνυσθαι.

(72) Vox τινί addita est ex mss. nonnullis. Reg. tertius et Voss. χρήσηται τινι, *aliquo instrumento utatur.*

(73) Editi et unus codex Combef. ἐπιζητήσῃ παρ' ἑαυτοῦ καί. Alii tres ut in contextu. Mox Reg. primus et Voss. τῇ ἄλλου χρείᾳ κατὰ τὴν ἐντολὴν τοῦ Κυρίου.

Digitized by Google

ritate tradidit usui aliorum, qua ratione de supellectile poterit cum præposito litigare, ad quem etiam pertinet supellectilis cura?

A ἄλλων χρείᾳ ἐν ἀγάπῃ Χριστοῦ πῶς περὶ τῶν σκευῶν ἀντειπεῖν δυνήσεται τῷ προεστῶτι, ᾧ καὶ τῶν σκευῶν ἡ φροντὶς ἀνῆκεν;

INTERROGATIO CXLVII

Cum quis obeunao cellarii aut culinæ munere aetinetur, vel quovis alio hujusmodi, si non interfuerit constituto psalmodiæ et precationis tempore, nullumne patitur animæ detrimentum.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΡΜΖ'.

Ὁ περὶ τὸ ἔργον τοῦ κελλαρίου, ἢ τοῦ μαγειρείου, ἢ περί τι ἄλλο τοιοῦτον ἀσχολούμενος, ἐὰν μὴ φθάσῃ παρεῖναι τῷ κανόνι τῆς ψαλμῳδίας καὶ τῆς προσευχῆς, εἰ μηδὲν ζημιοῦται τὴν ψυχήν.

RESPONSIO

Unusquisque in officio suo, velut membrum in corpore, regulam propriam servat : et munus quidem commissum si negligat, infert sibi detrimentum ; sed si communitati insidias struat, majorem in modum periclitatur. Quare juxta ipsum verborum sensum impleat quod scriptum est : *Cantantes et psallentes in cordibus vestris Domino* [7]. Quod si **465** corpore non possit cum cæteris accurrere, non sit sollicitus, perficiens quod dictum est : *Unusquisque in quo vocatus est, in hoc maneat* [8]. Cavendum autem est, ne quis forte cum rem injunctam valeat conficere opportuno et convenienti tempore, ita ut aliis etiam exemplum detur, nihilominus tamen ad reliquorum offendiculum muneris sui prætexat occupationem, atque adeo in negligentium judicium incidat.

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

Ἕκαστος ἐν τῷ ἑαυτοῦ ἔργῳ φυλάσσει τὸν ἴδιον κανόνα, ὡς μέλος ἐν σώματι· καὶ ζημιοῦται μὲν αὐτὸς ἀμελήσας τοῦ ἐπιτεταγμένου· καὶ τῷ κοινῷ δὲ ἐπιβουλεύων κινδυνεύει περισσοτέρως. Ὥστε κατὰ μὲν διάνοιαν πληρούτω τὸ γεγραμμένον (74), ὅτι *ἌΙδοντες καὶ ψάλλοντες ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν τῷ Κυρίῳ*· εἰ δὲ καὶ σωματικῶς μὴ φθάνει (75) συνδραμεῖν τοῖς λοιποῖς, μηδὲν διακρινέσθω, ποιῶν τὸ εἰρημένον· *Ἕκαστος ἐν ᾧ ἐκλήθη, ἐν τούτῳ μενέτω*. Χρὴ δὲ ἀσφαλίζεσθαι, μήπως, δυνάμενός τις πληρῶσαι τὸ ἐπιτεταγμένον εὐκαίρως εἰς τύπον καὶ ἄλλων (76), προφασίσηται τὴν τοῦ ἔργου ἀσχολίαν εἰς πρόσκομμα τῶν λοιπῶν, καὶ ἐμπέσῃ εἰς τὸ τῶν ἀμελούντων κρῖμα.

B

INTERROGATIO CXLVIII.

Qualem potestatis modum inter dispensandum obtineat is cui cellarii cura concredita est.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΡΜΗ'.

Ποῖον μέτρον ἐξουσίας ἔχει ἐν τῇ οἰκονομίᾳ (77) *ὁ πιστευθεὶς τὴν φροντίδα τοῦ κελλαρίου*

RESPONSIO.

Erga eum quidem a quo huic præfectus est post prævium examen, memor fuerit Domini ipsius, qui dixit : *Non possum ego a meipso facere quidquam* [9] ; erga eos vero, quorum curam suscipit, respiciat uniuscujusque necessitatem. Nam scriptum est : *Dividebatur singulis, prout cuique opus erat* [10]. Eadem autem ratio ab omnibus teneatur, quibus dantur ejusmodi negotia.

C

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

Πρὸς μὲν τὸν πιστεύσαντα τὴν τούτου μετὰ δοκιμασίας διατύπωσιν μεμνημένος αὐτοῦ τοῦ Κυρίου εἰπόντος· *Οὐ δύναμαι ἐγὼ ποιεῖν ἀπ' ἐμαυτοῦ οὐδέν*· πρὸς δὲ τοὺς φροντιζομένους τὴν ἑκάστου χρείαν (78). Γέγραπται γάρ· *Διεδίδοτο ἑκάστῳ, καθότι ἄν τις χρείαν εἶχεν*. Ὁ δὲ αὐτὸς λόγος ἔστω πρὸς πάντας τοὺς ἐγχειριζομένους τὰς τοιαύτας φροντίδας.

INTERROGATIO CXLIX.

Cuinam judicio obnoxius erit œconomus, si quid fecerit habita personarum ratione, aut per contentionem.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΡΜΘ'.

Τί τὸ κρῖμα τοῦ οἰκονομοῦντος, ἐάν τι κατὰ (79) *προσωπολημψίαν ἢ φιλονεικίαν ποιήσῃ.*

RESPONSIO.

Cum Apostolus nunc quidem præcipiat nihil agendum esse ex animi inclinatione [11], nunc vero pronuntiet illud : *Si quis videtur contentiosus esse, nos talem consuetudinem non habemus, neque Ecclesiæ Dei* [12]; qui fuerit ejusmodi, is, quoad se emendaverit, declaretur a Dei Ecclesia alienus. Expen-

D

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

Hoc dictum est de iis qui lingua aliqua, quæ audientibus ignota sit, precantur. Ait enim: *Si orem lingua, spiritus meus orat, mens autem mea sine fructu est* [75]. Quando enim ignota sunt astantibus precum verba, sine fructu est mens precantis, cum nemo utilitatem ullam percipiat: quando autem qui adsunt, precationem quæ prodesse audientibus possit, intelligunt, tunc qui orat fructum hunc habet, ut meliores fiant qui juvantur. Atque etiam similis ratio est in omni pronuntiatione verborum Dei. Scriptum est enim: *Sed si quis bonus ad ædificationem fidei* [76].

[71] Matth. xxiv, 46. [72] Isa. xxvi, 20. [73] Psal. cxxii, 2. [74] Matth. v, 14-16. [75] I Cor. xiv, 14. [76] Ephes. iv, 29.

(50) Editi παραβλέπεσθαι. Vossii vetus liber et alii tres περιβλέπεσθαι.

(51) Vocem αὐτόν addidi ex duobus codicibus.

(52) Illud αὐτοῦ in editis quidem non legitur, sed ex Colbertino sumptum est.

Digitized by Google

INTERROGATIO CCLXXIX.

Quid significet illud, « Psallite intelligenter[77]*. »*

RESPONSIO.

Quod est in cibis sensus qualitatis cibi cujusque, hoc in verbis sacræ Scripturæ est intelligentia. *Nam*, inquit, *fauces cibos degustant :* **514** *mens vero verba dijudicat*[78]. Si quis igitur animo ita afficitur per vim et efficaciam uniuscujusque verbi, velut afficitur gustu per qualitatem cibi cujusque, is confecit mandatum illud : *Psallite intelligenter.*

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΣΟΘ'

Τί ἐστι τὸ, « Ψάλατε συνετῶς; »

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

Ὅπερ ἐστὶν ἐπὶ τῶν βρωμάτων ἡ αἴσθησις τῆς ποιότητος (53) ἑκάστου βρώματος, τοῦτό ἐστιν ἐπὶ τῶν ῥημάτων τῆς ἁγίας Γραφῆς ἡ σύνεσις. *Λάρυγξ μὲν γάρ*, φησὶ, *σῖτα γεύεται, νοῦς δὲ ῥήματα διακρίνει* (54). Ἐὰν οὖν τις οὕτω συνδιατεθῇ τὴν ψυχὴν τῇ δυνάμει ἑκάστου ῥήματος, ὡς συνδιατίθεται τὴν γεῦσιν τῇ ποιότητι ἑκάστου βρώματος, ὁ τοιοῦτος ἐπλήρωσε τὴν ἐντολὴν τὴν λέγουσαν· *Ψάλατε συνετῶς.*

INTERROGATIO CCLXXX.

Quis est qui mundus est corde[79]*?*

RESPONSIO.

Qui non convincitur a semetipso, tanquam qui mandatum spreverit Dei, aut prætermiserit, aut neglexerit.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΣΠ'

Τίς ἐστιν ὁ καθαρὸς τῇ καρδίᾳ;

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

Ὁ μὴ λαμβανόμενος ἑαυτοῦ ἐπὶ ἀθετήσει ἐντολῆς Θεοῦ, ἢ ἐλλείψει (55), ἢ ἀμελείᾳ.

INTERROGATIO CCLXXXI.

Quæ psallere non vult, an cogenda sit.

RESPONSIO.

Nisi alacriter accedat ad psallendum, et nisi ferat præ se affectum illius, qui dixit : *Quam dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo*[80] : et nisi putet magnum detrimentum desidiam esse, aut corrigatur, aut expellatur, ne modicum fermentum totam massam corrumpat[81].

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΣΠΑ'.

Τὴν μὴ θέλουσαν ψάλαι, εἰ χρὴ ἀναγκάζεσθαι (56).

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

Εἰ μὴ ἐπιθυμητικῶς ἔρχεται ἐπὶ τὸ ψάλλειν, καὶ εἰ μὴ ἐπιφαίνεται αὐτῇ ἡ διάθεσις τοῦ εἰπόντος· *Ὡς γλυκέα τῷ λάρυγγί μου τὰ λόγιά σου, ὑπὲρ μέλι τῷ στόματί μου* · καὶ εἰ μὴ ζημίαν μεγάλην ἡγεῖται τὴν ἀργίαν, ἢ διορθωσάσθω, ἢ ἐξαρθήτω, ἵνα μὴ μικρὰ ζύμη ὅλον τὸ φύραμα δολώσῃ

INTERROGATIO CCLXXXII.

Quinam sunt ii, qui dicunt : « Manducavimus coram te, et bibimus : » et tamen audient : « Nescio vos[82]*? »*

RESPONSIO.

Fortasse illi, quos in sua persona descripsit Apostolus, his verbis : *Si linguis hominum loquar, et angelorum*, et quæ sequuntur. *Et si habeam omnem fidem : et si distribuero omnes facultates meas in cibos pauperum : et si tradidero corpus meum ut comburar, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest*[83]. Quod didicerat Apostolus a Domino, qui de quibusdam dixit : *Faciunt enim ut videantur ab hominibus. Amen dico vobis, recipiunt mercedem suam*[84]. Quidquid enim non charitatis erga Deum, sed humanæ laudis gratia efficitur, qualecunque tandem id fuerit, laudem pietatis non consequitur, sed vituperatur tanquam studium aut placendi hominibus vel sibi ipsi, aut contentionis, aut invidiæ, aut similis cujusdam causæ. Quamobrem quod est hujusmodi, id Dominus iniquitatis

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΣΠΒ'.

Τίνες εἰσὶν οἱ λέγοντες, « Ἐφάγομεν ἐνώπιόν σου καὶ ἐπίομεν, » καὶ ἀκούοντες, « Οὐκ οἶδα ὑμᾶς; »

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

Τάχα ἐκεῖνοι, οὓς ὑπέγραψεν ὁ Ἀπόστολος ἐπὶ τοῦ ἰδίου προσώπου, εἰπών· *Ἐὰν ταῖς γλώσσαις τῶν ἀνθρώπων λαλῶ, καὶ τῶν ἀγγέλων*, καὶ τὰ ἑξῆς. *Καὶ ἐὰν ἔχω πᾶσαν τὴν γνῶσιν, καὶ πᾶσαν τὴν πίστιν· καὶ ἐὰν ψωμίσω πάντα τὰ ὑπάρχοντά μου· καὶ ἐὰν παραδῶ τὸ σῶμά μου ἵνα καυθήσωμαι, ἀγάπην δὲ μὴ ἔχω, οὐδὲν ὠφελοῦμαι* (57). Ὅπερ ἐπαιδεύθη ὁ Ἀπόστολος παρὰ τοῦ Κυρίου εἰπόντος περί τινων· *Ποιοῦσι γὰρ πρὸς τὸ θεαθῆναι τοῖς ἀνθρώποις. Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἀπέχουσι τὸν μισθὸν αὐτῶν.* Τὸ γὰρ μὴ διὰ τὴν πρὸς Θεὸν ἀγάπην, ἀλλὰ διὰ τὸν παρὰ τῶν ἀνθρώπων ἔπαινον γινόμενον, οἷον ἂν ᾖ, οὐ θεοσεβείας ἔπαινον εὑρίσκει, ἀλλ' ἀνθρωπαρεσκείας, ἢ αὐταρεσκείας, ἢ φιλονεικίας, ἢ φθόνου, ἢ τινος (58) τοιαύτης αἰτίας ἔχει τὸ κρῖμα. Διὸ καὶ ἀδικίας ἔργον τὸ τοιοῦτον ὁ Κύριος

[77] Psal. XLVI, 8. [78] Job XII, 11, apud LXX. [79] Matth. V, 8. [80] Psal. CXVIII, 103. [81] Galat. V, 9. [82] Luc. XIII, 26, 27. [83] I Cor. XIII, 1 seqq. [84] Matth. VI, 2.

(53) Unus ms. αἴσθησις τῆς πιότητος.

(54) Aliter apud LXX legitur, nempe hoc modo, οὖς μὲν γὰρ ῥήματα διακρίνει, *Nam auris quidem verba dijudicat:* sed Chrysostomus, ut in notis Nobilii legitur, monet aliqua exemplaria pro οὖς habuisse νοῦς. Statim idem ille quem mox dixi codex τὴν γεῦσιν τῇ πιότητι.

(55) Reg. primus et Voss. ἢ ἐν ἐλλείψει.

(56) Vossii vetus liber et alius ms. θέλουσαν ψάλλειν. Codex Colb. τὸν μὴ θέλοντα.... ἐπιφαίνεται αὐτῷ.

(57) Unus ms. οὐθὲν ὠφελοῦμαι.

(58) Codex Colb. ἢ ἄλλης τινός.

Digitized by Google

ὀνομάζει, λέγων πρὸς τοὺς εἰπόντας τὸ, *Ἐφάγομεν ἐνώπιόν σου*, καὶ τὰ ἑξῆς· *Ἀπόστητε ἀπ' ἐμοῦ, πάντες ἐργάται ἀδικίας.* Πῶς γὰρ οὐκ ἀδικίας ἐργάται οἱ ταῖς τοῦ Θεοῦ δωρεαῖς εἰς πραγματείαν τῶν ἰδίων ἡδονῶν καταχρώμενοι; Οἷον ἦσαν ἐκεῖνοι περὶ ὧν φησιν ὁ Ἀπόστολος· *Οὐ γάρ ἐσμεν ὡς οἱ πολλοὶ καπηλεύοντες τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ·* καὶ πάλιν· *Νομιζόντων πορισμὸν εἶναι τὴν εὐσέβειαν*, καὶ πολλὰ τοιαῦτα. Ὧν ἁπάντων καθαρεύων ἀποδέδεικται ἡμῖν ὁ αὐτὸς Ἀπόστολος δι' ὧν φησιν· *Οὐχ ὡς ἀνθρώποις ἀρέσκοντες, ἀλλὰ Θεῷ τῷ δοκιμάζοντι τὰς καρδίας ἡμῶν. Οὔτε γάρ ποτε ἐν λόγῳ κολακείας ἐγενήθημεν ὑμῖν* (59), *καθὼς οἴδατε, οὔτε προφάσει πλεονεξίας· Θεὸς μάρτυς· οὔτε ζητοῦντες ἐξ ἀνθρώπων δόξαν, οὔτε ἀφ' ὑμῶν, οὔτε ἀπ' ἄλλων.*

A opus appellat, ubi eos qui dixerunt, *Manducavimus coram te*, etc., sic alloquitur : *Discedite a me, omnes operarii iniquitatis* [88]. Quomodo enim non essent operarii iniquitatis, qui Dei donis ad inquirendas suas voluptates abutuntur? Quales erant illi, de quibus dicit Apostolus : *Non enim sumus sicut plurimi adulterantes verbum Dei* [89]. Et rursus : *Existimantium quæstum esse pietatem* [90], et ejusdem generis multa. A quibus omnibus esse se purum nobis declaravit Apostolus, his verbis : *Non quasi hominibus placentes, sed Deo qui* **515** *probat corda nostra. Neque enim aliquando fuimus vobis in sermone adulationis, sicut scitis; neque in occasione avaritiæ : Deus testis est; nec quærentes ab hominibus gloriam, neque a vobis, neque ab aliis* [91].

B

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΣΠΓ.

Εἰ ὁ ποιῶν τὸ θέλημά τινος κοινωνός ἐστιν ἐκείνου.

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

Εἰ πιστεύομεν τῷ Κυρίῳ λέγοντι· *Πᾶς ὁ ποιῶν τὴν ἁμαρτίαν δοῦλός ἐστι τῆς ἁμαρτίας·* καὶ πάλιν· *Ὑμεῖς ἐκ τοῦ πατρὸς τοῦ* (60) *διαβόλου ἐστέ, καὶ τὰς ἐπιθυμίας τοῦ πατρὸς ὑμῶν θέλετε ποιεῖν·* οἴδαμεν, ὅτι οὐχὶ κοινωνὸς ἁπλῶς, ἀλλὰ κύριον ἑαυτοῦ καὶ πατέρα ἐπιγράφεται ἐκεῖνον, οὗ τὸ ἔργον ποιεῖ, κατὰ τὴν τοῦ Κυρίου φωνήν. Μαρτυρεῖ δὲ τοῦτο σαφῶς καὶ ὁ Ἀπόστολος, λέγων· *Οὐκ οἴδατε, ὅτι ᾧ παριστάνετε ἑαυτοὺς δούλους εἰς ὑπακοήν, δοῦλοί ἐστε ᾧ ὑπακούετε, ἤτοι ἁμαρτίας εἰς θάνατον ἢ ὑπακοῆς εἰς δικαιοσύνην;*

INTERROGATIO CCLXXXIII.

An qui cujuspiam facit voluntatem, socius illius sit.

RESPONSIO.

Si credimus Domino, qui dicit : *Omnis qui facit peccatum, servus est peccati* [92]; et iterum : *Vos ex patre diabolo estis, et desideria patris vestri vultis facere* [93] ; intelligimus quod non simpliciter exstitit socius, sed dominum et patrem suum constituit eum, cujus opus facit juxta ipsam Domini vocem. Quin et Apostolus perspicue idipsum testatur, his verbis : *Nescitis quoniam cui exhibetis vos servos ad obediendum, servi estis ejus, cui obeditis, sive peccati ad mortem, sive obeditionis ad justitiam* [94]?

C

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΣΠΔ'.

Ἐὰν πτωχεύσῃ ἀδελφότης διὰ περίστασιν ἢ νόσον (61), *εἰ ἀδιάκριτόν ἐστι παρ' ἑτέρων λαμβάνειν τὰ πρὸς τὴν χρείαν· καὶ εἰ χρή, παρὰ τίνων λήψεται.*

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

Ὁ μνημονεύων τοῦ Κυρίου εἰπόντος, *Ἐφ' ὅσον ἐποιήσατε ἑνὶ τούτων τῶν ἀδελφῶν μου τῶν ἐλαχίστων, ἐμοὶ ἐποιήσατε*, φροντίδα πολλὴν μετὰ σπουδῆς πλείονος καὶ ἐπιμελείας ποιεῖται ἄξιος εἶναι ἀδελφὸς τοῦ Κυρίου (62) τετάχθαι. Ἐὰν οὖν τις τοιοῦτος ᾖ, μὴ διακρινέσθω λαμβάνων, ἀλλ' εὐχαριστείτω. Παρὰ τίνων δὲ χρὴ λαμβάνειν, καὶ πότε, καὶ πῶς, ὁ τὴν κοινὴν φροντίδα ἐπιτεταγμένος δοκιμάζειν ὀφείλει· μνημονεύων τοῦ Δαβὶδ εἰπόντος· *Ἔλαιον ἁμαρτωλοῦ μὴ λιπαράτω τὴν κεφαλήν μου·* καὶ πάλιν· *Πορευόμενος ἐν ὁδῷ ἀμώμῳ, οὗτός μοι ἐλειτούργει.*

INTERROGATIO CCLXXXIV.

Si in egestate sit aliqua fratrum societas ob quamdam adversitatem aut morbum, nunquid sine ulla dubitatione ab aliis possit necessaria recipere. Et si convenit, a quibus hæc accipiet.

RESPONSIO.

Quisquis memor est Domini, qui dixit, *Quaterus fecistis uni ex his fratribus meis minimis, mihi fecistis* [95], studiosius diligentiusque multum adhibet curæ, ut dignus sit qui Domini habeatur frater. Si quis igitur fuerit hujusmodi, accipiat citra ullam hæsitationem, sed gratias agat. A quibus autem accipere conveniat, et quando, et quomodo, expendere debet is cui concredita est communis cura, adeo ut recordetur Davidis, qui dixit : *Oleum peccatoris ne impinguet caput meum* [96]. Ac rursus : *Ambulans in via immaculata, hic mihi ministrabat* [97].

D

[88] Luc. XIII, 26, 27. [89] II Cor. II, 17. [90] I Tim. VI, 5. [91] I Thess. II, 4-6. [92] Joan. VIII, 34. [93] ibid. 44. [94] Rom. VI 16. [95] Matth. XXV, 40. [96] Psal. CXL, 5. [97] Psal. C, 6.

(59) Vox ὑμῖν deest in Reg. secundo

(60) Codex Colb. πατρὸς ὑμῶν τοῦ. Mox editi κοινωνὸν ἁπλῶς. Veteres quatuor libri præter Voss. κοινωνός.

(61) Editi et Reg. tertius περίστασιν νόσων. Reg. secundus περίστασιν ἢ νόσον, recte. Statim editi εἰ διάκριτον. At mss. εἰ ἀδιάκριτον.

(62) Reg. primus et Voss. ἐν ἀδελφότητι τοῦ Κυρίου. Codex Colb. ἐν ἀδελφοῖς τοῦ.

Digitized by Google

INTERROGATIO CCLXXXV.

An fratrum aliqua societas cum altera negotians, justum rei traditæ pretium sollicite inquirere debeat.

RESPONSIO.

An Scriptura permittat emptionem ac venditionem a fratribus mutuo exerceri, de eo quid dicam non habeo. Docemur enim alii cum aliis res nostras communicare ad usum ac necessitatem, sicut scriptum est : *Vestra abundantia illorum inopiam suppleat, et illorum* **516** *abundantia vestræ inopiæ supplementum sit, ut fiat æqualitas* [95]. Quod si ejusmodi necessitas aliquando contingat, debet emptor magis sollicitus esse, ne res minoris ematur, quam venditor ipse. Meminerint autem utrique ejus, qui dixit : *Damnum inferre viro justo, non est bonum* [96].

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΣΠΕ'.

Εἰ χρὴ ἀδελφότητα μετὰ ἀδελφότητος πραγματευομένην τὴν ἀξίαν τιμὴν τοῦ εἴδους περιεργάζεσθαι.

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

Εἰ μὲν συγχωρεῖ ὁ λόγος ἐν ἀδελφοῖς τὸ ἀγοράζειν παρ' ἀλλήλων καὶ πωλεῖν ἀλλήλοις, οὐκ ἔχω τι λέγειν· κοινωνεῖν γὰρ ἀλλήλοις παιδευόμεθα πρὸς τὴν χρείαν, κατὰ τὸ γεγραμμένον· *Τὸ ὑμῶν* (63) *περίσσευμα εἰς τὸ ἐκείνων ὑστέρημα, καὶ τὸ ἐκείνων περίσσευμα εἰς τὸ ὑμῶν ὑστέρημα, ὅπως γένηται ἰσότης*· εἰ δὲ ἄρα συνεμπίπτει ποτὲ τοιαύτη ἀνάγκη, χρὴ τὸν ἀγοράζοντα μᾶλλον ἀκριβεύεσθαι μὴ τῆς ἀξίας ἐλάττονα δῷ τιμὴν (64) ἥπερ τὸν πωλοῦντα. Ἀμφότεροι δὲ μνημονευέτωσαν τοῦ εἰπόντος· *Ζημιοῦν ἄνδρα δίκαιον οὐ καλόν.*

INTERROGATIO CCLXXXVI.

Qui in fratrum conventu vivit, sed incidit in morbum corporalem, num in hospitalem domum abducendus sit.

RESPONSIO.

Habenda est ratio loci cujusque, et finis, qui accommodetur ad communem utilitatem, ad gloriam Dei.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΣΠΣ'.

Εἰ δεῖ τὸν (65) *ἐν ἀδελφότητι ζῶντα, καὶ ἀσθενείᾳ σωματικῇ περιπεσόντα, εἰς ξενοδοχεῖον ἀπάγειν.*

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

Στοχάζεσθαι χρὴ ἑκάστου τόπου καὶ σκοποῦ τοῦ οἰκείου πρὸς τὸ κοινῇ συμφέρον εἰς δόξαν Θεοῦ.

INTERROGATIO CCLXXXVII.

Qui sint digni fructus pœnitentiæ.

RESPONSIO.

Opera justitiæ peccato contraria : quos fructus edere debet pœnitens, exsequens quod dictum est : *In omni opere bono fructificantes* [97].

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΣΠΖ'.

Τίνες εἰσὶν οἱ ἄξιοι καρποὶ τῆς μετανοίας ;

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

Τὰ ἀντικείμενα τῇ ἁμαρτίᾳ ἔργα δικαιοσύνης, ἅπερ ὁ μετανοῶν καρποφορεῖν ὀφείλει, ποιῶν τὸ εἰρημένον· *Ἐν παντὶ ἔργῳ ἀγαθῷ καρποφοροῦντες.*

INTERROGATIO CCLXXXVIII.

Qui confiteri vult peccata sua, debetne confiteri omnibus, et quibuslibet, aut quibus ?

RESPONSIO.

Consilium benignitatis Dei in peccantibus manifestum est, juxta id quod scriptum est : *Non volo mortem peccatoris, sicut ut convertatur ipse, et vivat* [98]. Quoniam igitur conversionis modus debet peccato congruere, ac etiam opus est fructibus dignis pœnitentiæ, juxta hanc sententiam, *Facite fructus dignos pœnitentiæ* [99], ut ne fructuum penuria locum habeant eæ quæ subsequuntur minæ : *Nam*, inquit, *omnis arbor non faciens fructum bonum, exscinditur, et in ignem mittitur* [1] ; peccata iis confiteri necesse est, quibus mysteriorum Dei concredita dispensatio est [2]. Sic enim et qui olim pœnitentiam egerunt, coram sanctis fecisse comperiuntur. Scriptum est enim, in Evangelio quidem [3], quod peccata sua Joanni Baptistæ confitebantur ;

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΣΠΗ'.

Ὁ θέλων ἐξομολογήσασθαι τὰς ἁμαρτίας ἑαυτοῦ εἰ πᾶσιν ἐξομολογεῖσθαι ὀφείλει, καὶ τοῖς τυχοῦσιν, ἢ τισιν ;

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

Ὁ σκοπὸς τῆς φιλανθρωπίας τοῦ Θεοῦ ἐπὶ τῶν ἁμαρτανόντων φανερός, κατὰ τὸ γεγραμμένον, ὅτι *Οὐ θέλω τὸν θάνατον τοῦ ἁμαρτωλοῦ, ὡς τὸ ἐπιστρέψαι καὶ ζῆν αὐτόν.* Ἐπεὶ οὖν καὶ τῆς ἐπιστροφῆς ὁ τρόπος οἰκεῖος ὀφείλει εἶναι τοῦ ἁμαρτήματος (66), καὶ καρπῶν δὲ χρεία ἀξίων τῆς μετανοίας, κατὰ τὸ γεγραμμένον· *Ποιήσατε καρποὺς ἀξίους τῆς μετανοίας*, ἵνα μὴ τὰ τῆς ἐπιφερομένης ἀπειλῆς συμβῇ ἐν τῇ ἐλλείψει τῶν καρπῶν· *Πᾶν γὰρ δένδρον*, φησὶ, *μὴ ποιοῦν καρπὸν καλὸν ἐκκόπτεται, καὶ εἰς πῦρ βάλλεται*· ἀναγκαῖον τοῖς πεπιστευμένοις (67) τὴν οἰκονομίαν τῶν μυστηρίων τοῦ Θεοῦ ἐξομολογεῖσθαι τὰ ἁμαρτήματα. Οὕτω γὰρ καὶ οἱ πάλαι μετανοοῦντες ἐπὶ τῶν ἁγίων εὑρίσκονται πεποιηκότες. Γέγραπται γὰρ ἐν μὲν τῷ Εὐαγγελίῳ,

[95] II Cor. VIII, 14. [96] Prov. XVII, 26. [97] Coloss. I, 10. [98] Ezech. XXXIII, 11. [99] Luc. III, 8. [1] ibid. 9. [2] I Cor. IV, 1. [3] Matth. III, 6.

(63) Codex Colb. τὸ ἡμῶν... τὸ ἡμῶν ὑστέρημα. Aliquanto post duo mss. συνεμπίπτοι.

(64) Reg. primus μὴ τῆς ἀξίας τιμῆς ἐλάττονα δῷ ἥπερ. In Vossii vetere libro legitur quoque τιμῆς.

(65) Codex Colb. εἰ χρὴ τὸν... ἀπάγεσθαι. Mox Reg. primus τὸ οἰκεῖον.

(66) Editi τοῦ ἁμαρτάνοντος. Antiqui tres libri τοῦ ἁμαρτήματος.

(67) Codex Colb. τοῖς ἐμπιστευομένοις. Statim Reg. primus τὰ ἁμαρτήματα αὐτῶν· οὕτω.

Digitized by Google

ὅτι τῷ Βαπτιστῇ Ἰωάννῃ ἐξωμολογοῦντο τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν· ἐν δὲ ταῖς Πράξεσι, τοῖς ἀποστόλοις, ὑφ' ὧν καὶ ἐβαπτίζοντο ἅπαντες.

A in Actis vero [a], apostolis ipsis, a quibus etiam baptizabantur cuncti.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΣΠΘ'.

Ὁ μετανοήσας ἐπὶ ἁμαρτήματι, καὶ πάλιν εἰς τὸ αὐτὸ ἐμπεσὼν ἁμάρτημα, τί ποιήσει;

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

Τὸ ἅπαξ τινα μετανοήσαντα τὴν αὐτὴν πάλιν ποιῆσαι ἁμαρτίαν ἔλεγχός ἐστι τοῦ τὸ πρῶτον αἴτιον τῆς ἁμαρτίας ἐκείνης μὴ ἐκκαθᾶραι, ἀφ' οὗ, καθάπερ ἀπὸ ῥίζης τινός, πάλιν ἀνάγκη τὰ ἴσα φύεσθαι. Ὡς γὰρ εἴ τις φυτοῦ τοὺς κλάδους ἐκκόψαι θελήσειε, τὴν ῥίζαν ἐάσας, οὐδὲν ἧττον ἡ ῥίζα μένουσα τὰ αὐτὰ πάλιν (68) βλαστάνει· οὕτως, ἐπειδή τινα τῶν ἁμαρτημάτων οὐκ ἐν ἑαυτοῖς ἔχει τὴν ἀρχὴν, ἀλλ' ἐξ ἑτέρων φύεται, ἀνάγκη πᾶσα τὸν καθαρεῦσαι ἀπ' αὐτῶν βουλόμενον τὰ πρῶτα αἴτια τῶν ἁμαρτημάτων ἐκείνων ἐξᾶραι· οἷον, ἔρις ἢ φθόνος οὐκ ἀφ' ἑαυτῶν ἄρχεται (69), ἀλλ' ἀπὸ ῥίζης τῆς φιλοδοξίας βλαστάνει. Ἀντιπνιούμενος γὰρ τῆς δόξης τῆς παρὰ τοῖς ἀνθρώποις, ἐρίζει τῷ εὐδοκιμοῦντι, ἢ φθονεῖ τῷ παρευδοκιμοῦντι. Ἐὰν οὖν, ἅπαξ τις λαβόμενος ἑαυτοῦ ἐπὶ φθόνῳ, ἢ ἔριδι, πάλιν τοῖς αὐτοῖς περιπέσῃ, γνωριζέτω (70) ἑαυτὸν τὸ πρῶτον αἴτιον τοῦ φθόνου ἢ τῆς ἔριδος, τὴν φιλοδοξίαν ἐν βάθει νοσοῦντα. Καὶ χρή γε αὐτὸν ἐκ τοῦ ἐναντίου διὰ τῶν τῆς ταπεινοφροσύνης γυμνασμάτων (γυμνάσιον γὰρ ταπεινοφροσύνης ἡ ἐν τοῖς εὐτελεστέροις πράγμασι διατριβὴ) τὸ πάθος τῆς φιλοδοξίας θεραπεῦσαι, ἵνα οὕτως, ἐν διαθέσει τῆς ταπεινοφροσύνης γενόμενος, μηκέτι ἐκπέσῃ εἰς τὰ προειρημένα τῆς φιλοδοξίας βλαστήματα· καὶ ἐφ' ἑκάστῳ τῶν τοιούτων ἁμαρτημάτων ὁμοίως.

B

C

INTERROGATIO CCLXXXIX.

Quem pœnituit peccati, et rursus in idem peccatum labitur, quid faciet?

RESPONSIO.

Si quis acta semel pœnitentia rursus idem peccatum admittat, liquet primam peccati illius causam non fuisse expurgatam, a qua veluti a quadam radice similia necesse est nasci. Quemadmodum enim si quis relicta radice voluerit **517** arboris ramos resecare, nihilominus radix manens aliquid haud dissimile rursus producit; sic quoniam peccata aliqua non in seipsis habent principium, sed ex aliis originem ducunt, necessarium omnino est eum qui ab ipsis purus esse vult, primas peccatorum illorum causas tollere. Exempli causa, jurgium aut invidia haudquaquam a seipsis sumunt exordium, sed ex radice amoris gloriæ pullulant. Qui enim humanam gloriam aucupatur, huic jurgium est cum eo, qui bene audit : aut ei invidet, cui fuerit nominis splendore inferior. Si quis igitur, ubi se ipse semel condemnaverit invidiæ aut dissidii, in eadem rursus vitia incidat, noverit in intimis laborare se ex primaria illa invidiæ aut altercationis causa, ipso videlicet gloriæ studio. Et quidem oportet eum ex diverso per humilitatis exercitia (exercitium autem humilitatis est, in vilioribus negotiis occupari) id vitium amoris gloriæ curare, ut sic animo humili affectus, deinceps in ea, quæ ante diximus amoris gloriæ germina nequaquam incidat : et in singulis ejusmodi peccatis similiter.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ Σῃ'.

Πῶς περισσεύει τις ἐν τῷ ἔργῳ τοῦ Κυρίου πάντοτε;

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

Ἤτοι τὸ διδόμενον χάρισμα πολυπλασιάζων ἐν τῇ τῶν εὐεργετουμένων ὑπ' αὐτοῦ ὠφελείᾳ καὶ προκοπῇ, ἢ ἐκ συγκρίσεως τῶν ἀνθρωπίνων σπουδασμάτων τὸ πλέον τῆς σπουδῆς ἐπιδεικνύμενος ἐν τῷ ἔργῳ τοῦ Κυρίου.

INTERROGATIO CCXC.

Quomodo abundat quis in opere Domini semper [b]?

RESPONSIO.

Videlicet cum aut traditum sibi donum multiplicat, eorum, quibus benefacit, utilitati atque profectui consulendo : aut studium majus in opere Domini ostendit, quam in iis rebus, quæ ab hominibus magnopere requiruntur.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΣΛΑ'.

Τίς ἐστιν (71) *ὁ συντετριμμένος κάλαμος, ἢ τὸ τυφόμενον λίνον; καὶ πῶς τις τὸ μὲν οὐ κατεάξει, τὸ δὲ οὐ σβέννυσιν·*

D

INTERROGATIO CCXCI.

Quæ est arundo quassata, aut fumigans linum? et quomodo quis illam non confringet hoc vero non exstinguit [c]?

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

Συντετριμμένον μὲν κάλαμον λογίζομαι εἶναι τὸν ἐν πάθει τινὶ ποιοῦντα ἐντολὴν Θεοῦ· ὃν κατεάσσειν καὶ ἀποκόπτειν οὐ χρή, ἀλλὰ μᾶλλον θεραπεύειν,

RESPONSIO

Quassatam arundinem arbitror esse eum, qui vitio alicui obnoxius, mandatum Dei conficit : quem confringere et abscindere non oportet, sed

[a] Act. XIX, 18. [b] I Cor. XV, 58. [c] Matth. XII, 28.

(68) Veteres duo libri τὰ αὐτὰ πάλιν. Alii duo mss. et editi ταῦτα.

(69) Reg. primus οὐ καθ' ἑαυτὰ ἄρχεται. Vossii vetus liber οὐ καθ' ἑαυτῶν. Mox duo mss. γάρ τις δόξης.

(70) Editi. γνωρίζεται. Antiqui tres libri præter Voss. γνωριζέτω.

(71) Reg. tertius Τί ἐστιν. Nec ita multo infra, ubi in editis legitur κατεάξει, in nostris quatuor codicibus scriptum invenitur κατεάσσει. Subinde Colb. οὐ σβεννύει.

Digitized by Google

curare potius, velut Dominus docuit cum dixit : *Attendite ne eleemosynam vestram faciatis coram hominibus, ut videamini ab eis* [7]. Quin et Apostolus præceptum dat, his verbis : *Omnia facite sine murmurationibus et disceptationibus* [8]. Et alio in loco : *Nihil per contentionem, aut inanem gloriam* [9]. Linum vero fumigans esse dicitur, cum quis exsequitur mandatum non ardenti desiderio, nec perfecto studio, sed segnius quodammodo ac remissius : quem non convenit coercere, sed potius excitare, recordatione judiciorum Dei, ac promissorum ipsius.

A ὡς ὁ Κύριος ἐδίδαξεν, εἰπών· *Προσέχετε τὴν ἐλεημοσύνην ὑμῶν μὴ ποιεῖν ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, πρὸς τὸ θεαθῆναι αὐτοῖς.* Καὶ ὁ Ἀπόστολος παραγγέλλει, λέγων· *Πάντα ποιεῖτε χωρὶς γογγυσμῶν καὶ διαλογισμῶν* · καὶ ἀλλαχοῦ· *Μηδὲν κατ' ἐριθείαν ἢ κενοδοξίαν.* Λίνον δὲ τυφόμενον, ὅταν τις ποιῇ τὴν ἐντολὴν μὴ διαπύρῳ ἐπιθυμίᾳ καὶ τελείᾳ σπουδῇ, νωθρότερον δέ πως καὶ χαυνότερον, ὃν οὐ χρὴ παύειν, διεγείρειν δὲ μᾶλλον ὑπομνήσει τῶν κριμάτων τοῦ Θεοῦ, καὶ τῶν ἐπαγγελιῶν αὐτοῦ

518 INTERROGATIO CCXCII.

Nunquid conveniat, ut in fratrum societate magister sit puerorum sæcularium

RESPONSIO.

Cum Apostolus dixerit : *Patres, nolite ad iracundiam provocare filios vestros : sed educate illos in disciplina et correptione Domini* [10], si qui eos adducunt, adducant hac mente, et qui suscipiunt, tales sint ut planissime confidant posse se oblatos pueros in disciplina ac correctione Domini educare, servetur quod a Domino præceptum est his verbis : *Sinite parvulos venire ad me, et nolite eos prohibere : talium est enim regnum cœlorum* [11]. Sed citra propositum et spem ejusmodi, neque hoc gratum Deo, neque conveniens nobis, neque utile esse existimo.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΣΙΒ'.

Εἰ χρὴ ἐν ἀδελφότητι παιδίων βιωτικῶν εἶναι διδάσκαλον (72).

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

Τοῦ Ἀποστόλου εἰπόντος· *Οἱ πατέρες, μὴ παροργίζετε τὰ τέκνα ὑμῶν, ἀλλ' ἐκτρέφετε αὐτὰ ἐν παιδείᾳ καὶ νουθεσίᾳ Κυρίου* · ἐὰν οἱ προσάγοντες ἐπὶ τοιούτῳ σκοπῷ προσάγωσι, καὶ οἱ δεχόμενοι πληροφορίαν ἔχωσιν, ὅτι δύνανται ἐν παιδείᾳ καὶ νουθεσίᾳ Κυρίου ἐκθρέψαι τὰ προσαγόμενα, φυλασσέσθω τὸ ὑπὸ τοῦ Κυρίου προστεταγμένον, εἰπόντος· *Ἄφετε τὰ παιδία ἔρχεσθαι πρός με, καὶ μὴ κωλύετε αὐτά* · *τῶν γὰρ τοιούτων ἐστὶν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν.* Ἄνευ δὲ τοῦ τοιούτου σκοποῦ καὶ τῆς τοιαύτης ἐλπίδος οὔτε Θεῷ ἀρέσκον τοῦτο, καὶ ἡμῖν οὔτε πρέπον οὔτε συμφέρον λογίζομαι.

INTERROGATIO CCXCIII.

Quomodo cum iis agendum est, qui devitant graviora peccata : patrant vero leviora indiscriminatim.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΣΙΓ'.

Πῶς δεῖ προσφέρεσθαι τοῖς τὰ μείζονα τῶν ἁμαρτημάτων παραιτουμένοις, τὰ δὲ μικρὰ ἀδιαφόρως ποιοῦσιν;

RESPONSIO.

Primum quidem nosse oportet, hanc differentiam in Novo Testamento non reperiri. Una namque habetur sententia adversus quælibet peccata, cum Dominus dicat : *Qui facit peccatum, servus est peccati* [12]. Et rursus : *Sermo quem locutus sum, ille judicabit eum in novissimo die* [13] ; et Joannes clamat : *Qui non obedit Filio, non videbit vitam, sed ira Dei manebit super ipsum* [14] ; contumacia non ob peccatorum discrimen, sed ob transgressionem locum comminationi præbente. Uno verbo, si parvum et magnum peccatum liceat nobis dicere, sine controversia negari non potest, hoc cuique magnum esse, cujus quisque subjicitur dominio : illud vero parvum, cui quisque dominatur ; ut in athletis fortior est qui vincit : victus vero debilior victore est, quisquis ille sit. Quapropter erga quemcunque cujusque generis pecca-

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

Πρῶτον μὲν εἰδέναι χρὴ, ὅτι ἐν τῇ Καινῇ Διαθήκῃ ταύτην τὴν διαφορὰν οὐκ ἔστι μαθεῖν. Μία γὰρ ἀπόφασις κατὰ πάντων ἁμαρτημάτων κεῖται, τοῦ Κυρίου εἰπόντος, ὅτι *Ὁ ποιῶν τὴν ἁμαρτίαν δοῦλός ἐστι τῆς ἁμαρτίας* · καὶ πάλιν (73), ὅτι *Ὁ λόγος ὃν ἐλάλησα, ἐκεῖνος κρινεῖ αὐτὸν ἐν τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ* · καὶ τοῦ Ἰωάννου βοῶντος· *Ὁ ἀπειθῶν τῷ Υἱῷ οὐκ ὄψεται τὴν ζωὴν, ἀλλ' ἡ ὀργὴ τοῦ Θεοῦ μενεῖ ἐπ' αὐτόν* · τῆς ἀπειθείας οὐκ ἐν τῇ διαφορᾷ τῶν ἁμαρτημάτων, ἀλλ' ἐν τῇ παρακοῇ τὴν ἀπειλὴν ἐχούσης. Ὅλως δὲ, εἰ ἐπιτρέπομεθα λέγειν μικρὸν καὶ μέγα ἁμάρτημα, ἀναντίρρητον ἔδει τὴν ἀπόδειξιν ἑκάστῳ μέγα εἶναι τὸ ἑκάστου κρατοῦν, καὶ μικρὸν τοῦτο, οὗ ἕκαστος κρατεῖ· ὥσπερ ἐπὶ τῶν ἀθλητῶν ὁ μὲν νικήσας ἐστὶν ἰσχυρότερος (74), ὁ δὲ ἡττηθεὶς ἀσθενέστερος τοῦ ἐπικρατεστέρου, ὅστις ἂν ᾖ. Δεῖ οὖν ἐπὶ παντὸς ἁμαρ-

[7] Matth. vi, 1. [8] Philipp. ii, 14. [9] ibid. 3. [10] Ephes. vi, 4. [11] Matth. xix, 14. [12] Joan. viii, 34. [13] Joan. xii, 48. [14] Joan. iii, 36.

(72) Reg. primus εἶναι διδασκαλεῖον, *scholam esse.* Aliquanto post duo mss. σκοπῷ προσάγωσι. Reg. primus προάγωσι. Subinde tres mss. πληροφορίαν ἔχωσιν. Editi et unus ms. προσάγουσι... ἔχουσιν.

(73) Vossii vetus liber et alii duo καὶ πάλιν· Ὅ. Statim in aliquibus libris legitur μένει, in aliquibus vero μενεῖ· sed sic tamen, ut multo frequentius legatur, μενεῖ, *manebit.*

(74) Codices aliquot perinde ut editi ἰσχυρός. Codex Colb. ἰσχυρότερος. Mox Reg. secundus et editi τοῦ ἐπικρατουμένου. Veteres tres libri præter Voss. ἐπικρατεστέρου.

Digitized by Google

τάνοντος οἱονδήποτε ἁμάρτημα φυλάσσειν τὸ κρῖμα τοῦ Κυρίου εἰπόντος, ὅτι Ἂν ἁμάρτῃ εἰς σὲ ὁ ἀδελφός σου, ὕπαγε, ἔλεγξον (75) αὐτὸν μεταξὺ σοῦ καὶ αὐτοῦ μόνου. Ἐάν σου ἀκούσῃ, ἐκέρδησας τὸν ἀδελφόν σου· ἐὰν δὲ μὴ ἀκούσῃ, παράλαβε μετὰ σεαυτοῦ ἔτι ἕνα ἢ δύο, ἵνα ἐπὶ στόματος δύο μαρτύρων ἢ τριῶν σταθῇ πᾶν ῥῆμα. Ἐὰν δὲ παρακούσῃ αὐτῶν, εἰπὲ τῇ Ἐκκλησίᾳ· ἐὰν δὲ (76) καὶ τῆς Ἐκκλησίας παρακούσῃ, ἔστω σοι ὥσπερ ὁ ἐθνικὸς καὶ ὁ τελώνης. Φυλασσέσθω δὲ ἐπὶ πᾶσι τοῖς τοιούτοις τὸ ὑπὸ τοῦ Ἀποστόλου εἰρημένον· *Διὰ τί οὐ μᾶλλον ἐπενθήσατε, ἵνα ἐξαρθῇ ἐκ μέσου ὑμῶν ὁ τὸ ἔργον τοῦτο ποιήσας;* Χρὴ γὰρ τὴν μακροθυμίαν καὶ τὴν εὐσπλαγχνίαν ἐπιφέρεσθαι (77) τῇ ἀποτομίᾳ.

A tum admittentem servandum est præceptum Domini, qui dixit : *Si peccaverit in te frater tuus, vade, corripe eum inter te et ipsum solum. Si te audierit, lucratus es fratrem tuum : si autem non audierit, adhibe tecum adhuc unum, vel duos, ut in ore duorum aut trium testium stet omne verbum. Quod si non audierit eos, dic Ecclesiæ ; si autem Ecclesiam quoque non audierit, sit tibi sicut ethnicus et publicanus* [15]. Servetur autem in omnibus, quæ sunt ejusmodi, id quod dictum est ab Apostolo : *Quare non magis luctum habuistis, ut tollatur de medio vestrum qui hoc opus fecit* [16] ? Oportet enim lenitatem atque misericordiam cum severitate conjungi

B

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΣΛΔ

Ἐκ ποίας αἰτίας ἐκπίπτει (78) *τις τῆς διηνεκοῦς μνήμης τοῦ Θεοῦ.*

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ

Ἐάν τις ἀμνήμων γένηται τῶν εὐεργεσιῶν τοῦ Θεοῦ, καὶ ἀσυνείδητος εὑρεθῇ πρὸς τὸν εὐεργέτην.

519 INTERROGATIO CCXCIV.

Quæ causa est, quamobrem excidat quis a jugi recordatione Dei.

RESPONSIO.

Si quis beneficiorum Dei sit immemor, et in benefacientem exstiterit ingratus.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΣΛΕ

Ἐκ ποίων σημείων γνωρίζεται ὁ μετεωρος.

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

Ὅταν ἀμελῇ τις τῶν πρὸς εὐαρέστησιν Θεοῦ, τοῦ Προφήτου εἰπόντος· *Προωρώμην τὸν Κύριον ἐνώπιόν μου διαπαντὸς, ὅτι ἐκ δεξιῶν μού ἐστιν, ἵνα μὴ σαλευθῶ.*

INTERROGATIO CCXCV

Quibus signis cognoscitur is, cujus animus peregre est.

RESPONSIO.

Cum quis negligit ea, quæ conducunt ad placendum Deo, cum Propheta dicat : *Providebam Dominum in conspectu meo semper, quoniam a dextris est mihi, ne commovear* [17].

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΣΛϚ'.

Πῶς πληροφορηθῇ ἡ ψυχὴ, ὅτι τῶν ἁμαρτημάτων καθαρεύει

C

INTERROGATIO CCXCVI.

Qua ratione persuadebit sibi animus, esse se purum a peccatis.

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

Ἐὰν καταμάθῃ τις ἐν ἑαυτῷ τὴν διάθεσιν τοῦ Δαβὶδ, εἰπόντος· *Ἀδικίαν ἐμίσησα καὶ ἐβδελυξάμην* · ἢ καταμάθῃ εἰ κατώρθωσεν ἐν ἑαυτῷ τὸ παρὰ τοῦ Ἀποστόλου προστεταγμένον, εἰπόντος· *Νεκρώσατε οὖν τὰ μέλη ὑμῶν τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, πορνείαν, ἀκαθαρσίαν, πάθος, ἐπιθυμίαν κακὴν, καὶ τὴν πλεονεξίαν, ἥτις ἐστὶν εἰδωλολατρεία· δι' ἃ ἔρχεται ἡ ὀργὴ τοῦ Θεοῦ* · ἔνθα καὶ πλατύνων κατὰ παντὸς ἁμαρτήματος τὸ τοιοῦτον κρῖμα, ἐπήγαγεν· *Ἐπὶ τοὺς υἱοὺς τῆς ἀπειθείας*, ἵνα δυνηθῇ εἰπεῖν, ὅτι *Οὐκ ἐκολλήθη μοι καρδία σκαμβή* · *ἐκκλίνοντος ἀπ' ἐμοῦ τοῦ πονηροῦ, οὐκ ἐγίνωσκον.* Γνωρίζει δέ τις ἑαυτὸν ἐν τοιαύτῃ διαθέσει καθεστῶτα, ἐὰν καὶ πρὸς τοὺς ἁμαρτάνοντας τὴν αὐτὴν τοῖς ἁγίοις φρικώδη συμπάθειαν ἀναλάβῃ · τοῦ μὲν Δαβὶδ εἰπόντος· *Εἶδον ἀσυνετοῦντας, καὶ ἐξετηκόμην, ὅτι τὰ λόγιά σου οὐκ ἐφυλάξαντο* · τοῦ δὲ Ἀποστόλου λέ-

D

RESPONSIO.

Si quis in seipso deprehendat affectum Davidis, qui aiebat : *Iniquitatem odio habui et abominatus sum* [18] : aut si conscius fuerit impletum fuisse in semetipso illud præceptum Apostoli, qui dixit : *Mortificate ergo membra vestra quæ sunt super terram, fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiscentiam malam, et avaritiam, quæ est simulacrorum servitus : propter quæ venit ira Dei* [19] ; ubi et extendens ejusmodi sententiam adversus omne peccatum, adjecit : *In filios non obedientes*, ut dicere valeat : *Non adhæsit mihi cor pravum : declinantem a me malignum non cognoscebam* [20]. Jam vero intelligit aliquis esse se hoc modo affectum, si etiam adversus peccantes terribilem hanc sanctorum commiserationem induerit. Et quidem David dicit : *Vidi insensatos, et tabescebam, quia eloquia tua non custodierunt* [21]. Apostolus vero ait : *Quis infirmatur, et non infirmor? quis scandalizatur, et ego non uror* [22] ?

[15] Matth. xviii, 15-17. [16] I Cor. v, 2. [17] Psal. xv, 8. [18] Psal. cxviii, 163. [19] Coloss. iii, 5, 6. [20] Psal. c, 3, 4. [21] Psal. cxviii, 158. [22] II Cor. xi, 29.

(75) Editi Ἂν ἁμάρτῃ ὁ ἀδελφός σου, ὕπαγε, ἔλεγξον μεταξύ. Antiqui tres libri ut in contextu. Statim duo mss. et editi παράλαβε μετὰ σεαυτοῦ ἕνα ἢ δύο, ἵνα ἐπὶ στόματος δύο ἢ τριῶν σταθήσεται. Alii duo mss. ita ut edidimus. Ibidem Reg. primus et Colb. ἐὰν δὲ μηδὲ ὑμῶν ἀκούσῃ, *quod si vos non audierit.*

(76) Vocula καί addita est ex priscis duobus libris. Mox duo mss. ἐν πᾶσι.

(77) Reg. primus et Colb. εὐσπλαγχνίαν ἐπιφαίνεσθαι, *oportet commiserationem in severitate ostendi.*

(78) Codex Colb. εἰς πάσας αἰτίας ἐκπίπτει.

Digitized by Google

Si enim revera anima præstantior est corpore, videmus autem ægerrime ferre nos quasvis sordes in corpore, easque aversari; atque ut omnis laceratio-nis, ita omnis damni aspectu cordi creari dolorem ac tristitiam; quanto magis æquum est, ut ea quæ diximus, in se ob peccantes sentiat is, qui Christum ac fratres diligit, quotiescunque viderit peccantium animam velut a bestiis sauciari ac corrodi, atque ceu saniem putredinemque in ea apparere? David dicit: *Iniquitates meæ supergressæ* **520** *sunt caput meum: sicut onus grave gravatæ sunt super me. Putruerunt et corruptæ sunt cicatrices meæ a facie insipientiæ meæ. Miser factus sum et curvatus sum usque in finem: tota die contristatus ingrediebar* [23]. Ait vero Apostolus: *Stimulus mortis, peccatum est* [24]. Cum igitur quis aut ob propria peccata, aut ob aliena, uti jam dictum est initio, animam suam ita affectam perspexerit, tunc certissime credat esse se a peccato liberum.

γοντος· *Τίς ἀσθενεῖ, καὶ οὐκ ἀσθενῶ; τίς σκανδαλίζεται, καὶ οὐκ ἐγὼ πυροῦμαι;* Εἰ γὰρ, κατὰ τὴν ἀλήθειαν τοῦ λόγου, ἡ ψυχὴ κρείττων ἐστὶ τοῦ σώματος, ὁρῶμεν δὲ, ὅτι (79) ἐπὶ τοῦ σώματος πᾶσαν μὲν ῥυπαρίαν σιχαινόμεθα καὶ βδελυσσόμεθα· παντὸς δὲ σπραγμοῦ καὶ πάσης ἐπιβουλῆς θεωρία συντριμμὸν καὶ λύπην ἐργάζέται τῇ καρδίᾳ· πόσῳ μᾶλλον ἀκόλουθον (80) τὰ προειρημένα πάσχειν ἐπὶ τοῖς ἁμαρτάνουσι τὸν φιλόχριστον καὶ φιλάδελφον, ὅταν βλέπῃ τῶν ἁμαρτανόντων, ὥσπερ ὑπὸ θηρίων, τιτρωσκομένην τὴν ψυχὴν, καὶ βιβρωσκομένην, καὶ ὥσπερ ἰχῶρας καὶ σηπεδόνας ἐπιφαίνουσαν; τοῦ μὲν Δαβὶδ εἰπόντος, ὅτι *Αἱ ἀνομίαι μου ὑπερῆραν τὴν κεφαλήν μου· ὡσεὶ φορτίον βαρὺ ἐβαρύνθησαν ἐπ' ἐμέ· προσώζεσαν καὶ ἐσάπησαν οἱ μώλωπές μου ἀπὸ προσώπου τῆς ἀφροσύνης μου· ἐταλαιπώρησα καὶ κατεκάμφθην ἕως τέλους· ὅλην τὴν ἡμέραν σκυθρωπάζων ἐπορευόμην·* τοῦ δὲ Ἀποστόλου λέγοντος· *Κέντρον τοῦ θανάτου ἡ ἁμαρτία ἐστίν.* Ὅταν οὖν ἡ ἐπὶ τοῖς ἰδίοις ἁμαρτήμασιν ἢ ἐπ' ἀλλοτρίοις, κατὰ τὰ προειρημένα ἐξ ἀρχῆς, οὕτω διακειμένην καταμάθῃ τις ἑαυτοῦ τὴν ψυχὴν, τότε πληροφορηθήτω, ὅτι καθαρεύει ἀπὸ ἁμαρτίας.

INTERROGATIO CCXCVII.

Quomodo a peccatis se convertere oportet.

RESPONSIO.

Si imitetur affectum Davidis, qui primum quidem ait: *Iniquitatem meam cognitam feci, et peccatum meum non abscondi. Dixi: Confitebor adversum me injustitiam meam Domino* [25]. Deinde si animi statum detegat, uti per sextum psalmum aliosque variis ac diversis modis edoctus est, atque ab Apostolo ea didicerit, quæ pro alieno peccato facta fuisse a Corinthiis testatus est, his verbis: *Quæ secundum Deum tristitia est, pœnitentiam ad salutem haud pœnitendam operatur* [26]. Quin et tristitiæ proprietates adjungit: *Ecce enim hoc ipsum, secundum Deum contristari, quantam in vobis peperit sollicitudinem: sed defensionem, sed indignationem, sed timorem, sed desiderium, sed æmulationem, sed vindictam: in omnibus exhibuistis vos incontaminatos esse in hoc negotio* [27]. Quare ex iis planum est et perspicuum, non oportere solum a peccato secedere, hosque pro peccatoribus affectus pati, sed ab ipsis etiam peccatoribus removeri. Nam et David id quoque declaravit, cum dixit: *Discedite a me, omnes qui operamini iniquitatem* [28]: et Aposto-

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΣΛΖ'.

Πῶς ἀπὸ τῶν ἁμαρτημάτων ἐπιστρεφειν χρή.

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

Ζηλώσαντα τὴν διάθεσιν τοῦ Δαβὶδ, πρῶτον μὲν λέγοντος· *Τὴν ἀνομίαν μου ἐγνώρισα, καὶ τὴν ἁμαρτίαν μου οὐκ ἐκάλυψα. Εἶπα· Ἐξαγορεύσω κατ' ἐμοῦ τὴν ἀνομίαν μου τῷ Κυρίῳ·* ἔπειτα δὲ ἐν τῷ διηγεῖσθαι τὸν τρόπον διὰ (81) τοῦ ἕκτου ψαλμοῦ, καὶ δι' ἄλλων δὲ πολυτρόπως· διὰ δὲ τοῦ Ἀποστόλου μανθάνοντα ταῦτα ἃ ἐμαρτύρησε τοῖς Κορινθίοις ὑπὲρ ἀλλοτρίου ἁμαρτήματος, εἰπὼν, ὅτι *Ἡ κατὰ Θεὸν λύπη μετάνοιαν εἰς σωτηρίαν ἀμεταμέλητον κατεργάζεται·* καὶ τὰ ἰδιώματα τῆς λύπης ἐπενεγκών (82)· *Ἰδοὺ γὰρ αὐτὸ τοῦτο τὸ κατὰ Θεὸν λυπηθῆναι πόσην κατειργάσατο ἐν ὑμῖν σπουδήν· ἀλλ' ἀπολογίαν, ἀλλὰ ἀγανάκτησιν, ἀλλὰ φόβον, ἀλλὰ ἐπιπόθησιν, ἀλλὰ ζῆλον, ἀλλὰ ἐκδίκησιν. Ἐν παντὶ συνεστήσατε ἑαυτοὺς ἁγνοὺς εἶναι ἐν τῷ πράγματι.* Ὥστε ἐκ τούτων δῆλον, ὅτι οὐ μόνον ἀναχωρεῖν χρὴ τῆς ἁμαρτίας, καὶ ὑπὲρ τῶν ἁμαρτανόντων ταῦτα πάσχειν, ἀλλὰ καὶ ἀφίστασθαι αὐτῶν τῶν ἁμαρτανόντων· τοῦ μὲν Δαβὶδ καὶ τοῦτο δηλώσαντος ἐν τῷ εἰπεῖν· *Ἀπόστητε ἀπ' ἐμοῦ, πάντες οἱ ἐργαζόμενοι τὴν ἀνομίαν·* τοῦ δὲ Ἀπο-

[23] Psal. xxxvii, 5-7. [24] I Cor. xv, 56. [25] Psal. xxxi, 5. [26] II Cor. vii, 10. [27] ibid. 11. [28] Psal. vi, 9.

(79) Vocem ὅτι loco movimus veteribus libris auctoribus. In vulgatis posita est ante vocem πᾶσαν. Ibidem Reg. tertius ῥυπαρίαν σιχαινόμεθα. Reg. primus secunda manu σιχαίνομεν. Codex Colb. συχαίνομεν. Editiones Basil. et Ven. perinde ut Reg. secundus σιχαίνομεν, et ita videtur habuisse quoque Reg. primus prima manu. Fecit vocis insolentia, ut varie scripta sit a librariis. Editio Paris. ῥυπαρίαν ἐχθραίνομεν. Quam lectionem optimam esse non nego quidem: sed cum cogito antiquiores editiones et veteres libros ita in scribendi ratione dissentire, ut tamen non obscure in ipsa re consentiant, affirmare posse arbitror, typographos Parisienses pro σιχαίνομεν de suo posuisse ἐχθραίνομεν. Existimabant enim, ut mihi videtur, hunc locum corruptum esse: qui tamen integer erat et sanus. Illud autem maxime hanc nostram sententiam confirmat, quod hoc idem verbum σιχαίνεσθαι legatur etiam Regula 10.

(80) Codex Colb. πόσῳ ἀκολουθοτερον.

(81) Sic libri antiqui. Vocula διά in vulgatis abest.

(82) Codex Voss. λύπης ἐνεγκών.

Digitized by Google

στόλου παραγγείλαντος (83) τῷ τοιούτῳ μηδὲ συνεσθίειν.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΣΙΗ'.

Εἰ τὰ καλὰ κατ' ἰδίαν ἀρέσκειαν ποιεῖν ὁ Λόγος συγχωρεῖ.

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

Ὁ ἑαυτῷ ἀρέσκων ἀνθρώπῳ ἀρέσκει. Ἄνθρωπος γὰρ καὶ αὐτὸς ἕκαστος. Ὥσπερ οὖν *Ἐπικατάρατος ἄνθρωπος, ὃς τὴν ἐλπίδα ἔχει ἐπ' ἄνθρωπον, καὶ στηρίξει σάρκα βραχίονος αὐτοῦ* (84), ὃ τὴν ἑαυτοῦ πεποίθησιν δηλοῖ· οἷς ἐπιφέρει, *Καὶ ἀπὸ Κυρίου ἀποστήσῃ ἡ ψυχὴ αὐτοῦ* · οὕτω καὶ ὁ ἄλλῳ ἀρέσκων, ἢ κατ' ἰδίαν ἀρέσκειάν τι ποιῶν, τῆς θεοσεβείας ἐκπίπτει, εἰς δὲ ἀνθρωπαρέσκειαν ἐμπίπτει (85). *Ποιοῦσι γὰρ*, φησὶν ὁ Κύριος, *πρὸς τὸ θεαθῆναι τοῖς ἀνθρώποις. Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἀπέχουσι τὸν μισθὸν αὐτῶν.* Καὶ ὁ Ἀπόστολος δὲ ὁμολογεῖ (86), ὅτι *Εἰ ἔτι ἀνθρώποις ἤρεσκον, Χριστοῦ δοῦλος οὐκ ἂν ἤμην.* Σφοδροτέρα δὲ ἀπειλὴ φέρεται ἐν τῇ θεοπνεύστῳ Γραφῇ λεγούσῃ, ὅτι *Ὁ Θεὸς διεσκόρπισεν ὀστᾶ ἀνθρωπαρέσκων.*

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΣΙΘ'.

Πῶς πληροφορηθῇ ἡ ψυχὴ ἀποστῆναι τῆς φιλοδοξίας.

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

Ὅταν ἀνάσχηται τοῦ Κυρίου εἰπόντος· *Οὕτως λαμψάτω τὸ φῶς ὑμῶν ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, ὅπως ἴδωσιν ὑμῶν τὰ καλὰ ἔργα, καὶ δοξάσωσι τὸν Πατέρα ὑμῶν τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς* · καὶ τοῦ Ἀποστόλου παραγγέλλοντος, ὅτι *Εἴτε ἐσθίετε, εἴτε πίνετε, εἴτε τι ποιεῖτε, πάντα εἰς δόξαν Θεοῦ ποιεῖτε* · ἵνα ὁ θεοσεβὴς, μήτε τῆς παρούσης, μήτε (87) τῆς μελλούσης δόξης ἀντιποιούμενος, τὴν δὲ πρὸς Θεὸν ἀγάπην πάντων προτιμήσας, παῤῥησίαν ἔχῃ εἰπεῖν μετὰ τῶν προκειμένων τὸ, *Οὔτε ἐνεστῶτα, οὔτε μέλλοντα δυνήσεται ἡμᾶς χωρίσαι ἀπὸ τῆς ἀγάπης τοῦ Θεοῦ, τῆς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν* · αὐτοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ εἰπόντος· *Ἐγὼ δὲ οὐ ζητῶ τὴν δόξαν μου* (88) · καὶ, ὅτι *Ὁ ἀφ' ἑαυτοῦ λαλῶν τὴν δόξαν τὴν ἰδίαν ζητεῖ· ὁ δὲ ζητῶν τὴν δόξαν τοῦ πέμψαντος αὐτὸν, οὗτος ἀληθής ἐστιν.*

ΕΡΩΤΗΣΙΣ Τ'.

Τίς ὁ τρόπος τῆς ἐπιστροφῆς, ὅτε περὶ ἀοράτου ἐστὶν ὁ λόγος.

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

Ὁ μὲν τρόπος τῆς ἐπιστροφῆς ἐν ἐκείνῳ τῷ ἐρωτήματι δηλοῦται, ἐν τῷ, πῶς ἀπὸ τῶν ἁμαρτημάτων

A lus præcepit, ut ne sumatur cibus cum ejusmodi viro [29].

INTERROGATIO CCXCVIII.

Nunquid permittat Scriptura, prout placet, bona facere.

RESPONSIO.

Qui placet sibi ipsi, homini placet. Homo enim et ipse unusquisque est. Quemadmodum igitur *Maledictus est homo, qui spem habet in homine, et firmabit carnem brachii sui* [30] : quod sui ipsius indicat fiduciam : quibus subjungit : *Et a Domino recesserit anima ejus* [31] : sic etiam qui placet alteri, aut qui sibi ipsi placiturus aliquid agit, a pietate excidit, inciditque in studium hominibus placendi. *Faciunt enim*, inquit Dominus, *ut videantur ab* B *hominibus. Amen dico vobis, recipiunt mercedem suam* [31a]. Sed et Apostolus hoc confitetur : *Si adhuc hominibus placerem, Christi servus non essem* [32]. Imo divina Scriptura minas graviores intendit, his verbis : *Deus dissipavit ossa eorum, qui hominibus placent* [33].

521 INTERROGATIO CCXCIX.

Quomodo animus sibi certissime persuadebit esse se alienum a studio gloriæ.

RESPONSIO.

Cum obtemperat Domino, qui dixit : *Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, et glorificent Patrem vestrum, qui in cœlis est* [34] ; itemque Apostolo sic præcipienti : *Sive manducatis, sive bibitis, sive quid facitis : omnia in gloriam Dei facite* [35] : ut Dei cultor, neque præsenti C neque futura gloria quæsita, sed Dei amore omnibus anteposito, possit præter ea, quæ præmissa sunt, hoc confidenter dicere : *Neque instantia, neque futura poterunt nos separare a charitate Dei, quæ est in Christo Jesu Domino nostro* [36]. Dicit enim ipse Dominus noster Jesus Christus : *Ego autem non quæro gloriam meam* [37]. Item : *Qui a semetipso loquitur, gloriam propriam quærit : qui autem quærit gloriam ejus, qui misit eum, hic verax est* [38].

INTERROGATIO CCC.

Quis modus conversionis, cum de re sub aspectum D *non cadente sermo est.*

RESPONSIO.

Sane modus conversionis declaratur in ea quæstione, in qua quæsitum est, quomodo convertere se a

[29] I Cor. v, 11. [30] Jerem. xvii, 5. [31] ibid. [31a] Matth. vi, 5. [32] Galat. i, 10. [33] Psal. lii 6. [34] Matth. v, 16. [35] I Cor. x, 31. [36] Rom. viii, 38, 39. [37] Joan. viii, 50. [38] Joan. vii, 18.

(83) Codex Colb. παραγγέλλοντος.

(84) In Colbertino perinde ut apud LXX ita legitur : βραχίονος αὐτοῦ ἐπ' αὐτόν, *firmabit carnem brachii sui super se.* Ibidem Reg. tertius τὴν εἰς ἑαυτὸν πεποίθησιν.

(85) Sic veteres duo libri. Alii duo mss. et editi ἐκπίπτει. Ποιοῦσι.

(86) Reg. primus καὶ τοῦ Ἀποστόλου ὁμολογοῦντος, ὅτι. Aliquanto post unus ms. ὅτι Ὁ Κύριος συνέτριψεν.

(87) Pro μή edendum curavimus μήτε ex duobus codicibus. Statim Reg. primus σχῇ εἰπεῖν

(88) Antiqui duo libri τὴν δόξαν τὴν ἐμήν · quo loco in Reg. primo et in Voss. additum est illud, ἀλλὰ τὴν δόξαν τοῦ πέμψαντός με Πατρός.

Digitized by Google

peccatis oporteat. Ubi autem sermo est de re oculorum aciem fugiente, meminerimus Domini, qui ait : *Nihil est absconditum, quod non cognoscetur* [39]. Item : *Ex abundantia cordis os loquitur* [40].

A ἐπιστρέφειν χρή· τὸ δὲ περὶ ἀοράτου εἶναι τὸν λόγον, μνημονεύσωμεν τοῦ Κυρίου, ὅτι *Οὐδέν ἐστι κρυπτὸν, ὃ οὐ γνωσθήσεται·* καὶ, ὅτι *Ἐκ τοῦ περισσεύματος τῆς καρδίας λαλεῖ* (89) *τὸ στόμα.*

INTERROGATIO CCCI.

Quod si dixerit quis : Mea me conscientia non condemnat.

RESPONSIO.

Hoc accidit etiam in morbis corporis. Multi enim sunt morbi, quos non sentiunt ægri : et tamen medicorum potius credunt observationi, quam suo ipsorum stupori attendant. Hunc ad modum et in morbis animi, hoc est, in peccatis, etiamsi quis, peccati haud conscius, se ipse non arguat : fidem tamen debet iis adhibere, qui res illius melius videre possunt. Hoc præstiterunt sancti apostoli, qui cum de sua sincera erga Dominum affectione nihil dubitarent, audientes tamen : *Unus ex vobis tradet me* [41], potius Domini verbis credidere, dissidebantque, ac dicebant : *Nunquid ego sum, Domine* [42]? Apertius autem idipsum docet nos sanctus Petrus, qui ex vehementi humilitate non vult quidem sibi operam a Domino et Deo et magistro præberi : sed tamen cum esset sibi persuasissimum vera esse Domini verba, ubi audivit, *Si non lavero te, non habes partem mecum*, dicit : *Non tantum pedes meos, sed et manus, et caput* [43].

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΤΑ'.

Ἐὰν δὲ εἴπῃ, ὅτι Οὐ καταγινώσκει μου τὸ συνειδός.

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

Τοῦτο καὶ ἐπὶ τῶν σωματικῶν παθῶν συμβαίνει. Πολλὰ γάρ ἐστι πάθη, ὧν οὐκ ἐπαισθάνονται οἱ ἀσθενοῦντες· τῇ μέντοιγε τῶν ἰατρῶν σημειώσει πιστεύουσι μᾶλλον, ἢ τῇ ἑαυτῶν ἀναισθησίᾳ προσέχουσιν. Οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν τῆς ψυχῆς παθῶν, τουτέστιν, ἐπὶ τῶν ἁμαρτημάτων, κἂν ἑαυτοῦ τις μὴ καταγινώσκῃ, μὴ ἐπαισθανόμενος τοῦ ἁμαρτήματος, B πιστεύειν μέντοιγε ὀφείλει τοῖς δυναμένοις πλέον ἰδεῖν τὰ ἐκείνου· τοῦτο δειξάντων μὲν τῶν ἁγίων ἀποστόλων, ὅτε, ἐν πληροφορίᾳ ὄντες τῆς ἑαυτῶν εἰλικρινοῦς πρὸς τὸν Κύριον (90) διαθέσεως, καὶ ἀκούσαντες, ὅτι *Εἷς ἐξ ὑμῶν παραδώσει με*, τῷ λόγῳ τοῦ Κυρίου ἐπίστευσαν μᾶλλον, καὶ διεφέροντο λέγοντες· *Μήτι ἐγώ εἰμι, Κύριε;* σαφέστερον δὲ ἡμᾶς τοῦ ἁγίου Πέτρου διδάσκοντος, ὃς διαπύρῳ (91) μὲν ταπεινοφροσύνῃ παραιτεῖται τὴν ὑπηρεσίαν τοῦ Δεσπότου καὶ Θεοῦ καὶ διδασκάλου· πληροφορίᾳ (92) δὲ τῆς ἀληθείας τῶν τοῦ Κυρίου ῥημάτων ἀκούσας, ὅτι *Ἐὰν μὴ νίψω σε, οὐκ ἔχεις μέρος μετ' ἐμοῦ*, λέγει· *Μὴ τοὺς πόδας μου μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰς χεῖρας, καὶ τὴν κεφαλήν.*

522 INTERROGATIO CCCII.

An ex cella penaria erogandum sit externis inopibus.

RESPONSIO.

Cum Dominus dixerit, *Non sum missus nisi ad oves, quæ perierunt domus Israel* [44]; et : *Non est bonum sumere panem filiorum, et projicere canibus* [45]; ea quæ viris Deo dicatis destinata sunt, non necesse est in quoslibet promiscue insumere. Utrum autem fieri possit quod a muliere, quæ ob fidem laudatur, dictum est : *Etiam, Domine : nam et catelli edunt de micis quæ cadunt de mensa dominorum suorum* [46]; id in œconomi situm sit arbitrio, communi eorum, qui secundum ipsum præsunt, accedente consensu : ut ex abundanti sol, velut scriptum est [47], super bonos et malos oriatur.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΤΒ'.

Εἰ χρὴ ἀπὸ τῆς οἰκονομίας διδόναι τοῖς ἐνδεέσι τῶν ἔξωθεν.

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

Τοῦ Κυρίου εἰπόντος, *Οὐκ ἀπεστάλην εἰ μὴ εἰς τὰ πρόβατα τὰ ἀπολωλότα οἴκου Ἰσραήλ·* καὶ, ὅτι *Οὐκ ἔστι καλὸν λαβεῖν τὸν ἄρτον τῶν τέκνων, καὶ βαλεῖν τοῖς κυναρίοις·* τὰ διατεταγμένα τοῖς ἀνακειμένοις Θεῷ οὐκ ἀναγκαῖον εἰς ἀδιαφόρους παραναλίσκειν. Εἰ δὲ δυνατὸν γενέσθαι τὸ εἰρημένον ὑπὸ τῆς ἐπαινουμένης ἐν πίστει γυναικὸς, ὅτι *Ναί, Κύριε· καὶ γὰρ τὰ κυνάρια ἐσθίει ἀπὸ τῶν ψιχίων τῶν πιπτόντων ἀπὸ τῆς τραπέζης τῶν κυρίων αὐτῶν·* ἐν τῇ τοῦ οἰκονόμου ἀνακείσθω δοκιμασίᾳ μετὰ κοινῆς τῶν μετ' αὐτὸν προεχόντων γνώμης· ἵνα ἐκ τοῦ περισσεύματος ὁ ἥλιος, καθὼς γέγραπται, ἀνατείλῃ (93) ἐπὶ πονηροὺς καὶ ἀγαθούς.

INTERROGATIO CCCIII.

An in fratrum communitate iis quæ a quibuslibet dicuntur, obediendum sit.

RESPONSIO

Quæstioni huic sine multo negotio responderi

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΤΓ'.

Εἰ χρὴ τοῖς παρὰ πάντων λεγομένοις ὑπακούειν ἐν ἀδελφότητι

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

Τὸ ἐρώτημα τοῦτο πολλὴν δυσχέρειαν ἔχει τῆς

[39] Matth. x, 26. [40] Luc. VI, 45. [41] Matth. XXVI, 21. [42] ibid. 22. [43] Joan. XIII, 8, 9. [44] Matth. XV, 24. [45] ibid. 26. [46] ibid. 27. [47] Matth. V, 45.

(89) Editi et Reg. secundus ἐκ περισσεύματος τῆς καρδίας λέγει. Antiqui tres libri præter Voss. ut in contextu.

(90) Codex Colb. πρὸς τὸν Θεόν.

(91) Reg. primus σαφέστερον δὲ ἐκ τοῦ ἁγίου Πέτρου ἔστι μαθεῖν, ὅτι διαπύρῳ.

(92) Veteres quatuor libri πληροφορίᾳ. Editi πληροφορίαν.

(93) Editi ἀνατέλλῃ. Codex Voss. et ante quo ἀνατείλῃ.

Digitized by Google

ἀποκρίσεως. Πρῶτον μὲν, ὅτι ἀταξίας ἔμφασιν φανερῶς δίδωσιν ἐν τῷ παρὰ πάντων λέγεσθαί τι, τοῦ Ἀποστόλου λέγοντος· *Προφῆται δὲ δύο ἢ τρεῖς λαλείτωσαν, καὶ οἱ ἄλλοι διακρινέτωσαν*· καὶ τοῦ αὐτοῦ ἐν τοῖς μερισμοῖς τῶν χαρισμάτων, ἴδιον ἑκάστου τῶν λαλούντων τὸ τάγμα τάξαντος, ἐν τῷ εἰπεῖν (94)· *Ἑκάστῳ ὡς ὁ Θεὸς ἐμέρισε μέτρον πίστεως*· καὶ ἐν τῷ ὑποδείγματι τῶν μελῶν τοῦ σώματος σαφῶς μὲν παριστῶντος ἐν μέρει εἶναι τὸ μέρος τοῦ λαλοῦντος, ἀκριβέστερον δὲ διευκρινοῦντος ἐν τῷ εἰπεῖν· *Εἴτε ὁ διδάσκων ἐν τῇ διδασκαλίᾳ, εἴτε ὁ παρακαλῶν ἐν τῇ παρακλήσει*, καὶ τὰ λοιπά· ὡς δῆλον ἐκ τούτων εἶναι μὴ πάντα πᾶσιν (95) ἐπιτετράφθαι, ἕκαστον δὲ ἰδίᾳ κλήσει μένειν, καὶ κατορθοῦν ἐπιμελέστερον τὸ ὑπὸ τοῦ Κυρίου πιστευθέν. Δεῖ (96) τοίνυν τὸν μὲν προεστῶτα τοῦ κοινοῦ, καὶ διατασσόμενον τοῖς πᾶσι, μετὰ πολλῆς δοκιμασίας ἐγχειρισθῆναι τὴν φροντίδα ταύτην, καὶ ἑκάστῳ κατὰ τὸ πρέπον ἐπαγρυπνεῖν τῇ μερίμνῃ, ὅπως εὐαρέστως τῷ Θεῷ, καὶ ἐστοχασμένως τῆς ἑκάστου ἐπιτηδειότητός τε καὶ δυνάμεως πρὸς τὸ κοινῇ συμφέρον διατάσσηται, καὶ ἐπιτάσσῃ· τοὺς δὲ ὑπηκόους, τῆς εὐταξίας φυλαττομένης, καὶ τῆς ὑπακοῆς τὸ ἴδιον μέτρον γνωριζούσης, μεμνῆσθαι τοῦ Κυρίου λέγοντος· *Τὰ πρόβατα τὰ ἐμὰ τῆς φωνῆς μου ἀκούει* (97)· *κἀγὼ γινώσκω αὐτὰ, καὶ ἀκολουθοῦσί μοι· κἀγὼ ζωὴν αἰώνιον δίδωμι αὐτοῖς*· καὶ προειπόντος, *Ἀλλοτρίῳ δὲ οὐ μὴ ἀκολουθήσουσιν, ἀλλὰ φεύξονται ἀπ' αὐτοῦ, ὅτι οὐκ οἴδασι τῶν ἀλλοτρίων τὴν φωνήν* (98)· καὶ τοῦ Ἀποστόλου λέγοντος, ὅτι *Εἴ τις ἑτεροδιδασκαλεῖ, καὶ μὴ προσέρχεται ὑγιαίνουσι λόγοις τοῖς τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ τῇ κατ' εὐσέβειαν διδασκαλίᾳ, τετύφωται, μηδὲν ἐπιστάμενος*· μετὰ δὲ τὰ ἐπισυμβαίνοντα ἐπαγαγόντος· *Ἀφίστασο ἀπὸ τῶν τοιούτων* (99)· καὶ πάλιν ἀλλαχοῦ· *Προφητείας μὴ ἐξουθενεῖτε· πάντα δοκιμάζετε· τὸ καλὸν κατέχετε· ἀπὸ παντὸς εἴδους πονηροῦ ἀπέχεσθε*. Ὥστε εἴ μέν τί ἐστι κατ' ἐντολὴν τοῦ Κυρίου λεγόμενον, ἢ πρὸς τὴν ἐντολὴν τοῦ Κυρίου κατευθυνόμενον, κἂν θανάτου (1) ἀπειλὴν ἔχῃ, ὑπακούειν χρή· εἰ δέ τι παρ' ἐντολὴν ἐστιν, ἢ τὴν ἐντολὴν παραβλάπτει, κἂν ἄγγελος ἐξ οὐρανοῦ, ἢ τις τῶν ἀποστόλων ἐπιτάσσῃ, κἂν ζωῆς ἐπαγγελίαν ἔχῃ, κἂν θανάτου ἀπειλήν, οὐδαμῶς ἀνέχεσθαι χρὴ, τοῦ Ἀποστόλου εἰπόντος· *Κἂν ἡμεῖς αὐτοὶ, ἢ ἄγγελος ἐξ οὐρανοῦ εὐαγγελίζηται ὑμῖν παρ' ὃ εὐηγγελισάμεθα ὑμῖν, ἀνάθεμα ἔστω.*

non potest. Primum quidem, quod manifestæ perturbationis indicium præbet, ex eo, quod ab omnibus aliquid dicatur, cum Apostolus dicat : *Prophetæ autem duo aut tres dicant : et cæteri dijudicent* [48]. Itidem ipse in donorum partitionibus, proprium uniuscujusque loquentis ordinem constituit, his verbis [49] : *Unicuique sicut Deus divisit mensuram fidei.* [50] Et in exemplo membrorum corporis, peculiarem esse loquentis locum perspicue ostendit, ac etiam idipsum accuratius distinguit explicatque his verbis : *Sive qui docet in doctrina, sive qui exhortatur in exhortando* [51], etc. Quare ex his planum est, non omnia omnibus permissa esse : sed debere unumquemque in sua vocatione manere, atque id quod a Domino concreditum est, diligentius perficere. Par itaque fuerit eum, qui præficitur communitati, præponiturque omnibus, multo cum examine hanc curam suscipere : ita ut congruenti sollicitudine vigilet pro singulis, ut Deo placendo, et habilitatis ac virium cujusque habita ratione, ad commune commodum sanciat imperetque : subditi vero, servata disciplina, et obedientia limites suos agnoscente, debent meminisse Domini, qui dixit : *Oves meæ vocem meam audiunt : et ego cognosco eas, et sequuntur me : et ego vitam æternam do eis* [52] ; recordarique eum prius dixisse : *Alienum autem non sequentur, sed fugient ab eo, quia non noverunt vocem alienorum* [53] ; et Apostolum ita loqui : *Si quis aliter docet, et non accedit sanis* **523** *sermonibus Domini nostri Jesu Christi, et ei quæ secundum pietatem est, doctrinæ, superbus est, nihil sciens* [54] ; et iis quæ accidere solent, enumeratis, adjicit : *Secede ab his qui ejusmodi sunt* [55] ; et rursus alio in loco : *Prophetias nolite spernere ; omnia probate ; quod bonum est, tenete ; ab omni specie mala abstinete vos* [56]. Quamobrem, si quidpiam dicitur secundum mandatum Domini, aut dirigitur ad mandatum Domini, etiamsi mortis minas ingerat, obediendum est : sin autem aliquid præter mandatum est, aut mandatum lædit, etiamsi angelus ex cœlo, aut aliquis ex apostolis præcipiat, etiamsi promittat vitam, etiamsi mortem minitetur, nullo modo obtemperandum est, cum Apostolus dixerit : *Licet nos ipsi, aut angelus de cœlo evangelizet vobis præterquam quod evangelizavimus vobis, anathema sit* [57]

[48] I Cor. XIV, 29. [49] Rom. XII, 3. [50] ibid. 4, 5. [51] ibid. 7, 8. [52] Joan. X, 27, 28. [53] ibid. 5. [54] I Tim. VI, 3, 4. [55] ibid. 5. [56] I Thess. V, 20-22. [57] Galat. I, 8.

(94) Post illud, ἐν τῷ εἰπεῖν, ita in Vossii veteri libro et in aliis duobus legitur, μὴ ὑπερφρονεῖν παρ' ὃ δεῖ φρονεῖν, ἀλλὰ φρονεῖν εἰς τὸ σωφρονεῖν· ἑκάστῳ, etc. *Non plus sapere quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem.*

(95) Antiqui duo libri πᾶντα ἑκάστῳ.

(96) Codex Voss. σπουδαίως. Δεῖ δὲ πάλιν. Mox Colb. ἐγχειρίζειν τὴν φροντίδα. Subinde codex Voss. κατὰ τὴν πρέπουσαν.

(97) Vossii vetus liber et alii duo ἀκούουσι.

(98) Reg. primus et Colb. φωνήν· τοῦ δὲ Ἀποστόλου παραγγέλλοντος ποτὲ μὲν, ὅτι Εἰ.

(99) Illa Ἀφίστασο ἀπὸ τῶν τοιούτων, non reddita sunt ab auctore Vulgatæ, aut certe in ea hodie non leguntur. Nec ita multo post Reg. primus πάντα δὲ δοκιμάζοντες.

(1) Editi λεγόμενον, πρὸς τὴν ἐντολὴν κατευθύνομεν, κἂν θάνατον. Reg. tertius ut in contextu ; nec aliter legitur in duobus aliis codicibus, nisi quod illud, τοῦ Κυρίου, in eis desit.

Digitized by Google

INTERROGATIO CCCIV.

Utrum pro iis qui fratribus traditi sunt, sit aliquid accipiendum ab eorum propinquis, si quidpiam velint dare.

RESPONSIO.

« *Theodori Studitæ Scholium in particularia Ascetica Magni Basilii.* Præsens opusculum genuinum « esse Basilii Magni fetum, cum ipse magniloquentiæ character, tum etiam genus dictionis mani- « feste produnt. Idem etiam evincit hujus cum aliis « *Asceticis* tanta, sive sensa sive etiam verba spectes, similitudo, ut vel leviter attendenti non tam « diversa opera quam alterum alterius explanatio « esse videantur. Quis porro *Ascetica* illa, nisi perversa mente ultro cæcutiat, sancto Patri abjudicaverit? Quæ quidem spuritatis temere non « nullos arguisse novi, motos, ut opinor, hinc perspicacitatis ambitione, inde historiographi alicujus auctoritate, illa a quibusdam in dubiorum « numero haberi scribentis, suoque testimonio « spuritatis assertorum confirmantis audaciam. « Consequens autem videtur ut iidem pro dubiis « habeant Epistolam ad Hebræos, secundam Petri, « Joannis Apocalypsim, aliasque Epistolas Catholicas, siquidem de illis etiam in quorumdam « Patrum scriptis ambigitur. Si hoc autem impium, « quomodo non impium erit *Ascetica* Basilio abjudicare, quandoquidem et de illis et de supradictis opusculis apostolicis litem solvit Ecclesiæ « auctoritas, utraque recipiendo? Quod si dicant « nullam a Theologo *Asceticorum* fieri mentionem, « vel superficie tenus illum legisse, vel ultro mentiri se produnt. Quid enim aliud apud Gregorium « innuunt *regulæ monachorum scriptæ et non scriptæ?* Suppetit etiam alia probandi ratio. « Quod « autem dicat Basilius in *Asceticis* (*sunt verba Gregorii*), se a parentibus suis sacras litteras didicisse, certe a patre suo primis elementis imbutus « est et informatus. » Ad hæc notum est, divum « Theodosium, præter quosdam alios, *Asceticis* « usum fuisse, ut ex illius Vita colligere licet. At « vero, quem alium de institutis nostris consulere « potuissent antiqui monachi? Cujus erat tanta « auctoritate leges statuere, sacramque illam legislationem quasi fundamentum salutis ponere, « ita ut, nisi quis illa duce usus fuerit, non potuerit aliter via quæ est secundum Deum ambulare! « Exhibeant ergo nobis alia *Ascetica* nostris æqualia, Magnoque illa Basilio ascribant (quanquam « nec sic exsurget alius Basilius, eamdem vim ingenii eumdemque stylum referens) : si non, vel « inviti *Ascetica* nostra Basilii esse confitebuntur. « Porro notandum est, alia *Ascetica* esse generalia; « hæc autem, particularia. Huc enim mundi sidus, « aliis præceptorum suorum radiis totam quæ sub « sole est terram illuminans, nos singulariter his « saltem duobus opusculis illustrare debuit. »

Digitized by Google

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ
ΒΑΣΙΛΕΙΟΥ
ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΑΙΣΑΡΕΙΑΣ ΚΑΠΠΑΔΟΚΙΑΣ
ΑΣΚΗΤΙΚΑΙ ΔΙΑΤΑΞΕΙΣ (55),
ΠΡΟΣ ΤΟΥΣ ΕΝ ΚΟΙΝΟΒΙΩ ΚΑΙ ΚΑΤΑΜΟΝΑΣ ΑΣΚΟΥΝΤΑΣ.

—

SANCTI PATRIS NOSTRI
BASILII,
CÆSAREÆ CAPPADOCIÆ ARCHIEPISCOPI,
CONSTITUTIONES ASCETICÆ,
AD EOS QUI SIMUL AUT SOLITARIE VIVUNT.

—

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.

1. Τὴν κατὰ Χριστὸν φιλοσοφίαν ἐπανελόμενος, καὶ τῶν βιωτικῶν ἐπιθυμιῶν τε καὶ ἡδονῶν καὶ φροντίδων ἀνώτερον ἄρας τὸ φρόνημα, καὶ τῶν σαρκικῶν παθημάτων τὸν λογισμὸν ἐκ παντὸς τρόπου χωρίζειν καὶ ἀποκρίνειν ἐσπουδακὼς, πολλάκις μὲν πρὸς ἡμᾶς πολλοὺς πεποίησαι λόγους (56), πυνθανόμενος τίνα τρόπον δέοι τὴν τοῦ ἀγῶνος ἔνστασιν τελειῶσαι, μηδαμοῦ ταῖς σαρκικαῖς ἐπιθυμίαις ταῖς διὰ τοῦ σώματος παριούσαις ἐπὶ τὴν ψυχὴν ἁλισκόμενον· καὶ τί μὲν πρῶτον, ὡς μάλιστα παραφυλακτέον, τί δὲ μετὰ τὸ πρῶτον· τίνα δὲ τῶν καλῶν ζηλωτέον, ὥστε τῇ μὲν παραφυλακῇ φυγεῖν τὴν τῶν ἀτόπων ἐνέργειαν (57)· τῷ δὲ ζήλῳ κατορθῶσαι τὴν τῶν καλῶν πρᾶξιν. Ἔπειτα μέντοι ἠξίους καὶ ἐγγραφόν σοι τῆς ἡμετέρας περὶ τούτου συμβουλῆς γενέσθαι τὴν ἔκθεσιν. Τούτου χάριν καὶ αὐτοὶ προήχθημεν τὸν ἀγαθόν σου ζῆλον μὴ παριδεῖν, ἀλλὰ καὶ τὸν ἐνόντα τρόπον ταῖς παρ' ἐαυτῶν ὑπο-

PROŒMIUM.

1. Ex quo Christi amplexus es philosophiam, et supra cupiditates mundanas atque voluptates ac curas animum extulisti, et mentem instituisti omni modo ab affectionibus carnalibus abducere et avocare, non raro nobiscum habuisti sermonem, ac percontatus es, quomodo susceptum certamen oporteat absolvere, ut carnis cupiditatibus, quæ per corpus ad animam obrepunt, nusquam capiare; et quid primum quam maxime vitandum sit, et quid deinde: et quæ bona æmulanda, ut alia vitando, ab ineptis operibus faciendis declines; alia vero æmulando, perficias bona. Postea vero postulasti etiam, ut nostram de hac re sententiam exscriberem tibi, exponeremque. Quare adducti sumus ut ne bonam tuam æmulationem aspernaremur, sed potius eos quos jam habes mores, nostris consiliis fulciremus confirmaremusque; non quod doctrinam pro rei argumento idoneam prolaturi si-

(55) Varii quidem tituli sunt in libris veteribus: sed tamen in eo omnes conveniunt, ut nomen Basilii præferant. Reg. primus: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Βασιλείου ἀρχιεπισκόπου Καισαρείας Καππαδοκίας λόγοι πρὸς τοὺς μονήρη βίον ἀσκοῦντας. Πρόλογος. *Sancti Patris nostri Basilii Cæsareæ Cappadociæ archiepiscopi sermones, ad eos qui in solitaria vita exercentur.* Reg. secundus: Διατάξεις ἐν κεφαλαίοις λε'. Τοῦ αὐτοῦ· Ἀσκητικαὶ διατάξεις πρὸς τοὺς ἐν κοινοβίῳ καὶ κατὰ μόνας ἀσκοῦντας. *Constitutiones in capitibus XXXV. Ejusdem* [*Basilii*] *constitutiones asceticæ, ad eos qui in cœnobio aut solitarie vivunt.* Regii tertius et quartus: Τοῦ αὐτοῦ ἀσκητικαί, et cætera ut in eo, quem modo dixi libro. Denique codex Colb.: Τοῦ αὐτοῦ λόγοι πρὸς τοὺς τὸν μονήρη βίον ἀσκοῦντας. Πρόλογος. *Ejusdem* [*Basilii*] *sermones ad eos qui se in vita solitaria exercent. Prologus.* Monere libet, reperiri quidem quinque et triginta capita in plerisque libris veteribus, sed ita, ut in his Proœmium teneat locum capitis primi. Notabo quoque quasi præteriens, legi in impressis libris κατὰ μόνας, uno verbo: sed id vocabulum distingui in nostris codicibus hoc modo, κατὰ μόνας. Antiquum titulum qui in vulgatis legitur, judicavimus non mutandum esse.

(56) Veteres quatuor libri præter Combef. πεποίησας. Editi ἐποίησας.

(57) Reg. primus et Colb. τὴν τῶν κακῶν ἄτοπον ἐνέργειαν. Alii duo mss. et editi uti in contextu.

Digitized by Google

mus. sed ne doctrinam qua præditi sumus, silentio veluti aggere quodam abscondamus, et ita demum intentas homini talentum in terra occultanti pœnas effugiamus. Conjugium autem, ut plurimum, causa est hominibus et occasio cupiditatis illius, quæ circa voluptates mundanas ac curas versatur. Neque enim cupiditas ulla, quæ naturæ corporis insita sit, unquam reperiri potest vehementior violentiorque, quam ea est, qua viri feminas, aut feminæ mares appetunt, **534** idque non mirum, cum ipsa tendat suapte natura ad liberorum procreationem. Itaque cum conjugium maximi momenti esset, impetum quoque indere debebat vehementiorem : similiterque neque curæ ullæ ex iis quæ hominibus accidere solent, graviores sunt, quam quæ ex connubio acervatim advolant, velut Paulus ait : *Qui uxorem duxit sollicitus est de iis quæ sunt mundi* [82], utpote curarum sarcina degravatus. Etenim qui solus degit, seipsum tantummodo suasque necessitates corporales curat : aut fortasse eas etiam contempturus est, si semel id in animum suum inducere facile possit : qui vero curam suscipit uxoris ac liberorum, non jam amplius dominus exsistit suæ ipsius voluntatis, sed ea de causa necessario inservit voluptatibus, ac circa liberorum curam occupatus, haurit immensum curarum gurgitem : quas recensere longius foret, quam permittit præsens tempus.

2. Qui igitur cupit a mundi vinculis liber esse, nuptias quasi pedicas quasdam fugit : his autem vitatis, suam Deo vitam consecrat, profiteturque castitatem, ut jam sibi non liceat recurrere ad nuptias, sed adversus naturam, ejusque vehementiores impetus decertans, initis pro castitate certaminibus prorsus incumbet. Nam quisquis est ejusmodi, is Dei factus amator, ejusque apathiam paululum saltem consequi cupiens, atque spiritualem sanctimoniam, tranquillitatemque et quietem, ac mansuetudinem, et quæ ex his nascuntur, lætitiam et gaudium degustare desiderans, in eo elaborat, ut procul ab omni terreno ac corporali affectu animum perturbante cogitationes suas abducat : imo etiam animi obtutu puro nulliusque tenebris obvoluto contemplatur divina, et lumine hinc emanante insatiabiliter perfunditur. Ubi autem animum exercuit ad habitum statumque hujusmodi, tum demum Deo, quantum fas est, fit similis, efficiturque dilectissimus ei atque charissimus : ut qui magno et arduo certamine exantlato, invita etiam materiæ admistione, animo a corporalium affectionum mistura expurgato ac semoto, potuerit in Dei colloquium venire. Par est igitur et

θήκαις ἐπιστηρίξαι (58) καὶ βεβαιώσασθαι· οὐχ ὡς ἀρκοῦντα πρὸς τὴν ὑπόθεσιν· παρεχόμενον λόγον, ἀλλ' ὡς τὸν ὄντα μὴ κατακρύπτοντες, ὥσπερ τινὶ χώματι, τῇ σιγῇ, καὶ ταύτῃ φεύγοντες τὴν ἐπὶ τῷ κατακρύψαντι τὸ τάλαντον εἰς τὴν γῆν ἠπειλημένην δίκην. Πρόφασις μὲν οὖν, ὡς τὰ πολλὰ, τοῖς ἀνθρώποις τῆς (59) περὶ τὰς κοσμικὰς ἐπιθυμίας τε καὶ ἡδονὰς καὶ φροντίδας ὁ γάμος. Οὔτε γὰρ τῆς τοῦ θήλεος ἐπιθυμίας ἀνδράσιν, ἢ γυναιξὶ τῆς τοῦ ἄῤῥενος σφοδροτέραν καὶ βιαιοτέραν εὕροι τις ἂν ἐγκειμένην τῇ φύσει τοῦ σώματος· καὶ μάλα γε εἰκότως, οἷα δὴ περὶ τὴν τῶν ἐκγόνων βλάστησιν συνίστασθαι πεφυκυῖαν· ὃς, καιριωτάτην ἔχων ἐνέργειαν, ἤμελλε καὶ τὴν ῥύμην σφοδροτέραν ἐπάγεσθαι· οὐδὲ (60) φροντίδας βαρυτέρας ἀνθρώποις παρεισπιπτούσας τῶν διὰ τὴν συζυγίαν ἀθρόως ἐφιπταμένων, καθὼς ὁ Παῦλός φησιν· *Ὁ γαμήσας μεριμνᾷ τὰ τοῦ κόσμου*, τὰς φροντίδας ἐπηχθισμένος. Ὁ μὲν γὰρ μόνος ἑαυτοῦ καὶ τῶν οἰκείων τοῦ σώματος ἀναγκῶν ἀνάσχοιτο ἂν, ἢ ἴσως καὶ περιφρονήσειε ταύτας, ἑαυτὸν εἰς τοῦτο πείθειν εὐκόλως δυνάμενος· ὁ δὲ γαμετῆς καὶ παίδων ἐπιμελούμενος οὐκέτι τῆς οἰκείας γνώμης κύριος γίνεται, ἀλλὰ ἀνάγκην ἔχει ταύτῃ τὰ καθ' ἡδονὰς πράττειν, καὶ περὶ τὴν τῶν παίδων ἐπιμέλειαν ἀσχολούμενος, πολλὴν ἄδυσσον ἐπαντλεῖσθαι φροντίδων, ἃς καταλέγειν μακρότερον ἢ κατὰ τὸν παρόντα καιρὸν ἂν εἴη.

2. Ὁ τοίνυν τῶν τοῦ κόσμου δεσμῶν ἐλεύθερός εἶναι γλιχόμενος τὸν γάμον ὥσπερ τινὰς πέδας ἀπέφυγε· τοῦτον δὲ (61) ἀποφυγὼν, τὸν ἑαυτοῦ βίον ἀνέθηκε Θεῷ, καὶ τὴν ἀγνείαν καθωμολόγησεν· ὡς μήτε ἄδειαν ὑπάρχειν αὐτῷ τῆς ἐπὶ τὸν γάμον ἐπιστροφῆς, ἀλλ' ἔχεσθαι αὐτὸν ἐκ παντὸς τρόπου τῶν ὑπὲρ τῆς ἁγνείας ἀγωνισμάτων φύσει προσπαλαίοντα, καὶ ταύτης ταῖς βιαιοτέραις ὁρμαῖς. Ἐραστὴς γὰρ ὁ τοιοῦτος τοῦ Θεοῦ καταστὰς, καὶ τῆς ἐκείνου ἀπαθείας, κατὰ γοῦν τὸ σμικρότατον, κατασχεῖν ἐφιέμενος, καὶ τῆς πνευματικῆς ἁγιότητος, γαλήνης τε καὶ ἀταραξίας, καὶ ἡμερότητος, καὶ τῆς ἐκ τούτων τικτομένης εὐφροσύνης τε καὶ χαρᾶς ἐπιθυμῶν ἀπογεύσασθαι, παντὸς μὲν ὑλικοῦ καὶ σωματικοῦ πάθους τοῦ τὴν ψυχὴν ἐπιθολοῦντος, πόῤῥω τοὺς λογισμοὺς ἀπάγειν ἐσπούδακε· καθαρῷ δὲ καὶ ἀνεπισκιάστῳ δμματι τῆς ψυχῆς τὰ θεῖα περιαθρεῖ, ἁπλήστως τοῦ ἐκεῖθεν φωτὸς ἐμφορούμενος. Εἰς τοιαύτην τε ἕξιν καὶ κατάστασιν τὴν ψυχὴν ἐξασκήσας, οἰκειοῦται (62) κατὰ τὴν ἐγχωροῦσαν ὁμοίωσιν τῷ Θεῷ, ἐπέραστός τε καὶ ποθεινότατος αὐτῷ γίνεται· οἷα δὴ μέγα τι ἄθλον καὶ δυσήνυτον ἀνατλὰς, καὶ ἐκ τῆς κατὰ τὴν ὕλην συγκράσεως δυνηθεὶς ἀκραιφνεῖ καὶ κεχωρισμένῃ τῇ διανοίᾳ τῆς τῶν

[82] I Cor. VII, 33.

(58) Editi et unus ms. ὑποστηρίξαι. Alii quatuor mss. ἐπιστηρίξαι.

(59) Multi mss. ἀνθρώποις τῆς. Editi ἀνθρώποις τοῖς. Infra codex Colb. ὡς κυριωτάτην ἔχων.

(60) Editi οὔτε. At mss. οὐδέ. Mox unus ms. ὁ Παῦλος. Articulus in vulgatis non legitur.

(61) Veteres duo libri τούτων δέ.

(62) Editi et mss. οἰκειοῦται· sed fortasse legendum est ὁμοιοῦται.

Digitized by Google

σωματικῶν ἐπιμιξίας παθῶν προσομιλῆσαι θεῷ (63). Οὐκοῦν πρέπον τε καὶ ἀκόλουθον τὸν εἰς τοιαύτην ἕξιν διὰ τῆς προειρημένης ἀσκήσεως ἀνελθόντα μὴ κατασπᾶσθαι πάλιν διὰ τῶν τῆς σαρκὸς ἐρεθισμῶν πρὸς κοινωνίαν τῶν ἐκείνης παθῶν· μηδὲ τοὺς ἐκεῖθεν ἀτμοὺς ἀνιόντας δεχόμενον, ὥσπερ ἀχλύΐ τινὶ βαθυτάτῃ ἀμαυροῦσθαι τὸν τῆς ψυχῆς ὀφθαλμόν· καὶ ἀποπίπτειν τῆς θείας καὶ πνευματικῆς θεωρίας, ὑπὸ τοῦ καπνοῦ τῶν παθημάτων τὸ βλέμμα τοῦ λογισμοῦ δριμυσσόμενον.

A consentaneum, eum, qui per eam, quam dixi exercitationem ad hujusmodi habitum pervenerit, non denuo per carnis irritamenta, vitiorum ipsius participem fieri, neque animi oculum, vapores illinc ascendentes suscipientem, veluti profundissima quadam caligine obscurari: neque mentis obtutum ceu mordaci acrique humore ex libidinum fumo affectum, a divina et spirituali contemplatione excidere.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Α'

Περὶ τοῦ δεῖν τὴν εὐχὴν προτιθέναι πάντων.

1. Πᾶσα πρᾶξις, ἀγαπητὲ (64), καὶ πᾶς λόγος τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ κανών ἐστιν εὐσεβείας τε καὶ ἀρετῆς. Διά τοι τοῦτο καὶ ἐνηνθρώπησεν, ὡς ἐν εἰκόνι διαγράφων ἡμῖν εὐσέβειάν τε καὶ ἀρετὴν, ἵνα κατὰ δύναμιν ἕκαστος καὶ ἑκάστη ὁρῶντες ζηλώσωμεν τὸ ἀρχέτυπον. Διὰ γὰρ τοῦτο φορεῖ τὸ ἡμέτερον σῶμα, ἵνα καὶ ἡμεῖς αὐτοῦ τὴν πολιτείαν, ὡς οἷόν τε, μιμησώμεθα. Σὺ τοίνυν, ὅταν ἀκούσῃς λόγον ἢ πρᾶξιν αὐτοῦ, μὴ παρέργως καὶ ἁπλῶς καὶ ὡς (65) ἔτυχεν ἄκουε· ἀλλ' ἔμβαινε εἰς τὸ βάθος τῶν θεωρημάτων· γίνου κοινωνὸς τῶν μυστικῶς παραδεδομένων. Μάρθα μὲν γὰρ τὸν Κύριον ὑποδέχεται· καθέζεται δὲ πρὸς τοὺς πόδας αὐτοῦ Μαρία· ἐν δυσὶ δὲ ἀδελφαῖς καλὴ προθυμία· διάστησον μέντοι τὰ πράγματα. Ἡ μὲν γὰρ Μάρθα διηκόνει (66), παρασκευάζουσα τὰ πρὸς δεξίωσιν τῆς σωματικῆς αὐτοῦ χρείας· ἡ δὲ Μαρία, καθημένη πρὸς τοὺς πόδας αὐτοῦ, ἤκουε τῶν λόγων αὐτοῦ. Ἡ μὲν οὖν ἀνέπαυε τὸ φαινόμενον, ἡ δὲ ἐδούλευε τῷ ἀοράτῳ. Ἦν γὰρ ἀληθῶς καὶ ἄνθρωπος καὶ Θεὸς ὁ παρὼν, ὁ αὐτὸς Δεσπότης ἀμφοτέρων τῶν (67) γυναικῶν τὴν προθυμίαν ἀπεδέξατο. Ἀλλ' ἡ μὲν Μάρθα, καμάτῳ πιεζομένη, μεσίτην γενέσθαι παρεκάλει τὸν Κύριον, ἵνα προσλάβῃ βοηθὸν τὴν ἰδίαν ἀδελφὴν τῆς διακονίας. *Εἰπὲ* (68), φησὶν, *αὐτῇ, ἵνα ἀναστᾶσα συνδιακονῇ μοι.* Ὁ δὲ Κύριος πρὸς αὐτήν· *Μάρθα, Μάρθα, μεριμνᾷς καὶ τυρβάζῃ περὶ πολλά. Ἑνὸς δέ ἐστι χρεία. Μαρία γὰρ τὴν ἀγαθὴν μερίδα ἐξελέξατο, ἥτις οὐκ ἀφαιρεθήσεται ἀπ' αὐτῆς.* Οὐδὲ γὰρ ἐπὶ τοῦτο πάρεσμεν, ἵνα ἐπὶ στιβάσιν ἀναπέσωμεν, καὶ τὴν κοιλίαν θρέψωμεν· ἀλλὰ πάρεσμεν, ἵνα ὑμᾶς θρέψωμεν λόγῳ ἀληθείας καὶ θεωρίᾳ μυστηρίων. Τὴν μὲν οὖν οὐκ ἀπέστρεψεν (69)

535 CAPUT I.

Quod precatio omnibus est anteponenda.

1. Omnis actio, charissime, omnisque sermo Servatoris nostri Jesu Christi, pietatis ac virtutis regula est. Quapropter pietate ac virtute nobis veluti in quadam imagine depictis, etiam naturam humanam assumpsit, ut unusquisque et unaquæque ad id respicientes, pro viribus archetypum ac exemplar imitaremur. Nam eam ob causam corpus nostrum gerit, ut et nos illius vivendi rationem, quoad ejus fieri potest, exprimamus. Tu igitur aliquo ipsius aut dicto aut facto auditis, cave oscitanter simpliciterque ac temere audias; sed descende ad imas contemplationes: efficiare eorum quæ mystice tradita sunt, particeps. Martha quidem Dominum excipit: Maria vero ad illius pedes assidet [83]. Bonum est in utraque sorore studium: sed tamen distingue res ipsas. Nam Martha in ministerio occupata, apparabat quæ hospitis corpori futura erant necessaria; Maria vero assidens ad illius pedes, sermones ipsius audiebat. Altera igitur reficiebat visibile, invisibili serviebat altera. Vere enim qui aderat, is et homo erat et Deus, idem Dominus utriusque mulieris studium approbabat. At Martha cum premeretur labore, internuntium fieri sibi Dominum postulabat, ut se sua soror in ministrando juvaret. *Dic illi*, inquit, *ut surgens ministret mecum.* Cui Dominus: *Martha, Martha, sollicita es et turbaris circa multa. Porro unum est necessarium. Maria enim bonam partem elegit, quæ non auferetur ab ea* [84]. Neque enim ideo venimus, ut recumbamus in lectis, ventremque nutriamus: sed adsumus ut pascamus vos verbo veritatis, mysteriorumque contemplatione. Illam quidem non avocavit a suscepto opere, sed hanc laudavit

[83] Luc. x, 38. [84] ibid. 40-42.

(63) Reg. primus παθῶν πῶς ὁμιλῆσαι θεῷ.

(64) Editi et mss. nostri ἀγαθὴ τε. *Omnis actio bona*, et ita legi vult Combefisius, sed mihi persuasissimum est legi oportere ἀγαπητέ, uti infra scriptum invenitur, Ἔλαβες τοίνυν, ἀγαπητὲ, τὰ ὑποδείγματα καὶ τὴν ἀπόδειξιν, *Accepisti igitur, charissime, exempla et specimen.* Et paulo post Προσευχῆς δὲ, ἀγαπητέ, etc., *duplex est autem, charissime, modus orandi.* Præterea quid attinuisset vocem ἀγαθὴ addere, cum nullæ aliæ actiones sint in Christo, nisi bonæ? Accedit etiam quod vetus interpres legit et ipse quoque ἀγαπητέ.

(65) Editi ἁπλῶς ὡς. At duo mss. ἁπλῶς καὶ ὡς.

(66) Veteres duo libri διακονεῖ.

(67) Antiqui duo libri Δεσπότης ὢν. Mox Regii secundus et tertius προθυμίαν ἀπεδέχετο. Subinde iidem mss. βοηθὸν τὴν οἰκείαν ἀδελφήν.

(68) Regii secundus et tertius εἰπὲ γάρ. Hoc ipso in loco, ubi in editis et in Reg. tertio legitur ἵνα ἀναστᾶσα συνδιακονῇ μοι, Combefisius legi affirmat et apud Lucam et in suo codice ἵνα μοι συμπαραλαμβάνηται. Si quis tamen hunc locum quærat, sive apud Lucam, sive in codice Combefisii, scriptum inveniet non συμπαραλαμβάνηται, sed συναντιλάβηται.

(69) Sic Regii secundus et quartus, optime. Editi τὴν μὲν οὐ κατέτρεψεν, corrupte.

Digitized by Google

ob illius attentionem. Vide mihi igitur duos status per mulieres duas designari, alterum quidem inferiorem, cum ministerium magis corporale amplectatur (quamquam et ipsum est utilissimum), alterum vero meliorem, cum ad mysteriorum contemplationem ascendat, magisque spiritualis sit. Hæc tu, qui auditor es, spiritualiter accipe, et utrumvis elige. Quod si ministrare vis, ministrato in nomine Christi. Aiebat enim ipse : *Quatenus fecistis uni de his fratribus meis minimis, mihi fecistis* [65]. Sive enim excipias hospites, sive mendicos reficias, sive miserearis dolentium, sive auxiliarem manum iis qui in necessitate ac calamitate constituuntur, porrigas, sive **536** inservias ægrotantibus, recipit in seipsum Christus omnia. Sin autem velis Mariam imitari, quæ relicto corporis ministerio ad spiritualium spectaculorum contemplationem ascendit, hoc negotium legitime tracta. Relinque corpus, desere agriculturam, et obsoniorum compositionem atque apparatum, et assideto ad pedes Domini, ejusque sermones auscultato, ut arcanorum divinitatis ilas particeps. Nam contemplatio documentorum Jesu, ministerium corporis transcendit.

2. Accepisti igitur, charissime, exempla ac specimen. Utrumvis æmulare, aut egentium esto minister, aut dogmatum Christi amator. Quod si potes utraque imitari, utrinque referes fructum salutis. Primus tamen est spiritualis sermo, reliqua omnia sunt posteriora. *Maria enim*, inquit, *bonam partem elegit.* Si igitur et tu Christi cupis esse mystes, assideas ad ipsius pedes, suscipias ipsius Evangelium, ibi derelinques totam rem familiarem, et vacuus ab omni sollicitudine deges, imo etiam obliviscere tui ipsius corporis, et ita demum poteris speculando cum ipso colloqui, ut imiteris Mariam, ac gloriam supremam consequare. Cum autem oras, cave alia pro aliis exposcas, et Dominum irrites, non pecunias, non humanam gloriam, non potentiam, non aliud quidquam rerum fluxarum; sed pete regnum Dei, et cunctas res corpori necessarias tibi ille suppeditaturus est, quemadmodum ipse Dominus ait : *Quærite regnum Dei, et justitiam ejus, et hæc omnia adjicientur vobis* [66]. Duplex est autem, charissime, orandi modus : alter quidem situs est in glorificatione cum humilitate ; alter vero qui huic inferior est, in petitione. Cum ergo oras, nolito confestim ad petitionem accedere : sin aliter, in tuam voluntatem id criminis infers, quod necessitate adactus preces Deo adhibeas. Cum igitur ingrederis precari, relinque teipsum, uxorem, liberos; desere terram, transcende cœlum, derelinque omnem vi-

A ἀφ' ὧν ἐποίει, τὴν δὲ ἀπεδέξατο ἐφ' οἷς προσεῖχεν. Ὅρα μοι τοίνυν τὰς δύο μερίδας διὰ τῶν δύο γυναικῶν εἰσαγομένας· τὴν μὲν μίαν ἐλάττω, τὴν διακονίαν τὴν σωματικωτέραν ἑλομένην, πλὴν ὅτι καὶ αὐτὴν χρησιμωτάτην· τὴν δὲ ἀναβεβηκυῖαν τῇ θεωρίᾳ τῶν μυστηρίων κρείττονα καὶ πνευματικωτέραν (70). Ταῦτα σὺ ὁ ἀκροατὴς πνευματικῶς ἐκλάμβανε, καὶ ὃ θέλεις ἔκλεξαι. Εἰ μὲν βούλῃ διακονεῖν, διακόνει ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Χριστοῦ. Αὐτὸς γὰρ ἔλεγεν· *Ἐφ' ὅσον ἐποιήσατε ἑνὶ τούτων τῶν ἀδελφῶν μου τῶν ἐλαχίστων, ἐμοὶ ἐποιήσατε.* Κἂν γὰρ ξένους δέχῃ, κἂν πτωχοὺς ἀναπαύῃς, κἂν τοῖς ὀδυνωμένοις ἐπικάμπτῃ, κἂν τοῖς ἐν ἀνάγκῃ καὶ συμφορᾷ χεῖρα βοηθείας ὀρέγῃς, κἂν ἀῤῥώστοις ὑπηρετῇς, πάντα εἰς ἑαυτὸν ὁ Χριστὸς ἀναδέχεται.

B Εἰ δὲ θέλῃς τὴν Μαρίαν ζηλῶσαι καταλελοιπυῖαν τὴν τοῦ σώματος διακονίαν, ἀναβᾶσαν δὲ εἰς θεωρίαν τῶν πνευματικῶν θεαμάτων (71), γνησίως μέτελθε τὸ πρᾶγμα. Κατάλιπε τὸ σῶμα, ἔασον γεωργίαν, ὀψοποιίαν τε καὶ παρασκευήν· κάθισον δὲ παρὰ τοὺς πόδας τοῦ Κυρίου, καὶ ἄκουσον αὐτοῦ τῶν λόγων, ἵνα κοινωνὸς γένῃ τῶν τῆς θεότητος μυστηρίων. Ἡ γὰρ θεωρία τῶν Ἰησοῦ μαθημάτων ἀναβέβηκε τοῦ σώματος τὴν διακονίαν.

2. Ἔλαβες τοίνυν, ἀγαπητὲ, τὰ ὑποδείγματα καὶ τὴν ἀπόδειξιν. Ζήλωσον ἃ θέλεις, ἢ διάκονος ἔσῃ πτωχῶν, ἢ ἐραστὴς δογμάτων Χριστοῦ. Εἰ δὲ δύνασαι ἀμφότερα ζηλῶσαι, ἑκατέρωθεν ἀποφέρῃ τὸν καρπὸν τῆς σωτηρίας. Πρῶτος μέντοι ἐστὶν ὁ πνευ-

C ματικὸς λόγος, τὰ δὲ λοιπὰ πάντα δεύτερα. *Μαρία γάρ*, φησὶ, *τὴν ἀγαθὴν μερίδα ἐξελέξατο.* Ἂν τοίνυν καὶ σὺ θέλῃς μύστης εἶναι Χριστοῦ, παρακαθέζῃ μὲν αὐτοῦ τοῖς ποσὶ, δέχῃ δὲ αὐτοῦ τὸ Εὐαγγέλιον, καταλείψεις αὐτοῦ ὅλον τὸν βίον, καὶ ἀμερίμνως διοίσεις· ἐπιλησθήσῃ δὲ καὶ τοῦ ἰδίου σώματος, καὶ οὕτω δυνήσῃ προσδιαλέγεσθαι αὐτοῦ τοῖς θεωρήμασιν, ἵνα ζηλώσῃς Μαρίαν, καὶ τὴν ἀνωτάτω καρπώσῃ δόξαν. Προσευχόμενος δὲ, ὅρα μὴ ἄλλα ἀντ' ἄλλων αἰτήσῃς, καὶ παροργίσῃς τὸν Κύριον, μὴ χρήματα, μὴ δόξαν ἀνθρωπίνην, μὴ δυναστείαν, μὴ ἄλλο τι τῶν παρερχομένων· ἀλλὰ αἴτει τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ, καὶ πάντα τὰ πρὸς τὴν χρείαν τοῦ σώματος

D αὐτός σοι παρέξει, καθὼς φησιν αὐτὸς ὁ Κύριος· *Ζητεῖτε τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ, καὶ τὴν δικαιοσύνην αὐτοῦ, καὶ ταῦτα πάντα προστεθήσεται ὑμῖν.* Προσευχῆς δὲ, ἀγαπητὲ, δύο εἰσὶ τρόποι· ὁ μὲν ὁ τῆς δοξολογίας μετὰ ταπεινοφροσύνης· δεύτερος δὲ ὁ τῆς αἰτήσεως ὑποδεεστέρως. Προσευχόμενος οὖν, μὴ εὐθέως ἐπὶ αἴτησιν ἔρχου· εἰ δὲ μήγε, διαβάλλεις σου τὴν προαίρεσιν, ὡς ὑπὸ τῆς χρείας (72) ἀναγκαζόμενος προσεύχῃ τῷ Θεῷ. Ἀρχόμενος τοίνυν προσευχῆς, κατάλιπε σεαυτὸν, γυναῖκα, τέκνα· ἔασον τὴν γῆν, ὑπέρβηθι οὐρανὸν, κατάλιπε πᾶσαν τὴν

[65] Matth. xxv, 40. [66] Matth. vi, 33.

(70) Antiqui duo libri κρειττονα καὶ τελειοτέραν. Ταῦτα, *præstantiorem perfectioremque.* Nec ita multo post duo mss. Εἰ μὲν βούλει. Mox iidem mss. ἐν τῷ ὀνόματι. Vocula ἐν aberat a vulgatis.

(71) Unus ms. perinde ut editi θεωρημάτων. Veteres duo libri θεαμάτων.

(72) Reg. secundus χρείας σου.

Digitized by Google

πτίσιν ὁρατήν τε καὶ ἀόρατον, καὶ ἄρξαι ἀπὸ δοξολογίας τοῦ ποιήσαντος τὰ πάντα, καὶ ὅταν δοξολογήσῃς αὐτὸν, μὴ πλανώμενος τὸν νοῦν ὧδε κἀκεῖσε, μηδὲ Ἑλληνικῶς μυθολογῶν, ἀλλ' ἀπὸ τῶν ἁγίων Γραφῶν ἐκλεγόμενος, καὶ λέγων· Εὐλογῶ σε, Κύριε, τὸν μακρόθυμον, καὶ ἀνεξίκακον, τὸν καθ' ἑκάστην ἡμέραν μακροθυμοῦντά μοι πλημμελοῦντι, καὶ δόντα ἐξουσίαν πᾶσιν ἡμῖν μετανοίας. Διὰ γὰρ τοῦτο σιωπᾷς, καὶ ἀνέχῃ ἡμῶν, Κύριε, ἵνα σε δοξολογῶμεν τὸν οἰκονομοῦντα τοῦ γένους ἡμῶν τὴν σωτηρίαν· ποτὲ μὲν διὰ φόβων (73), ἄλλοτε δὲ διὰ παραινέσεων, ποτὲ δὲ διὰ προφητῶν, ὕστερον δὲ διὰ τῆς παρουσίας τοῦ Χριστοῦ σου ἐπισκεψάμενος ἡμᾶς. Σὺ γὰρ ἔπλασας ἡμᾶς, καὶ οὐχ ἡμεῖς. Σὺ εἶ ὁ Θεὸς ἡμῶν.

3. Ὅταν δὲ δοξολογήσῃς ἀπὸ τῶν Γραφῶν, ὡς δύνασαι, καὶ ἀναπέμψῃς αἶνον πρὸς τὸν Θεὸν, τότε ἄρχου (74) μετὰ ταπεινοφροσύνης, καὶ λέγε· Ἐγὼ μὲν, Κύριε, οὐκ εἰμὶ ἄξιος ἐπὶ σοῦ φθέγξασθαι, διότι σφόδρα ἁμαρτωλὸς τυγχάνω. Κἂν μὴ σύνοιδάς τι σεαυτῷ φαῦλον, οὕτω χρή σε λέγειν. Οὐδεὶς γὰρ ἀναμάρτητος εἰ μὴ μόνος ὁ Θεός. Πολλὰ γὰρ ἁμαρτάνοντες, τὰ πλεῖστα οὔτε συνίεμεν. Διὰ τοῦτο φησὶν ὁ Ἀπόστολος· *Οὐδὲν ἐμαυτῷ σύνοιδα, ἀλλ' οὐκ ἐν τούτῳ δεδικαίωμαι*· τουτέστι, πολλὰ ἁμαρτάνω, καὶ οὐ συνιῶ. Ὅθεν καὶ ὁ Προφήτης φησί· *Παραπτώματα τίς συνήσει;* Ὥστε οὖν οὐ ψεύδῃ ἁμαρτωλὸν σεαυτὸν εἰπών. Εἰ γὰρ συνιεῖς (75), καὶ αὐτῷ τούτῳ ἁμαρτάνεις, τῷ λέγειν, ὅτι Οὐκ εἰμὶ ἁμαρτωλός· ἀλλὰ μᾶλλον λέγε, ὅτι Ὑπὲρ τοὺς ἁμαρτωλοὺς πάντας (76) ἐγώ εἰμι ὁ παραβαίνων τὸ θεῖον πρόσταγμα τὸ κελεῦον· *Ὅταν πάντα κατορθώσητε, λέγετε, ὅτι Ἀχρεῖοι δοῦλοί ἐσμεν· ἃ γὰρ ὀφείλομεν ποιῆσαι, πεποιήκαμεν.* Οὕτω σε δεῖ λογίζεσθαι διαπαντὸς, ὅτι Ἀχρεῖός εἰμι· καὶ πάλιν· *Τῇ ταπεινοφροσύνῃ ἀλλήλους ἡγούμενοι ὑπερέχοντας ἑαυτῶν.* Προσεύχου οὖν τῷ Θεῷ μετὰ φόβου καὶ ταπεινοφροσύνης. Ὅταν οὖν ἀποτείνῃς λόγον ταπεινοφροσύνης, καὶ εἴπῃς· Εὐχαριστῶ σοι, Κύριε, ὅτι μου ἐμακροθύμησας τοῖς παραπτώμασι, καὶ ἕως τοῦ νῦν ἀτιμώρητόν με εἴασας· ἐγὼ μὲν γὰρ ἄξιος ἦμην πάλαι μυρία δεινὰ παθεῖν, καὶ ἀπορριφῆναι ἀπὸ τοῦ προσώπου σου, ἡ δὲ ἀνεξίκακός σου φιλανθρωπία ἐμακροθύμησεν ἐπ' ἐμοί· εὐχαριστῶ σοι, εἰ καὶ μὴ τυγχάνω αὐτάρκης πρὸς εὐχαριστίαν τῆς σῆς ἀνεξικακίας· καὶ ὅταν τὰ δύο μέρη ἀποπληρώσῃς τῆς δοξολογίας καὶ ταπεινοφροσύνης, τότε λοιπὸν αἴτησον ὃ ὀφείλεις αἰτῆσαι· μὴ πλοῦτον, καθὼς προεῖπον, μὴ δόξαν ἐπίγειον, μὴ ὑγείαν σώματος. Αὐτὸς γάρ σε ἔπλασε, καὶ κήδεταί σου τῆς σωτηρίας, καὶ οἶδε πῶς ἑκάστῳ συμφέρει, εἴτε ὑγιαίνειν, εἴτε ἀσθε-

A sibilem ac invisibilem creaturam, et incipe a glorificatione conditoris universorum, et ubi ipsi dederis gloriam, ne vagare mente huc et illuc, neque Græcorum more enarres fabulas, sed carpe de sanctis Scripturis, et dic : Domine, benedico, tibi, clementi et toleranti malorum, qui me quotidie peccantem fers patienter, et omnibus nobis pœnitentiæ agendæ facultatem præbes. Idcirco enim taces, ac nos sustines, Domine, ut tibi generis nostri salutem moderanti tribuamus gloriam : qui modo terrendo, modo admonendo, modo per prophetas, postremum per adventum Christi tui nos visitasti. Tu enim finxisti nos, non autem ipsi nos. Tu es Deus noster [87].

B 3. Cum autem pro viribus ex Scripturis glorificaveris, laudaverisque Deum, tum ordire humiliter, ac dic : Equidem non sum dignus, Domine, qui loquar coram te, quoniam valde peccator sum. Et licet nullius mali tibi conscius sis, tamen ita te oportet dicere. Nemo enim sine peccato est, nisi solus Deus. Nam cum peccata **537** multa committamus, tamen ne intelligimus quidem eorum maximam partem. Quapropter dicit Apostolus : *Nihil mihi conscius sum, sed non in hoc justificatus sum* [88], hoc est, committo multa peccata, nec tamen ea cognosco. Unde ait quoque Propheta : *Delicta quis intelliget* [89] ? Quare non mentiris cum teipsum dicis peccatorem. Etenim si ita esse noveris, etiam in hoc ipso peccas, quod dicis : Non sum C peccator : sed dic potius : Pecco ego magis quam cæteri peccatores, qui violem illud præceptum, quod sic jubet : *Cum omnia recte feceritis, dicite : Servi inutiles sumus : quæ enim debuimus facere, fecimus* [90]. Sic semper cogitare te oportet, *Inutilis sum.* Ac rursus tecum reputa illud : *Humilitate superiores sibi invicem arbitrantes* [91]. Precare igitur Deum cum timore et humilitate. Ubi ergo protuleris humilitatis verba, dixerisque : Gratias ago tibi, Domine, quod patienter pertulisti peccata mea, et usque ad hoc tempus me reliquisti inultum : equidem jam pridem eram dignus, qui innumera supplicia paterer, expellererque e conspectu tuo, sed clementissima tua benignitas sustinuit me patienter; gratias, inquam, ago tibi, tametsi non pos- D sum grates clementiæ tuæ debitas persolvere; et ubi duas glorificationis et humilitatis partes absolveris, tum demum quod debes petere, pete, non divitias, uti jam dixi, non gloriam terrenam, non corporis sanitatem. Ipse enim finxit te, ipsique

[87] Psal. XCIX, 3. [88] I Cor. IV, 4. [89] Psal. XVIII, 13. [90] Luc. XVII, 10. [91] Philipp. II, 3.

(73) Antiqui duo libri φόβων... παραινέσεων. Alius ms. φόβων... παραινέσεως. Editi φόβου... παραινέσεως.

(74) Codices duo αἶνον Θεῷ, τότε ἄρξαι.

(75) Editi et mss. Εἰ γὰρ συνιεῖς. Combefisius legi oportere ait Εἰ γὰρ οὐ συνιεῖς· *Si non intelligis (te esse peccatorem). Nam,* inquit, *sic petit contextus, nec Basilius aliter scripserit.* Ego tamen non video, cur necesse sit particulam negantem contra omnium librorum fidem addere, cum hæc eam habere possint sententiam : Si quis intelligit ita esse, hoc est, si conscius est sibi se esse peccatorem, sine dubio peccat, si neget esse se peccatorem : qui scilicet mendacium faciat. Ibidem editi et Reg. tertius, καὶ αὐτὸ τοῦτο ἁμαρτάνεις τὸ λέγειν. Alii duo mss. ut in contextu.

(76) Vox πάντας addita est ex antiquis duobus libris.

Digitized by Google

curæ est salus tua, nec ignorat qua ratione prosit unicuique sive bona, sive mala valetudo : sed quemadmodum jussus es, pete regnum Dei[92]. Nam ipse, ut prius dixi, providebit corporis tui necessitatibus. Etenim rex noster maximæ est dignitatis, atque augustissimus, et indigne fert, si quis parvum quiddam ab ipso petat, si quis nostrum res haud convenientes ab eo efflagitet. Cave igitur ne orando in te convertas illius indignationem, sed pete tibi ipse digna rege Deo. Cum autem exposcis digna Deo, ne destiteris, donec accipias. Hoc enim indicans Dominus, in Evangelio dicit : *Quis vestrum habebit amicum, et ibit ad illum media nocte, et dicet illi : Amice, commoda mihi tres panes, quoniam amicus meus venit de via, et non habeo quod ponam ante illum : et ille de intus respondeat : Noli mihi molestus esse, jam enim ostium clausum est et pueri mei mecum sunt in cubili, non possum surgere et dare tibi. Dico vobis, et si non dabit illi, surgens eo quod amicus ejus sit, propter improbitatem tamen ejus surget, et dabit illi quotquot habet necessarios*[93].

4. Hoc exemplum idcirco nobis a Domino proponitur, ut doceat nos in fide firmos esse ac pertinaces. Exemplum enim sumit ab homine ad hominem, ut discas nunquam desperare ; ut cum petieris, nec acceperis, non desistas tamen, quoad accipias, si modo, uti dixi prius, **538** quæ Deus vult postules : neque dixeris, Peccator sum, et ideo non exaudior. Verum enimvero ne spem abjiceres, idcirco ait : *Et si non propterea quod ejus amicus sit, dabit illi, propter improbitatem tamen ejus dabit illi quotquot habet necessarios.* Cæterum sive mensis, sive annus, sive triennium, sive quadriennium, sive anni complures præterierint, donec impetres, ne supersederis : sed cum fide roga, semper quod bonum est perficiens. Contigit enim non raro, ut quis in juventute pudicitiam coluerit, deinde subrepserit voluptas, excitatæ sint naturales libidines, elanguerit precatio, accesserit juventuti vinum, perierit pudicitia, et homo alius pro alio factus sit. Sic fiunt mutationes, quod strenuo animo vitiosis affectibus non obsistamus. Oportet igitur unumquemque ex se omnem conatum adhibere, et tamen ad Deum clamare, ut sibi veniat

A νεῖν· ἀλλ' αἴτει, καθὼς προσετάχθης, τὴν βασιλείαν (77) τοῦ Θεοῦ. Περὶ γὰρ τῆς χρείας τοῦ σώματός σου, καθὼς προέφην, αὐτὸς φροντίσει. Ἀξιωματικώτατος γάρ ἐστιν ὁ βασιλεὺς ἡμῶν, καὶ ἀγανακτεῖ, ἐάν τις αὐτὸν μικρόν τι αἰτήσῃ, ἐάν τις ἡμῶν περὶ τῶν οὐδὲν προσηκόντων αὐτὸν αἰτῇ. Μὴ τοίνυν ἐν τῇ προσευχῇ σου ἀγανάκτησιν σεαυτῷ προσαγάγῃς, ἀλλ' αἴτησον σεαυτῷ ἄξια τοῦ βασιλέως Θεοῦ. Αἰτῶν δὲ τὰ ἄξια τοῦ Θεοῦ, μὴ ἀποστῇς, ἕως ὅτου λάβῃς. Τοῦτο γὰρ αἰνιττόμενος ὁ Κύριός φησιν ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ· *Τίς ἐξ ὑμῶν ἕξει φίλον, καὶ πορεύσεται πρὸς αὐτὸν μεσονυκτίῳ, καὶ ἐρεῖ αὐτῷ· Φίλε, χρῆσόν μοι τρεῖς ἄρτους, ἐπειδὴ φίλος μοι παρεγένετο ἐξ ὁδοῦ, καὶ οὐκ ἔχω ὃ παραθήσω αὐτῷ· κἀκεῖνος ἔσωθεν ἀποκριθῇ· Μή μοι κόπους πάρεχε· ἤδη γὰρ ἡ θύρα κέκλεισται, καὶ*
B *τὰ παιδία μου μετ' ἐμοῦ ἐν τῇ κοίτῃ εἰσίν, οὐ δύναμαι ἀναστὰς δοῦναί σοι. Λέγω ὑμῖν, εἰ καὶ οὐ δώσει αὐτῷ, ἀναστὰς διὰ τὸ φίλον αὐτοῦ εἶναι, ἀλλά γε διὰ τὴν ἀναίδειαν αὐτοῦ ἀναστὰς δώσει αὐτῷ ὅσων χρῄζει* (78).

4. Ὑπόδειγμα ἡμῖν δίδωσιν ὁ Κύριος, ἵνα διδάξῃ ἡμᾶς εὐτόνους εἶναι καὶ φιλονείκους ἐν πίστει. Ὑπόδειγμα γὰρ λαμβάνει ἀπὸ ἀνθρώπου πρὸς ἄνθρωπον, ἵνα μάθῃς μὴ ἀπαγορεύειν ποτέ· ἵνα, ὅταν αἰτήσῃς, καὶ μὴ λάβῃς, μὴ ἀποστῇς ἕως ὅτου λάβῃς, πλήν, καθὼς προεῖπον, ἐὰν αἰτῇς ἅπερ ὁ Θεὸς θέλει· καὶ μὴ εἴπῃς, ὅτι Ἁμαρτωλός εἰμι, καὶ οὐκ ἀκούομαι. Ἵνα γὰρ μὴ ἀπογινώσκῃς, διὰ τοῦτό φησιν· *Εἰ καὶ*
C *μὴ διὰ τὸ φίλον αὐτοῦ εἶναι δώσει* (79) *αὐτῷ, ἀλλά γε διὰ τὴν ἀναίδειαν αὐτοῦ δώσει αὐτῷ ὅσων χρῄζει.* Λοιπὸν κἂν μὴν παρέλθοι, κἂν ἐνιαυτός, κἂν τριετής, κἂν τετραετὴς χρόνος, κἂν πλείονα ἔτη, ἕως ὅτου λάβῃς, μὴ ἀναχωρήσῃς, ἀλλὰ μετὰ πίστεως αἴτει, διαπαντὸς τὸ ἀγαθὸν ἐργαζόμενος. Πολλάκις γάρ τις ἐξ ἡμῶν ἐν νεότητι ἀντεποιήθη σωφροσύνης, εἶτα ὑπεισῆλθεν (80) ἡ ἡδονή, ἐκινήθησαν αἱ κατὰ φύσιν ἐπιθυμίαι, ἠσθένησεν ἡ προσευχή, ἐπεβλήθη τῇ νεότητι οἶνος, ἀπώλετο ἡ σωφροσύνη, καὶ γέγονεν ὁ ἄνθρωπος ἄλλος ἀντ' ἄλλου. Οὕτως αἱ μεταβολαὶ γίνονται, διὰ τὸ μὴ γενναίῳ λογισμῷ ἀνθίστασθαι τοῖς πάθεσι (81). Δεῖ οὖν τὰ μὲν παρ' ἑαυτοῦ εἰσφέρειν πάντα, βοᾷν δὲ πρὸς τὸν Θεὸν, ἵνα συμμαχήσῃ αὐτῷ. Ἐὰν γάρ τις χαυνότητι ἐκδώσει ἑαυτὸν ταῖς ἐπιθυ-

[92] Matth. VI, 33. [93] Luc. XI, 5-8.

(77) Editi et Reg. tertius οὐρανῶν μόνον, καὶ περὶ D τῆς, *sed pete regnum cœlorum duntaxat.* Regii secundus et quartus ita, ut edendum curavimus. Mox unus ms. et editi φροντίζει. Alii duo mss. φροντίσει.

(78) Regii secundus et quartus : Λέγω ὑμῖν ὅτι, κἂν μὴ διὰ τὸ φίλον αὐτοῦ εἶναι, ἀλλά γε διὰ τὴν ἀναίδειαν αὐτοῦ ἀναστὰς δώσει αὐτῷ ὅσων χρῄζει. *Dico vobis quod etiamsi non propterea quod ejus amicus sit, at certe propter ipsius improbitatem surgens, dabit illi quotquot habet opus.* Alius codex Λέγω δὲ ὑμῖν, et cætera ut in iis, quos dixi, libris. Vulgatæ tres editiones ut in contextu, nisi quod editio Veneta pro ὅσων habeat ὅσον. Aliquanto post Reg. secundus ἀνθρώπου εἰς ἄνθρωπον.

(79) Reg. tertius Εἰ καὶ μὴ διὰ τὸ φίλον αὐτοῦ εἶναι, δώσει. Editi Εἰ καὶ διὰ τὸ φίλον αὐτοῦ εἶναι οὐ δώσει αὐτῷ. Regii secundus et quartus Εἰ καὶ διὰ τὸ μὴ φίλον αὐτοῦ εἶναι, οὐ. Ita disponuntur verba in vulgatis, ut perturbata sint, nec suo loco posita. Sic potius scriptum oportuisset : Εἰ καὶ οὐ δώσει αὐτῷ διὰ τό, etc. Mox nostri mss. ὅσον. Subinde Reg. secundus μὴν παρέλθῃ.

(80) Veteres duo libri εἶτα ἐπεισῆλθεν Mox vulgatæ tres editiones ἐπεκλήθη τῇ νεότητι, male. Antiqui tres libri ἐπεβλήθη, bene.

(81) Editio Paris. et Basil. πάθεσι. Δεῖ οὖν τά. Editio Ven. et tres mss. πάθεσι καὶ τὰ μέν. Haud longe editi ἐκδώσει αὐτόν. Codices Combef. ἑαυτόν.

Digitized by Google

μίαις, καὶ ἑαυτὸν προδώσει τοῖς ἐχθροῖς, τούτῳ ὁ Θεὸς οὐ συμμαχεῖ, οὐδὲ εἰσακούει· προλαβὼν γὰρ διὰ τῆς ἁμαρτίας ἠλλοτρίωσεν ἑαυτὸν ἀπὸ τοῦ Θεοῦ. Ὁ γὰρ θέλων βοηθεῖσθαι ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, τὸ πρέπον οὐ προδίδωσιν· ὁ δὲ τὸ (82) πρέπον μὴ προδιδοὺς οὐ προδίδοται ποτε ὑπὸ τῆς θείας συμμαχίας. Χρὴ τοίνυν ἐν μηδενὶ καταγινώσκεσθαι ὑπὸ τοῦ ἰδίου συνειδότος, καὶ οὕτως τὴν θείαν συμμαχίαν ἐπικαλεῖσθαι· ἐπικαλεῖσθαι δὲ μὴ ῥᾳθύμως, μὴ μετεωριζομένῳ τῷ νῷ ὧδε κἀκεῖσε· ὁ γὰρ τοιοῦτος οὐ μόνον οὐ λήψεται τὸ αἴτημα, ἀλλὰ καὶ μειζόνως παροξυνεῖ (83) τὸν Δεσπότην. Εἰ γὰρ, ἐπὶ ἄρχοντός τις ἑστὼς καὶ διαλεγόμενος, μετὰ πολλοῦ φόβου ἵσταται, ἀμετεώριστον ἔχων καὶ τὸ ἔξωθεν ὄμμα καὶ τὸ τῆς ψυχῆς ἔνδοθεν, μήποτε κινδυνεύσῃ· πόσῳ μᾶλλον (84) ἐπὶ Θεοῦ χρὴ ἑστάναι μετὰ φόβου καὶ τρόμου, ὅλον τὸν νοῦν τεταμένον ἔχοντα πρὸς αὐτὸν μόνον, καὶ ἀλλαχοῦ μηδαμοῦ; Διότι αὐτὸς οὐ μόνον τὸν ἔξωθεν ἄνθρωπον βλέπει, καθὼς οἱ ἄνθρωποι, ἀλλὰ καὶ τὸν ἔνδοθεν καθορᾷ. Ἐὰν τοίνυν οὕτως, ὡς χρὴ, στήκῃς ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ, καὶ τὰ παρὰ σεαυτοῦ πάντα εἰσφέρῃς, μὴ ἀποστῇς, ἕως ὅτου λάβῃς τὸ αἴτημά σου· ἐὰν δὲ καταγινώσκῃ ὑπὸ τοῦ συνειδότος σου ὡς καταφρονῶν, καὶ ἐὰν μετεώρως στήκῃς εἰς εὐχὴν, δυνάμενος ἀμετεωρίστως στῆναι, μὴ τολμήσῃς στῆναι ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ, ἵνα μὴ γένηται ἡ προσευχή σου εἰς ἁμαρτίαν. Εἰ δὲ, ἐξασθενήσας ὑπὸ τῆς ἁμαρτίας, ἀπερισπάστως οὐ δύνασαι εὔχεσθαι, ὅσον δύνασαι σεαυτὸν βιάζου, καὶ προσκαρτέρει στήκων ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ (85), τὸν νοῦν πρὸς αὐτὸν ἔχων, καὶ ἐπισυνάγων αὐτὸν πρὸς ἑαυτὸν, καὶ ὁ Θεὸς συγγνώμην ποιεῖ, ὅτι οὐκ ἀπὸ καταφρονήσεως, ἀλλὰ ἀπὸ ἀσθενείας οὐκ ἰσχύεις, ὡς χρὴ, στήκειν ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ (86). Ἐὰν οὕτω βιάζῃ ἑαυτὸν εἰς πᾶν ἔργον ἀγαθὸν, μὴ ἀποστῇς, ἕως ὅτου λάβῃς τὸ αἴτημά σου, ἀλλὰ μακροθύμως κροῦε τὴν θύραν αὐτοῦ, αἰτῶν τὸ αἴτημά σου. *Πᾶς γὰρ ὁ αἰτῶν λαμβάνει*, φησὶ, *καὶ ὁ ζητῶν εὑρίσκει, καὶ τῷ κρούοντι ἀνοιγήσεται.* Τίνος γὰρ ἄλλου θέλεις τυχεῖν εἰ μὴ μόνης τῆς κατὰ Θεὸν σωτηρίας;

suppetias. Si quis enim per ignaviam seipsum libidinibus dedat, prodatque seipsum hostibus: ei Deus auxilium non fert, neque exaudit, quandoquidem prior suo se peccato a Deo abalienavit. Qui enim a Deo se optat juvari, suo non deest officio: qui autem officio non deest, nunquam divino auxilio destituitur. Oportet itaque in nulla re a propria conscientia condemnari, et ita demum divinum auxilium flagitare: flagitandum autem est non segniter, neque mente huc et illuc divagante: siquidem quisquis est ejusmodi, non solum non consecuturus est quæ petet, imo vero Dominum magis exasperabit. Si enim cum aliquis coram principe stat, ac loquitur, stat cum multo timore, atque tum externum tum internum animæ oculum nequaquam vagum, sed intentum habet, ne forte in aliquod periculum veniat: quanto magis coram Deo cum timore ac tremore standum est, mente tota in illum solum, nusquam vero alio intenta? Nam ipse non externum hominem modo videt velut homines, sed internum etiam intuetur. Proinde si sic, ut decet, steteris coram Deo, et quæ in te sunt, omnia pro viribus præstiteris, ne desistas, donec postulata obtineas: sin a tua ipsius conscientia negligentiæ ac contemptus condemnaris, stesque in precando vaga mente, cum possis citra mentis aberrationem stare, stare coram Deo ne aude, ut ne cedat precatio tua tibi in peccatum. Quod si a peccato debilitatus, non potes citra mentis aberrationem precari, quantum potes vim tibi ipsi inferas, ac constanter sta coram Deo, mente in illum defixa, eaque ad seipsam advocata, sicque ignoscet Deus, quoniam non ex contemptu, sed ex infirmitate, ut convenit, stare coram Deo non potes. Si sic vi tibi illata omne opus bonum perficias; ne supersederis, quoad petita consequare: sed patienter fores ejus pulsa, cum petis. *Omnis enim*, inquit, *qui petit* **539** *accipit: et qui quærit invenit, et pulsanti aperietur* [94]. Quam enim aliam rem assequi vis, nisi solam secundum Deum salutem?

5. Θέλεις μαθεῖν, ἀγαπητὲ, πῶς ἐμακροθύμουν οἱ ἅγιοι, καὶ οὐκ ἀπεγίνωσκον; Τὸν Ἀβραὰμ ὁ Θεὸς νεώτερον ἐκάλεσε, καὶ ἐκ τῆς Ἀσσυρίων γῆς μετέθηκεν αὐτὸν εἰς τὴν Παλαιστίνην, φήσας αὐτῷ· *Σοὶ δώσω τὴν γῆν ταύτην, καὶ τῷ σπέρματί σου μετὰ σέ· καὶ ὡς τὰ ἄστρα τοῦ οὐρανοῦ, οὕτως ἔσται τὸ σπέρμα σου, ὃ οὐκ ἐξαριθμηθήσεται.* Καὶ παρῆλθε πολὺς ἐτῶν ἀριθμὸς, καὶ ἐνεκρώθη μὲν αὐτοῦ ἡ φύσις, ἐν προθύροις δὲ ἡ τελευτὴ, καὶ οὐκ εἶπεν, ὅτι, Κύριε, ἀεί μοι παῖδας ἐπαγγέλλῃ, καὶ πατέρα με ἔσεσθαι πάντων τῶν ἐθνῶν (87) προλέγεις. Νεκρά

5. Vis discere, o dilecte, quomodo patientes fuerint sancti, nec spem abjecerint? Abraham, cum junior esset, vocavit Deus, et ex Assyriorum terra transtulit in Palæstinam, atque ad eum dixit: *Tibi dabo terram hanc, et semini tuo post te; et velut sidera cœli, sic erit semen tuum, quod non enumerabitur* [95]. Et multorum annorum numerus effluxerat, et natura ipsius jam exstincta erat, mors vero pro foribus stabat, nec tamen dixit: Domine, mihi semper filios promittis, et gentium omnium futurum me patrem prænuntias.

[94] Luc. xi, 10. [95] Gen. xiii, 15, 16.

(82) Editio Venet. et tres mss. ὁ γὰρ τό. Aliæ duæ editiones ὁ δὲ τό.

(83) Unus ms. et editi παροξύνει, *exasperat*. Alii duo παροξυνεῖ, *exasperabit*.

(84) Reg. secundus πολλῷ μᾶλλον.

(85) Antiqui duo libri ἐνώπιον Κυρίου.

(86) Codices duo ἐνώπιον αὐτοῦ. Ἐάν. Mox Regii secundus et quartus κροῦε εἰς τὴν θύραν αὐτοῦ αἰτῶν ὃ βούλει. Πᾶς γάρ. *Pulsa fores illius, et pete quod vis.*

(87) Editi et mss. πάντων τῶν ἐθνῶν, *patrem omnium gentium*. Sed apud LXX, Genes. xvii, 5 ali-

Digitized by Google

Mortui sunt mei naturales motus propter senectam, et Saræ uxori meæ nihil jam muliebre accidit præ senectute, tua igitur falsa est pollicitatio. Ambo enim jam senes qualem spem habere possumus? Non dixit hæc, neque cogitavit, sed in fide inconcussus permansit, et ætate ipsius senescente, spes juvenescebat. Et corpore vires suas amittente, ac desperationi locum dante, fides et animum et corpus corroborabat. Deus, inquit, est, qui promisit, ipse est Dominus naturæ, et aliter fieri non potest. Ipse est, qui quæ ex se fieri non possunt, ut fieri possint, facit : siquidem efficit omnia, et pro arbitrio transmutat. Imitare fidem Abrahæ. Postquam igitur debilitata fuisset natura, motusque exstincti, tum demum Dei vixit promissio. Accipe exempla. Nos autem annum oramus, et desistimus : biennium jejunamus, et supersedemus. Nolimus igitur animum despondere, cum Deus nobis aliquid promittit. Qui enim huic promiserat multiplicaturum se semen illius, idem quoque promisit se nobis daturum quod petierimus. Ait enim : *Venite ad me, omnes qui laboratis, et onerati estis, et ego reficiam vos* [96]. Cum enim tu longe ab ipso abesses, misericordia motus accersivit te laborantem, et gravissima peccati sarcina oneratum : ut levaret te onere, et requiem in posterum tibi largiretur ; et tu ei fidem non habes? Atqui licet tacere voluerimus, ab ipsa nostra conscientia redarguimur. Neque enim propterea ei fidem abrogamus, quod nos reficere non possit : sed jugum ipsius supra nos tollere recusamus, bonum illud et leve : pigetque in Dei regnum per angustam portam introire, et malumus peccatorum sarcinam gestare, et per voluptates libidinosas lata via incedere, et per amplam portam ingredi in interitum. At sæpe, inquit, petivi, et tamen non accepi. Prorsus, quia male petivisti, aut dubitanter, aut vaga mente, aut ea quæ tibi non conducunt. Quod si sæpe etiam flagitasti conducibilia, at non perseverasti. Scriptum est enim : *In patientia vestra possidete animas vestras* [97]. Item : *Qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit* [98].

. Deus corda novit precantium. Quid igitur, inquit, petitione nostra opus est Deo? Nonne novit quibus indigemus? Quid ergo necesse est petere? Novit quidem Deus quibus opus habemus, et omnia corporalia nobis fruenda abunde suppeditat, et cum bonus sit, pluit super justos et iniustos, vultque solem suum super bonos et malos

μου διὰ γῆρας τῆς φύσεως τὰ κινήματα, καὶ Σάρρα, ἡ γυνή μου, οὐκέτι ὑπομένει τι γυναικεῖον διὰ τὸ γῆρας· ὥστε ψευδὴς ἡ ἐπαγγελία. Δύο γὰρ γέροντες ποίαν ἐλπίδα ἔχομεν; Οὐκ εἶπε ταῦτα, οὐκ ἐνενόησεν, ἀλλ' ἔμενεν ἀσάλευτος τῇ πίστει· καὶ τῇ μὲν ἡλικίᾳ ἐγήρασκεν (88), ἡ δὲ ἐλπὶς ἐνέαζε. Καὶ τὸ μὲν σῶμα εἰς ἀτονίαν ἤρχετο, καὶ ἀπόγνωσιν ἐνεποίει, ἡ δὲ πίστις ἐνεύρου καὶ τὴν ψυχὴν καὶ τὸ σῶμα. Θεὸς, φησὶν, ἐστὶν ὁ ἐπαγγειλάμενος, ὁ Δεσπότης τῆς φύσεως, καὶ ἄλλως γενέσθαι οὐ δύναται. Αὐτός ἐστιν ὁ καὶ τὰ ἀδύνατα δυνατὰ ποιῶν· δίοτι ποιεῖ πάντα, καὶ μετασκευάζει ὡς βούλεται. Μιμοῦ τὴν πίστιν τοῦ Ἀβραάμ. Ὅτε οὖν ἠσθένησεν ἡ φύσις, καὶ ἐνεκρώθη τὰ κινήματα, τότε ἔζησεν ἡ ἐπαγγελία τοῦ Θεοῦ. Δέχου τὰ ὑποδείγματα. Ἡμεῖς δὲ ἐνιαυτὸν προσευχόμεθα, καὶ ἀναχωροῦμεν· δύο ἔτη νηστεύομεν, καὶ παυόμεθα. Μὴ οὖν ἀτονήσωμεν πρὸς τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ Θεοῦ. Καὶ γὰρ ὁ ἐκείνῳ ἐπαγγειλάμενος πληθύνειν τὸ σπέρμα αὐτοῦ, καὶ ἡμῖν ἐπηγγείλατο αἰτοῦσι παρέχειν τὸ αἴτημα ἡμῶν. Φησὶ γάρ· *Δεῦτε πάντες πρὸς* (89) *μὲ, οἱ κεκοπιῶντες καὶ πεφορτισμένοι, κἀγὼ ἀναπαύσω ὑμᾶς.* Μακρὰν γάρ σου ὄντος ἀπ' αὐτοῦ, κοπιῶντά τε καὶ πεφορτισμένον τὸ βαρύτατον (90) φορτίον τῆς ἁμαρτίας, ἐλεήσας σε προσεκαλέσατο, ὥστε κουφίσαι σε τοῦ φορτίου, καὶ ἀνάπαυσιν τοῦ λοιποῦ χαρίσασθαι· καὶ σὺ οὐ πιστεύεις αὐτῷ; Ἀλλὰ γὰρ, κἂν σιωπᾷν θέλωμεν, ἐλεγχόμεθα ὑπὸ τοῦ συνειδότος ἡμῶν. Οὐ γὰρ ἀπιστοῦμεν αὐτῷ ὡς μὴ δυναμένῳ ἀναπαῦσαι ἡμᾶς, ἀλλὰ περιστελλόμεθα ἆραι τὸν ζυγὸν αὐτοῦ ἐφ' ἑαυτῶν, τὸν χρηστὸν καὶ ἐλαφρὸν, καὶ διὰ τῆς στενῆς πύλης εἰσελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν· αἱρούμεθα δὲ μᾶλλον τὸ τῶν ἁμαρτιῶν φορτίον βαστάζειν, καὶ διὰ τῶν ἐν ἡδονῇ παθημάτων τὴν εὐρύχωρον ὁδὸν βαδίζειν, καὶ διὰ τῆς πλατείας πύλης εἰσέρχεσθαι εἰς τὴν ἀπώλειαν. Ἀλλὰ πολλάκις, φησὶν (91), ᾔτησα, καὶ οὐκ ἔλαβον. Πάντως ὅτι κακῶς ᾔτησας, ἢ ἀπίστως, ἢ μετεώρως, ἢ τὰ μὴ συμφέροντά σοι. Εἰ δὲ καὶ τὰ συμφέροντα πολλάκις ᾔτησας, ἀλλ' οὐ παρέμεινας. Γέγραπται γὰρ, ὅτι *Ἐν τῇ ὑπομονῇ ὑμῶν κτήσασθε τὰς ψυχὰς ὑμῶν* καὶ, *Ὁ ὑπομείνας εἰς τέλος, οὗτος σωθήσεται.*

6. Οἶδεν ὁ Θεὸς τῶν προσευχομένων τὴν καρδίαν. Τί οὖν, φησὶ, τῆς ἡμῶν χρείαν ἔχει αἰτήσεως ὁ Θεός; Οὐκ οἶδεν ὧν (92) χρείαν ἔχομεν; Τίς οὖν χρεία αἰτήσεως; Οἶδε μὲν ὁ Θεὸς ὧν χρῄζομεν, καὶ πάντα τὰ σωματικὰ πλουσίως ἡμῖν παρέχει εἰς ἀπόλαυσιν, καὶ ἀγαθὸς ὑπάρχων, βρέχει ἐπὶ δικαίους καὶ ἀδίκους, καὶ τὸν ἥλιον αὐτοῦ ἀνατέλλει ἐπὶ πονηροὺς

[96] Matth. xi, 28. [97] Luc. xxi, 19. [98] Matth. x, 22.

ter legitur, πατέρα πολλῶν ἐθνῶν τέθεικά σε, *patrem multarum gentium posui te.* Ibidem Reg. secundus Νεκρὰ δέ μου.

(88) Veteres duo libri καὶ ἡ μὲν ἡλικία ἐγήρασεν.

(89) Editio Ven. et tres mss. αἴτημα ἡμῶν. Καὶ πάλιν· Δεῦτε πρός. Aliæ duæ editiones αἴτημα ἡμῶν. Φησὶ γάρ.

(90) Antiqui duo libri διὰ τὸ βαρύτατον.

(91) Editiones Paris. et Basil. hic et paulo post φῄς. Editio Ven. et tres mss. utroque in loco φησίν. Statim editi et Reg. tertius ἁπλήστως ἢ μετεώρως, *insatiabiliter et vaga mente.* Regii secundus et quartus ἀπίστως ἢ μετεώρως. rectc.

(92) Veteres duo libri καὶ οὐκ οἶδεν ὧν.

Digitized by Google

καὶ ἀγαθοὺς, καὶ πρὸ τοῦ αἰτῆσαι ἡμᾶς· τὴν δὲ πίστιν, καὶ τὰ κατορθώματα τῆς ἀρετῆς, καὶ τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, ἐὰν μὴ αἰτήσῃς μετὰ καμάτου καὶ παραμονῆς πολλῆς, οὐ λαμβάνεις. Δεῖ γὰρ πρότερον ποθῆσαι, ποθήσαντα δὲ ζητῆσαι ἐξ ἀληθείας ἐν πίστει καὶ ὑπομονῇ τὰ παρ' ἑαυτοῦ πάντα εἰσφέροντα· ἐν μηδενὶ κρινόμενον ὑπὸ τοῦ ἰδίου συνειδότος, ὡς ἢ ἀμελῶς ἢ ῥᾳθύμως αἰτοῦντος, καὶ τότε λαβεῖν, ὅτε θέλει ὁ Κύριος. Κρεῖσσον γάρ σου οἶδε τὰ συμφέροντά σοι. Καὶ ἴσως διὰ τοῦτο ἀναβάλλεται διδόναι, τὴν πρὸς αὐτὸν προσεδρίαν σου σοφιζόμενος· καὶ ἵνα γνῷς, τί ἐστι δῶρον Θεοῦ, καὶ φυλάξῃς τὸ δοθὲν μετὰ φόβου. Πᾶν γὰρ ὃ μετὰ πολλοῦ καμάτου τις κτᾶται (93), σπουδάζει τοῦτο φυλάττειν, ἵνα μὴ, ἀπολέσας αὐτὸ, ἀπολέσῃ καὶ τὸν πολὺν αὐτοῦ κάματον, καὶ τὴν χάριν τοῦ Θεοῦ ἀθετήσας, ἀνάξιος γένηται τῆς αἰωνίου ζωῆς. Τί γὰρ ὠφέλησε τὸν Σολομῶντα ταχέως λαβόντα τὴν χάριν τῆς σοφίας, καὶ ἀπολέσαντα αὐτήν;

7. Μὴ οὖν ὀλιγοψύχει, εἰ μὴ λάβῃς ταχέως τὸ αἴτημα. Εἰ γὰρ ᾔδει ὁ ἀγαθὸς Δεσπότης, ὅτι (94), ταχέως λαμβάνων τὴν χάριν, οὐκ ἀπολεῖς αὐτὴν, ἕτοιμος ἦν καὶ πρὸ τοῦ αἰτῆσαί σε αὐτὴν παρασχεῖν. Νῦν δὲ κηδόμενός σου τοῦτο ποιεῖ. Εἰ γὰρ ὁ λαβὼν τὸ τάλαντον, καὶ σῶον αὐτὸ φυλάξας, διότι μὴ ἐπραγματεύσατο (95) αὐτὸ, κατεκρίθη· πόσῳ μᾶλλον κατακριθήσεται ὁ ἀπολέσας αὐτό; Ταῦτα οὖν εἰδότες, εἴτε ταχύτερον εἴτε βραδύτερον λάβωμεν, μείνωμεν εὐχαριστοῦντες τῷ Κυρίῳ· ὅτι πάντα ὅσα ποιεῖ ὁ Δεσπότης, ὑπὲρ τῆς ἡμῶν σωτηρίας οἰκονομεῖ· μόνον ἡμεῖς μὴ ὀλιγοψυχήσαντες παυσώμεθα τῆς αἰτήσεως. Διὰ γὰρ τοῦτο τὴν παραβολὴν εἶπεν ὁ Κύριος περὶ τῆς χήρας, ἣ διὰ τῆς παραμονῆς αὐτῆς ἐπέκαμψε τὸν ἄνομον κριτὴν (96), ἵνα καὶ ἡμεῖς διὰ τῆς παραμονῆς λαμβάνωμεν τὰ αἰτήματα ἡμῶν. Ἔνθεν γὰρ καὶ ἡ πίστις ἡμῶν καὶ ἡ ἀγάπη ἡ πρὸς τὸν Θεὸν δείκνυται, ὅταν, καὶ μὴ λαμβάνοντες ταχὺ, μένωμεν εὐχαριστοῦντες αὐτῷ. Εὐχαριστήσωμεν οὖν (97) αὐτῷ διαπαντὸς, ἵνα καταξιωθῶμεν ἐπιτυχεῖν τῶν αἰωνίων αὐτοῦ ἀγαθῶν· ὅτι αὐτῷ πρέπει ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

A oriri [99], prius etiam quam a nobis rogatus sit : sed fidem, et virtutis opera et regnum cœlorum nisi cum labore et perseverantia multa efflagitaveris, ea nequaquam consequere. Oportet enim prius desiderare : tum ubi desideraveris, omnesque vires tuas adhibueris, ita ex animo quærendum in fide et patientia, neque committendum, ut ulla in re a propria conscientia condemnere, tanquam qui aut negligenter aut oscitanter roges, et ita demum, cum Deus voluerit, accipies : quandoquidem quæ tibi expediant, melius ipse intelligit quam tu. Et fortasse ea de causa differt largitionem, ut hac arte te erga ipsum perseverantem reddat, intelligasque quid sit donum Dei, ac cum tremore custodias quod datum est. Quidquid enim multo B labore ab aliquo comparatum est, id custodire conatur, ut ne hoc deperdito, perdat quoque multum suum laborem, neve contempto Dei munere, æterna vita indignus efficiatur. Quid enim Salomoni profuit cito sapientiæ donum accepisse, cum ipsum amiserit?

7. Itaque animo ne concidas, si illico non assequaris postulata. Si benignus Deus intellexisset futurum fuisse, ut donum illico acceptum a te non amitteretur, necdum rogatus ad id conferendum paratus fuisset. Nunc autem tibi prospiciens, hoc facit. Si enim qui talentum acceperat, idque integrum servaverat, propterea tamen quod ex ipso nullum quæstum comparaverit, condemnatus est [1], quanto magis condemnabitur qui ipsum perdiderit? Nos igitur horum haud ignari, sive citius, sive C serius quidpiam receperimus, pergamus gratias Domino rependere : quando Dominus quæcunque facit, ea omnia pro nostra salute dispensat, tantum nos ne ex animi demissione flagitare desinamus. Idcirco enim Dominus protulit parabolam de vidua illa, quæ judicem iniquum flexit perseverando [2], ut nos quoque per perseverantiam petita consequamur. Ex eo enim et nostra fides et dilectio erga Deum ostenditur, si re etiam non illico impetrata, nihilominus tamen grates ipsi perseveranter exsolvamus. Itaque ei semper agamus gratias, ut digni habeamur, qui sempiterna ipsius bona recipiamus : quandoquidem ipsum addecet D gloria in sæcula sæculorum. Amen.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Β'.

Περὶ τῆς τῶν λογισμῶν ἐπιστάσεως, καὶ ὅτι οὐ κακὸν τὸ σῶμα, ὡς τινες ὑπειλήφασιν.

1. Πρῶτον (98) μὲν οὖν κρατητέον ἐκ παντὸς τρό-

541 CAPUT II.

De cogitationibus cohibendis ac moderandis, et quod corpus malum non sit, ut quidam putaverunt.

1. Primum quidem omnibus modis cogitationem

[99] Matth. v, 45. [1] Matth. xxv, 25-30. [2] Luc. xviii, 2-5.

(93) Unus ms. et editi κτήσεται. Alii duo mss. κτᾶται.

(94) Veteres duo libri ὁ ἀγαθὸς Θεὸς, ὅτι. Mox editi et Reg. tertius οὐκ ἀπώλυες. Regii secundus et quartus ἀπολεῖς. Statim Reg. secundus Νυνὶ δέ.

(95) Antiqui duo libri διότι μὴ ἐπειργάσατο, κατεκρίθη. Aliquanto post Reg. secundus λάβωμεν, μένωμεν. Subinde editi ὅτι πάντα ἃ ποιεῖ. Unus ms. ὅτι πάντα εἴ τι ποιεῖ. Alii duo πάντα ὅσα ποιεῖ.

(96) Regii secundus et tertius τὸν ὠμὸν κριτήν, *crudelem judicem*.

(97) Veteres duo libri Εὐχαριστῶμεν οὖν.

(98) Codices duo Καὶ πρῶτον. Nec ita multo post duo mss. συγχωρεῖν τὴν ψυχήν. Alii duo et editi τῇ ψυχῇ.

Digitized by Google

ἕνι, καὶ πρᾶον ὄντα, σὺν λόγῳ διαθερμαίνεσθαι, καὶ τὸ τῆς πραότητος μὴ διαφθείρειν καλόν. Τὸ δὲ ἀκίνητον μένειν, ἢ δεόντως μὴ ἀγαναχτεῖν (26), ἀργίας τῆς φύσεως, οὐ πραότητος ἂν εἴη. Τῇ δὲ πραότητι πέφυκέ πως καὶ τὸ ἀνεξίκακον ἕπεσθαι. Πραότης γὰρ ἀνεξικακίας μήτηρ. Οὐδὲν δὲ ἧττον τοῖς κατὰ ἀλήθειαν πραέσιν, ἀλλὰ μὴ βαρύτητι πεπληγμένοις (27) τὸ ἦθος, καὶ τὸ χρηστὸν συγκέκραται. Χρηστότης γὰρ ὕλη πραότητος. Ταῦτα δὲ, συγκιρνώμενα ἀλλήλοις καὶ συντιθέμενα, τὸ κράτιστον τῶν ἀρετῶν τὴν ἀγάπην ἀποτελεῖ.

A cæde ; hocque tum, cum conflassent vitulum [39] : tum etiam, cum se per Beelphegor inquinassent [40]. Quare potest etiam mansuetus cum ratione excandescere, nec tamen mansuetudinis dignitatem corrumpere. Nam nullo modo commoveri, aut tempestive non indignari, lentitudo fuerit naturæ, non mansuetudo. Atque etiam patientia solet, nescio quomodo, lenitatem sequi. Lenitas enim mater est patientiæ. Cæterum nihilominus in iis qui vere mansueti sunt, nec habent mores severitate attritos ac vitiatos, permista est etiam benignitas. Etenim mansuetudinis materia benignitas est. Hæc autem inter se permista ac conjuncta, præstantissimam virtutum charitatem efficiunt.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΔ'.

Περὶ φρονήσεως.

Πάντων μέντοι τῶν πραττομένων φρόνησιν ἡγεῖσθαι προσήκει. Φρονήσεως γὰρ δίχα πᾶν ὅ τι, κἂν καλὸν εἶναι δοκῇ, εἰς κακίαν διὰ τῆς ἀκαιρίας καὶ τῆς ἀμετρίας μετέπεσε. Λόγου δὲ καὶ φρονήσεως τοῖς ἀγαθοῖς τὸν καιρὸν καὶ τὸ μέτρον ὁρίζοντος, θαυμαστόν τι τὸ τῆς χρήσεως αὐτῶν κέρδος τοῖς τε διδοῦσι καὶ τοῖς λαμβάνουσι γίνεται.

B

CAPUT XIV.

De prudentia.

Cæterum in omnibus quæ suscipiuntur rebus antecedere prudentia debet. Nam citra prudentiam omnia etiam quæ videntur esse bona, ob adversum tempus et ob immoderationem vertuntur in vitium : sed si ratio et prudentia tempus ac modum rebus bonis præscribat, mirabile quoddam emolumentum ex ipsarum usu tum a dantibus, tum ab accipientibus percipitur.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΕ'.

Περὶ πίστεως καὶ ἐλπίδος.

Πάντων μέντοι τῶν ἐγχειρημάτων ἡγείσθω πίστις ἡ εἰς Θεὸν, καὶ συνεπέσθω τὸ εὐέλπι, ἵνα τῇ μὲν πίστει (28) δύναμιν τῆς ψυχῆς ἐρειδώμεθα, τῇ δὲ εὐελπιστίᾳ πρὸς τὰ καλὰ προθυμώμεθα. Οὐδὲ γὰρ ἡ περὶ τὰ καλὰ τῶν ἀνθρώπων ἐγχείρησις δίχα τῆς ἄνωθεν βοηθείας τελειωθήσεται· οὐδὲ ἡ ἄνωθεν χάρις ἐπὶ τὸν μὴ σπουδάζοντα παραγένοιτ' ἄν· ἀλλ' ἑκάτερα συγκεκρᾶσθαι προσήκει, σπουδήν τε ἀνθρωπίνην καὶ τὴν διὰ τῆς πίστεως ἄνωθεν καθήκουσαν συμμαχίαν εἰς τελείωσιν ἀρετῆς.

C

CAPUT XV.

De fide et spe

Atqui res omnes quas aggredimur, præcedat fides in Deum, comiteturque spes bona, ut animæ quidem vires fulciamus per fidem, per bonam vero spem reddamur ad bona alacres. Neque enim ullus hominum in rebus bonis conatus absque superna ope fiet : neque accessura unquam est superna gratia ad **559** hominem non studiosum ; sed ad perfectum virtutis cumulum conjuncta simul esse utraque hæc oportet, et humanum studium, et cœleste auxilium per fidem e supernis accersitum.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙϚ'.

Περὶ ταπεινοφροσύνης.

Ἐπὶ πᾶσι μέντοι τοῖς παρ' ἡμῶν κατορθουμένοις ἡ ψυχὴ τῆς κατορθώσεως τὰς αἰτίας ἐπὶ τὸν Δεσπότην ἀναφερέτω, μηδὲν ὅλως κατορθοῦν ἐξ οἰκείας λογιζομένη δυνάμεως (29). Ἡ γὰρ τοιαύτη διάθεσις τὴν ταπεινοφροσύνην ἡμῖν ἐμποιεῖν πέφυκε. Ταπεινοφροσύνη δὲ θησαυροφυλάκιον ἀρετῶν. Ταῦτά σοι παρ' ἡμῶν, ὡς ἂν τις εἴποι, σπέρματα τῶν περὶ ἀρετῆς λόγων· σὺ δὲ, λαβὼν ἐντεῦθεν, πολύχουν ἡμῖν ἔργασαι τὸν καρπὸν, καὶ πλήρου τὸν τῆς Σοφίας λόγον, τὸν διδόναι κελεύοντα τοῖς σοφοῖς ἀφορμὰς, ἵνα σοφώτεροι γένωνται.

D

CAPUT XVI.

De humilitate.

Atqui in omnibus quæ recte a nobis fiunt, animus causas rectæ actionis referat Domino acceptas, nihil omnino suis se viribus recte facere ratus. Ejusmodi enim affectus solet humilitatem in nobis ingenerare. Virtutum autem ærarium humilitas est. Hæc tibi, ut ita dicam, a nobis proponuntur ceu quædam sermonum ad virtutem spectantium semina : tu vero his hinc acceptis, multiplicem nobis fructum profer, et exple hoc Sapientiæ dictum, quod sapientibus jubet occasiones dari, ut sapientiores fiant [41].

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΖ'.

Κατὰ πόσους τρόπους οἱ πονηροὶ λογισμοὶ ἐν ψυχῇ συνίστανται.

1. Ἐπειδὴ δὲ φθάσαντες (30) μὲν ἤδη τὰ περὶ τῶν

CAPUT XVII.

Quot modis malæ in animo cogitationes nascantur.

1. Cum autem jam antea disputaverimus de co-

[39] Exod. xxxii, 27. [40] Num. xxv, 5. [41] Prov. ix, 9.

(26) Unus ms. cum Voss. μένειν ὅτε δέον ἀγαναχτεῖν. Ibidem duo mss. ἀργία φύσεως. Reg. secundus ἀργίας. Editi ἀρνίας. Subinde duo mss. ἂν εἴη. Editi ἀν ἦ.

(27) Codex Colb. βαρύτητι πεπειλημένοις [sic[.

(28) Vocem πίστει addidimus ex libris veteribus.

(29) Codex Colb. λογιζομένη διανοίας.

(30) Veteres tres libri Ἐπειδὴ καὶ φθάσαντες. Haud longe codex Colb. οὐ διειλάμεθα.

Digitized by Google

gitationibus, neque tamen quot modis cogitationes pravæ in recto intellectu exoriantur, distinxerimus, id quoque nunc adjiciendum esse censuimus, ut perfectissima sit hujus partis tractatio. Duobus igitur modis intellectum rectum infestant turpes cogitationes, cum aut animus ex sua ipsius oscitantia in ea, quæ non decent, vagus fertur, inciditque ex imaginationibus in absurdas imaginationes, aut cum diabolus insidiose conatur menti res ineptas objicere, eamque a rerum laudabilium contemplatione considerationeque avocare. Cum igitur animus, attentione ac contentione mentis remissa, obvias rerum etiam vulgarium memorias semel susceperit, tunc intellectus inscite imprudenterque in eas res, quæ sic in memoria hærent, præceps actus, in eisque diutius occupatus, ex erroribus in longos errores transit, ac tandem sæpenumero in turpissimas atque flagitiosissimas cogitationes delabitur. Oportet autem ejusmodi animi incuriam ac effusionem densiore et coarctiore mentis applicatione emendare, mentemque reducere, et eam bonorum contemplatione ad aliquam rem præsentem jugiter appellere.

2. Cum autem diabolus insidiari aggreditur, conaturque vehementer admodum suscitatas a se cogitationes velut ignita quædam spicula in quietum ac pacatum animum intorquere, eumque derepente incendere, et immissarum semel specierum memorias diuturnas ac tenaces efficere, **560** tunc vigilantia quadam et attentione fortiore insidias hujusmodi vitare debemus, non secus ac athleta aliquis custodia quadam diligentissima et corporis agilitate non sinit apprehendi se ab adversariis; et de cætero precationi et superni præsidii invocationi prorsus belli cessatio et telorum declinatio tribuendæ sunt. Hoc enim nos docuit Paulus, cum dixit: *In omnibus sumentes scutum fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignea exstinguere* [a]. Etsi igitur etiam inter orandum suggerat pravas imaginationes, ne desistat animus ab orando, neque pravum illud hostis semen, aut imaginationes a versipelli illo præstigiatore suscitatas putet suam ipsius agriculturam esse, sed illud secum cogitans, ab impudente illo nequitiæ inventore absurdarum cogitationum speciem imprimi, insistat intentius precationi, rogetque Deum, ut malum illud munimen ab ineptarum cogitationum memoria exstru-

λογισμῶν ἐξητάσαμεν, οὐ διειλόμεθα δὲ κατὰ πόσους τρόπους αἱ πονηραὶ ἔννοιαι τοῖς ὀρθοῖς λογισμοῖς ἐπιφύονται, νῦν καὶ τοῦτο προσθεῖναι ἐδικαιώσαμεν, ὥστε εἶναι τελειοτάτην τὴν τοῦ μέρους ἐξέτασιν. Δύο τοίνυν τρόποι, καθ' οὓς αἱ ἀπρεπεῖς ἔννοιαι παρενοχλοῦσι τοῖς ὀρθοῖς λογισμοῖς· ἢ τῆς ψυχῆς κατ' οἰκείαν ὀλιγωρίαν περὶ τὰ (31) μὴ προσήκοντα πλανωμένης, καὶ φαντασίαις ἐκ φαντασιῶν ἀλογίστοις ἐντυγχανούσης, ἢ κατ' ἐπιβουλὴν τοῦ διαβόλου πειρωμένου πραγμάτων ἀτοπίας ὑποφαίνειν τῇ διανοίᾳ, καὶ ταύτην ἀπάγειν τῆς τῶν ἐπαινετῶν θεωρίας καὶ διασκέψεως. Ὅταν μὲν οὖν ἡ ψυχὴ, τὸ πυκνὸν καὶ σύντονον τῆς διανοίας ὑποχαλάσασα, μνήμας τὰς προστυχούσας καὶ τῶν τυχόντων ἀναφέρῃ (32) πραγμάτων, τηνικαῦτα ὁ λογισμὸς, ἀπαιδεύτως καὶ ἀνεπιστημόνως πρὸς τὰ μνημονευθέντα τῶν πραγμάτων φερόμενος, τούτοις τε ἐπὶ πλεῖον ἐνασχολούμενος, πλάνους ἐκ πλάνων μεταβαίνει (33) μακροὺς, καὶ εἰς αἰσχρότητας πολλάκις καὶ ἀτοπίας ἐννοιῶν καταστρέφει τὸ τελευταῖον. Ἀλλὰ τὴν μὲν τοιαύτην ὀλιγωρίαν τῆς ψυχῆς καὶ διάχυσιν πυκνοτέρᾳ καὶ ἐπιστρεφεστέρᾳ τῇ τῆς διανοίας ἐπιστάσει διορθοῦσθαι καὶ ἐπανάγειν δεῖ, καὶ τῇ πρὸς τὸ παρὸν ἀεὶ περὶ τὰ καλὰ διασκέψει προσασχολεῖν.

2. Ὅταν δὲ ὁ διάβολος ἐπιβουλεύειν ἐπιχειρῇ, καὶ μετὰ πολλῆς τῆς σφοδρότητος ὥσπερ τινὰ βέλη πεπυρωμένα τοὺς παρ' αὐτοῦ (34) λογισμοὺς ἐνιέναι ἡσυχαζούσῃ καὶ ἠρεμούσῃ βιάζηται τῇ ψυχῇ, καὶ ταύτην αἰφνίδιον ἐμπιπρᾷν, καὶ χρονίας καὶ δυσεκλύτους τὰς μνήμας τῶν ἅπαξ ἐμβληθέντων ἐργάζεσθαι· τηνικαῦτα νήψει καὶ προσοχείᾳ (35) συντονωτέρᾳ τὰς τοιαύτας ἐπιβουλὰς ὑπεξίστασθαι δεῖ, καθάπερ ἀθλητοῦ τινος ἀκριβεστάτῃ φυλακῇ καὶ τάχει σώματος τὰς λαβὰς τῶν ἀντιπάλων ἐκτρεπομένου· καὶ τὸ πᾶν τῇ προσευχῇ καὶ τῇ ἐπικλήσει τῆς ἄνωθεν συμμαχίας διδόναι τὴν τοῦ πολέμου (36) καθαίρεσιν καὶ τὴν τῶν τοξευμάτων ἀποτροπήν. Τοῦτο γὰρ ἡμᾶς ὁ Παῦλος ἐδίδαξε λέγων· *Ἐπὶ πᾶσιν ἀναλαβόντες τὸν θυρεὸν τῆς πίστεως, ἐν ᾧ δυνήσεσθε πάντα τὰ βέλη τοῦ πονηροῦ τὰ πεπυρωμένα σβέσαι.* Κἂν τοίνυν ἐν αὐταῖς ταῖς προσευχαῖς ὑποβάλλῃ (37) τὰς πονηρὰς φαντασίας, μὴ ἀφιστάσθω ἡ ψυχὴ τοῦ προσεύχεσθαι, μηδὲ οἰέσθω οἰκεῖα εἶναι γεώργια τὰς πονηρὰς τοῦ ἐχθροῦ ἐπισπορὰς, καὶ τὰς τοῦ ποικίλου θαυματοποιοῦ φαντασίας· ἀλλὰ λογισαμένη τῇ ἀναιδείᾳ τοῦ τῆς πονηρίας εὑρετοῦ τὴν τῶν ἀτόπων ἐννοιῶν φαντασίαν γίνεσθαι, μᾶλλον (38) ἐπιτεινέτω τὴν πρόσπτωσιν, καὶ

[a] Ephes. VI, 7.

(31) Reg. secundus ολιγωριαν ἐπὶ τά. Aliquanto post Reg. primus ἀλογίστως ἐντυγχανούσης.

(32) Editi ἀναφέροι. At mss. tres ἀναφέρῃ. Nec ita multo infra Reg. primus καὶ τούτοις ἐπί.

(33) Veteres duo libri et editi μεταμείβει, male. Reg. primus et Colb. μεταβαίνει, recte. Aliquanto post unus ms. πυκνοτάτῃ καὶ ἐπιστρ.

(34) Unus ms. παρ' ἑαυτοῦ. Haud longe editi βιάζεται. At mss. nonnulli βιάζηται.

(35) Codex Colb. καὶ προσοχῇ συν.

(36) Veteres quinque libri τοῦ πολέμου. Editi τοῦ πολεμίου, *hostis cladem*, et ita legi oporteret, si vel unus ms. huic lectioni faveret. Nec ita multo infra mss. nonnulli ὁ Παῦλος. Articulus deerat in vulgatis.

(37) Editi ὑποβάλλει. At mss. nonnulli ὑποβαλλῃ. Alius ms. ὑποβάλῃ. Aliquanto post duo mss. ποικίλας αὐτοῦ φαντασίας.

(38) Unus ms. φαντασιαν, αὐτῇ μᾶλλον. Alii tres φαντασίαν, ταύτῃ μᾶλλον. Ibidem editi τὴν πρόπτωσιν. Libri antiqui πρόσπτωσιν. Haud longe duo mss. ἀποσκεδασθῆναι αὐτῇ.

Digitized by Google

ἱκετευέτω τὸν Θεὸν ἀποσκεδασθῆναι αὐτῷ τὸ πονηρὸν διατείχισμα τῆς τῶν ἀτόπων λογισμῶν μνήμης· ὥστε ἀπαρεμποδίστως τῇ (39) τῆς διανοίας ὁρμῇ, ἀχρόνως, καὶ ὀξυρρεπῶς, πρὸς τὸν Θεὸν διαβαίνειν, μηδαμοῦ ταῖς τῶν πονηρῶν ἐνθυμημάτων ἐφόδοις διακοπτόμενον. Εἰ δὲ καὶ ἐπιτείνοιτο ἡ τοιαύτη τῶν λογισμῶν ἐπήρεια διὰ τὴν τοῦ προσπολεμοῦντος ἀναίδειαν, οὐδὲ οὕτως ἀπαγορεύειν, οὐδὲ ἡμιέργους τοὺς ἀγῶνας καταλιμπάνειν προσήκει· ἀλλὰ μέχρι τοσούτου (40) καρτερεῖν, μέχρις ἂν ὁ Θεὸς, τὴν ἡμετέραν ἔνστασιν θεασάμενος, τὴν χάριν τοῦ Πνεύματος ἐπιλάμψῃ, τὸν μὲν ἐπίβουλον φυγαδεύουσαν, τὴν δὲ διάνοιαν ἡμῶν καθαίρουσαν, καὶ θείου φωτὸς ἐμπιπλῶσαν, καὶ ἀκυμάντῳ γαλήνῃ τὸν λογισμὸν τῷ Θεῷ λατρεύειν μετ' εὐφροσύνης παρέχουσαν.

A ctum evertat, ut citra impedimentum, subito quodam mentis impulsu, nulla temporis mora interposita, festinanterque, ad Deum accedere possit, nusquam pravarum cogitationum insidiis alienatus. Quod si etiam augeatur talis cogitationum assultus propter adversarii impudentiam, non propterea abjicienda spes omnis, aut certamina relinqui debent imperfecta: sed eo usque perseverandum, quoad Deus conspecta nostra perseverantia nos gratia Spiritus illustret, quæ et insidiatorem fuget, purgetque mentem nostram, et ipsam divino lumine implcat, efficiatque ut mens in tranquillitate pacatissima Deo cum lætitia inserviat.

B

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΗ'.

Πρὸς τοὺς ἐν κοινοβίῳ κανονικούς (41).

1. Περὶ μὲν οὖν τοῦ καθέκαστον ἀσκητοῦ, καὶ τοῦ τὸν μονήρη βίον ἀσπασαμένου, ἐν τοῖς ἔμπροσθεν, ὡς ἐνῆν, δεδηλώκαμεν· ὅπως, τήν τε ψυχὴν πρὸς τὸ καλὸν ἐξασκῶν, καὶ τὸ σῶμα πρὸς τὸ δέον οἰκονομῶν, δύναιτ' ἂν ἡμῖν τὸν ἀκριβῆ χαρακτηρίσαι φιλόσοφον· ἐπεὶ δὲ (42) οἱ πλεῖστοι τῶν ἀσκητῶν κατὰ συστήματα πολιτεύονται, ἀλλήλοις τὰ φρονήματα πρὸς ἀρετὴν παραθήγοντες, καὶ τῇ τῶν κατορθωμάτων ἀντιπαραθέσει παρορμῶντες ἑαυτοὺς ἐπὶ τὴν τοῦ καλοῦ προκοπὴν, δίκαιον ᾠήθημεν, καὶ τούτοις τὴν διὰ τῶν λόγων παράκλησιν εἰσενέγκασθαι. Χρὴ δὲ, πρότερον ἐγνωκότας αὐτοὺς, ὁπόσου καὶ πηλίκου μεταποιοῦνται καλοῦ, οὕτω τὴν ἐπὶ τοῦτο (43) προτροπὴν ὑποδέξασθαι, ἵνα προθυμίαν καὶ σπουδὴν ἀξίαν τῆς τοῦ κατορθώματος ἀρετῆς ἐπιδείξωνται. Πρῶτον μὲν οὖν ἐπὶ (44) τὸ κατὰ φύσιν καλὸν ἐπανέρχονται, τὴν κοινωνίαν καὶ τὴν συνδιαίτησιν ἀσπαζόμενοι. Κοινωνίαν γὰρ βίου τελεωτάτην ἐγὼ καλῶ, ἐν ᾗ κτήσεως μὲν ἰδιότης ἐξώρισται, γνώμης δὲ ἐναντίωσις ἀπελήλαται, ταραχὴ δὲ πᾶσα, καὶ φιλονεικία, καὶ ἔριδες ἐκ ποδῶν ἑστήκασι· κοινὰ δὲ τὰ σύμπαντα, ψυχαὶ, γνῶμαι, σώματα, καὶ ὅσοις τὰ σώματα τρέφεται καὶ θεραπεύεται· κοινὸς ὁ Θεὸς, κοινὸν τὸ τῆς εὐσεβείας ἐμπόρευμα, κοινὴ ἡ σωτηρία, κοινὰ τὰ ἀγωνίσματα, κοινοὶ οἱ πόνοι, κοινοὶ οἱ στέφανοι (45), εἷς οἱ πολλοὶ, καὶ ὁ εἷς οὐ μόνος, ἀλλ' ἐν πλείοσι.

CAPUT XVIII.

Ad canonicos in cœnobio versantes.

1. Ac de asceta quidem, qui seorsum agit, viamque solitariam amplexus est, dilucide, quantum in nobis erat, superius disseruimus, quomodo et animum exercens ad bonum, et corpus apte et rite componens, philosophum perfectum nobis exprimere possit. At quoniam versantur simul in communitate plurimi ascetarum, animum mutuo exacuentes ad virtutem, et recte factorum comparatione seipsos ad progressum in bono faciendum concitantes, æquum esse putavimus, hos etiam sermonibus nostris adhortari. Cum autem prius cognoverint, qualis ac quanti boni participes fiant, eos oportet sic adhortationem nostram ad hoc spectantem suscipere, ut animi promptitudinem ac studium hujus boni præstantia dignum ostendant. Primum igitur ad id quod **561** ex natura est bonum, revertuntur, amplectentes societatem ac victum communem. Nam perfectissimam vitæ societatem appello ego eam a qua exclusa est omnis possessio propria, fugataque est animorum dissensio, et ex qua perturbatio omnis contentioque ac dissidia absunt: in qua vero omnia sunt communia, animæ, sententiæ, corpora et quæcunque alia, quibus corpora nutriuntur ac curantur, communis Deus, communis pietatis negotiatio, salus communis, communia certamina, communes labores, coronæ communes, ubi multi unus, et unus non solus, sed in pluribus.

2. Τί ταυτης (46) τῆς πολιτείας ἴσον; τί δὲ μακαριώτερον; τί τῆς συναφείας καὶ τῆς ἑνώσεως ἀκριβέστερον; τί τῆς τῶν ἠθῶν καὶ τῶν ψυχῶν συγκράσεως χαριέστερον; Ἄνθρωποι ἐκ διαφόρων

2. Quid comparandum est huic vitæ instituto? quid beatius? quid hac conjunctione atque unitate perfectius? quid jucundius morum et animorum conspiratione? Homines ex diversis nationibus ac

(39) Veteres duo libri ἀπαρεμποδίστῳ τῇ. Mox editi et duo mss. διακοπτόμενος· quam scripturam retinendam esse non judicavi, cum nihil toto hoc loco inveniatur, ad quod referri possit. Edendum igitur curavi διακοπτόμενον, uti in aliis duobus mss. legitur. Subinde unus ms. πολεμοῦντος ἀναίδειαν.

(40) Editi τοσοῦτον. At mss. τοσούτου. Ibidem Reg. primus προσκαρτερεῖν.

(41) Ita in ora Regii tertii legitur, ἕως ὧδε διδάσκει ὁ ἅγιος τοὺς καταμόνας, *hactenus docet Sanctus solitarios*. Ibidem in extrema pagina additum est

illud, ἀρχὴ ὑποτυπώσεως τῶν ἐν κοινοβίῳ, *initium eorum, quibus instituuntur cœnobitæ*.

(42) Codex Colb. ἐπειδὴ δέ. Nec ita multo post idem ms. ἑαυτοὺς πρὸς τήν.

(43) Antiqui tres libri ἐπὶ τοῦτο. Editi τούτῳ. Mox duo mss. ἵν', οἶμαι, προθυμίαν.

(44) Codex Colb. Πρῶτον μὲν γὰρ ἐπί.

(45) Unus ms. κοινὸς ὁ στέφανος.

(46) Codex Colb. et Voss. Τί τοίνυν ταύτης. Mox mss. tres cum Voss. ψυχῶν συγκράσεως. Editi ψυχῶν συγκρίσεως, corrupte.

Digitized by Google

regionibus profecti, tam perfecte et sincere in unum coaluere, ut animus unus cernatur in multis corporibus, multa vero corpora mentis unius organa esse comperiantur. Qui infirmus est corpore, multos habet una secum ex affectu infirmos : qui animo ægrotat ac concidit, ei præsto sunt multi, a quibus curetur, pariterque erigatur. Hi æquabili jure inter se alii aliorum et servi sunt, et domini, et in libertate invicta servitutem sibi invicem exhibent integerrimam, quam vi non peperit fortuiti alicujus casus necessitas, quæ non parvam suis captivis affert tristitiam, sed eam cum gaudio produxit liberum animi arbitrium ; charitate liberos homines alios aliis subjiciente, ac voluntati libertatem servante. Tales nos ab initio Deus esse voluit, et ea de causa condidit. Hi, peccato primi parentis Adæ occultato, antiquum revocant bonum. Divisio enim dissensioque et bellum non exstarent inter homines, nisi peccatum naturam divisisset. Hi Servatoris, institutorumque vitæ ejus, quam in carne degit, imitatores sunt sinceri. Quemadmodum enim ille coacto discipulorum cœtu omnia communia, et seipsum communem præbuit apostolis : ita hi quoque duci obedientes, si modo probe vitæ regulam observent, apostolorum ac Domini ipsius vivendi genus accurate imitantur. Hi angelorum æmulantur vitam, illorum exemplo societatem diligenter tuentes. Nulla est lis inter angelos, nulla contentio, nulla controversia, sed quisque quæ omnium sunt, possidet, et tamen omnes integra bona apud seipsos recondunt. Non sunt enim angelorum divitiæ materia quædam circumscripta, quæ, quandocunque in plures distribui opus sit, sectione indigeat, sed possessio est expers materiæ, et mentis divitiæ.

3. Et idcirco bona hæc, cum apud singulos integra permaneant, omnes ex æquo efficiunt divites : quippe quæ peculiarem ipsis possessionem nulli controversiæ aut contentioni obnoxiam præbeant. Nam comtemplatio summi **562** boni, et virtutum manifestissima comprehensio, angelorum est thesaurus, ad quæ respicere licet omnibus, unoquoque horum notitiam ac possessionem adipiscente. Tales exsistunt qui veri sunt ascetæ, qui nequaquam vindicant sibi terrestria, sed disceptant de cœlestibus, eademque singuli individuis quibusdam partitionibus apud se quisque integra recondunt. Virtutis enim possessio est, et recte factorum divitiæ, et laudanda avaritia, et lacrymarum expers rapina, et insatiabilis aviditas coronam consecuta, et reus efficitur quisquis vim non facit. Rapiunt omnes, et nemo afficitur injuria, ob idque pax has divitias dispensat. Hi promissi regni bona præripiunt, qui per eximiam suam vivendi rationem ac

A γενῶν καὶ χωρῶν κινηθέντες εἰς τοσαύτην ἀκρίβειαν ταυτότητος συνηρμόσθησαν, ὥστε μίαν ψυχὴν ἐν πολλοῖς σώμασι θεωρεῖσθαι, καὶ τὰ πολλὰ σώματα μιᾶς γνώμης ὄργανα δείκνυσθαι. Ὁ ἀσθενῶν τὸ σῶμα πολλοὺς ἔχει τῇ διαθέσει συγκάμνοντας· ὁ νοσῶν καὶ καταπίπτων τῇ ψυχῇ πολλοὺς ἔχει τοὺς ἰωμένους καὶ συνδιανιστῶντας αὐτόν. Ἀλλήλων ἰσόδουλοι, ἀλλήλων κύριοι, καὶ ἐν τῇ ἁμάχῳ ἐλευθερίᾳ τὴν ἀκριβεστέραν δουλείαν (47) ἀλλήλοις ἀντεπιδείκνυνται, ἣν οὐκ ἀνάγκη περιστάσεως πρὸς βίαν (48) ἐπήγαγε, πολλὴν φέρουσα τοῖς ἁλοῦσι τὴν ἀθυμίαν, ἀλλὰ γνώμης τὸ αὐθαίρετον μετ' εὐφροσύνης ἐδημιούργησεν· ἀγάπης τοὺς ἐλευθέρους ὑποτασσούσης ἀλλήλοις, καὶ τῷ αὐθαιρέτῳ τὸ ἐλεύθερον φυλαττούσης. Τοιούτους ἡμᾶς ἐξ ἀρχῆς ὁ Θεὸς εἶναι βεβούλη-
B ται (49), καὶ ἐπὶ τούτοις ἐδημιούργησεν. Οὗτοι τὸ ἀρχαῖον ἀναχαλοῦνται καλὸν, τοῦ ἀρχιπάτορος Ἀδὰμ τὴν ἁμαρτίαν ἐπικαλύπτοντες. Διαίρεσις γὰρ, καὶ διάστασις, καὶ πόλεμος οὐκ ἂν ἦν ἐν ἀνθρώποις, μὴ τῆς ἁμαρτίας διατεμούσης τὴν φύσιν. Οὗτοι ἀκριβεῖς μιμηταὶ τοῦ Σωτῆρος καὶ τῆς κατ' αὐτὸν ἐν σαρκὶ πολιτείας ὑπάρχουσιν. Ὥσπερ γὰρ ἐκεῖνος, χορὸν μαθητῶν συστησάμενος, κοινὰ τὰ πάντα, καὶ κοινὸν ἑαυτὸν τοῖς ἀποστόλοις παρέσχεν· οὕτω καὶ οὗτοι τῷ καθηγουμένῳ πειθόμενοι, οἵγε καλῶς τὸν κανόνα τοῦ βίου διαφυλάσσοντες, τὴν τῶν ἀποστόλων καὶ τοῦ Κυρίου πολιτείαν μετ' ἀκριβείας μεμίμηνται. Οὗτοι τὴν τῶν ἀγγέλων ζωὴν ἐζηλώκασι, τὸ κοινωνικὸν, ὥσπερ ἐκεῖνοι, δι' ἀκρι-
C βείας φυλάξαντες. Οὐκ ἔστιν ἐν ἀγγέλοις ἔρις, οὐ φιλονεικία, οὐκ ἀμφισβήτησις· ἕκαστος τὰ πάντων ἔχει, καὶ πάντες ὁλόκληρα παρ' ἑαυτοῖς τὰ καλὰ ταμιεύονται. Οὐ γάρ ἐστιν ὕλη ἐμπερίγραπτος ὁ τῶν ἀγγέλων πλοῦτος, δεομένη τομῆς, ἡνίκα ἂν αὐτὴν πλείοσιν ἐπινέμεσθαι δέῃ (50)· ἀλλ' ἄϋλος ἡ κτῆσις, καὶ διανοίας ὁ πλοῦτος.

3. Καὶ διὰ τοῦτο παρ' ἑκάστοις ὁλόκληρα τὰ καλὰ μένοντα πάντας ἰσοτίμως πλουσίους ἐργάζεται, ἀναμφισβήτητον αὐτοῖς καὶ ἄμαχον τὴν οἰκείαν κτῆσιν παρέχοντα. Θεωρία γὰρ τοῦ ἀνωτάτου καλοῦ, καὶ ἀρετῶν σαφεστάτη κατάληψις, τῶν ἀγγέλων ἐστὶ θησαύρισμα, πρὸς ἃ βλέπειν ἅπασιν ἔξεστιν, ὁλόκληρον αὐτῶν τὴν γνῶσιν καὶ τὴν κτῆσιν ἑκάστου λαμβάνοντος. Τοιοῦτοι οἱ κατὰ ἀλήθειαν ἀσκηταὶ, οὐ
D τῶν γηΐνων μεταποιούμενοι, ἀλλὰ τῶν οὐρανίων ἀμφισβητοῦντες, καὶ ἀμερίστοις διανομαῖς τὰ αὐτὰ οἱ πάντες παρ' ἑαυτοῖς ἕκαστος ὁλόκληρα θησαυρίζοντες. Ἀρετῆς γὰρ ἡ κτῆσις, καὶ κατορθωμάτων ὁ πλοῦτος, καὶ πλεονεξία ἐπαινετὴ, καὶ ἀδάκρυτος ἁρπαγὴ, καὶ ἀπληστία στεφανουμένη, καὶ ὁ μὴ βιαζόμενος ἔνοχος. Πάντες ἁρπάζοντες, καὶ οὐδεὶς ἀδικούμενος, καὶ διὰ τοῦτο εἰρήνη τῷ πλούτῳ βραβεύουσα. Οὗτοι τῆς ἐπηγγελμένης βασιλείας τὰ ἀγαθὰ προαρπάζουσι, τὴν ἐνάρετον ἑαυτῶν πολιτείαν καὶ κοινωνίαν ἀκριβὲς μίμημα τῆς ἐκεῖσε διαγωγῆς

(47) Codex Colb. et Voss. ἀκριβεστάτην δουλείαν.
(48) Antiqui tres libri præter Combef. πρὸς βίαν. Illud πρός in editis desiderabatur.
(49) Regii duo mss. βεβούλευτο. Alius βεβούλευται.
(50) Codex Colb. ἐπινέμεσθαι δέοι.

Digitized by Google

καὶ καταστάσεως παριστῶντες. Οὗτοι τὴν ἀκτησίαν τελείως κατώρθωσαν, οὐδὲν ἴδιον ἔχοντες, ἀλλήλων δὲ τὰ πάντα. Ἡλίκων ἡμῖν ἀγαθῶν ἡ τοῦ Σωτῆρος ἐνανθρώπησις πρόξενος γέγονε, σαφῶς οὗτοι τῷ βίῳ τῶν ἀνθρώπων ὑπέδειξαν, τὴν διερρωγυῖαν τῶν ἀνθρώπων φύσιν, καὶ εἰς μυρία κατατμηθεῖσαν, τό γε ἐπ' αὐτοῖς (51), πάλιν συνάγοντες πρὸς ἑαυτήν τε καὶ πρὸς τὸν Θεόν. Τοῦτο γὰρ τὸ κεφάλαιον τῆς τοῦ Σωτῆρος κατὰ σάρκα οἰκονομίας, ἵνα τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν πρὸς ἑαυτήν τε καὶ πρὸς ἑαυτὸν συναγάγῃ, καὶ τὴν πονηρὰν κατατομὴν ἐξελὼν, τὴν ἀρχαίαν ἀνακαλέσηται ἕνωσιν· καθάπερ τις ἄριστος ἰατρὸς σῶμα κατὰ πολλὰ μέρη διαιρεθὲν φαρμάκοις σωτηρίοις ἀνασυνδέων.

4. Καὶ ταῦτα διῆλθον, οὐχ ἵνα φιλοτιμήσωμαί τι, καὶ τοῖς λόγοις ἐπάρω τὰ τῶν κοινοβιακῶν (52) κατορθώματα (οὐ γὰρ τοσαύτη δύναμις τῶν ἐμῶν λόγων, ὥστε τὰ μεγάλα σεμνύνειν, τοὐναντίον δὲ μᾶλλον καὶ ἀμαυροῦν τῇ περὶ τὴν διήγησιν ἀσθενείᾳ), ἀλλ' ἵνα, ὡς οἷόν τε, διέλθω καὶ ἐπιδείξω (53) τὸ τοῦ κατορθώματος ὕψος καὶ μέγεθος. Τί γὰρ ἂν εἰς ἴσον ἔλθοι τῷ καλῷ τούτῳ διὰ συγκρίσεως; Ὅπου γὰρ πατὴρ μὲν εἷς μιμούμενος τὸν ἄνω Πατέρα, παῖδες δὲ πολλοὶ νικᾷν ἐσπουδακότες ἀλλήλους ταῖς περὶ τὸν προστάτην εὐνοίαις, παῖδες πρὸς ἑαυτούς τε ὁμονοοῦντες, καὶ τὸν πατέρα ταῖς ἐναρέτοις πράξεσι δεξιούμενοι, οὐ φύσιν τῆς συναφείας αἰτίαν ἐπιγραφόμενοι, λόγον δὲ φύσεως βεβαιότερον τῆς ἑνώσεως ἀρχηγὸν καὶ φύλακα ποιησάμενοι, καὶ Πνεύματος ἁγίου δεσμῷ κρατούμενοι. Τίνα ἂν εἰκόνα τῶν ἐπὶ τῆς γῆς εἰς παράστασιν ἔχοιεν (54) τῆς τοῦ κατορθώματος ἀρετῆς; Ἀλλὰ τῶν μὲν ἐπὶ τῆς γῆς οὐδεμίαν· μόνη δὲ ἡ ἄνω λείπεται (55). Ἀπαθὴς ὁ ἄνω Πατήρ· δίχα πάθους καὶ οὗτος, λόγῳ τοὺς ἅπαντας προσαγόμενος. Ἄφθοροι οἱ παῖδες τοῦ ἄνω Πατρός· ἀφθορία καὶ τούτους εἰσεποιήσατο. Ἀγάπη συνδεῖ τὰ ἄνω· ἀγάπη καὶ τούτους πρὸς ἀλλήλους συνήρμοσεν. Ὄντως ἀπαγορεύει (56) πρὸς τὴν τοιαύτην φάλαγγα καὶ αὐτὸς ὁ διάβολος, οὐκ ἀρκῶν πρὸς τοσούτους ἀγωνιστὰς, οὕτως εὐσταλῶς καὶ συγκεκροτημένως κατ' ἐκείνου στρατεύοντας, καὶ τοσοῦτον τῇ ἀγάπῃ συνησπικότας ἀλλήλοις καὶ φραττομένους τῷ Πνεύματι, ὥστε μήτε βραχυτάτην τινὰ παρείσδυσιν ταῖς ἐκείνου βολαῖς παρασχεῖν. Σκόπει μοι τὴν τῶν ἑπτὰ Μακκαβαίων σύμφωνον ἅθλησιν, καὶ εὑρήσεις παρὰ τούτοις θερμοτέραν τὴν συμφωνίαν. Περὶ τούτων Δαβὶδ ὁ προφήτης ἐν ᾠδαῖς ἀνεβόησε λέγων· *Ἰδοὺ δὴ, τί καλὸν, ἢ τί τερπνὸν, ἀλλ' ἢ τὸ κατοικεῖν ἀδελφοὺς ἐπὶ τὸ αὐτό;* τῷ μὲν καλῷ τὸ τοῦ βίου δόκιμον παριστὰς, τῷ δὲ τερπνῷ τὴν ἐκ τῆς ὁμονοίας καὶ τῆς ἑνώσεως εὐφροσύνην. Τοῦ-

societatem plane imitentur vitam cœlestem ac statum. Hi sunt perfecte inopes, nihil proprium, sed omnia inter se communia habentes. Quot et quanta bona nobis conciliarit Servatoris incarnatio, hi ipsi aperte humano generi ostenderunt, qui confractam hominum naturam, et in innumeras partes dissectam, quantum in ipsis fuit, rursus et ad seipsam et ad Deum collegerunt. Hæc enim summa est eorum quæ in carne gesta sunt a Salvatore, ut humanam naturam tam ad seipsam, quam et ad seipsum etiam accerseret, et sublata prava sectione revocaret priscam conjunctionem, non secus ac medicus optimus, qui corpus plures in partes concisum salutaribus medicamentis religat.

4. Atque hæc recensui, non ut glorier ullo pacto, et cœnobitarum recte facta verbis extollam (neque enim tanta mihi inest dicendi facultas, ut valeam magna exornare, imo potius his offundo tenebras per meam in dicendo infirmitatem), sed ut præclari hujus instituti altitudinem magnitudinemque pro viribus explicem ac ostendam. Quid enim potest ex æquo cum hoc bono comparari? Ibi enim ut pater unus est, qui imitatur supernum Patrem, ita complures filii sunt, qui vincere se invicem sua in præfectum benevolentia student, filii, inquam, qui et inter se concordibus sunt animis, et patrem egregiis officiis et obsequiis prosequuntur, non in natura statuentes conjunctionis ac necessitudinis suæ causam; sed firmiorem natura rationem concordiæ suæ ducem ac custodem reponentes, seque constringentes vinculo Spiritus sancti. Quæ jam rerum terrestrium imago possit præclari illius instituti præstantiam ac dignitatem exprimere? Atqui profecto nulla quidem est in terrenis, sed sola superna relinquitur. Nullis affectibus obnoxius est Pater cœlestis; his hic quoque immunis est, sibi sermone ac doctrina concilians omnes. Incorrupti filii cœlestis Patris; hos etiam adoptavit integritas. Charitas connectit superna; charitas etiam hos inter se coadunavit. Vere et diabolus ipse de hujusmodi phalange desperat, impar tot pugnatoribus adeo composite **563** ac confertim adversus ipsum militantibus, tantaque cum charitate, testitudine inter se facta, certantibus, Spirituque ita septis et communitis, ut ne minimum quidem illius assultibus accessum præbeant. Considera mihi concordem septem Machabæorum pugnam, invenies quoque apud hos concordiam ferventiorem. De his David propheta in odis exclamavit, ac dixit: *Ecce nunc quid bonum, vel quid jucundum, nisi habitare fra-*

(51) Codex Voss. et Colb. τό γε ἐπ' αὐτοῖς. Editi κατά γε τὸ ἐπ' αὐτοῖς.

(52) Antiqui tres libri τῶν κοινωνικῶν. Editi et Reg. tertius κοινοβιακῶν.

(53) Codex Colb. καὶ ἐπιδείξαιμι.

(54) Idem codex Colb. εἰς παράταξιν σχοῖεν. Lectio inepta. Codex Voss. habet quoque σχοῖεν.

(55) Antiquæ duæ editiones et quatuor mss. μόνη δὲ τῇ ἄνω λείπεται· ubi μόνη, ut mihi videtur, scriptum oportuerat cum ι subscripto, μόνῃ, *et sola superna inferior est.* Secuti sumus editionem Parisiensem. Mox codex Colb. καὶ οὗτος. Vocula καὶ deerat in vulgatis. Ibidem codex Colb. ἅπαντας προαγόμενος.

(56) Reg. secundus οὕτως ἀπαγορεύει.

Digitized by Google

tres in unum [13]? Per bonum quidem integritatem hujus vitæ exprimit ; per jucundum vero, concordiæ et unanimitatis lætitiam. Hoc vivendi genus qui accurate ac diligenter excolunt, hi mihi videntur supremam virtutem æmulari.

A τον (57) οἱ μετιόντες τὸν βίον μετὰ ἀκριβείας, ἐμοὶ δοκεῖν, τὴν ἀνωτάτω ἐζηλωκέναι ἀρετήν.

CAPUT XIX.

Quod oportet ascetam cum firmo proposito accedere ad asceticam vitam, et de obedientia.

Atque iis quidem, qui perspicaci mente præditi sunt, oratio nostra, cum superius hujusce status proprietates exponeremus, vivendi regulam præscripsit. Verum, quoniam operæ pretium est propter simpliciores fratres, etiam manifestius hujusce instituti præscripta singulatim explicare, jamjam ad hoc convertamur. Oportet igitur in primis eum qui ad ejusmodi vivendi genus accedit, stabilem, firmum et immobilem animum habere, B ac propositum ejusmodi, quod nequitiæ spiritus invadere ac mutare non possint, itemque martyrum constantiam firmitate animi usque ad mortem ostendere, sic ut et Dei mandata amplectatur, et magistris suis obtemperet. Hæc enim hujus instituti summa est. Quemadmodum enim Deus, qui Pater omnium et est, et vocari vult, obedientiam integerrimam a suis servis exigit : ita quoque inter homines spiritualis pater ad Dei leges præscripta sua accommodans, obedientiam requirit disceptationis contentionisque expertem. Si enim qui mechanicæ alicui arti, earum videlicet, quæ ad præsentem vitam utiles sunt, studium impertit, prorsus obedit artifici, neque ulla in re adversatur illius præceptis, et ne paululum quidem ab ipso C secedit, sed omni tempore in oculis magistri est, cibumque et potum ac reliquum victum ab eo præscriptum recipit ; multo magis qui ad discendam pietatis sanctitatisque disciplinam accedunt, ubi semel persuaserint sibi, se ejusmodi scientiam a præfecto ediscere posse, se his præstabunt omnino dociles ac prorsus morigeros omnibus in rebus, neque eorum, quæ imperata sunt, exposcent rationem, sed injunctum opus perficient ; præterquamquod si eorum quæ ad salutem attinent, quidpiam ignorent, licebit modeste et **564** cum decenti reverentia interrogare ac doceri. Omnis autem hominis diligentia in eo ponenda est, ut ne animi altitudo ob insurgentes voluptates deprimatur.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΘ'.

Ὅτι χρὴ τὸν ἀσκητὴν βεβαίᾳ κρίσει προσιέναι τῇ ἀσκήσει, καὶ περὶ ὑπακοῆς.

Τοῖς μὲν οὖν διορατικοῖς τὸν νοῦν ἐν τῇ προδιηγήσει τῶν τῆς πολιτείας ἰδιωμάτων τὸν κανόνα τῆς πολιτείας ὁ λόγος ὡρίσατο. Ἐπειδὴ δὲ προσήκει διὰ τοὺς ἁπλουστέρους τῶν ἀδελφῶν καὶ σαφέστερον ἐκθέσθαι τὸν τῆς πολιτείας ἑφ' ἑκάστῳ κανόνα, ἐπὶ τοῦτο δὴ καὶ τρεψώμεθα (58). Χρὴ τοίνυν πρό γε ἁπάντων τὸν προσελθόντα τῇ τοιαύτῃ πολιτείᾳ, ἑστηριγμένον, καὶ ἑδραῖον, καὶ ἀκίνητον ἔχειν τὸ φρόνημα, καὶ κρίσιν τοῖς πνεύμασι τῆς πονηρίας ἀνεπιχείρητον καὶ ἀμετάθετον, καὶ μαρτύρων ἔνστασιν τῇ τῆς ψυχῆς ἐπιδείκνυσθαι βεβαιότητι μέχρι θανάτου, τῶν τε ἐντολῶν τοῦ Θεοῦ ἀντεχόμενον (59), καὶ τὴν ὑπακοὴν τοῖς καθηγουμένοις ἐπιδεικνύμενον. Τοῦτο γὰρ τῆς πολιτείας ἐστὶ τὸ κεφάλαιον. Ὥσπερ γὰρ ὁ Θεὸς, Πατὴρ ἁπάντων καὶ ὤν, καὶ καλεῖσθαι καταξιῶν, ἀκριβεστάτην παρὰ τῶν αὐτοῦ θεραπόντων ἀπαιτεῖ τὴν εὐπείθειαν· οὕτω καὶ ὁ πνευματικὸς ἐν ἀνθρώποις πατὴρ πρὸς τοὺς τοῦ Θεοῦ νόμους τὰς ἑαυτοῦ διατάξεις ἁρμόζων, ἀναμφίλεκτον τὴν ὑπακοὴν ἀπαιτεῖ. Εἰ γὰρ ὁ τέχνῃ τινὶ τῶν βαναύσων, τούτων δὴ τῶν πρὸς τὴν παροῦσαν ζωὴν ἡμῖν χρησίμων, ἑαυτὸν ἐκδιδοὺς, παντὶ τρόπῳ πείθεται τῷ τεχνίτῃ, καὶ κατ' οὐδὲν ἐναντιοῦται τοῖς ἐκείνου προστάγμασιν, οὔτε μὴν πρὸς τὸ βραχύτατον τούτου χωρίζεται, ἀλλὰ πάντα καιρὸν ἐν ὀφθαλμοῖς ἐστι τοῦ διδασκάλου, βρῶσίν τε καὶ πόσιν καὶ τὴν ἄλλην δίαιταν ὑπομένει ταύτην, ἣν ἂν ἐκεῖνος ὁρίσειεν· πολλῷ μᾶλλον οἱ πρὸς τὴν μάθησιν τῆς εὐσεβείας καὶ τῆς ἰσότητος ἀφικνούμενοι, ἅπαξ πεπεικότες ἑαυτοὺς, ὅτι δυνήσονται παρὰ τοῦ καθηγουμένου τὴν τοιαύτην ἐπιστήμην λαβεῖν, πᾶσαν εὐπείθειαν καὶ τὴν περὶ πάντα ἀκριβεστάτην ὑπακοὴν τούτοις εἰσοίσονται (60)· καὶ οὐχὶ τὸν λόγον τῶν ἐπιτεταγμένων ἀπαιτήσουσιν· ἀλλὰ τὸ ἔργον τὸ ἐπιτεταγμένον ἐπιτελέσουσιν, εἰ μὴ τοσοῦτον, ὅσον ἀγνοοῦντάς τι τῶν συντεινόντων πρὸς σωτηρίαν, κοσμίως καὶ μετὰ τῆς πρεπούσης αἰδοῦς (61) ἐρωτᾷν καὶ παιδεύεσθαι. Πᾶσα δὲ σπουδὴ τοῦ ἀνθρώπου ἔστω, ὅπως μὴ τὸ ὑψηλὸν

[13] Psal. cxxxii, 1.

(57) Unus ms. et editi τούτων οἱ. Alii duo τοῦτον οἱ. Statim mss. nonnulli ἐμοὶ δοκεῖ. Editio Paris. et Reg. tertius ἐμοὶ δοκεῖν· sed scribi debuisset ex grammaticorum regulis δοκοῦσι. Codex Voss. ἐμοὶ δοκεῖν μᾶλλον δὲ τῇ ἀληθείᾳ.

(58) Codex Colb. τρεψώμεθα. Alius mss. et editi τοεψόμεθα. Reg. quartus τρέψομαι. Aliquanto post editi πνεύμασι τοῖς πονηρίας. Antiqui tres libri πνεύμασι τῆς πονηρίας.

(59) Reg. primus et Colb. Θεοῦ ἀνεχόμενον. Haud longe unus ms. cum Combef. Ὥσπερ γὰρ ὁ. Alius codex ὥσπερ οὖν ὁ. Vocula utraque in editis juncta fuerat, Ὥσπερ γὰρ οὖν ὁ. Subinde duo mss. τῶν ἑαυτοῦ θεραπόντων.

(60) Editi et mss. τούτοις εἰσοίσονται· melius, opinor, scriptum fuisset τούτῳ, nempe καθηγουμένῳ. Ibidem duo mss. cum Voss. λόγον τῶν ἐπιταγμάτων... ἔργον τῶν ἐπιταχθέντων. Editi λόγον τῶν ἐπιτεταγμένων... ἔργον τῶν ἐπιταγμάτων, eadem plane sententia. Reg. quartus ut in contextu, rectius.

(61) Codex Voss. προσηκούσης αἰδοῦς. Post illud παιδεύεσθαι leguntur hæc verba in Vossii veteri libro et in Colb. et in Reg. primo. πᾶσα δὲ σπουδὴ, et quæ sequuntur ad finem usque. Hoc autem additamentum editum quidem jam fuerat a doctissimo viro Andrea Scotto in variis suis lectionibus : sed nonnulla, quæ fœde corrupta erant, ex codice Colbertino emendavimus.

Digitized by Google

τῆς ψυχης διὰ τῆς ἐπαναστάσεως τῶν ἡδονῶν τα- A
πεινωθείη. Πῶς γὰρ ἂν ἔτι δύναται πρὸς τὸ συγγε-
νὲς καὶ νοητὸν φῶς ἐλευθέρῳ ἀναβλέψαι τῷ ὄμματι
ἡ προσηλωθεῖσα κάτω ψυχὴ τῇ ἡδονῇ τῆς σαρκός;
Διὸ χρὴ πρό γε πάντων τὴν ἐγκράτειαν ἀσκεῖν,
ἀσφαλῆ φρουρὸν τῆς σωφροσύνης τυγχάνουσαν, καὶ
τὸν ἡγεμόνα νοῦν μὴ συγχωροῦσαν ὧδε κἀκεῖσε ῥέμ-
βεσθαι. Καθάπερ γὰρ τὸ περιεστεγασμένον διὰ σω-
λήνων ὕδωρ ὀρθιον ὑπὸ τῆς ἀναθλιβούσης βίας ἐπὶ
τὸ ἄνω φέρεται, οὐκ ἔχων ὅπου διαχυθείη· οὕτω καὶ
ὁ νοῦς ὁ ἀνθρώπινος, καθάπερ σωλῆνος στεγανοῦ τῆς
ἐγκρατείας αὐτῶν πανταχόθεν περισφιγγούσης, ἀνα-
ληφθήσεταί πως ὑπὸ τῆς τοῦ κινεῖσθαι φύσεως πρὸς
τὴν τῶν ὑψηλοτέρων ἐπιθυμίαν, οὐκ ἔχων ὅπου
διαῤῥυῇ. Οὐδὲ γὰρ στῆναί ποτε δυνατόν ἐστι τὸν
ἀεικίνητον ὑπὸ τοῦ πεποιηκότος εἰληφότα τὴν φύσιν· B
καὶ εἰς τὰ μάταια κινεῖσθαι κωλυόμενον, ἀμήχανον
μὴ πρὸς τὴν ἀλήθειαν πάντως εὐθυπορῆσαι. Ἐγκρά-
τειαν δὲ ἡγούμεθα ὁρίζεσθαι οὐ μόνον τὴν τῶν
βρωμάτων ἀποχὴν (τοῦτο γὰρ πολλοὶ καὶ τῶν παρ'
Ἕλλησι φιλοσόφων κατώρθωσαν), ἀλλὰ πρό γε πάν-
των τὸν τῶν ὀφθαλμῶν ῥεμβασμόν. Τί γὰρ ὄφελος,
εἰ, σιτίων ἀπεχόμενος, μοιχείας ἀκολασίαν διὰ τῶν
ὀφθαλμῶν ἐσθίεις, ἢ τοῖς ὠσὶν ἐκὼν ἀκροᾶσαι μα-
ταίας καὶ διαβολικὰς φωνάς; Οὐδὲν ὄφελος βρωμά-
των ἀπέχεσθαι, τύφον δὲ ὑψηλοφροσύνης καὶ κενῆς
δόξης καὶ παντὸς πάθους μὴ ἀπέχεσθαι. Ἢ τί γε
ὄφελος ἐγκρατεύεσθαι ἀπὸ βρωμάτων, καὶ ἀπὸ λο-
γισμῶν πονηρῶν καὶ ματαίων μὴ ἀπέχεσθαι; Διὸ
καὶ ὁ Ἀπόστολος ἔλεγεν· *Φοβοῦμαι μή πως φθαρῇ*
τὰ νοήματα ἡμῶν. Ἐγκρατεῖς οὖν γενώμεθα ἀπὸ C
τούτων ἁπάντων, μήποτε εἰκότως καὶ ἐφ' ἡμᾶς ἡ τοῦ
Κυρίου μέμψις ἔλθοι, ὡς τὸν κώνωπα διυλιζόντων, τὴν δὲ κάμηλον καταπινόντων.

Quomodo enim anima humi per carnis vo.uptatem confixa, potest adhuc libero obtutu in affine sibi atque intelligibile lumen suspicere? Quare ante omnia temperantiam castimoniæ tutum custodem, et quæ præsidem mentem huc illuc errare non sinat, excoli oportet. Ut enim constricta per canales aqua, cum non habeat quo se diffundat, recta a comprimente vi in altum fertur : ita et humanus animus temperantia quasi angusto quodam canali undelibet constrictus, quodammodo ex motus natura ad rerum sublimiorum desiderium attollitur, qui scilicet, quo effundatur, non habeat. Neque enim animus unquam stare potest, qui ejusmodi naturam a Conditore accepit, ut semper moveatur, et si prohibeatur movere se ad res vanas, fieri non potest, ut ad veritatem recta omnino non tendat. Temperantiam autem arbitramur non sola ciborum abstinentia circumscribi (hoc enim multi et apud gentiles philosophi factitarunt, sed maxime oculorum accurata occupatione. Quid enim prodest a cibis abstinere, si adulterii libidinem per oculos vores, aut lubens vanas ac diabolicas voces auribus audias? Abstinentia prorsus inutilis est, nisi et a fastu et a superbia, et a vana gloria, et ab omni affectu vitioso abstineas. Aut quid inde emolumenti, si abstineas ab escis, a pravis autem et vanis cogitationibus non prorsus abstineas? Quamobrem Apostolus dicebat : *Timeo ne corrumpantur sensus vestri* [44]. Abstineamus igitur ab his omnibus, ne merito Domini accusatio veniat in nos quoque, tanquam qui excolemus culicem, camelum vero glutiamus [45].

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Κ'.

Ὅτι οὐ χρὴ τὰς πρὸς τοὺς βιωτικοὺς συγγενεῖς μεταδιώκειν ὁμιλίας, ἢ τὰ ἐκείνων φροντίζειν.

1. Συγγενῶν μέντοι καὶ φίλων καὶ γονέων κεχω-
ρισθαι τοσοῦτον τῇ διαθέσει προσήκει, ὅσον (62)
τοὺς τεθνεῶτας ὁρῶμεν τῶν ζώντων ἀφεστηκότας.
Καὶ γὰρ ὁ κατὰ ἀλήθειαν πρὸς τοὺς κατ' ἀρετὴν
ἀγῶνας ἀποδυσάμενος, καὶ τῷ κόσμῳ παντὶ μετὰ
τῶν ἐν τῷ κόσμῳ πάντων ἀποταξάμενος, καὶ στα-
ρώσας ἑαυτὸν, ἵνα τὸ πλῆρες εἴπω, τῷ κόσμῳ, τέ-
θνηκε τῷ κόσμῳ, καὶ πᾶσι τοῖς ἐν τῷ κόσμῳ, κἂν D
γονεῖς ὦσι, κἂν ἀδελφοί, κἂν τρίτον ἢ τέταρτον ἢ
πολλοστὸν βαθμὸν τῆς συγγενείας ἐπέχοντες. Εἰ μὲν
οὖν μετασταῖεν οἱ γεγεννηκότες τοῦ βίου, καὶ πρὸς
τὴν πολιτείαν τοῦ παιδὸς μετατάξαιντο, ἀληθῶς εἰσι
συγγενεῖς· οὐ τὴν γονέων, ἀλλὰ τὴν ἀδελφῶν τάξιν
ἐπέχοντες. Πατὴρ γάρ ἐστιν ἀληθέστατος, πρῶτος (63)
μὲν ὁ τῶν ἁπάντων Πατήρ· ὁ δεύτερος δὲ μετ'
ἐκεῖνον ὁ τῆς πνευματικῆς καθηγούμενος πολιτείας.
Εἰ δὲ μένοιεν οἱ συγγενεῖς τὸν πρότερον ἀσπασάμενοι
βίον, μέρος εἰσὶ τοῦ κόσμου, οὗ ἡμεῖς κεχωρίσμεθα,

CAPUT XX.

Quod colloquia cum cognatis sæculo addictis non sunt requirenda, neque res illorum curandæ.

1. Convenit utique tam disjunctos esse affectu a cognatis amicisque et parentibus, quam separari videmus mortuos a viventibus. Qui enim se vere ad subeunda virtutis certamina exuit, mundoque universo ac rebus omnibus mundanis nuntium remisit, et ut amplius aliquid dicam, qui mundo crucifixit seipsum, mundo et omnibus qui in mundo sunt, mortuus est, sive parentes fuerint, sive fratres, sive tertium, aut quartum, aut remotissimum cognationis gradum obtineant. Et quidem si parentes secesserint a sæculo, et ad filii se vivendi rationem contulerint, tunc vere sunt cognati; non parentum, sed fratrum obtinentes **565** locum. Pater enim est verissimus, primus quidem universorum Pater ; secundus vero post illum, is qui præit in spiritualis vitæ instituto. Si vero pergant cognati vitam priorem retinere, pars sunt mundi, a qua nos separati sumus, et jam nulla ex parte cognati su-

[44] II Cor. xi, 3. [45] Matth. xxiii, 24.

(62) Editi ὅσω τούς. At mss. ὅσον.

(63) Veteres duo libri πρῶτος. Editi πρῶτον.

Digitized by Google

nonis, qui, carnali homine deposito, eam quam cum ipsis habebamus propinquitatem exuerimus. Qui autem hominum sæculo addictorum amicitiam diligenter requirit, studetque continuo cum ipsis congredi, is ex colloquiis assiduis affectus illorum introducit in animum, ac rursus mente cogitationibus mundanis repleta, a bono proposito excidit, atque semovet se a spirituali sapientia, et animus illius rediit ad vomitum priorem, atque adeo sauciatur ab hoste, qui cognatione carnali vitam spiritualem conturbat.

2. Precemur itaque optima cognatis nostris, justitiam, inquam, et pietatem, et quæ nos magni fecimus. Decet enim nos hæc precari: illis vero conducit, ut opera nostra hæc ipsa consequantur. Quare nos neque simus de illis solliciti, neque anxii. Nam diabolus, cum animadvertit nos omnem temporalem curam exuisse, et succinctos ad cœlum currere, tum referens nobis propinquorum memoriam, nosque ad res illorum curandas adigens, auctor est, ut etiam mens sit de mundanis negotiis sollicita, dum cogitat quæ sint cognatorum facultates, abundentne, an desint, quæ ipsis ex commerciis proveniant lucra, et quantum ex his augeantur divitiæ; quæ jacturæ nascantur ex adversis vitæ casibus, et quantum ex his illorum opes imminuantur: facitque, ut cum eis lætemur quidem de prosperis ipsorum successibus, contristemur vero ob infortunia, et simus ipsorum inimicis inimici, idque, licet jubeamur nullum inimicum habere [66], itemque gaudeamus una cum amicis, qui sunt sæpe indigni spirituali cognatione, et oblectemur de injustis ac fraudulentis ipsorum lucris: prava denique omnia temporalium rerum studia, quibus exutis spirituales cogitationes introduxeramus, ille denuo inducit in mentem, atque terrenis ac mundanis cogitationibus illius opera animum rursum subeuntibus destruit internum ascetam, solamque statuam monachi figuram circumferentem efficit: quæ scilicet nusquam virtutibus animata sit. Sæpe etiam ob ingentem in propinquos benevolentiam asceta ausus est et sacrilegium committere, ut inopiæ mederetur cognatorum. Etenim quæ pro sanctis, qui seipsos Deo dicarunt, servantur, res sacræ, vereque Deo consecratæ esse et intelliguntur, et judicantur. Quamobrem qui talium quidpiam aufert, unus est ex iis qui sacrilegium audent perpetrare.

3. Cognito igitur intolerabili illo damno, quod ex studio in propinquos nostros nascitur, susceptam eorum causa sollicitudinem tanquam diabolicum telum fugiamus. Nam et Dominus ipse ejusmodi affectum ac consuetudinem **566** vetuit: qui uni ex discipulis id non permisit, ut diceret vale pro-

[66] Matth. v, 44.

καὶ κατ' οὐδὲν προσήκοντες τὸν κατὰ σάρκα ἄνθρωπον ἀποθεμένοι, καὶ ἀποδυσαμένοι τὴν πρὸς ἐκείνους οἰκείωσιν. Ὁ δὲ τὴν τῶν βιωτικῶν φιλίαν μετὰ ἀκριβείας κατασπαζόμενος, καὶ τούτοις διαπαντὸς προσομιλεῖν ἐφιέμενος, τὰς ἐκείνων διαθέσεις διὰ τῆς συνεχοῦς ὁμιλίας εἰς τὴν ψυχὴν εἰσῳκίσατο. Πάλιν τε τοῦ κοσμικοῦ φρονήματος ἀναπλησθεὶς τὴν διάνοιαν, τῆς ἀγαθῆς ἐνστάσεως ἀποπέπτωκε, καὶ τοῦ πνευματικοῦ φρονήματος ἐχωρίσθη, καὶ τὸν πρότερον ἔμετον ἀνεμάξατο τῇ ψυχῇ, καὶ παρὰ τοῦ ἐχθροῦ τέτρωται, διὰ τῆς σαρκικῆς συγγενείας τὴν πνευματικὴν πολιτείαν ἐπιθολώσαντος.

2. Τοῖς μὲν οὖν συγγενέσιν εὐχώμεθα τὰ βέλτιστα, δικαιοσύνην, φημὶ, καὶ εὐσέβειαν, καὶ ταῦτα, ἅπερ ἡμεῖς τίμια πεποιήμεθα. Ταῦτα (64) γὰρ ἡμῖν πρέπον εὔχεσθαι, κἀκείνοις παρ' ἡμῶν καρποῦσθαι συμφέρον. Αὐτοὶ δὲ τῆς περὶ ἐκείνων φροντίδος τε καὶ μερίμνης τοὺς λογισμοὺς ἀπολύσωμεν. Ὁ γὰρ διάβολος, θεασάμενος ἀποδυσαμένους ἡμᾶς πᾶσαν φροντίδα βιωτικὴν, καὶ εὐσταλεῖς ἐπὶ τὸν οὐρανὸν τρέχοντας, τὴν περὶ τοὺς συγγενεῖς ἡμῖν ἐνεργασάμενος ἔννοιαν, τά τε ἐκείνων φροντίζειν παρασκευάσας, καὶ εἰς τὰς βιωτικὰς φροντίδας τὸν λογισμὸν μεριμνᾷν παρασκευάζει· τίς μὲν ἡ τῶν οἰκείων περιουσία, καὶ εἰ αὐτάρκης, ἢ ἐνδεὴς, τίνα δὲ τὰ ἐκ τῶν συναλλαγμάτων αὐτοῖς προσγενόμενα κέρδη, καὶ ἐπὶ πόσον τὸν πλοῦτον αὐξάνοντα· τίνες δὲ ἐκ τῶν τοῦ βίου περιστάσεων ζημίαι προσπίπτουσαι, καὶ πόσον τὴν ὑπάρχουσαν ἐλαττοῦσαι περιουσίαν. Καὶ συνήδεσθαι μὲν ποιεῖ ταῖς εὐπορίαις αὐτῶν, συναθυμεῖν τε ταῖς ἀστοχίαις, συνεχθραίνειν δὲ τοῖς ἐχθροῖς (καὶ τοῦτο, κελευομένους μηδένα ἔχειν ἐχθρὸν), καὶ συγχαίρειν τοῖς φίλοις οὐκ ἀξίοις οὖσι πολλάκις τῆς πνευματικῆς οἰκειώσεως, χαίρειν δὲ καὶ ἐπὶ τοῖς ἀδίκοις αὐτῶν καὶ παραλόγοις κέρδεσι, καὶ πάσας τὰς πονηρὰς τῶν βιωτικῶν ὑποθέσεων διαθέσεις, ἃς ἀποδυσάμενοι, τὰς πνευματικὰς ἐννοίας εἰσῳκισάμεθα, πάλιν ἐπεισάγει τοῖς λογισμοῖς, καὶ τὸ ὑλικὸν καὶ κοσμικὸν φρόνημα τῇ ψυχῇ πάλιν ἐνεργασάμενος, τὸν ἔνδον ἀσκητὴν καταλύει, καὶ ἀνδριάντα μόνον ἀσκητοῦ τὸ σχῆμα περιφέρειν παρασκευάζει, μηδαμοῦ ἐψυχωμένον ταῖς ἀρεταῖς. Πολλάκις δὲ διὰ τὰς περὶ τοὺς συγγενεῖς ἐπιταθείσας εὐνοίας ἐτόλμησεν ὁ ἀσκητὴς καὶ ἱεροσυλίαν ἐργάσασθαι, ὥστε τὴν τῶν συγγενῶν ἔνδειαν θεραπεῦσαι. Τὰ γὰρ εἰς τοὺς ἁγίους, τοὺς ἀναθέντας ἑαυτοὺς τῷ Θεῷ, ταμιευόμενα ἱερὰ καὶ ἀληθῶς ἀναθήματα νοεῖται καὶ ἐκλαμβάνεται. Ὅ τοίνυν τούτων τι νοσφιζόμενος εἷς ἐστι τῶν ἱεροσυλίας κατατολμώντων.

3. Γνόντες οὖν τῆς περὶ τοὺς οἰκείους διαθέσεως τὴν ἀφόρητον βλάβην, φύγωμεν τὴν περὶ ἐκείνων φροντίδα, ὡς διαβολικὸν ὅπλον ὑπάρχουσαν. Καὶ γὰρ αὐτὸς ὁ Κύριος τὴν τοιαύτην σχέσιν καὶ συνήθειαν ἀπηγόρευσεν, ἑνὶ μὲν τῶν μαθητῶν οὐκ ἐπιτρέψας, οὐδὲ αὐτὸ μόνον τοῖς οἰκείοις (65) συντάξασθαι· ἑτέρῳ

(64) Reg. secundus Ταῦτα μὲν γάρ. Mox duo mss. περὶ ἐκείνων.

(65) Verbum συντάξασθαι videtur hoc loco sumi pro ἀποτάξασθαι, *renuntiare. vale dicere.* Scriptor

Digitized by Google

δὲ οὐδὲ τῷ σώματι τοῦ πατρὸς τεθνεῶτος γῆν ἐπ- A pinquis : nec alteri, ut vel cadaver mortui patris
αμήσασθαι. Τῷ μὲν γὰρ συντάξασθαι βουλομένῳ τοῖς humo superinjecta contegeret. Ei enim, qui vale
οἰκείοις φησίν· *Οὐδεὶς ἐπιβαλὼν τὴν χεῖρα αὐτοῦ ἐπ'* propinquis suis dicere volebat, dixit : *Nemo mit-*
ἄροτρον, καὶ βλέπων εἰς τὰ ὀπίσω, εὔθετός ἐστιν *tens manum suam ad aratrum, et respiciens retro,*
εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν (66)· τῷ δὲ θάψαι *aptus est regno cœlorum* [47]. Alteri vero, qui sepelire
τὸν πατέρα παρακαλοῦντι, *Ἀκολούθει μοι*, φησὶ, patrem postulabat : *Sequere me* [48], inquit, et, *Sine*
καὶ, *Ἄφες τοὺς νεκροὺς θάψαι τοὺς ἑαυτῶν* *ut mortui sepeliant mortuos suos* [49]. Et quidem vi-
νεκρούς. Καίτοι ἐδόκουν εὐλογωτάτας καὶ δικαιοτά- debatur uterque rem æquissimam justissimamque
τας ποιεῖσθαι τὰς δεήσεις ἑκάτεροι· ἀλλ' οὐκ ἐπένευ- rogare : sed Servator non probavit, et ne minimo
σεν ὁ Σωτὴρ, οὐδὲ πρὸς τὸ ἀκαρὲς γοῦν ἀφῆκεν αὐτοῦ quidem temporis momento permisit a se disjungi
χωρίζεσθαι τοὺς τροφίμους τῆς τῶν οὐρανῶν βασιλείας, alumnos regni cœlorum, ne alta et cœlesti medita-
ἵνα μή τι τοῦ ὑψηλοῦ καὶ οὐρανίου φρονήματος ταπει- tatione humilius aliquid ex quadam ad terrenos et
νότερον ἢ πράξαιεν, ἢ λογίσαιντο τῇ περὶ τὰς γηΐνας carnales affectus propensione aut facerent, aut co-
καὶ σαρκικὰς διαθέσεις ῥοπῇ, ὡς οὐκ ἐξὸν, τοὺς τὰ gitarent, cum non liceat cœlestia curantibus ali-
οὐράνια φρονοῦντας τῶν ἐπὶ γῆς ἔχειν λόγον τινά, ὡς quam habere rerum terrenarum rationem, velut
ἤδη μεταστάντας (67) καὶ ὑπερκοσμίους τῇ διανοίᾳ B jam translatis et animo supra mundum evectis.
γεγενημένους. Εἰ δὲ λέγοι τις, ὅτι Πῶς οὖν ὁ νόμος Quod si dixerit quispiam : Quomodo igitur jubet
κελεύει τῶν οἰκείων φροντίζειν, λέγων· *Καὶ ἀπὸ τῶν* lex curam suscipere cognatorum, his verbis : *Et*
οἰκείων τοῦ σπέρματός σου οὐχ ὑπερόψει· *propinquos seminis tui ne despicias* [50] ; et Apostolus
ὁμοίως δὲ καὶ ὁ Ἀπόστολος· *Εἰ δέ τις τῶν ἰδίων,* similiter : *Si quis autem suorum et maxime propin-*
καὶ μάλιστα τῶν οἰκείων οὐ προνοεῖ, τὴν πίστιν *quorum curam non habet, fidem negavit, et est infi-*
ἤρνηται, καὶ ἔστιν ἀπίστου χείρων, σύντομον (68) *deli deterior* [51], ei paucis respondebimus, hoc a di-
τὴν ἀπόκρισιν παρεξόμεθα· ὅτι ὁ θεῖος Ἀπόστολος vino Apostolo ad homines sæculo addictos, ad
πρὸς τοὺς βιωτικοὺς, πρὸς τοὺς τὸν ὑλικὸν πλοῦτον homines qui terrenas opes possidebant, poterantque
ἔχοντας, καὶ δυναμένους παραμυθεῖσθαι τὴν τῶν cognatorum inopiam levare, dictum fuisse. Simi-
συγγενῶν ἔνδειαν, τοῦτο εἴρηκεν. Ὁμοίως δὲ καὶ ὁ liter lex etiam hæc dixit, atque ut dicam brevius,
νόμος ταῦτά φησι, καὶ ἵνα συντομώτερον εἴπω, πρὸς sermo est de viventibus, non de mortuis : quando-
τοὺς ζῶντας, οὐ πρὸς τοὺς τεθνεῶτας· ἀνεύθυνοι γὰρ quidem hi ab omni hujusmodi debito liberi sunt.
παντὸς (69) τοιούτου ὀφλήματος οὗτοί γε.

4. Σὺ δὲ τέθνηκας μὲν, καὶ ἐσταύρωσαι τῷ κόσμῳ 4. Tu autem mortuus es, et toti mundo cruci-
παντί. Ἀποταξάμενος γὰρ τῷ ὑλικῷ πλούτῳ, τὴν C fixus. Rejectis enim terrenis divitiis amplexus es
ἀκτησίαν ἠγάπησας· σεαυτὸν δὲ ἀναθεὶς τῷ Θεῷ, paupertatem : et cum te ipse dicasti Deo, Dei factus
κειμήλιον γέγονας τοῦ Θεοῦ. Ὡς τεθνεὼς, ἐλεύθε- es thesaurus. Ut mortuus, liber es ab omni in pro-
ρος εἶ πάσης τῆς περὶ τοὺς συγγενεῖς εἰσφορᾶς· ὡς pinquos pecuniarum collatione : ut nihil omnino
ἀκτήμων, οὐδὲν ἔχεις ὃ χορηγήσῃς. Καὶ αὐτὸ δὲ τὸ possidens, nihil habes quod largiaris. Imo etiam
σῶμα καρποφορήσας, καὶ οὐδὲ ἐκείνου λοιπὸν ἔχων cum ipsum corpus obtuleris, et de cætero ne
τὴν ἐξουσίαν ὡς ἀναθήματος, οὐ θέμις σοι (70) εἰς illius quidem potestatem habeas, tanquam quod
ἀνθρώπων χρῆσιν εἶναι· μόνοις δὲ τοῖς ὁμοτρόποις res sit Deo consecrata, tibi eo uti non licet ad hu-
ὡς καὶ αὐτοῖς Θεῷ τὸ πᾶν ἀνακειμένοις συμπολι- manum usum : sed cum iis solis qui iisdem mori-
τεύεσθαι. Πόθεν οὖν σοι ἁρμόσει τὰ μνημονευθέντα bus præditi sunt, quandoquidem et ipsi sunt Deo
ῥήματα τῆς ἁγίας Γραφῆς ; ἢ πῶς οὐχ ἁμαρτήσεις prorsus dicati, versari debes. Qui igitur in te con-
τὰς ἑαυτοῦ ὁμολογίας περὶ τὴν ἄσκησιν ἀθετῶν ; venient quæ ex sancta Scriptura retulimus verba?
aut quomodo peccaturus non es, si fœdus, quod tu ipse de colenda pietate cum Deo inivisti, irritum
facias?

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΑ'. D CAPUT XXI.

Ὅτι οὐ δεῖ τῆς πνευματικῆς ἀδελφότητος ἀπο- *Quod non oportet a spirituali fraternitate resecari.*
κόπτεσθαι.

1. Χρὴ μέντοι καὶ τοῦτο πεπεῖσθαι σαφῶς, ὅτι ὁ 1. Jam illud quoque pro certo habendum est,
ἅπαξ εἰς σύνδεσμον καὶ συνάφειαν ἐλθὼν πνευματι- eum, qui semel fraternitati spirituali alligatus est
κῆς ἀδελφότητος οὐχ οἷός τ' ἂν ᾖ (71) ἀποκόπτεσθαι et adjunctus, ab iis, quibus ascitus est, nullo modo
καὶ χωρίζεσθαι τούτων, οἷς συνηρμόσθη. Εἰ γὰρ ἄν- resecari ac separari posse. Si enim homines sæpe-
θρωποι πολλάκις εἰς κοινωνίαν βίου τούτου τοῦ ὑλι- numero in societatem terrenæ hujus vitæ conve-

[47] Luc. IX, 62. [48] ibid. 59. [49] ibid. 60. [50] Isa. LVIII, 7. [51] I Tim. V, 8

enim non obscure respicit ad illud Lucæ IX, 61 : *Sequar te, Domine, sed permitte mihi prius ut dicam vale iis qui sunt domi meæ.*

(66) Reg. primus ἐστιν ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν.

(67) Unus ms. ἤδη μεταναστάντας.

(68) Codex Colb. συντομον αὐτῷ τήν.

(69) Editi πάντες. At mss. tres παντός.

(70) Vocula σοι addita est ex libris veteribus.

(71) Veteres duo libri ἂν εἴη. Aliquanto post codex Voss. παρὰ τὰ συμβάντα.

Digitized by Google

nientes, non queunt citra pacta separari : et qui hoc facit, **567** futurus est reus præscriptarum multarum : longe magis qui fœdus inierit spiritualis illius contubernii, quod indissolubilem ac perpetuam conjunctionem habet, is seipsum ab iis quibus permistus est, sejungere ac resecare non poterit. Alioqui, si hoc facit, pœnis gravissimis e cœlo infligendis obnoxium se reddit. Etenim si mulier quæ ad viri pervenit societatem, cum eoque carnali copula conjuncta fuit, si insidias ipsi struxisse deprehendatur, morte multatur : quanto magis qui spirituali societati ascitus est, is, ipso Spiritu sancto teste ac internuntio, reus fit ob secessum ?

2. Honores igitur nequaquam ambiat asceta, nolitque cæteris anteponi. *Omnis enim qui se exaltat, humiliabitur : et qui se humiliat, exaltabitur* [72]. Si asceta se ipse exaltaverit, habet qui graviter ac potenter humiliet, ipsumque ad inferos usque demergere possit : sin autem humiliaverit seipsum, splendide et magnifice admodum extolletur, Deo per suam potentiam humiliatum exaltante. Exspecta igitur rite exaltantem, o asceta, nec ullo modo animo deficias ob præsentia. Nam athleta es, et operarius Christi, qui te diem totam decertaturum, et totius diei æstum perlaturum pactus es. Cur nondum completa diei mensura, requiem consectaris? Vesperam, finem hujus vitæ præstolare, ut cum paterfamilias venerit, tribuat tibi mercedem. Vespere enim facto, dixit dominus vineæ procuratori suo : *Voca operarios, et redde illis mercedem* [73]; non in meridie, neque initio conductionis. Opperire igitur finem vitæ, et tunc pro merito mercedem referes. Nunc autem postremum locum occupa, ut tunc primum consequare [74].

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΕ'.

Περὶ τῆς κατὰ τὰ βρώματα ἀτυφίας καὶ ἁπλότητος. C

Βρωμάτων μέντοι διαφορὰν οὐδαμῶς ἐπιζητεῖν
ὀφείλει ὁ ἀσκητής, καὶ προσποιήσει δῆθεν ἐγκρα-
τείας ἐξαλλαγὴν ἐδεσμάτων. Τοῦτο γὰρ ἀνατροπὴ
τῆς κοινῆς εὐταξίας ἐστὶ καὶ σκανδάλων ὑπόθεσις,
καὶ τοῦ *οὐαὶ* κληρονόμος γίνεται ὁ ἐν συστήματι
ἀσκητικῷ τοιαύτας αἰτίας ταραχῆς ἐνδιδούς. Ἀλλὰ
κἂν τὸ προσέψημα (34) τοῦτο τὸ ταριχευτὸν, τὸ παρὰ
τῶν ἁγίων Πατέρων ἐγκριθὲν ἀντ' ἄλλου τινὸς ἀρτύ-
ματος, ἐλάχιστον τοῖς βρώμασιν ἐπιβάλλεσθαι συμ-
πεπλεγμένον τῷ λοιπῷ ἐδέσματι τοῦ ὕδατος ἢ τῶν
λαχάνων ὑπάρχῃ, μὴ προφάσει δῆθεν κενοδόξου ἐθε-
λοευλαβείας (35), ὡς κρέα παραιτούμενος, ἐπιζη-
τείτω τῶν ἐδεσμάτων τὰ τιμιώτερα καὶ χρηστότερα,
ἀλλὰ τῷ ἀποζέματι τοῦ ἐλαχίστου τεμάχους τὸν ψω- D
μὸν ἀπαρατηρήτως ἀποβρέχων, προσφερέσθω μετὰ
πάσης εὐχαριστίας. Τὸ γὰρ ἐλάχιστον ἐκεῖνο τμῆμα,
εἰς τοσοῦτον πλῆθος ὕδατος ἢ σπερματώδους, εἰ
τύχοι, βρώματος ἐμβληθὲν, οὐ τρυφῆς ἐστι κατη-
γόρημα, ἀλλὰ ἀκριβεστάτη τῶν ἀσκητῶν καὶ ταλαί-

CAPUT XXV.

De frugalitate ac simplicitate in alimentis.

Neque vero ciborum varietatem ullo modo debet asceta requirere, neque prætextu continentiæ alimenta commutare. Hoc enim eversio est communis disciplinæ, scandalorumque occasio, et hujus vocis *væ* hæres evadit is, qui in ascetica societate tales turbarum causas serit. Sed licet contingat, ut hoc obsonium sale conditum, quod sancti Patres loco alterius cujuspiam condimenti adhibendum judicarunt, tantillum aliis cibis injiciatur, immistum scilicet reliquo edulio aqua aut oleribus confecto, neutiquam asceta obtentu et nomine vanæ videlicet et voluntariæ pietatis, velut qui carnes recuset, alimenta pretiosiora ac delicatiora perquirat, sed frustum panis citra attentionem intingens in minimi hujus frusti sale conditi jusculo, cum omni gratiarum actione comedat. Nam minimum illud frustum in tantam aquæ copiam, aut leguminum (si ita fors ferat) injectum, non præfert delicias, sed severissima vereque

[72] Luc. xiv, 11. [73] Matth. xx, 8. [74] Luc. xiv, 10.

(29) Antiqui duo libri Ἂν δὲ μὴ θλίβῃ, μὴ προσδόκα τοὺς ἐκεῖσε στεφάνους. Mox duo mss. προκαταβαλόμενος. Editi et codex Combef. προκαταβαλλόμενος.

(30) Codex Colb. λοιπῶν προτετάχθαι.

(31) Editi μηδαμοῦ. At mss. duo μηδαμῶς.

(32) Codices duo οὐ μέσης ἡμέρας.

(33) Antiqui duo libri μισθοὺς ἐπανιών. Ἄρτι. Alii duo cum Voss. uti in contextu.

(34) Librarius e regione vocis προσέψημα ita scripsit in ora Regii quarti, οἶμαι τὸ ἀξούγγιόν φησι.

(35) Regii secundus et quartus simpliciter κενοδόξου εὐλαβείας. Alii duo mss. et editi ἐθελοευλαβείας.

Digitized by Google

asperrima est abstinentia ascetarum. Oportet igitur quæ ejusmodi sunt, nequaquam a sanctimoniæ cultore observari. Neque enim Judæorum more, sed deliciarum satietatem fugientes, ab ejusmodi rebus abstinemus.

πωρος ὄντως ἐγκράτεια. Χρὴ τοίνυν τὰ τοιαυτα μὴ παρατηρεῖν τὸν τῆς ὁσιότητος ἀσκητήν. Οὐ γὰρ τῶν τοιούτων ἀπεχόμεθα Ἰουδαΐζοντες, ἀλλὰ τῆς τρυφῆς τὴν πλησμονὴν (36) φεύγοντες.

576 CAPUT XXVI.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚϚ'.

Quod qui respicit ad perfectionem, is nihil lædi possit egrediendo.

Ὅτι τὸν πρὸς τὸ τέλειον (37) βλέποντα οὐδὲν ἡ πρόοδος παραβλάψαι δυνήσεται.

1. Quod si asceta dicat, detrimenti aliquid se pati, cum egreditur, aut peregrinatur ob necessaria communitatis negotia, ob idque exire recuset, nondum novit obedientiæ integritatem, neque intellexit hanc virtutem nequaquam comparari ejusmodi inertia atque pigritia. Respiciat igitur ad exempla sanctorum, quomodo morem gesserint, ne minimum quidem in quibusvis mandatis vel difficillimis contradicentes, aut reluctantes ; et ita demum discat obedientiæ perfectionem. Si autem sit aliquis, qui etiam revera damnum inde recipiat, is roget fratres, ut pro ipso Deum orent, similiterque et ipse cum certissima spe a Deo petat, ut in omnibus spiritualibus recte factis, et in corporis ministeriis ad bona opera attinentibus, instrumentum fiat efficax et utile. Et sine dubio cui studium et alacritas quærentium bonum accepta sunt, is dabit facultatem et vires, cum ipse ad petendum cohortatus sit, ac dixerit : *Petite, et dabitur vobis ; quærite, et invenietis ; pulsate, et aperietur vobis. Omnis enim qui petit accipit : et qui quærit, invenit : et pulsanti aperietur* [75]. Et rursus alio in loco : *Si quis autem vestrum indiget sapientia, postulet a Deo, qui dat omnibus simpliciter, et non improperat : et dabitur ei ; postulet autem in fide, nihil hæsitans* [76]. Ac in omnibus denique rebus, ubi mens in perfecta obedientia vacillat, aut animi alacritatem Satanas impedit, obtundendo infringendove, hoc remedium adhibeamus, precemur videlicet Deum, et postulemus recte agendi facilitatem nobis dari, Deique timore configi carnes nostras [77], et animum nostrum attentum fieri, et minime vagum, sic ut carnis cupiditatibus voluptatibusque non capiatur. Etenim per mentis aberrationem cupiditates mundanæ animo innascentes, inæqualitates varias efficiunt in cogitationibus, et pigros nos ad bona opera reddunt.

1. Εἰ δὲ λέγοι βλάπτεσθαι ταῖς προόδοις, ἢ ταῖς ὁδοιπορίαις ταῖς διὰ τὰς ἀναγκαίας χρείας τοῦ κοινοῦ γενομέναις ὁ ἀσκητής, καὶ διὰ τοῦτο παραιτοῖτο τὴν πρόοδον, οὔπω τῆς ὑπακοῆς τὴν ἀκρίβειαν κατενόησεν, οὐδὲ συνεῖδεν, ὡς τουτὶ τὸ κατόρθωμα ταῖς τοιαύταις βλακείαις οὐ τελειοῦται. Βλεπέτω τοίνυν τὰ ὑποδείγματα τῶν ἁγίων, πῶς τὴν ὑπακοὴν ἐτελείωσαν, πρὸς οὐδὲν τῶν οὕτω δυσηνύτων ἐπιταγμάτων οὐδὲ καταμικρὸν ἀντειπόντες ἢ ἀντιτείναντες· καὶ παιδευέσθω τὸ τῆς ὑπακοῆς τέλειον. Εἰ δέ τις καὶ ἀληθῶς (38) παραβλάπτοιτο, παρακαλείτω τὴν ἀδελφότητα ὑπὲρ αὐτοῦ τὸν Θεὸν ἱκετεῦσαι, καὶ αὐτὸς δὲ αἰτείτω παρὰ τοῦ Θεοῦ μετ' ἐλπίδος ἀνενδοιάστου γενέσθαι [σκεῦος ἐν πᾶσι τοῖς τε πνευματικοῖς κατορθώμασι, τοῖς τε σωματικοῖς πρὸς τὰ καλὰ τῶν ἔργων διακονήμασι, ἐνεργόν τε καὶ εὔχρηστον· καὶ πάντως ὁ τὰς προθυμίας τῶν τὸ καλὸν ζητούντων (39) ἀποδεχόμενος δώσει τὴν δύναμιν, αὐτὸς ἐπὶ τὴν αἴτησιν προτρέψας, καὶ εἰρηκώς· *Αἰτεῖτε, καὶ δοθήσεται ὑμῖν· ζητεῖτε, καὶ εὑρήσετε· κρούετε, καὶ ἀνοιγήσεται ὑμῖν. Πᾶς γὰρ ὁ αἰτῶν λαμβάνει· καὶ ὁ ζητῶν εὑρίσκει· καὶ τῷ κρούοντι ἀνοιγήσεται·* καὶ πάλιν ἑτέρωθι· *Εἰ δέ τις ὑμῶν λείπεται σοφίας, αἰτείτω παρὰ τοῦ διδόντος Θεοῦ πᾶσιν ἁπλῶς, καὶ μὴ ὀνειδίζοντος, καὶ δοθήσεται αὐτῷ· αἰτείτω δὲ ἐν πίστει, μηδὲν διακρινόμενος.* Καὶ ἐπὶ πᾶσιν ἁπαξαπλῶς, οἷς ἂν ὁ νοῦς ὀκλάσῃ περὶ τὴν τελείαν ὑπακοήν, ἢ ὁ Σατανᾶς ἐμπωδίζῃ (40), τὴν προθυμίαν ἀμβλύνων καὶ ἀνακόπτων, τούτῳ τῷ βοηθήματι χρώμενοι, τὸν Θεὸν ἱκετεύωμεν, καὶ αἰτώμεθα δοθῆναι ἡμῖν τῶν κατορθωμάτων εὐμάρειαν, καθηλωθῆναί τε τὰς σάρκας ἡμῶν τῷ φόβῳ τοῦ Θεοῦ, καὶ ἀμετεώριστον γενέσθαι ἡμῖν τὴν διάνοιαν, μηδαμῶς ἁλισκομένην ταῖς σαρκικαῖς ἐπιθυμίαις καὶ ἡδοναῖς. Ἐν γὰρ (41) μετεωρισμῷ διανοίας αἱ κοσμικαὶ ἐπιθυμίαι τῇ ψυχῇ ἐμφυόμεναι ποικίλας ἀνωμαλίας τοῖς λογισμοῖς ἐνεργάζονται, καὶ ὀκνηροὺς ἡμᾶς πεοὶ τὰ καλὰ τῶν ἔργων ἀποτελοῦσι.

2. Itaque nemo nostrum recuset ad communia et necessaria corporis ministeria suam ipsius operam conferre : sed rogemus Deum, ut facultatem adjuvandi cæteros ab ipso accipiamus. Nam si

2. Μὴ παραιτώμεθα τοίνυν ταῖς κοιναῖς καὶ ἀναγκαίαις τοῦ σώματος χρείαις συνεισφέρειν τὴν οἰκείαν συνεργίαν ἕκαστος, ἀλλ' ἱκετεύωμεν τὸν Θεὸν λαβεῖν τῆς συνεργίας τὴν δύναμιν. Ἐπεὶ, εἰ πάντες

[75] Matth. vii, 7, 8. [76] Jac. i, 5, 6. [77] Psal. cxviii, 120.

(36) Codex Colb. τὴν τρυφὴν τῆς πλησμονῆς, *saturitatis jucunditatem*.

(37) Editi πρὸς τὸν τέλειον. Veteres aliquot libri πρὸς τὸ τέλειον, recte.

(38) Unus ms. ἀληθῶς βλάπτοιτο.

(39) Veteres duo libri cum Voss. καλὸν ζηλούντων, *æmulantium bonum*. Hæc verba, ζητεῖτε, καὶ εὑρήσετε, quæ mox sequuntur, addita fuere et ex Vossii veteri libro, et ex aliis.

(40) Editi ἢ ὅσα ἐμποδίζῃ. Voss. codex et alii tres ut in contextu.

(41) Antiqui duo libri cum Voss. Ἐκ γάρ.

Digitized by Google

παραιτοῖντο κατὰ μίμησιν τῶν φθασάντων, τίς ἀνα- A
πληρώσει τὰ τῶν χρειῶν; Ἄλλως δὲ καὶ ἐξ ὑποδείγματος τοῦτο παιδεύεσθαι ἄξιον. Ὁ γὰρ ἐγκαταλεγόμενος ἄρτι τάγματί τινι στρατιώτης οὐχὶ τοὺς ἐν τῷ τάγματι πρὸς τὴν οἰκείαν ἕξιν (42) μεταστῆσαι πειρᾶται, ἀλλ' αὐτὸς πρὸς τὴν τοῦ τάγματος ἀγωγὴν καὶ συνήθειαν μεθαρμόζεται. Προσήκει τοίνυν καὶ τὸν ἐγκαταλεγόμενον πνευματικῷ συστήματι μὴ ἐκείνους πρὸς τὸν ἑαυτοῦ τρόπον μεθαρμόζειν ἐθέλειν, ἀλλὰ τὸν οἰκεῖον τρόπον τοῖς ἐν τῷ συστήματι ἔθεσί τε καὶ τύποις ἐξομοιοῦν.

priorum exemplo recusent omnes, quis functurus est officiis? Cæteroquin operæ pretium, hoc te doceri aliquo etiam exemplo. Nam qui modo in aliquem ordinem ascriptus est miles, non eos, qui in exercitu sunt, ad suam consuetudinem transferre conatur, sed componit se ipse ad ordinis instituta atque consuetudinem. Par igitur fuerit, eum etiam, qui in spiritualem societatem allectus est, non illos ad suos mores accommodare velle, sed suos mores societatis moribus institutisque conformare.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΖ'.

Ὅτι οὐ χρὴ (43) *ἰδίας ἀσχολίας ἔχειν τὸν ἀσκητήν.*

Ἐξουσίαν δὲ ἑαυτοῦ οὐδὲ πρὸς τὸ ἀκαριαῖον ἔχοι ἂν ὁ ἀσκητὴς (44), ὥστε οἰκείαις ἀσχολίαις ἐνδιατρίβειν. Οὐδὲ γὰρ ὄργανον δίχα τοῦ τεχνίτου κινηθείη ἄν, οὐδὲ μέλος τοῦ παντὸς σώματος ἐν βραχεῖ γοῦν χωρίζεσθαι δύναιτ' ἄν, ἢ κινεῖσθαι παρὰ τὸ δοκοῦν τῷ ἔνδον τεχνίτῃ καὶ ἐπιστάτῃ τοῦ παντὸς σώματος· οὐδὲ ἀσκητὴς παρὰ τὸ δοκοῦν τῷ προεστῶτι πράττειν τι ἢ ἐνεργεῖν χώραν ἔχει. Εἰ δὲ λέγοι δι' ἀσθένειαν σώματος ἀτονεῖν πρὸς τὰ ἐπιτάγματα, τῷ καθηγουμένῳ ἐπιτρέψει τὴν δοκιμασίαν τῆς ἑαυτοῦ ἀσθενείας. Ἄλλως δὲ καὶ τὸ τῆς Γραφῆς λογισάμενος, ἑαυτὸν παρορμήσει πρὸς τὴν τῶν ἐπιτασσομένων ἐκπλήρωσιν, ἀκούων τῆς Γραφῆς λέγουσης· *Οὔπω μέχρις αἵματος ἀντικατέστητε, πρὸς τὴν ἁμαρτίαν ἀνταγωνιζόμενοι·* καὶ πάλιν ἑτέρωθι· *Διὰ τὰς παρειμένας χεῖρας καὶ τὰ παραλελυμένα γόνατα ἀνορθώσατε.*

577 CAPUT XXVII.

Quod asceta non debet privatus negotia habere.

Porro ne minimo quidem temporis momento B
asceta sui juris sit, ita ut vacet suis ipsius negotiis. Neque enim potest instrumentum absque artifice moveri, neque membrum potest ne puncto quidem temporis separari a toto corpore, aut moveri præter voluntatem interni artificis, aut præfecti totius corporis, neque ascetæ licet facere quidquam, aut exsequi præter præpositi sententiam. Quod si dicat se propter corporis infirmitatem mandatis conficiendis imparem esse, infirmitatem suam præfecto probandam permittet. Et alioqui si meminerit Scripturæ, adhortabitur seipsum ad imperata implenda, quandoquidem audiet Scripturam dicentem: *Nondum usque ad sanguinem restitistis, adversus peccatum repugnantes* [78]. Et rursus alibi: *Propter quod remissas manus et soluta genua erigite* [79]. C

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΗ'.

Ὅτι χρὴ τὸν προεστῶτα πατρικῇ εὐνοίᾳ τὰ κατὰ τοὺς ὑπηκόους οἰκονομεῖν.

Καὶ αὐτὸς δὲ ὁ καθηγούμενος, ὡς πατὴρ παίδων γνησίων ἐπιμελούμενος, ἐπισκέψεται τὴν χρείαν ἑκάστου (45), καὶ τὴν προσήκουσαν, κατὰ τὸ ἐνδον, εἰσοίσει θεραπείαν καὶ ἐπιμέλειαν· καὶ τὸ κατὰ ἀλήθειαν ἀσθενοῦν μέλος εἴτε ψυχικῶς εἴτε σωματικῶς μετὰ ἀγάπης καὶ τῆς πατρὶ πρεπούσης εὐνοίας διαβαστάσει.

CAPUT XXVIII.

Quod oportet præfectum paterna benevolentia res ac negotia subditorum administrare.

Sed et ipse præpositus, velut pater legitimorum filiorum curam suscipiens, quid fratri unicuique opus sit, attendet, curamque ac medelam convenientem afferet: et quod membrum sive animo sive corpore reipsa infirmum fuerit, id cum charitate atque benevolentia patre digna sustentabit.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΘ'.

Ὅτι οὐ χρὴ ἑταιρίας δύο ἢ τριῶν ἀδελφῶν ἐν συστήματι ἀσκητικῷ (46) *γενέσθαι.*

Ἀγάπην δὲ τὴν πρὸς ἀλλήλους ἔχειν μὲν προσήκει τοὺς ἀδελφούς, μὴ μέντοι τινὰς ἑταιρίας δύο κατὰ ταυτὸ ἢ (47) τρεῖς γενομένους συνίστασθαι. Οὐ γὰρ ἀγάπη τοῦτο, ἀλλὰ στάσις ἐστὶ, καὶ διαίρεσις, καὶ κακίας τῶν συνιόντων κατηγορία. Εἰ γὰρ τὸ D

CAPUT XXIX.

Quod non decet in ascetico instituto peculiarem quandam amicitiam esse inter duos aut tres fratres.

Ac decet fratres charitatem quidem inter se mutuam habere, sed non ita tamen, ut duo aut tres simul conspirantes, sodalitates aliquas constituant. Non enim hoc charitas est, sed seditio, divisioque, et eorum, qui sic coeunt, improbitatis argumentum.

[78] Hebr. XII, 4. [79] ibid. 12.

(42) Reg. primus et Voss. οἰκείαν τάξιν.

(43) Vossii vetus liber Ὅτι οὐ δεῖ. Ibidem codex Colb. ἀσχολίας ποιεῖσθαι. Mox editi αὐτοῦ. At mss. plerique omnes ἑαυτοῦ.

(44) Codex Colb. ἀκαριαῖον ἔχειν προσήκει τὸν ἀσκητήν. Ibidem idem mss. cum Reg. primo ὥστε εἰς οἰκείας ἀσχολίας. Subinde iidem mss. δύναται, ἢ κινεῖσθαι.

(45) Editi χρείαν ἑκάστου ἀδελφοῦ· sed ultimam vocem delevimus libris auctoribus.

(46) Codex Colb. ἐν συστήματι ἀδελφικῷ, *in fratrum conventu.*

(47) Vossii vetus liber et alius ms. κατ' αὐτὸ ἤ. Aliquanto post codex Colb. ἠγάπων οὗτοι. Ibidem duo mss. ἂν εἶχον.

Digitized by Google

Si enim commune bonum disciplinæ diligerent, qui tales sunt, sine dubio communem æqualemque in omnes dilectionem haberent : si vero secantes ac separantes seipsos, aliqua communitas in communitate fiant, vitiosa est ejusmodi amicitiæ conjunctio, et est aliquid aliud, quod præter communem rem tales conjungit, novitas videlicet præter eum, qui obtinet, disciplinæ vigorem. Quare oportet neque ejusmodi sodalitia permitti in conventibus, neque charitatis servandæ causa quemquam fieri socium fratris, qui velit improbe agere, et communis disciplinæ jura violare : sed quandiu **578** omnes in bono permanebunt, unusquisque cum cæteris omnibus sociari ac conjungi debet. Quod si quis vigenti rerum statui obesse volens, fratrem attrahit, hic primum quidem ab eo qui sanus est, veluti mente ægrotans secreto est admonendus : sed si nolit privatim curari, alii etiam fratres prudentiores ad eum sanandum adjungendi sunt, juxta sacrum Evangelium : *Si autem te non audierit, adhibe tecum adhuc unum vel duos* [80] Quod si ne eis quidem obsequatur, declarandus est ipsi præfecto animæ illius morbus : at si ne præfecto quidem obtemperarit, habendus est perinde ut ethnicus et publicanus [81], et sicut ovis peste correpta ab ovili arcendus, ut ne cæteros etiam morbo impleat. Denique si nemo ex pravo exemplo damnum patiatur, tunc tantummodo patientia, adhibitis tamen antea quæ prius diximus remediis, locum erga eum habebit, spe videlicet ipsum se aliquando in meliorem frugem recepturum. Verum patientia sic exercenda est, ut non resecetur quidem, sed non ita, ut non admoneatur, neque plectatur legitimis multis ac pœnis.

A κοινὸν τῆς εὐταξίας ἠγάπων οἱ τοιοῦτοι, κοινὴν ἂν ἔσχον πρὸς πάντας καὶ ἰσότιμον τὴν ἀγάπην· εἰ δὲ, ἀποτεμόντες καὶ διορίσαντες ἑαυτοὺς, σύστημα ἐν συστήματι γίνονται, πονηρὰ ἡ τῆς τοιαύτης φιλίας συναγωγὴ, καὶ παρηλλαγμένον τι παρὰ τὸ κοινὸν πρᾶγμα τοὺς τοιούτους συνάγει, ὅπερ ἐστὶ καινοτομία παρὰ τὴν κρατοῦσαν εὐστάθειαν (48). Προσήκει τοίνυν μήτε τὰς τοιαύτας ἑταιρίας συγχωρεῖσθαι, μήτε διὰ τὴν (49) τῆς ἀγάπης τήρησιν εἰς κοινωνίαν ἔρχεσθαί τινα ἀδελφοῦ πονηρεύεσθαι βουλομένου, καὶ τοὺς τῆς κοινῆς εὐταξίας παραχαράττειν θεσμούς· ἀλλὰ μέχρι μὲν ἂν ἅπαντες ἐν τῷ καλῷ μένωσιν, εἶναι ἑκάστου τὴν πρὸς ἅπαντας κοινωνίαν καὶ ἕνωσιν. Εἰ δέ τις, ἐναντιοῦσθαι τῇ κρατούσῃ καταστάσει βουλόμενος, τὸν ἀδελφὸν συνεφέλκεται, τοῦτον τὰ μὲν πρῶτα παρὰ τοῦ ὑγιαίνοντος, B ὡς νοσοῦντα τοὺς λογισμοὺς, ἐν ἀπορρήτῳ νουθετεῖσθαι· εἰ δὲ μὴ βούλοιτο κατ' ἰδίαν θεραπεύεσθαι, καὶ ἑτέρους ἀδελφοὺς τοὺς συνετωτέρους εἰς θεραπείαν αὐτοῦ συμπαραλαμβάνεσθαι, κατὰ τὸ ἱερὸν Εὐαγγέλιον· *Ἐὰν δὲ μή σου ἀκούσῃ, παράλαβε μετὰ σεαυτοῦ ἔτι ἕνα ἢ δύο.* Εἰ δὲ μήτε αὐτοῖς πείθοιτο, τῷ προεστῶτι τὸ νόσημα τῆς ψυχῆς αὐτοῦ γνώριμον γενέσθαι· εἰ δὲ μήτε τοῦ προεστῶτος ἀνάσχοιτο, ὡς τὸν ἐθνικὸν καὶ τὸν τελώνην λελογίσθαι αὐτὸν, καὶ ὡς πρόβατον λοιμῷ κεκρατημένον τῆς ποίμνης εἴργεσθαι, ὡς ἂν μὴ καὶ τοὺς λοιποὺς τοῦ νοσήματος ἀναπλήσειεν. Εἰ δὲ μηδεὶς εἴη ὁ τῷ πονηρῷ βλαπτόμενος ὑποδείγματι, τότε μόνον ἡ ἐπ' αὐτῷ καὶ μετὰ τὰ εἰρημένα μακροθυμία χώραν ἕξει C ἐλπίδι τῆς διορθώσεως. Μακροθυμία δὲ, ἡ ἐπὶ τῷ μὴ ἀποκόπτειν, οὐκ ἐπὶ τῷ μὴ νουθετεῖν καὶ παιδεύειν τοῖς ἐννόμοις ἐπιτιμίοις.

CAPUT XXX.

Quod non debet asceta vestium aut calceamentorum delectum expetere.

Cæterum vestimenta aut calceamenta pretiosa nobis exquirenda non sunt, sed eligenda viliora, ut in hac etiam re humilitatem ostendamus, et ne homines elegantes, et amantes suiipsorum, et fraterni amoris exsortes esse videamur. Qui enim primas exoptat, a charitate et humilitate excidit.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Λ'.

Ὅτι οὐ χρὴ ἐνδυμάτων ἢ ὑποδημάτων ἐκλογὴν ἐπιζητεῖν τὸν ἀσκητήν.

Ἐνδυμάτων μέντοι ἢ ὑποδημάτων μὴ τὰ ἐκλεκτὰ ἐπιζητεῖν, ἀλλ' αἱρεῖσθαι τὰ εὐτελέστερα, ἵνα καὶ κατὰ τοῦτο τὴν ταπεινοφροσύνην ἐπιδειξώμεθα, καὶ μὴ καλλωπιστῶν, καὶ φιλαύτων, καὶ ἀφιλαδέλφων δόξαν ἀπενεγκώμεθα. Ὁ γὰρ τῶν πρωτείων ἐφιέμενος ἀγάπης καὶ ταπεινοφροσύνης κεχώρισται.

CAPUT XXXI.

Quod debet præfectus viribus corporis sua mandata accommodare : et de iis qui vires suas occultant.

Ac etiam caveat oportet præfectus, ne si graviora quam corporis vires ferant mandata injungat, infirmum provocet ad contradicendum : sed perinde ut pater ex æquo in omnes benevolus ac legitimus, corporeas cujusque vires consideret, atque ita mandata imponat, partiaturque. Cæterum gravis-

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΛΑ'.

Ὅτι δεῖ τὸν προεστῶτα ἀνάλογα τῆς τοῦ σώματος δυνάμεως ὁρίζειν τὰ ἐπιτεταγμένα· καὶ περὶ τῶν ἀποκρυβόντων τὴν ἑαυτῶν δύναμιν.

Τὸν μέντοι προεστῶτα προσέχειν χρὴ, ὅπως ἂν μὴ, τῆς τοῦ σώματος δυνάμεως μείζονα τὰ ἐπιτάγματα ποιησάμενος, πρὸς ἀντιλογίαν τὸν ἀτονοῦντα διερεθίσῃ· ἀλλ' ὡς πατὴρ ἅπασιν ὁμοίως εὔνους καὶ γνήσιος, ἑκάστου τὰς δυνάμεις ἐπισκοπεῖσθαι τοῦ σώματος, καὶ οὕτως ἐπινέμειν καὶ διακληρου-

[80] Matth. xviii, 16. [81] ibid. 17.

(48) Reg. secundus κρατοῦσαν συνήθειαν, *præter receptam consuetudinem.*

(49) Antiqui duo libri cum Voss. μήτε διὰ τήν, *neque per speciem servandæ charitatis*, etc. Reg. secundus μήτε παρὰ τήν. Editi μήτε τήν, depravate.

Digitized by Google

σθαι τὰ ἐπιτάγματα. Κρῖμα μέντοι μέγιστον ἕξουσιν οἱ τὴν ὑπάρχουσαν τοῦ σώματος δύναμιν καὶ παρὰ Θεοῦ δεδομένην ἀρνούμενοι, καὶ καταναισχυντοῦντες τῶν προεστώτων, καὶ τοῖς ἐπιτασσομένοις οὐκ εἴκοντες. Εἰ γὰρ τῷ προεστῶτι κίνδυνον μέγαν καὶ ἀνυπόστατον φέρει τὸ ἀποκρύψαι τοῦ λόγου τὸ τάλαντον, καὶ μὴ ἑκάστῳ προμηνῦσαι τὴν ἐρχομένην ἐπὶ τῇ ἁμαρτίᾳ ῥομφαίαν, πολλῷ μᾶλλον οἴσει κίνδυνον τῷ λαμβάνοντι παρὰ τοῦ Θεοῦ δύναμιν σώματος εἰς λυσιτέλειαν τοῦ κοινοῦ, καὶ ταύτην καταργοῦντι καὶ ἀποκρύπτοντι.

A sime plectentur ii, qui quas a Deo datas sibi corporis vires habent, occultant, et adversus præpositos impudenter se gerunt, ac mandatis non obsequuntur. Si enim imminet præfecto periculum ingens ac intolerabile, si absconderit doctrinæ talentum, et non unicuique prænuntiaverit venturam ob peccatum frameam, longe magis periclitaturus est, qui acceptas a Deo ad commune commodum corporis vires otiosas reddit, occultatque.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΛΒ'.

Ὅτι οὐ δεῖ τοὺς ἀδελφοὺς λυπεῖσθαι, τῶν ἀσθενεστέρων φειδοῦς ἀξιουμένων.

Μὴ μέντοι τοὺς ἀδελφοὺς λυπεῖσθαι καὶ ἀγανακτεῖν, ἐπειδὰν τοῖς ἀσθενεστέροις ὁ προεστὼς τὰς ἁρμοζούσας ἐγχειρίζοι (50) διακονίας, καὶ φειδοῦς ἀξιώσῃ τούτους, οὕτω τῆς χρείας εἰσηγουμένης· ἀλλὰ τοὺς δυνατωτέρους ὡς μελῶν ἀσθενεστέρων φείδεσθαι τῶν δεομένων φειδοῦς, καὶ ταύτῃ τὴν πνευματικὴν (51) ἀγάπην πληροῦν. Οὐδὲ γὰρ ὁ ποῦς ἐν τῷ σώματι τῆς χειρὸς κατεξανασταίη, ἢ καὶ ταύτην εἰς τὴν οἰκείαν διακονίαν βιάσοιτο, οὐδὲ ἡ χεὶρ σύμπασα τῷ μικροτάτῳ δακτύλῳ τῆς οἰκείας ἐνεργείας ἐπιθήσει τὸ ἄχθος· ἀλλ' ἕκαστον τῶν μελῶν ἣν ἔλαχε παρὰ τῆς φύσεως δύναμιν, ταύτην ἐνεργεῖ διαβαστάζων τὰ ἀσθενέστερα. Ταύτης τῆς τάξεως ἐν πνευματικῷ συστήματι φυλασσομένης, δειχθήσεται, ὅτι ὄντως ἐσμὲν σῶμα Χριστοῦ, καὶ μέλη ἐκ μέρους, τὴν ἁρμονίαν τῆς συναφείας καὶ τὴν πρὸς ἀλλήλους ἀστασίαστον ἕνωσιν διαπαντὸς φυλάττοντες.

579 CAPUT XXXII.

Quod non debent fratres tristitia affici, cum levamenti aliquid affertur debilioribus.

Atqui non convenit affligi fratres, aut indignari, quando præfectus infirmioribus convenientia munia assignat, eosque indulgentia dignos censet, necessitate ita postulante. Imo vero qui robustiores sunt, eos cæteris qui indulgentia indigent, tanquam debilioribus membris par est parcere, et hoc pacto charitatem spiritualem complere. Neque enim pes in corpore insurgit in manum, aut eam ad suum ipsius munus explendum cogit, neque tota manus minimo digito onus munii sui imponet : sed unumquodque membrum quam a natura sortitum est facultatem, hanc exercet, perfertque debiliora. Hæc disciplina si in spirituali conventu servetur, perspicuum erit nos vere corpus Christi esse, et membra ex parte [82] : quippe qui conjunctionis harmoniam ac concordiam omnis dissidii expertem semper inter nos custodiamus.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΛΓ'.

Ὅτι οὐ χρὴ τοὺς προεστῶτας τοῖς ἀποστατοῦσι τοῦ οἰκείου ἀθροίσματος ἀσκηταῖς παῤῥησίας μεταδιδόναι, ἢ τούτους εἰς κοινωνίαν βίου δέχεσθαι.

1. Χρὴ μέντοι καὶ τοὺς τῶν πνευματικῶν συστημάτων ἀφηγουμένους, τὴν πρὸς ἀλλήλους ἀσκοῦντας εὔνοιαν, καὶ τὴν ἀλλήλων οἰκειουμένους φροντίδα, μὴ καταλύειν τὰ ἀλλήλων σπουδάσματα, μηδὲ ἁπλῶς καὶ ἀβασανίστως τοὺς ἀποστατοῦντας τῶν ἀδελφῶν ἀλλήλων ἀνθυποδέχεσθαι. Τοῦτο γάρ ἐστι σύγχυσις παντελὴς, καὶ διάλυσις, καὶ τοῦ πνευματικοῦ ἔργου καθαίρεσις. Οἱ μὲν γὰρ συνετώτεροι τῶν ἀδελφῶν τῷ τοῦ Θεοῦ φόβῳ κρατούμενοι, βεβαίως τῷ καλῷ περιμένουσιν (52)· οἱ δὲ νωθέστεροι καὶ ῥαθυμότεροι καὶ ὑπὸ τῆς περὶ ἀνθρώπους αἰδοῦς, καὶ τῆς ἐπηρτημένης ἐξ ἀνθρώπων ἀνάγκης πρὸς τὸ καλὸν παιδαγωγοῦνται καὶ διευθύνονται. Ἂν τοίνυν ὁ ῥαθυμότερος ἴδῃ ἐξὸν αὐτῷ μετὰ ἀδείας ἀποφεύγειν τοὺς ἐν τῷ ἅπαξ αἱρεθέντι συστήματι πόνους, καὶ μεθίστασθαι πρὸς ἑτέραν καταγωγὴν, καὶ βιοῦν ἀφυλάκτως καὶ ἀκρατῶς, εὐκόλως ἀποῤῥαγήσεται,

B

C

D

CAPUT XXXIII.

Quod non debent præfecti iis monuchis, qui suum conventum deserunt, licentiam ejus rei faciendæ dare, aut hos admittere ad vitæ communitatem.

1. Oportet autem et spiritualium cœtuum præfectos, mutuam exercentes benevolentiam, mutuamque suiipsorum curam suscipientes, alterum alterius studia non destruere, neque simpliciter et inconsiderate desciscentes fratres mutuo admittere. Hoc enim summa confusio est, dissolutioque, et eversio spiritualis operis. Etenim de fratribus quidem, qui cordatiores sunt, ii cum Dei timore detineantur, constanter in bono persistunt : qui vero segniores sunt et pigriores, eos incutiendus ab hominibus pudor et vis ex hominibus impendens erudit ad bonum, ac dirigit. Si igitur qui negligentior sit, licere sibi animadverterit, impune labores delectæ semel societatis effugere, ad aliamque sedem transmigrare, et incaute incontinenterque vivere, facile discedet, atque exitii ipsius reus futurus est, qui ipsum prompte ac festinanter

[82] I Cor. XII, 27.

(50) Codex Colb. ἐγχειροίη.

(51) Unus ms. et editi ταύτην πνευματικήν. Alii mss. ut in contextu. Nec ita multo post codices quidam cum Voss. χειρὸς κατεξανασταίη. Alius ms. et editi κατεξανίστατο.

(52) Veteres duo libri cum Voss. καλῷ παραμένουσιν.

Digitized by Google

suscipit. Atque etiam malum illud progressum faciens, eos quoque, qui bene ac rite incedunt, non raro a recta et justa via abducit, omniumque interitus ei, qui labendi occasionem dedit, attribuetur. Quamobrem ne hoc eveniat, desertores fratres aut commonefaciamus, aut eo, unde exierunt, reducamus: aut si nobis non obsequantur, vitemus, aversemurque, et cum ipsis congredi nolimus, atque fratribus omnibus, ut hoc idem faciant, denuntiemus: ut videlicet aut illi ipsi ejusmodi aversatione castigati, revertantur ad proprium **580** ovile, et ab eo, quem semel sortiti fuerint, pastore pascantur: aut si iidem illi spiritualem societatem pergant aspernari, reliqui saltem, qui viderint quam exsecrabiles fuerint facti, hoc exemplo emendentur, et turpitudinem fugientes, imitari caveant.

2. Quod autem mei non sunt hi sermones, sed clari sermones Spiritus, apponam ipsa Pauli verba, quibus intemperanter viventes castigavit, atque inter cæteros ebriosos etiam et conviciatores pœnis ac multis subjicit. *Si enim*, inquit, *aliquis frater est fornicator, aut conviciator, aut ebriosus, cum ejusmodi nec cibum sumere* [83]. Ac rursus alio in loco de iis qui nihil agebant, sed curiosius inquirebant, dixit: *Hunc notate, et ne commisceamini cum illo* [84]. Quod autem is qui inita cum sancto Spiritu pacta violat, perpetret facinora pejora quam conviciatores, et ebriosi, et otiosi, perspectum est omnibus et compertum. Quare consequenter invitat nos ratio ipsa, ut spiritualis disciplinæ eversores, ab eorum, qui ipsam conservant, congressione arceamus prohibeamusque. Tunc autem tantummodo fratris secessum citro reprehensionem oportet manere, quando ex præfecti judicio ob aliquod negotium fit.

CAPUT XXXIV.

Quod non oportet ascetam in aliquo conventu degentem quidquam rerum terrenarum privatim possidere.

1. Oportet autem ascetam, qui eam, quam exposuimus, societatem amplexus sit, ab omni privata rerum terrenarum possessione liberum esse. Etenim nisi hoc facit, primum quidem exactam ac sinceram societatem privata possessione corrumpit; deinde vero ostendit se et valde incredulum, ut qui diffidat Deo, quasi eos, qui in nomine ipsius fuerint congregati, nutriturus non sit, neque audierit Davidem prophetam, dicentem: *Junior fui,*

[83] I Cor. v, 11. [84] II Thess. III, 14.

καὶ τῆς αὐτοῦ ἀπωλείας ἔνοχος ὁ προχείρως ὑποδεχόμενος ἔσται. Καὶ τὸ κακὸν τοῦτο προβαῖνον πολλάκις καὶ τοὺς καλῶς ὁδεύοντας τῆς ὀρθῆς ὁδοῦ καὶ δικαίας ἐξίστησι· καὶ ἡ τῶν πάντων ἀπώλεια ἐπὶ τὸν διδόντα τὰς ἀφορμὰς τοῖς ὀλισθήμασι σωρευθήσεται. Ἵνα οὖν μὴ τοῦτο γένηται, τοὺς ἀποστατοῦντας τῶν ἀδελφῶν ἢ νουθετῶμεν καὶ ἐπανάγωμεν ὅθεν ἐξέβησαν, ἢ μὴ πειθομένους ἡμῖν φυλαττώμεθα, καὶ τὴν συντυχίαν αὐτῶν παραιτώμεθα, καὶ τοῖς ἀδελφοῖς πᾶσι τοῦτο παρεγγυῶμεν· ὥστε ἢ αὐτοὺς γοῦν (53) ἐκείνους σωφρονισθέντας τῇ τοιαύτῃ ἀποστροφῇ ἐπανελθεῖν ἐπὶ τὴν οἰκείαν μάνδραν, καὶ ὑπὸ τῷ ἀποκληρωθέντι ποιμένι ποιμαίνεσθαι, ἢ εἰ ἐκεῖνοι ἐμμένοιεν τῇ ἀθετήσει τῆς πνευματικῆς κοινωνίας, τοὺς γοῦν λοιποὺς θεασαμένους ὅπως βδελυκτοὶ γεγόνασι, σωφρονισθῆναι τῷ ὑποδείγματι, καὶ φεύγειν τὴν (54) μίμησιν τὴν αἰσχύνην ἀποδιδράσκοντας.

2. Ὅτι δὲ οὐκ ἐμοὶ ταῦτα λόγοι, ἀλλ' ἐναργεῖς λόγοι τοῦ Πνεύματος, αὐτὰ τὰ Παύλου ῥήματα παραθήσομαι, δι' ὧν τοὺς ἀκρατῶς βιοῦντας ἐκόλασε μετὰ τῶν ἄλλων καὶ τοὺς μεθύοντας καὶ τοὺς λοιδόρους ἐπιτιμίοις ὑποβάλλων. *Ἐὰν γάρ τις ἀδελφὸς ἢ πόρνος* (55), φησίν, *ἢ λοίδορος, ἢ μέθυσος, τῷ τοιούτῳ μηδὲ συνεσθίειν.* Καὶ πάλιν ἑτέρωθι περὶ τῶν μηδὲν ἐργαζομένων, ἀλλὰ περιεργαζομένων, ἔλεγε· *Τοῦτον σημειοῦσθε, καὶ μὴ συναναμίγνυσθε αὐτῷ.* Ὅτι δὲ ὁ τὰς ἐπὶ τοῦ Πνεύματος συμβάσεις παρασπῶν τὰ χείρονα τῶν λοιδόρων, καὶ τῶν μεθυόντων, καὶ τῶν ἐν ἀργίᾳ διατελούντων τολμᾷ, παντί που δῆλόν ἐστιν. Ὥστε ἀκολούθως ὁ λόγος τοὺς καταλύοντας τὴν πνευματικὴν εὐταξίαν τῆς ὁμιλίας τῶν φυλαττόντων αὐτὴν εἴρξαι καὶ ἀποκωλῦσαι (56) παρεγγυᾷ. Τότε δὲ μόνον ἀνεπιτίμητον προσήκει μένειν ἀδελφοῦ χωρισμὸν, ἡνίκα ἂν κρίσει τοῦ προεστῶτος ἐπ' οἰκονομίᾳ τινὶ γένηται.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΛΔ'.

Ὅτι οὐ χρὴ τὸν ἐν συστήματι πολιτευόμενον ἀσκητὴν ἰδίᾳ τι κεκτῆσθαι τῶν ὑλικῶν.

1. Προσήκει μέντοι τὸν ἀσκητὴν, τὸν τὴν (57) προεκτεθεῖσαν κοινωνίαν ἑλόμενον, πάσης ἰδιαζούσης τῶν ὑλικῶν κτήσεως ἐλεύθερον εἶναι. Εἰ γὰρ μὴ τοῦτο ποιεῖ, πρῶτον μὲν τὴν ἀκριβῆ κοινωνίαν διέφθειρε τῷ τῆς κτήσεως ἰδιάζοντι· ἔπειτα δὲ καὶ ἀπιστίας καθ' ἑαυτοῦ μεγάλα (58) ἐξήνεγκε δείγματα, ὡς ἀπίστων τῷ Θεῷ, ὅτι τοὺς ἐπὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ συνηγμένους οὐ διαθρέψει· καὶ οὐκ ἀκούσας παρὰ τοῦ προφήτου Δαβὶδ λέγοντος· *Νεώτερος ἐγερόμην, καὶ*

(53) Editi ὥστε δὲ τοὺς γοῦν. Reg primus et Voss. ut in contextu.

(54) Unus ms. καὶ φυγεῖν τήν. Mox codex Colb. ὅτι δὲ οὐκ ἐμοὶ οἱ αὐτοὶ λόγοι. Subinde editi et mss. nonnulli ἐναργεῖς νόμοι, *perspicuæ leges*. Alii duo mss. cum Voss. ἐναργεῖς λόγοι.

(55) Codex Colb. ἀδελφὸς ὀνομαζόμενος.

(56) Reg. primus αὐτὴν εἶξε καὶ ἀποκώλυσεν. Τότε δέ. In Vossii veteri libro legitur quoque ἀπεκώλυσε. Nec ita multo infra editi τινὶ γίνεται. Veteres duo libri γίνηται. Alii duo γένηται.

(57) Antiqui duo libri ἀσκητὴν τὸν τήν. Editi ἀσκητὴν τήν.

(58) Editi ἑαυτοῦ μεγάλας. Regii duo mss. μεγάλα. Alius ms. Reg. cum Colb. μέγα δείγμα.

Digitized by Google

γὰρ ἐτήρασα, καὶ οὐκ εἶδον δίκαιον ἐγκαταλελειμμένον, οὐδὲ τὸ σπέρμα αὐτοῦ ζητοῦν ἄρτους, ἢ τοὺς νοητοὺς τῆς φρονήσεως, ἢ τοὺς αἰσθητοὺς, οἷς τὸ σῶμα τρέφεται. Εἰ γὰρ ἔνθα δύο ἢ τρεῖς (59) συνηγμένοι εἰσὶν ἐπὶ τῷ ὀνόματι τοῦ Χριστοῦ, ἐν μέσῳ αὐτῶν ἐστι, πολλῷ μᾶλλον ἔνθα πολὺ πλέον καὶ πολυανθρωπότερον ἄθροισμα. Ἤ τοίνυν οὐδὲν ἐλλείψει τῶν ἀναγκαίων, Χριστοῦ παρόντος ἡμῖν, εἴπερ μηδὲ τοῖς Ἰσραηλίταις ἐν τῇ ἐρήμῳ τῶν χρησίμων ἔνδεια γέγονεν· ἢ εἰ καὶ (60) λείψειε πρὸς δοκιμασίαν ἡμῶν, βέλτιον ἐνδεῶς ἔχειν καὶ εἶναι μετὰ (61) Χριστοῦ, ἢ δίχα τῆς ἐκείνου κοινωνίας πᾶσι τοῖς κατὰ τὸν βίον πλουτεῖν. Οὐ μέχρι τούτου δὲ τὴν βλάβην ἡ τοιαύτη κτῆσις ἵστησιν, ἀλλὰ προῤῥωτέρω προάγει. Ὁ γὰρ ἴδιόν τι ἔχειν ἐσπουδακὼς οὐδὲν ἕτερον ἢ χωρισμὸν καὶ ἀποστασίαν μελετᾷ. Ὁ γὰρ μὴ πρὸς τοῦτο βλέπων τί ἂν καὶ κτήσαιτο; εἰδὼς, ὅτι τῇ τοῦ Χριστοῦ χάριτι οἱ αὐτοῦ δοῦλοι ἐν ἀφθονίᾳ πάντων τῶν ἀναγκαίων διατελοῦσιν ἀεί. Πρόδηλος οὖν ἐστιν ὁ τοιοῦτος ἀποκοπὴν καὶ νέκρωσιν τῆς οἰκείας ψυχῆς μελετῶν, καὶ τοῖς βραχέσιν ὀβολοῖς τὴν οἰκείαν σωτηρίαν ἀποδιδόμενος, καὶ (δότε μοι τολμῆσαι μικρὸν) δεύτερός τις Ἰούδας γενόμενος (62), ἀπὸ κλοπῆς ἀρχόμενος (κλοπὴ γὰρ ἡ ἰδιάζουσα κτῆσις), καὶ καταστρέφων εἰς προδοσίαν· προδίδωσι γὰρ καὶ αὐτὸς τὸν τῆς ἀληθείας λόγον, ὥσπερ ἐκεῖνος τὸν Κύριον. Ὅταν γὰρ ὁ μὲν κανὼν τοῦ βίου ἔχῃ μηδὲ χωρίζεσθαι τοῦ συστήματος ᾧ συνήφθημεν, μηδὲ ἰδιάζουσάν τινα κτῆσιν περιποιεῖσθαι, μηδὲ ὅλως λαθραῖόν τι διαπράττεσθαι, ἢ ἐπὶ βλάβῃ τῶν ἀδελφῶν πονηρὸν ὑπόδειγμα τοῖς σωζομένοις (63) γενόμενον· εἶτα, παριδών τις τὸν φόβον τοῦ Θεοῦ, καὶ τοὺς θεσμοὺς τοῦ ἁγίου Πνεύματος, πρῶτον μὲν νοσφισμὸν (νοσφισμὸς γάρ ἐστιν ἡ ὁπωσοῦν καὶ ὁθενοῦν ἰδιάζουσα κτῆσις), ἔπειτα δὲ καὶ ἀπόστασιν ἐννοήσας (64) καὶ χωρισμόν· πῶς οὐχὶ τὸν λόγον τῆς ἀληθείας προδέδωκε, καὶ δεύτερος Ἰούδας γεγένηται, κατὰ τὸ ἐγχωροῦν προδιδοὺς τὴν ἀλήθειαν; Χρὴ τοίνυν παντὶ τρόπῳ φεύγειν ἰδίᾳ τι κεκτῆσθαι παρὰ τὰ κοινῇ (65) πᾶσιν ὁμοῦ ποριζόμενα· καὶ οὐ ταύτῃ μόνον ἀκηλίδωτον τηρεῖν τὴν διάνοιαν, ἀλλὰ καὶ τὸν ἔνδον ἄνθρωπον πάντων μολυσμῶν ἐκκαθαίρειν· τοῦτο μὲν λογισμῶν ἀκαθάρτων καὶ πονηρῶν, τῶν ἐπιθολούντων τὸ ἔνδον (66) τοῦ Πνεύματος καταγώγιον· τοῦτο δὲ δόλου, καὶ ὑποκρίσεως, καὶ βασκανίας, καὶ ἔριδος, τῶν τὴν ἀγάπην πρόῤῥιζον ἀνασπώντων, καὶ τὸν Θεὸν τῆς τῶν τοιούτων ψυχῆς ἐλαυνόντων. Εἰ γὰρ ὁ Θεὸς

A *etenim senui, et non vidi justum derelictum, nec semen ejus quærens panes* [85], sive spirituales, qui ad mentem pertinent, sive sensibiles, quibus corpus nutritur. Si enim ubi duo aut tres in nomine Christi congregati sunt, ibi in medio ipsorum est [86], multo magis ibi erit ubi longe major ac frequentior exstiterit hominum cœtus. Aut igitur nihil deerit necessariorum, si modo affuerit nobis Christus, cum Israelitis in deserto nihil defuerit utilium : aut etiamsi quidpiam defuerit ad probandos nos, præstabilius est nos indigere et esse cum Christo, quam citra illius societatem omnes mundi divitias possidere. Cæterum ejusmodi possessio ea in re detrimentum non sistit, sed illud etiam ulterius provehit. Enimvero qui proprium aliquid habere studet, nihil aliud, quam secessum ac defectionem B meditatur. Nam **581** cui hoc in animo non est, quid est tandem quod ipse possidere seorsum velit? cum probe sciat, Christi munere servos ipsius omnibus rebus necessariis semper abundare. Proinde perspicuum est, qui talis sit, eum de resecanda ac morti tradenda anima sua cogitare, paucisque obolis salutem suam vendere, et (liceat mihi paulo audentius loqui) alterum Judam effici, ut qui a furto exordiatur (furtum est enim privata possessio), et desinat in proditionem, cum et ipse veritatis doctrinam prodat, perinde ut ille Dominum prodidit. Quando enim vitæ nostræ institutum est, neque separari ab illo cœtu, cui fuimus adjuncti, neque ullam rem privatam comparare, neque omnino quidquam moliri, quod clandestinum sit, aut C ejusmodi, quod ad fratrum perniciem malo exemplo sit iis qui salvi fieri cupiunt; tum si quis timore Dei statutisque sancti Spiritus contemptis, primum quidem subreptionem (subreptio enim est qualitercunque et undecunque comparata privata possessio), deinde vero defectionem etiam ac secessum cogitaverit, quomodo is non prodidit veritatis doctrinam, quomodove non factus est alter Judas, cum quantum in se fuit, veritatem prodiderit? Cavendum est igitur omni modo, ne quidquam privatim possideamus, præter ea, quæ simul in communi suppeditantur omnibus : neque hac ratione solum integram ab omni labe mentem servemus, sed internum etiam hominem ab omnibus sordibus D expurgemus; videlicet tum a cogitationibus impuris ac pravis, quæ internam Spiritus habitationem

[85] Psal. xxxvi, 23. [86] Matth. xviii, 20.

(59) Unus ms. cum Voss. δύο καὶ τρεῖς. Mox Reg. primus ἐν τῷ ὀνόματι. Nec ita multo post duo mss. μέσῳ αὐτός ἐστι.

(60) Reg. secundus ἢ καὶ εἰ. Ibidem idem ms. λείψοιεν. Reg. primus et Voss. ἐλλείψειεν.

(61) Codex Colb. cum Voss. ἔχειν τῶν ἀναγκαίων μετά, *necessariis cum Christo indigere*. Aliquanto post codex Voss. καὶ ἀπόστασιν μελετᾷ.

(62) Regii duo mss. Ἰούδας γινόμενος.

(63) Veteres duo libri ὑπόδειγμα τοῖς σωζομένοις. Codex Voss. σωσομένοις. Reg. secundus secunda manu τοῖς συζωμένοις. Alii duo mss. et editi τοῖς συνεσομένοις, *iis qui nobiscum versaturi sunt*.

(64) Vossii vetus liber et alii duo ἐννοήσει.

(65) Reg. primus et Voss. τὰ κοινά. Mox idem codex Voss. et alius παντοίων μολυσμῶν.

(66) Antiqui duo libri præter Voss. τὸ ἔνδοθεν. Mox iidem tres mss. τῆς τῶν τοιούτων. Editi τῶν τούτων. Ibidem codex Colb. ἀπελαυνόντων.

Digitized by Google

conspurcant, tum a dolo atque simulatione, invidiaque, et contentione, quæ charitatem radicitus evellunt, Deumque ab anima eorum qui hujusmodi sunt, fugant. Si enim Deus charitas est [67], qui charitatem non habet, divina gratia caret.

2. Servet autem suam quisque animam in omni humilitate, sanctimonia, et in alacritate circa bona opera, mentemque ad præsentia occludat et videat, ne præsenti tempore ab aliqua Dei voluntate aberret, hujusque instituti vigorem frangat. Nam ejusmodi animi status ab omni nos mentis aberratione liberabit, facietque ut in metu ac constanti proposito bona prosequamur omnia, cum videlicet id semel firmiter ante omnia in animum induxerimus, Deum bonum esse, bonorumque omnium auctorem, non autem ullius cujuscunque mali, licet nos remedium amarius quidem, sed ad emendationem necessarium degustemus. Nam cum medicus sit humanarum animarum Deus, pro morborum natura vim medicamentorum idoneam temperat, ut expurget, cum opus fuerit, intimum vitium. Cum igitur hæc ita se habere plane intelligamus, gratias agamus semper, etiamsi, dum purgamur **582** a negligentiis, medelam experiamur acriorem. At per tentationes probationem etiam sufferre, paucorum admodum hominum est, et Abrahæ similium. Hæc igitur sunt, quæ divina gratia ad exhortandos vos, qui communem ac socialem vitam amplexi fuistis, mentis nostræ humilitati subministravit. Quo vitæ genere nullum (uti oratio declaravit, et mens nostra novit) aut splendidius, aut jucundius, aut sublimius inter homines reperiri potest. Cum autem eos etiam, qui solitariam vitam degunt, pro virili exhortati simus, unumque atque idem sit utrisque propositum, nimirum placere Christo, et intercedat cognatio inter tradita his et illis præcepta, legamus quoque habitam ad illos orationem. Fortasse enim illinc etiam utile aliquid in hunc sermonem inferetur, quod magis ac magis id vitæ genus illustrare ac exornare possit.

[67] I Joan. IV, 8.

ἀγάπη ἐστίν, ὁ τὴν ἀγάπην οὐκ ἔχων τῆς θείας ἐστέρηται χάριτος.

2. Ἐν ταπεινοφροσύνῃ δὲ πάσῃ, καὶ ἁγιασμῷ, καὶ ἑτοιμότητι τῇ περὶ τὰς ἀγαθὰς πράξεις τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν ἕκαστον συντηροῦντα, πρὸς τὰ παρόντα συγκλείειν τὸν λογισμὸν, σκοπούμενον, ὅπως ἂν μὴ, κατὰ τὸν παρόντα (67) καιρὸν, τινὸς τῶν τοῦ Θεοῦ θελημάτων διαμαρτήσῃ, καὶ τὴν ἔνστασιν τῆς πολιτείας σπαράξῃ. Ἡ γὰρ τοιαύτη κατάστασις τῆς ψυχῆς παντὸς μὲν μετεωρισμοῦ ἀπαλλάξει ἡμᾶς, ἐν εὐλαβείᾳ δὲ καὶ ἐδραίῳ φρονήματι πᾶσι τοῖς καλοῖς παρασκευάσει συνέπεσθαι, τοῦτο καὶ πρὸ πάντων (68) ἐν τῇ ψυχῇ καθιδρύοντας, ὅτι ὁ Θεὸς ἀγαθὸς, καὶ πάντων ἀγαθῶν αἴτιος, κακοῦ δὲ οὐδ' ὁπωστιοῦν οὐδενὸς, κἂν ἡμεῖς πρὸς τὴν χρείαν τῆς διορθώσεως δριμυτέρας τῆς θεραπείας γευσώμεθα. Ἰατρὸς γὰρ ὢν ὁ Θεὸς τῶν ἀνθρωπίνων ψυχῶν, πρὸς τὴν φύσιν τῶν νοσημάτων τὴν τῶν φαρμάκων κίρνησι δύναμιν ἱκανὴν, ἐκκαθάρας (69) βαθυτάτην κακίαν, ὅταν τούτου δεήσειε. Τοῦτο γοῦν εἰδότες σαφῶς, εὐχαριστῶμεν ἀεὶ, κἂν σφοδροτέρας τῆς θεραπείας ἐπαισθανόμεθα, τὰς ὀλιγωρίας καθαιρόμενοι (70). Τὸ δὲ διὰ πειρασμῶν καὶ δοκιμασίαν ὑπομένειν ὀλίγων σφόδρα καὶ Ἀβραμιαίων ἀνθρώπων. Ταῦτα μὲν οὖν ὅσα ἡ τοῦ Θεοῦ χάρις τῇ ταπεινότητι τῆς ἡμετέρας διανοίας ἐπεχορήγησεν εἰς παράκλησιν ὑμῶν (71) τῶν τὸν κοινωνικὸν βίον ἀσπασαμένων. Οὔπερ, ὡς ὁ λόγος ἐδήλωσε, καὶ ἡ ἡμετέρα κατεῖδε διάνοια, οὐδὲν οὔτε λαμπρότερον, οὐδὲ χαριέστερον, οὔτε ὑψηλότερον εὑρεθείη ἂν ἐν ἀνθρώποις πολίτευμα. Ἐπειδὴ (72) δὲ καὶ τοῖς τῷ μοναδικῷ βίῳ προσέχουσι τὴν ἐνοῦσαν παράκλησιν εἰσηνέγκαμεν, εἷς δὲ καὶ ὁ αὐτὸς ἑκατέροις σκοπὸς, τὸ εὐαρεστῆσαι τῷ Χριστῷ, καὶ συγγενῆ τὰ περὶ τούτων παιδεύματα, κἀκείνων τὸν λόγον ἐπίωμεν. Ἴσως γάρ τι κἀκεῖθεν τούτῳ τῷ λόγῳ συνεισενεχθήσεται χρήσιμον, λαμπρύνειν ἐπιπλέον καὶ διακοσμεῖν τὴν πολιτείαν δυνάμενον (73).

(67) Veteres duo libri cum Voss. κατὰ τὸν ἀεὶ παρόντα. Statim duo codices, quibus Reg. secundus emendatus favet, πολιτείας παραχαράξῃ, *id vitæ genus adulteret, corrumpat.* Alii duo mss. et editi πολιτείας σπαράξῃ, *discerpat.*

(68) Reg. primus et Voss. πρὸ ἁπάντων. Mox codex Colb. ἀγαθός ἐστι. Subinde Vossii vetus liber δὲ οὐδέ ὅπως οὖν. Nec ita multo post Reg. secundus θεραπείας γευώμεθα.

(69) Veteres quatuor libri ἐκκαθάραι. Ibidem codex Colb. βαθυτέραν. Reg. primus βαρυτέραν.

(70) Vossii vetus liber et duo illi mss. quos cum ipso citare consuevimus, hoc est, codex Colb. et Reg. primus (plerumque enim hi tres libri consentiunt inter se), hi igitur tres codices ita habent, ὀλιγωρίας καὶ πονηρίας καθαιρόμενοι, *cum purgantur negligentiis atque iniquitatibus.* Ibidem editi Τὸ δὲ τὸν πειρασμόν, et ita legi præstaret, si vel unus ms. hanc scripturam tueretur. Vossii vetus liber et alii quatuor habent διὰ πειρασμόν, sed ita tamen, ut duo correcti sint, habuerintque prima manu πειρασμῶν, uti in Reg. primo scriptum invenitur.

(71) Editi et ms. Coisl. παράκλησιν ἡμῶν. Alii duo libri antiqui παράκλησιν ὑμῶν. Reg. primus et Colb. παράκλησιν τῶν τόν, simplicius et forte melius, *ad exhortationem eorum, qui*, etc. Mox Vossii vetus liber et alii nonnulli λόγος ἐδήλωσε. Ultima vox in editis desideratur. Subinde duo mss. cum Voss. οὐδὲν οὔτε λαμπρότερον. Editi διάνοια οὐδὲ λαμπ.

(72) Totum illud, Ἐπειδὴ δὲ καὶ τοῖς, et quæ sequuntur omnia, reperire non est in Vossii veteri libro : sed horum verborum loco reperiuntur quæ ascribimus, ἐν ᾧ καὶ εὐαρέστους ἡμᾶς ἀνέδειξεν Ἰησοῦς Χριστὸς, ὁ Θεὸς ἡμῶν εἰς δόξαν τοῦ ἁγίου αὐτοῦ καὶ προσκυνητοῦ ὀνόματος, καὶ τοῦ παναγίου αὐτοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ ζωοποιοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς ἀτελευτήτους καὶ μακαρίους αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν · quæ omnia otioso alicui librario, non ipsi scriptori tribuenda esse mihi videntur. Fortasse cum omisisse se aliqua videret, horum loco alia de suo addere voluit. Alii codices aliter habent : sed cum jure ac merito vereri debeam, ne multo plura, quam par erat, notasse videar, horum librorum varias lectiones prætermittendas esse judicavi.

(73) Vox δυνάμενον addita est ex Reg. quarto.

Digitized by Google

APPENDIX

TOMI SECUNDI* OPERUM S. BASILII MAGNI,

COMPLECTENS

OPERA QUÆDAM, QUÆ, UT NOBIS QUIDEM VIDETUR, EI FALSO ASCRIPTA SUNT.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΒΑΣΙΛΕΙΟΥ,

Ἀρχιεπισκόπου Καισαρείας Καππαδοκίας,

ΟΜΙΛΙΑ (74) ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΠΝΕΥΜΑΤΟΣ.

Ὁ βαπτιζόμενος εἰς Τριάδα βαπτίζεται εἰς Πατέρα καὶ Υἱὸν καὶ ἅγιον Πνεῦμα· οὔτε εἰς ἀρχὰς, οὔτε εἰς δυνάμεις, οὔτε εἰς τὰ ἑξῆς ἐν κτίσμασι. Δῆλον οὖν αὐτῷ ἔστω, ὅτι ἡ Τριὰς ὑπὲρ τὴν κτίσιν ἐστί· καὶ μηδὲν τῆς Τριάδος εἰς κτίσιν κατάγειν ἐπιχειρείτω. Μεμνήσθω δὲ καὶ τοῦ Κυρίου, Πνεῦμα ἅγιον ἐμφυσήσαντος, καὶ δείξαντος διὰ τῆς ἐμφυσήσεως, ὅτι τὸ Πνεῦμα τῆς θείκῆς οὐσίας ἐστὶ, καὶ οὐ τῆς κτιστῆς φύσεως. Λογιζέσθω δὲ καὶ τὴν ἀποστολικὴν ἐξήγησιν περὶ Τριάδος, ἐν ᾗ μίαν ἐνέργειαν ὁρῶμεν Πατρὸς καὶ Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος· ὡς οὐκ ὄντος κτιστοῦ καὶ ποιητοῦ τὴν φύσιν οὔτε τοῦ Υἱοῦ οὔτε τοῦ Πνεύματος. Ὅτι μὴ τῆς ἑαυτοῦ κτίσεως ὁ Θεὸς ἐπιδεῖται (75) πρὸς τὸ τὴν ἰδίαν ἐνέργειαν ἀποδιδόναι. Λέγει δὲ ὁ Ἀπόστολος· « Διαιρέσεις χαρισμάτων εἰσὶ, καὶ τὸ αὐτὸ Πνεῦμα. Καὶ διαιρέσεις διακονιῶν εἰσι, καὶ ὁ αὐτὸς Κύριος. Καὶ διαιρέσεις ἐνεργημάτων εἰσὶν, ὁ δὲ αὐτὸς Θεὸς, ὁ ἐνεργῶν τὰ πάντα ἐν πᾶσιν. » Οὐκοῦν ἃ ἐνεργεῖ Θεὸς, ταῦτα τὸ Πνεῦμα ἐνεργεῖ. « Πάντα ἐνεργεῖ, φησὶ, τὸ ἓν καὶ τὸ αὐτὸ Πνεῦμα, διαιροῦν ἑκάστῳ καθὼς βούλεται. » Μηδὲ εἰς δουλείαν (76) καταγέτω τὸ Πνεῦμα, ἀκούων, ὅτι καθὼς βούλεται πάντα ἐνεργεῖ τὰ τοῦ Θεοῦ. Καὶ πάλιν· « Ὁ δὲ Κύριος τὸ Πνεῦμά ἐστιν. Οὗ δὲ τὸ Πνεῦμα Κυρίου, ἐκεῖ ἐλευθερία. » Καὶ γὰρ εἰ μὴ θεότητα λέγει κατοικεῖν ἐν ἡμῖν διὰ τοῦ Πνεύματος κατοικοῦντος, λέγοντος τοῦ Ἰωάννου, « Ἐν τούτῳ γινώσκομεν, ὅτι ἐν ἡμῖν ἐστιν, ἐκ τοῦ Πνεύματος οὗ ἔδωκεν (77) ἡμῖν, » πᾶσαν ἀπολεῖ τὴν ἐλπίδα. Εἰ γὰρ μὴ Θεὸς ἐν ἡμῖν, οὔτε ζωῆς οὔτε ἀγαθῶν αἰωνίων τευξόμεθα. Λέγει δὲ καὶ πάλιν ὁ Παῦλος· « Οὐκ οἴδατε, ὅτι ναὸς τοῦ Θεοῦ ἐστε, καὶ τὸ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ οἰκεῖ ἐν ὑμῖν; » καὶ πάλιν· « Τὰ

A

B

C

SANCTI PATRIS NOSTRI **583**

BASILII,

Cæsareæ Cappadociæ archiepiscopi,

HOMILIA DE SPIRITU SANCTO.

Qui baptizatur, in Trinitatem baptizatur, in Patrem et Filium et Spiritum sanctum [88], non in principatus, neque in virtutes, neque in reliquas creaturas. Itaque perspectum ei sit Trinitatem supra creaturam esse; nec quidquam de Trinitate ad creaturam deprimere aggrediatur. Memor sit etiam Domini, qui Spiritum sanctum insufflavit [89], illaque insufflatione ostendit Spiritum essentiæ divinæ, non naturæ creatæ esse. Reputet etiam secum apostolicam de Trinitate expositionem, in qua unam operationem videmus Patris et Filii et Spiritus sancti, sic ut neque Filius, neque Spiritus creatus sit, aut factus secundum naturam. Non enim Deus sua ipsius creatura indiget ad suam operam edendam. Dicit autem Apostolus: « Divisiones donorum sunt, et idem Spiritus. Et divisiones ministrationum sunt, et idem Dominus. Et divisiones operationum sunt, idem vero Deus, qui operatur omnia in omnibus [90]. » Itaque quæ operatur Deus, ea operatur Spiritus. « Omnia, inquit, operatur unus et idem Spiritus, dividens singulis prout vult [91]. » Neque in servitutem abducat Spiritum, cum audit eum, prout vult, omnia quæ Dei sunt operari. Ac rursus: « Dominus autem Spiritus est. Ubi autem Spiritus Domini, ibi libertas [92]. » Etenim nisi dicat divinitatem in nobis inhabitantem Spiritum [93], dicente Joanne: « In hoc cognoscimus quod in nobis est, ex Spiritu quem dedit nobis [94], » spem omnem e medio tollet. Nisi enim Deus in nobis fuerit, neque vitam, neque bona æterna consequemur. Dicit autem iterum Paulus: « An nescitis quod templum Dei estis, et Spiritus Dei habitat in vobis [95]? » Et rursus: « Corpora vestra templum

[88] Matth. xxviii, 19. [89] Joan. xx, 22. [90] I Cor. xii, 4-6. [91] ibid. 11. [92] II Cor. iii, 17. [93] Rom. viii, 11. [94] I Joan. iv, 13. [95] I Cor. iii, 16.

* Nunc tertii.

(74) Utraque editio ὁμιλία εἰς τὸ ἅγιον βάπτισμα, *homilia in sanctum baptisma*. Antiqui duo libri ὁμιλία περὶ ἁγίου Πνεύματος, *homilia de sancto Spiritu*.

(75) Codex Combef. ἐπιδέεται.

(76) Editio Basil. et duo mss. μηδὲ εἰς δουλείαν, *qui baptizatur, nequaquam Spiritum in servitutem abducat*. Editio Paris. μηδεὶς δουλείαν, quod liquet ex eo evenisse, quod typographi pro μηδὲ εἰς conjunctim ediderint μηδείς. Codex quidam Combef. μηδεὶς εἰς δουλείαν, etc., *nemo Spiritum in servilem sortem redigat*. Ibidem unus ms. καταγαγέτω.

(77) Antiqui duo libri δέδωκεν. Alius et editi ἔδωκεν.

Digitized by Google

sunt Spiritus sancti, qui in vobis est, quem habetis **584** a Deo [96]. » Et creaturæ quidem, ut cognoscat quæ Dei sunt, opus est revelatione : sed Spiritus hæc revelat. « Nobis, inquit, Deus revelavit per Spiritum suum [97]. » Quin et causa nostra scrutatur, quod in eo nos scrutamur. « Spiritus, inquit, scrutatur etiam profunda Dei [97*]. » Sed secundum se cognoscit sicut et noster spiritus. « Quis enim, inquit, hominum scit quæ sunt hominis, nisi spiritus, qui in ipso est? Ita et quæ Dei sunt nemo cognovit nisi Spiritus Dei [98]. » Atque, ut vivificat Deus; ait enim Paulus : « Præcipio coram Deo, qui vivificat omnia [99] : » ita dat vitam Christus, qui dicit : « Oves meæ vocem meam audiunt, et ego vitam æternam do eis [1]. » Vivificamur autem per Spiritum, uti Paulus ait : « Qui suscitavit Christum ex mortuis, vivificabit et mortalia corpora vestra per ipsius Spiritum inhabitantem in vobis [2]. » Vivificaris igitur a Deo per Christum, in Spiritu. Et quoniam omnis operatio Filii per Spiritum manifestatur, idcirco Spiritus vocatur Dominus, Domini nomine ; et Christus, nomine Christi, ut modo dicebamus : « Dominus autem Spiritus est [3]. » Dictum quoque est : « Vos non estis in carne, sed in spiritu : siquidem Spiritus Dei habitat in vobis. Si quis autem Spiritum Christi non habet, hic non est ejus [4]. » Exinde subjungit : « Si autem Christus in vobis est [5], » cum consequenter debuisset dicere : Si autem Spiritus in vobis est. Nec est vox ulla divina, quæ Spiritum factum esse doceat. Illud enim, « Omnia per ipsum facta sunt [6], » spectat ad creaturarum multitudinem : Spiritus autem non comprehenditur in multitudine : sed cum dualitate Trinitatem complet, estque a creatura extraneus, et maxime supereminet, cum sanctificet creaturam, vivificetque, et unctio exsistat in nobis, imo et in ipsa Domini carne. Non autem Dominus noster Jesus Christus per creaturam sanctificatur, quemadmodum dicit Petrus : « Jesum a Nazareth : quomodo unxit eum Deus Spiritu sancto et virtute [7]. » Neque per creaturam potens est; ait enim : « In Spiritu Dei ejicio dæmonia [8]. » Neque a creatura ducitur, scriptum namque est : « Agebatur per Spiritum in desertum [9]. » Prophetæ veteres Dei dignitatem majestatemque conclamarunt : « Hæc dicit Dominus. » At vero novi prophetæ : « Hæc dicit Spiritus sanctus. » Et apostoli : « Visum est Spiritui sancto et nobis [10]. » Quapropter etiam Apostolus, ut ostendat se divina verba loqui, modo quidem ait : « An experimentum quæritis loquentis in me Christi [11]? »

σώματα ὑμῶν ναὸς τοῦ ἐν ὑμῖν ἁγίου Πνεύματός ἐστιν, οὗ ἔχετε ἀπὸ Θεοῦ. » Καὶ κτίσις μὲν ἀποκαλύψεως δεῖται πρὸς τὸ εἰδέναι τὰ Θεοῦ· τὸ Πνεῦμα δὲ ἀποκαλύπτει. « Ἡμῖν (78), φησίν, ὁ Θεὸς ἀπεκάλυψε διὰ τοῦ Πνεύματος αὐτοῦ. » Καὶ καθ' ἡμᾶς μὲν ἐρευνᾷ, ὅτι ἐν αὐτῷ τὴν ἔρευναν ποιούμεθα (79)· « Τὸ Πνεῦμα, φησίν, ἐρευνᾷ καὶ τὰ βάθη τοῦ Θεοῦ· » καθ' ἑαυτὸ δὲ γινώσκει, ὥσπερ τὸ ἡμέτερον πνεῦμα. « Τίς γὰρ οἶδε, φησίν, ἀνθρώπων τὰ τοῦ ἀνθρώπου εἰ μὴ τὸ πνεῦμα τὸ ἐν αὐτῷ; Οὕτω καὶ τὰ τοῦ Θεοῦ οὐδεὶς ἔγνωκεν εἰ μὴ τὸ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ. » Καὶ ζωογονεῖ μὲν Θεός· λέγει γὰρ ὁ Παῦλος· « Παραγγέλλω ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ τοῦ ζωογονοῦντος τὰ πάντα· » ζωὴν δὲ δίδωσι Χριστὸς, ὁ λέγων· « Τὰ πρόβατα τὰ ἐμὰ τῆς φωνῆς μου ἀκούει, κἀγὼ ζωὴν αἰώνιον δίδωμι αὐτοῖς. » Ζωοποιούμεθα δὲ διὰ τοῦ Πνεύματος, ὥς φησιν ὁ Παῦλος· « Ὁ ἐγείρας Χριστὸν ἐκ νεκρῶν ζωοποιήσει καὶ τὰ θνητὰ σώματα ὑμῶν διὰ τοῦ ἐνοικοῦντος αὐτοῦ Πνεύματος ἐν ὑμῖν. » Ζωογονῇ (80) τοίνυν ὑπὸ Θεοῦ διὰ Χριστοῦ ἐν Πνεύματι. Καὶ διὰ τοῦτο, ἐπεὶ πᾶσα ἡ ἐνέργεια τοῦ Υἱοῦ διὰ τοῦ Πνεύματος φανεροῦται, Κύριος ὀνομάζεται τὸ Πνεῦμα τῷ τοῦ Κυρίου ὀνόματι· καὶ Χριστὸς τῷ τοῦ Χριστοῦ, ὡς ἄρτι μὲν ἐλέγομεν· « Ὁ δὲ Κύριος τὸ Πνεῦμά ἐστιν. » Εἴρηται δὲ καὶ τὸ, « Ὑμεῖς (81) οὐκ ἐστὲ ἐν σαρκὶ, ἀλλ' ἐν Πνεύματι, εἴπερ Πνεῦμα Θεοῦ ἐν ὑμῖν. Εἰ δέ τις Πνεῦμα Χριστοῦ οὐκ ἔχει, οὗτος οὐκ ἔστιν αὐτοῦ. » Εἶτα ἐπάγει· « Εἰ δὲ Χριστὸς ἐν ὑμῖν, » ἀντὶ τοῦ λέγειν, ὅπερ ἀκόλουθον ἦν· Εἰ δὲ τὸ Πνεῦμα ἐν ὑμῖν. Οὐδὲ ἔστι φωνὴ θεία ποιητὸν τὸ Πνεῦμα εἶναι διδάσκουσα. Τὸ γὰρ, « Πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, » περὶ τοῦ πλήθους τῶν κτισμάτων ἐστί. Τὸ δὲ Πνεῦμα οὐκ ἐν τῷ πλήθει, ἀλλὰ μετὰ τῆς δυάδος Τριάδα πληροῖ, καὶ κτίσεως ἀπηλλοτρίωται, καὶ πλεῖστον ὑπερέχει, ἅτε δὴ ἁγιάζον τὴν κτίσιν καὶ ζωοποιοῦν, καὶ χρίσμα ἐφ' ἡμῖν ὄν, ἤδη δὲ καὶ ἐν αὐτῇ τῇ τοῦ Κυρίου σαρκί. Οὐ δήπου δὲ ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς διὰ κτίσματος ἁγιάζεται, ὡς λέγει ὁ Πέτρος· « Ἰησοῦν τὸν ἀπὸ Ναζαρὲθ, ὡς ἔχρισεν αὐτὸν ὁ Θεὸς Πνεύματι ἁγίῳ καὶ δυνάμει. » Οὐδὲ διὰ κτίσματος δύναται· λέγει δέ· « Ἐν Πνεύματι Θεοῦ ἐκβάλλω τὰ δαιμόνια. » Οὐδὲ ὑπὸ κτίσματος ἄγεται· γέγραπται γὰρ, ὅτι « Ἤγετο ἐν τῷ Πνεύματι εἰς τὴν ἔρημον. » Ἀξίωμα μὲν τοῦ Θεοῦ προφῆται παλαιοὶ κεκράγασι· « Τάδε λέγει Κύριος· » οἱ δὲ νέοι προφῆται· « Τάδε λέγει τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· » καὶ οἱ ἀπόστολοι· « Ἔδοξε τῷ ἁγίῳ Πνεύματι καὶ ἡμῖν. » Διόπερ καὶ ὁ Ἀπόστολος, δεικνύων, ὅτι θεῖα ῥήματα φθέγγεται, ποτὲ μὲν λέγει· « Ἢ δοκιμὴν ζητεῖτε τοῦ ἐν ἐμοὶ λαλοῦντος Χριστοῦ; » ποτὲ δὲ, « Δοκῶ Πνεῦμα Θεοῦ ἔχειν. » Πλήρης δὲ καὶ ἡ παλαιὰ Γραφὴ τῆς τοῦ Πνεύματος

[96] I Cor. VI, 19. [97] I Cor. II, 10. [97*] ibid. [98] ibid. 11. [99] I Tim. VI, 13. [1] Joan. X, 27, 28. [2] Rom. VIII, 11. [3] II Cor. III, 17. [4] Rom VIII, 9. [5] ibid. 10. [6] Joan. I, 3. [7] Act. X, 38. [8] Matth. XII, 28. [9] Luc. IV, 1. [10] Act. XV, 28. [11] II Cor. XIII, 3.

(78) Utraque editio ὑμῖν. At mss. ἡμῖν.

(15) Hic in Reg. primo legitur δυνηθέντος διαχεθῆναι, *diffundi*. Alii mss. cum editis διαδεχθῆναι.

(16) Editi Θησαυρίζει, φησὶ, καί· sed verbum φησὶ in veteribus libris deest. Ibidem editi συνάγει. At mss. plerique omnes συνάξει.

(17) Pro λοιμοῦ legitur in Colb. tertio λιμοῦ, *aut fame grassante*.

Digitized by Google

disti, Da mihi liberos, ut avarus factus liberorum obtentu gehennæ tradar? Da mihi liberos, ut ne conficiam mandata? Da mihi liberos, ut Evangelium contemnam? Non hæc erant quæ tunc dicebas : sed liberos efflagitabas qui tibi vitæ essent adjutores. Accepisti adjutores ac socios; fac eos doceas et sermonibus bonis et exemplis utilibus, quales esse oporteat in iis quæ ad Deum attinent, cujusmodi sæpe vidisti. Nam hæ divitiæ pecuniis multis sunt pretiosiores. Hæc est bona hæreditas, a patre ad filios transmissa. « In possessionem ergo orphanorum ne ingrediaris. »

8. Et, « Ne cœnes una cum viro invido [39]. » Dictum jam est de invidia. Sed quo magis id mali caveatur, addamus invidiam vitium quoddam esse diaboli proprium. Nec enim statim diabolus conditus est diabolus : sed angeli potestate accepta, conversus est in dæmonis naturam. Ita qui hac **593** pravitate erat infectus, atque a sua cum Deo conjunctione abalienatus, et ad defectionis partem conversus, tandem effectus est pravus dæmon, cum hominem animal exiguum conspexit ante omnem creaturam honoratum. Nimirum, homine antiquior cum esset, vidit natalitia omnia verbo fuisse condita. Ait enim, « Producant aquæ reptilia animarum viventium [40]. » Verbo fecit cete, quæ in mari Atlantico versantur. Verbo fecit terrestria. Hæc Dei mandato producta sunt. Mandato conditæ sunt elephantorum proceritates et camelorum. Equi bovesque et animalia omnia magnitudine ac robore præstantia, præcepto uno gregatim procreata sunt : et quod magis mirere, præcepto cœlum, præcepto sol, præcepto herba, præcepto aquarum natura, tum quæ super cœlum et super terram strata erat, tum quæ effusa fuerat in cava, omnia præcepto ; homo vero manibus formatus est. Vidit honorem homini delatum, invidit diabolus. Vidit eum soli prælatum. Hic quidem prodiit per præceptum in rerum naturam : ille vero Dei manibus conformatus est. Rursus hic fuit conditus propter hominem, homo vero propter Deum; homo, ut Deus gloria afficiatur; sol, ut inserviat hominibus. Intellexit honorem homini datum. Vidit res alias fuisse prius creatas, hominem vero posterius, quod ei quasi patrifamilias præparasset domum plenam. Neque enim primum condidit hominem, ut ne pauper crearetur : sed fecit cœlum, ut tectum quoddam

τὴρ, τί προσετίθεις τῇ εὐχῇ; Δός μοι παῖδας, ἵνα, πλεονέκτης γενόμενος, τῇ πρυφάσει τῶν παίδων τῇ γεέννῃ παραδοθῶ; Δός μοι παῖδας, ἵνα μὴ ποιήσω τὰς ἐντολάς; Δός μοι παῖδας, ἵνα τοῦ Εὐαγγελίου καταφρονήσω; Οὐ ταῦτα ἦν ἃ τότε ἔλεγες, ἀλλὰ παῖδας ἐζήτεις συνεργοὺς τοῦ βίου. Ἔλαβες συνεργοὺς, κοινωνοὺς τοῦ βίου (18)· δίδασκε καὶ λόγοις ἀγαθοῖς, καὶ ὑποδείγμασι χρηστοῖς, ὁποίους προσῆκεν εἶναι τὰ πρὸς τὸν Θεὸν, ὁποίους πολλάκις εἶδες. Οὗτος γάρ ἐστιν ὁ πλοῦτος πολλῶν χρημάτων τιμιώτερος. Αὕτη ἡ κληρονομία ἀγαθὴ, παρὰ πατρὸς εἰς παῖδας παραπεμπομένη. « Εἰς δὲ κτῆμα ὀρφανῶν μὴ εἰσέλθῃς. »

8. Καὶ, « Μὴ συνδείπνει ἀνδρὶ βασκάνῳ. » Εἴρηται καὶ περὶ τῆς βασκανίας (19). Προσκείσθω δὲ εἰς πλείονα φυλακὴν τοῦ κακοῦ, ὅτι ἰδιόν τι πάθος ἐστὶ τοῦ διαβόλου ἡ βασκανία. Οὐ γὰρ εὐθὺς διάβολος ἐκτίσθη ὁ διάβολος, ἀλλ' ἀγγέλου ἐξουσίαν λαβὼν, κατεστράφη εἰς τὴν τοῦ δαίμονος φύσιν. Καὶ ἐγένετο πονηρὸς δαίμων ὁ ταύτῃ τῇ πονηρίᾳ χαρακτηρισθεὶς, καὶ ἀπαλλοτριωθεὶς τῆς πρὸς τὸν Θεὸν οἰκειότητος, ἀποστραφεὶς δὲ πρὸς τὸ μέρος τῆς ἀποστασίας, ἐπειδὴ εἶδε τὸν ἄνθρωπον μικρὸν μὲν ζῶον, παρὰ πᾶσαν δὲ τὴν κτίσιν τιμιώτερον. Πρεσβύτερος ὢν τοῦ ἀνθρώπου, εἶδεν, ὅτι τὰ νηκτὰ πάντα λόγῳ ἐδημιουργήθη. « Ἐξαγαγέτω » γὰρ, φησὶ, « τὰ ὕδατα ἑρπετὰ ψυχῶν ζωσῶν. » Λόγῳ ἐποίησε τὰ κήτη τὰ κατὰ τὸ πέλαγος τὸ Ἀτλαντικὸν ἐνδιαιτώμενα. Λόγῳ ἐποίησε τὰ χερσαῖα. Προστάγματι Θεοῦ εἰς τὸ εἶναι παρήχθη. Προστάγματι γέγονε τὰ τῶν ἐλεφάντων μεγέθη, τὰ τῶν καμήλων· ἵπποι, καὶ βόες, καὶ ὅσα μεγέθει διαφέροντα καὶ ἰσχύϊ ζῶα, κατὰ ἀγέλας ἐκτίσθη ἑνὶ προστάγματι· καὶ τὸ ἔτι θαυμασιώτερον, προστάγματι οὐρανὸς, προστάγματι ἥλιος, προστάγματι βοτάνη, προστάγματι ἡ τῶν ὑδάτων φύσις, ἥ τε ὑπὲρ τὸν οὐρανὸν (20) καὶ τὴν γῆν ἐστορεσμένη, καὶ ταῖς κοιλότησιν ἐκκεχυμένη, πάντα προστάγματι· ὁ δὲ ἄνθρωπος χερσὶ διεπλάσθη. Εἶδε τὴν περὶ τὸν ἄνθρωπον τιμὴν, ἐδάσκηνεν ὁ διάβολος. Εἶδεν, ὅτι ἡλίου προτιμότερος. Ὁ μὲν γὰρ προστάγματι εἰς τὸ εἶναι παρῆλθεν (21)· ὁ δὲ χερσὶ Θεοῦ διεπλάσθη. Καὶ ὁ μὲν ἐκτίσθη διὰ τὸν ἄνθρωπον, ἄνθρωπος δὲ διὰ Θεόν· ἄνθρωπος, ἵνα Θεὸς δοξασθῇ· ἥλιος, ἵνα ἀνθρώποις ὑπηρετῇ. Κατέμαθε τὴν περὶ τὸν ἄνθρωπον τιμήν. Εἶδεν, ὅτι πρώτη ἡ κτίσις, τελευταῖος δὲ ὁ ἄνθρωπος, ὅτι παρεσκεύασεν αὐτῷ ὥσπερ οἰκοδεσπότῃ οἶκον πεπληρωμένον. Οὐ γὰρ πρῶτον ἐποίησεν ἄνθρωπον, ἵνα μὴ πτωχὸς (22)

[39] Prov. XXIII, 6. [40] Gen. I, 20.

(18) Editio Paris. κοινωνοὺς τοῦ βίου. Sed illud, τοῦ βίου, in libris antiquis non invenitur. Statim editio Paris. ὁποίου προσῆκεν. Editio Basil. et quinque mss. ὁποῖον, *qualiter*. Denique Colb. secundus eadem manu emendatus ὁποίους προσῆκεν εἶναι τὰ πρὸς Θεόν : quam emendationem secuti sumus.

(19) Unus Codex colb. Εἴρηται καὶ τά.

(20) Editi ὑπὲρ τῶν οὐρανῶν. At Reg. secundus et Colb. tertius cum Coisl. ὑπὲρ τὸν οὐρανόν. Ibidem editi et Reg. tertius καὶ ὑπὸ τὴν γῆν. Sed præpositio ὑπό abest a Regiis duobus libris et a Colb. tertio et a codice Coisliniano : quam præpositionem re ipsa exprimi non debere putamus. Etenim aquæ non erant subter terram, sed super eam expandebantur. Ibidem pro ἐστορεσμένη legitur in aliquibus codicibus ἐγκεχυμένη.

(21) Editi παρῆχθη. At mss. sex. παρῆλθεν. Aliquanto ante ita legitur, λόγῳ ἐποίησε τὰ χερσαῖα, προστάγματι Θεοῦ εἰς τὸ εἶναι παρήχθη : sed ultima hæc verba, τῷ προστάγματι Θεοῦ, etc., illuc e margine inepte translata fuisse suspicamur.

(22) Editio Paris. ἵνα μὴ πτωχός. Editio Basil. et

Digitized by Google

κτισθῇ, ἀλλ' ἐποίησεν οὐρανὸν, σκέπην αὐτοφυῆ κτίσας, ὑπεστόρεσε τὴν γῆν, ἰσχυρὸν ἔδαφος τοῖς ποσὶ προετοιμάζων τοῖς τοῦ ἀνθρώπου. Θάλλειν αὐτὴν ἐποίησε βοτανῶν καὶ καρπῶν παντοίαις φοραῖς. Πάντα εὐτρεπῆ τῷ ἀνθρώπῳ· τὰ ὑποζύγια εὐτρεπίσθη κατὰ ἀγέλας· ἐκτίσθη ἡ κτίσις. Τὰ μὲν σύννομα παρεσκευάσθη· τὰ δὲ ἄγρια πρὸς γυμνασίαν τοῦ σώματος. Τὰ μὲν πόνῳ κτητὰ, ἵνα φιλητὰ γένηται· τὰ δὲ ἑτοίμως παρόντα, ἵνα αὐτόθεν τῇ κτίσει ὑπηρετῆται. Εἶδεν, ὅτι αὐτομάτως ἡ γῆ τὸν καρπὸν αὐτοῖς παρεσκεύασε. Πᾶσα ἡ κτίσις ἐξεδέχετο τοὺς ἀπολαύοντας, καὶ εἰς ἑστίασιν παρήχθη ὁ ἄνθρωπος. Εἶδεν, ὅτι οὐκ ἠρκέσθη ὁ φιλάνθρωπος Θεὸς τῇ τῆς γῆς ἀπολαύσει· ἀλλ' ἐξαίρετον ἐνδιαίτημα, τὸ ἴδιον ἐγκαλλώπισμα, τὸν ἄνθρωπον ἑαυτοῦ βουλόμενος, ἐκεῖ κατέστησεν ἐν τῷ παραδείσῳ (23). Ἐπονηρεύσατο ὁ διάβολος ὁρῶν πολλὴν ἀπόλαυσιν περιῤῥέουσαν τῷ ἀνθρώπῳ, ἀγγέλους παιδαγωγοὺς παρεδρεύοντας αὐτῷ· Θεὸν ὁμόγλωσσον γενόμενον (24) τοῖς ἀνθρώποις, διαλεγόμενον ἀπὸ ἰδίας φωνῆς, πανταχόθεν τὸν παῖδα τὸν νήπιον παιδευόμενον, ἵνα εἰς Θεοῦ ὁμοιότητα ἀναδράμῃ· ἐπειδὴ κατέμαθε τὸν ἄνθρωπον, ἐπειδὴ εἶδεν, ὅτι τὸ μικρὸν τοῦτο ζῶον πρὸς τὴν τῶν ἀγγέλων ὁμοτιμίαν ὁ Κύριος προεκαλεῖτο· διὰ τῆς ἀρετῆς ἀνάγων αὐτὸν, καὶ διὰ σωφροσύνης τῶν κατὰ τὸν βίον ἐπὶ τὴν τελείωσιν τῆς ψυχῆς. Ἕως γὰρ μόνος (25) ἦν ὁ ἄνθρωπος, οὐκ εἶχε λαβὴν ὁ διάβολος, ἐπεὶ δὲ ἐκτίσθη ἡ γυνὴ, ἄπαλὸν ζῶον, ἀναγκαίως τοῦ Δημιουργοῦ τὴν ἀπαλότητα φυσικὴν ἐμποιήσαντος, ἵνα ὑπὸ τοῦ φιλανθρώπου εὐμαρῶς τραφῇ τὰ νήπια. Εἰ γὰρ αὐστηρὰ ἦν ἡ γυνὴ, οὐκ ἂν ἀποκλαιόμενον τὸ νήπιον τοῖς στήθεσιν ἐνηγκαλίζετο· οὐκ ἂν τῆς ἰδίας τροφῆς ἠμέλει, τὸν δὲ μαζὸν ἐπεῖχε πρὸς ὠφέλειαν τοῦ ὑπομαζίου παιδίου. Νῦν μέντοι μητέρων εὐσπλαγχνίαι τὸν ὕπνον πολλάκις τῶν βλεφάρων ἀποδιώκουσιν, ἐπειδὰν μικρὸν παρενοχληθῇ τὸ νήπιον. Ἵνα τοίνυν ἐκτρέφηται νήπιον, ἀπαλὴ ἡ φύσις ἡ γυναικεία παρῆχθη, ἀπαλὴ καὶ φιλάνθρωπος. Τῷ οὖν ἁπαλῷ καὶ τῷ (26) εἰκτικῷ προσχὼν ὁ διάβολος, τὴν εὐκολίαν τὴν πρὸς ἀρετὴν, εὐκολίαν εἰς κακίαν ἐποιήσατο. Τοῦτο οὖν ἐστιν ἴδιον τὸ κακὸν τοῦ διαβόλου, ὁ φθόνος· φθόνος ὁ ἐκλαληθῆναι μὴ δυνάμενος, ὁ ἰατρείαν οὐκ ἐπιδεχόμενος. Ὁ κεφαλὴν ἀλγῶν λέγει τῷ ἰατρῷ

A naturale conderet; substravit terram, ut hominis pedibus præpararet validum pavimentum. Illam omni herbarum ac fructuum genere atque copia florere voluit. Omnia homini parata: jumenta gregatim sunt instructa: condita fuit quælibet creatura. Animantes productæ sunt, partim communibus pascuis utentes, partim agrestes ad corporis exercitationem. Aliæ erant labore comparandæ, quo gratiores fierent: aliæ aderant prompte et sine negotio, ut confestim homini creando subservirent. Vidit terram eis sponte fructum parasse. Creatura omnis exspectabat qui fruerentur; tum demum productus est homo ad epulandum. Vidit benignissimum Deum terræ deliciis contentum non fuisse: cum vellet hominem suum ipsius ornamentum esse, eum in eximio habitaculo collocasse, in paradiso scilicet. Maligne se gessit diabolus, cum vidit multum homini affluere voluptatis, angelos pædagogos ei assidere, Deum eadem atque homines lingua utentem, propria voce loqui, erudire omnibus modis puerum parvulum, ut ad Dei similitudinem pertingeret; rursus, postquam consideravit hominem, postquam vidit exiguum hoc animal **594** a Domino ad angelorum æqualitatem advocari, ut qui ipsum per virtutem ac rerum mundanarum moderatum usum eveheret ad animæ perfectionem. Etenim, quandiu solus fuit homo, ansam non habebat diabolus. Sed istuc contigit, postquam condita est mulier, tenerum illud animal, cui conditor necessario teneritudinem naturalem indidit, ut ob benignitatem pueros propense educaret. Etenim, si austera esset mulier, non sane plorantem infantem ulnis complexa in sinu foveret, neque alimento suo neglecto, mammam ad lactentis pueri commodum præberet. Nunc vero materna illa charitas somnum e palpebris non raro fugat, ubi incommodum leve infanti acciderit. Ut igitur infans educaretur, muliebris sexus tener conditus est, tener, inquam, et humanus. Quamobrem teneræ ac molli indoli intentus diabolus, mores qui ad virtutem proni erant, pronos ad vitium effecit. Est itaque diaboli proprium hoc malum, invidia, invidia quæ nec potest verbis explicari, nec medelam admittit. Cui caput dolet, is medico declarat capitis dolorem;

B

C

D

nostri sex mss. ἵνα πτωχός. Mihi quidem dubium non est quin typographi Parisienses vocalem μή de suo addiderint sine ulla veterum librorum auctoritate: quoniam tamen negans particula μή videtur esse necesse, nihil in contextu mutandum censuimus.

(23) Variant hoc loco libri tum typis excusi tum manu exarati. Editio Paris.: ἀλλ' εἰς ἐξαίρετον ἐνδιαίτημα, τὸ ἴδιον ἐγκαλλώπισμα, τὸν ἄνθρωπον ἑαυτοῦ βουλόμενος εἶναι, κατέστησεν εἰς τὸν παράδεισον. Editio Basil.: ἀλλ' εἰς ἐξαίρετον ἐνδιαίτημα... βουλόμενος, ἐκεῖ κατέστησεν ἐν τῷ παραδείσῳ. Antiqui tres libri: ἀλλ' ἐξαίρετον ἐνδιαίτημα... βουλόμενος ἐκεῖ καταστῆσαι ἐν τῷ παραδείσῳ: cætera vero ut editio Paris., Reg. secundus et Coisl. εἰς τὸ ἴδιον, etc., uti in tribus illis quos dixi codicibus legitur. Reg. primus κατέστησεν: qui codex in cæteris quoque consentit cum antiquis tribus libris, quos primum nominavi. Regium codicem primum sequimur.

(24) Codices multi γενόμενον. Editi γινόμενον. Nec ita multo post antiqui duo libri προσεκαλεῖτο. Editi et mss. nonnulli προεκαλεῖτο.

(25) Editio Paris. ψυχῆς· λείπει ἕως μὲν μόνος: sed in antiquis omnibus libris verbum λείπει desideratur. Puto autem id verbum hoc loco a typographis fuisse positum, ut moneremur deesse hic aliquid librariorum oscitantia. Sed, nisi valde fallor, nihil deest, cum illud, ἐπειδὴ κατέμαθε, etc., possit referri ad id quod præcedit. ἐπονηρεύσατο ὁ διάβολος, *Diabolus inique se gessit, postquam consideravit hominem, postquam vidit parvum hoc animal*, etc. Hoc ipso in loco pro μέν ex quinque mss. edendam curavimus vocalem γάρ.

(26) Codices non pauci καὶ τῷ. Deerat articulus in vulgatis.

Digitized by Google

qui invidiæ morbo laborat, ecquid dixerit? Exhibent mihi molestiam fratris bona? Verum id est : at dicere unumquemque pudet. Quid doles? tuumne ipsius malum, an alienum bonum? Canes quidem nutriendo reddimus mansuetos : sed invidum conferendis beneficiis efficimus morosiorem. Nec enim iis quibus donatur bonis gaudet : sed opulentia tua mœret, quod suppetat tibi facultas, unde illius suppleatur egestas. Ne igitur collabare in fraudem diaboli : invidit tibi, invidit, ejecit te e paradiso. Propter illum spinæ, propter illum sudor : propter illum exsilii locus, in quem delapsus patriæ antiquæ ne obliviscare. Memineris nobilitatis tuæ; memineris patriæ, unde pulsus es; memor sis ejus qui malis tantis te affecit. Ne paciscaris cum eo, neque unquam cum ipso venias in collocutionem. Nam intulit injurias duas, et ab initio depulit, et nunc reditum intercipit. Invidit tibi prima bona per mulierem : ac rursus artificiis per mulierem utens, impedit quominus in pristinum statum restituare. Excogitavit scortationem, ut ne ingrediaris in paradisum. Non satis habuit damnum primum intulisse, te videlicet subvertisse : sed alteras fraudes artesque comminiscitur, cursum nostrum inhibiturus. Decipit mendacio atque circumvenit : si quidem iter in paradisum facientibus quidam murus est mendacium.

9. Innumeræ sunt illius artes. Illius germina sunt crudelitas, asperitas, avaritia, convicium : omnia quæcunque sermo veritatis odit, ea opus sunt diaboli. Osor hominum est, cum et Dei sit hostis. Deum prius odio habuit, rebellavit adversus Deum omnipotentem, sprevit Dominum, abalienatus est a Deo. Postquam autem vidit hominem ad imaginem ac similitudinem Dei factum, cum non posset Deum impetere, in imaginem Dei malignitatem **595** suam effudit; velut si quis homo iratus imaginem lapidibus petat, cum regem non possit, lignum effigie ipsius insignitum percutiens. Vidi ego non raro in stadiis infestissima homini animalia, aut vidi, aut audivi : tutus enim sit nobis sermo. Ut ut est, pantheris ipsis insita est naturalis quædam in hominem ira, et maxime solent hominibus in oculos involare. Itaque belluæ furorem ridere qui volunt, imaginem velut hominem ei in charta ponunt ob oculos. Illa autem præ nimio impetu nihil cogitans, chartam velut hominem dilaniat, illicque suum in homines odium ostendit. Sic etiam diabolus suum in Deum odium patefacit in imagine, cum attingere Deum non possit. Sic ex illato nobis bello liquet malignum illum Dei hostem esse, ac primum Domino ipsi bellum gerere. Ille hominem ab Jerusalem in Jericho abduxit, ab altis ad cava. Nimirum Jerusalem

(27) Editi Μέμνησο τοῦ ταῦτα καὶ τηλ. At mss. ut in contextu.

(28) Editio Paris. Πορνείαν γάρ. Vocula γάρ in nostris mss. deest.

(29) Editio Basil. et Reg. primus cum Colb. tertio ἐπέχων κλέπτειν. Ἐπειδή. Editio Paris. ἐπέχων

τὴν κεφαλαλγίαν· ὁ φθόνον νοσῶν τί εἴπῃ; Λυπεῖ με τὰ τοῦ ἀδελφοῦ ἀγαθά; Ἡ μὲν ἀλήθεια αὕτη· τὰ δὲ ῥήματα ἕκαστος ἐπαισχύνεται. Τί στενάζεις; ἴδιον κακὸν, ἢ ἀλλότριον ἀγαθόν; Τοὺς μὲν γὰρ κύνας τρέφοντες ἡμεροῦμεν· τὸν δὲ βάσκανον εὐεργετοῦντες χαλεπώτερον ἀπεργαζόμεθα. Οὐ γὰρ χαίρει ἐφ' οἷς ἂν πάθῃ χρηστοῖς· ἀλλὰ λυπεῖται τῇ σῇ εὐπορίᾳ, ὅτι ἔχεις ὕλην, ὅθεν τὴν χρείαν αὐτῷ πληρώσεις. Μὴ τοίνυν συνεμπέσῃς εἰς τὴν ἀπάτην τοῦ διαβόλου· ἐβάσκηνέ σοι, ἐβάσκηνεν· ἐξώρισέ σε τοῦ παραδείσου. Δι' ἐκεῖνον ἄκανθαι, δι' ἐκεῖνον ἱδρώς, δι' ἐκεῖνον ὁ τόπος τῆς ἐξορίας· εἰς ὃν ἐκπεσών, μὴ ἐπιλάθῃ τῆς πατρίδος τῆς ἀρχαίας. Μέμνησο τῆς εὐγενείας τῆς σεαυτοῦ· μέμνησο τῆς πατρίδος ὅθεν ἐξωρίσθης. Μέμνησο τοῦ τὰ τηλικαῦτά (27) σε ζημιώσαντος· μὴ σπείσῃ πρὸς αὐτὸν, μηδὲ ποτε τὴν πρὸς αὐτὸν ὁμιλίαν καταδέξῃ. Δύο γὰρ ἠδίκησε, καὶ ἐξ ἀρχῆς ἐξέβαλε, καὶ νῦν τὴν ἐπάνοδον διακόπτει Ἐβάσκηνέ σοι τῶν πρώτων ἀγαθῶν διὰ γυναικὸς, καὶ πάλιν ἐπινοίαις ταῖς κατὰ τὴν γυναῖκα εἰς τὴν ἀποκατάστασιν κωλύει. Πορνείαν (28) ἐπενόησεν, ἵνα μὴ εἰσέλθῃς εἰς παράδεισον. Οὐκ ἤρκεσεν αὐτῷ ἡ πρώτη ζημία, ὅτι κατέστρεψεν· ἀλλὰ δευτέρας μεθοδείας ἐπινοεῖ (29), τὸν δρόμον ἡμῖν ἐπέχων. Κλέπτει διὰ τοῦ ψεύδους, ἐπειδὴ τεῖχός ἐστι τοῖς ὁδεύουσιν εἰς παράδεισον τὸ ψεῦδος.

9. Τὰ ἐκείνου ἐπιτηδεύματα μυρία. Τὰ ἐκείνου βλαστήματα, ὠμότης, τραχύτης, πλεονεξία, λοιδορία· πάντα ὅτα μισεῖ ὁ λόγος τῆς ἀληθείας, ταῦτα τοῦ διαβόλου ἐστί. Μισάνθρωπος, ἐπειδὴ καὶ θεομάχος. Ἐμίσησε πρότερον, ἐτραχηλίασε κατὰ Θεοῦ παντοκράτορος, κατεφρόνησε τοῦ Δεσπότου, ἠλλοτριώθη τοῦ Θεοῦ. Ἐπειδὴ εἶδε τὸν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν Θεοῦ, μὴ δυνάμενος εἰς Θεὸν τραπῆναι, εἰς τὴν εἰκόνα τοῦ Θεοῦ τὴν ἑαυτοῦ πονηρίαν ἐκένωσεν· ὥσπερ εἴ τις ἄνθρωπος ὀργισθεὶς τὴν εἰκόνα λιθάζοι, ἐπειδὴ τὸν βασιλέα οὐ δύναται, τὸ ξύλον τύπτων, τὸ τὴν μίμησιν ἔχον. Εἶδον ἐγὼ τὰ μισανθρωπότατα τῶν ζώων ἐν τοῖς σταδίοις πολλάκις (30), ἢ εἶδον, ἢ ἤκουσα· ἀσφαλὴς γὰρ ἔστω ὁ λόγος. Ἰλὴν ὅτι αὐταὶ αἱ παρδάλεις φυσικήν τινα ἔχουσι πρὸς τὸν ἄνθρωπον ὀργὴν, καὶ πεφύκασι μάλιστα τοῖς ὀφθαλμοῖς τῶν ἀνθρώπων ἐφάλλεσθαι. Οἱ τοίνυν καταπαίζοντες τῆς μανίας τοῦ θηρίου ἐν χάρτῃ εἰκόνα προδεικνύουσιν ὡς ἄνθρωπον. Ἡ δὲ ὑπὸ τῆς ἄγαν ὁρμῆς μὴ λογιζομένη, ὡς ἄνθρωπον, σπαράσσει τὸν χάρτην, κἀκεῖ δείκνυσι τὸ μισάνθρωπον. Οὕτω καὶ ὁ διάβολος ἐν τῇ εἰκόνι τὸ μισόθεον ἔδειξεν, ἐπειδὴ Θεοῦ προσάψασθαι οὐκ ἐδύνατο. Οὕτως ὁ εἰς ἡμᾶς πόλεμος ἀπόδειξιν ἔχει τοῦ θεομάχον εἶναι τὸν πονηρὸν, καὶ πρῶτον πολεμεῖν τῷ Δεσπότῃ. Ἐκεῖνος κατῆγαγεν ἀπὸ Ἰερουσαλὴμ εἰς Ἰεριχὼ τὸν ἄνθρωπον, ἀπὸ τῶν ὑψηλῶν ἐπὶ τὰ κοῖλα. Ἐπὶ μὲν τῆς ὀρεινῆς ἡ

τῷ ψεύδεσθαι. Ἐπειδή. Antiqui tres libri ἐπέχων κλέπτει. Ἐπειδή. Codex Coisl. ut in contextu.

(30) Editio Paris. πολλάκις παρδάλεις. Vox ultima neque in editione Basil. neque in nostris sex mss. invenitur.

Digitized by Google

Ἱερουσαλήμ· ἡ δὲ Ἱεριχὼ κάτω ἐν τῇ ἁλμυρᾷ θαλάσσῃ. Εἴ τις ὑμῶν οἶδε τὸν τόπον, οἶδε τῶν λεγομένων τὴν ἀλήθειαν, ὅτι Ἱεριχὼ μὲν ἔχει τὰ κοῖλα τῆς Παλαιστίνης, Ἱερουσαλὴμ δὲ ἐπὶ τῆς κορυφῆς ἐρήρεισται, τὴν ἄκραν κατέχουσα τοῦ ὄρους τοῦ διὰ πάσης ἐκείνης τῆς χώρας ἀνεστηκότος. Ἀπὸ τοίνυν τῶν ὑψηλῶν ἐπὶ τὰ κάτω ἦλθεν ὁ ἄνθρωπος, ἵνα τοῖς λῃσταῖς περιπέσῃ· τῆς ἀσφαλείας ἐξελθὼν (31) τῆς κατὰ Ἱερουσαλὴμ, ἵνα εὐάλωτος γένηται τοῖς κατὰ τὴν ἐρημίαν λῃσταῖς, οἱ πληγὰς ἐπέθηκαν, καὶ ἐξέδυσαν. Πρότερον πληγαὶ, καὶ τότε γύμνωσις. Πληγὴ ψυχῆς ἁμαρτία· γύμνωσις ψυχῆς ἀπόθεσις τοῦ ἐνδύματος τῆς ἀφθαρσίας. Ἡ δὲ ἁμαρτία ἀφανιστικὴ τῆς χάριτος τῆς δεδομένης ἡμῖν διὰ τοῦ λουτροῦ τῆς παλιγγενεσίας. Πορνεία, πληγὴ, μοιχεία, ἄλλη πληγὴ, πληγὴ ὁ φθόνος, πληγὴ ἕκαστον τούτων, πληγὴ αὐτὰ τὰ καίρια τύπτουσα, πληγὴ παρὰ λῃστῶν ἐμβαλλομένη, παρὰ δαιμόνων τῶν συνεργούντων ἡμῖν πρὸς τὰς ἁμαρτίας. Μετὰ τὰς πληγὰς ἐξεδύθη ὁ τετυμμένος (32). Εἰ σωματικὸν ἦν τὸ λεγόμενον, πρότερον ἐξέδυνον φειδοῖ τοῦ ἱματίου, καὶ τότε πληγὰς ἐπετίθεσαν. Ἢ ἐκδύσαντες ἂν, πληγὰς ἐπέθηκαν, ἵνα καὶ τὸ ἱμάτιον διεσώθη, καὶ ὁ τυπτηθεὶς ἐπλήγη. Νῦν μέντοι πληγαὶ τῆς ἐκδύσεως προηγοῦνται, ἵνα μάθῃς, ὅτι ἁμαρτία προηγεῖται τῆς ἀποθέσεως τοῦ χαρίσματος, τοῦ δεδομένου σοι διὰ τῆς τοῦ Κυρίου φιλανθρωπίας. Αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

A in montana regione sita est; Jericho vero in depresso ac humili loco ad salsum mare. Si quis vestrum vidit locum, quæ dicuntur, ea vera esse novit, Jericho videlicet in Palæstinæ cavis locari, Jerusalem vero summo in loco sitam esse, montis ejus, qui per totam illam regionem assurgit, cacumen occupantem. Itaque ab altis ad inferna descendit homo, ut incideret in latrones. Egressus est e firmo Jerosolymorum præsidio, ut commorantibus in deserto prædonibus fieret facilis captu: qui inflictis plagis eum denudarunt. Plagæ prius, tum demum denudatio. Plaga animæ peccatum est, denudatio animæ est indumenta incorruptibilitatis abjicere. Peccatum autem gratiam nobis per regenerationis lavacrum collatam abolet. Scortatio plaga, adulterium plaga alia, plaga invidia. Plaga unumquodque horum, plaga vitales ipsas partes consaucians, imposita a prædonibus plaga, a dæmonibus videlicet, qui sunt nobis adjutores ad peccata. Post plagas exutus est qui fuerat percussus. Si corporeum quiddam esset quod dicitur, prius exuissent, ut parcerent vesti, et tunc plagas incussissent. Aut ubi exuissent, inflixissent plagas, ut et servaretur vestis, et percussus vulneraretur. Nunc vero plagæ præcedunt vestium detractionem, ut discas peccatum doni ejus amissioni anteire, quod fuerat tibi per Domini benignitatem traditum. Ipsi gloria in sæcula sæculorum. Amen.

B

ΟΜΙΛΙΑ ΕΙΣ ΤΗΝ ΑΓΙΑΝ ΤΟΥ ΧΡΙΣΤΟΥ ΓΕΝΝΗΣΙΝ.

C

1. Χριστοῦ γέννησις ἡ μὲν οἰκεία καὶ πρώτη καὶ ἰδία (33) αὐτοῦ τῆς θεότητος σιωπῇ τιμάσθω· μᾶλλον δὲ καὶ ταῖς ἐννοίαις ἡμῶν μὴ ζητεῖν ἐκεῖνα μηδὲ πολυπραγμονεῖν ἐπιτάξωμεν. Ὅπου γὰρ οὐ χρόνος, οὐκ αἰὼν ἐμεσίτευσεν, οὐ τρόπος ἐπινενόηται, οὐ θεατὴς παρῆν, οὐχ ὁ διηγούμενός ἐστι (34), πῶς φαντασθῇ ὁ νοῦς; πῶς δὲ ὑπηρετήσει ταῖς διανοίαις ἡ γλῶσσα; Ἀλλὰ Πατὴρ ἦν, καὶ Υἱὸς ἐγεννήθη (35). Μὴ εἴπῃς, Πότε; ἀλλὰ παράδραμε τὸ ἐπερώτημα. Μὴ ἐπιζητήσῃς, Πῶς; ἀδύνατος γὰρ ἡ ἀπόκρισις. Τὸ μὲν γὰρ, *πότε*, χρονικόν· τὸ δὲ, *πῶς*, ἔλισσεσθαι ἐμποιεῖ πρὸς τοὺς σωματικοὺς τῆς γεννήσεως τρόπους. Ἔχω εἰπεῖν ἀπὸ τῆς Γραφῆς, ὅτι ὡς ἀπαύγασμα ἀπὸ τῆς δόξης, καὶ ὡς εἰκὼν ἀπὸ τοῦ πρωτοτύπου. Ἀλλ' ὅμως ἐπειδὴ οὐχ ἵστησί σου τὴν πολυπραγμοσύνην τῶν λογισμῶν ὁ τοιοῦτος λόγος τῆς ἀποκρίσεως (36), ἐπὶ τὸ ἄῤῥητον καταφεύγω τῆς δόξης, καὶ ὁμολογῶ ἀνεπινόητον εἶναι λογισμοῖς

HOMILIA IN SANCTAM CHRISTI GENERATIONEM.

1. Christi generatio, germana illa primaque et divinitatis ejus propria, colatur silentio: imo vero cogitationibus nostris imperemus, ne hæc inquirant, neque curiose scrutentur. Ubi enim nec tempus nec sæculum intercessit, nec modus excogitatus est, nec spectator adfuit, nec est qui enarret, quomodo quidquam sibi mens finget? Quomodo etiam lingua ipsa rei intelligendæ inserviet? Atqui **596** Pater erat, et Filius genitus est. Ne dicas: Quando? sed prætercas hanc quæstionem. Ne quæras: Quomodo? dari namque responsum nullum potest. Nam *quando*, temporale quiddam sonat: illud vero, *quomodo*, efficit ut in generationis corporeos modos labamur. Dicere habeo ex Scriptura [41] esse eum velut splendorem ex gloria, et velut imaginem ex exemplari. Quoniam tamen hæc respondendi ratio animi tui non sistit curiositatem, ad majestatis arcanum confugio,

D

[41] Hebr., I, 3.

(31) Unus codex Colb. ἐξῆλθεν. Mox utraque editio λῃσταῖς οἱ. Vocula οἱ in nostris mss. non legitur. Subinde quatuor mss. πρότερον πληγή. At Reg. tertius et editi πρότερον πληγαί.

(32) Editi ὁ τετυμμένος. Veteres quatuor libri ὁ τετυπτημένος.

(33) Combefisiani quidam codices πρώτη καὶ ἀΐδιος, *prima et sempiterna*. Editi et nostri quatuor mss. πρώτη καὶ ἰδία. Notandum præterea, hanc homiliam et in Colb. primo et in Reg. secundo deesse.

(34) Colb. tertius οὐχ ὁδηγούμενος. Codices Combefisiani ὁ διηγούμενος ἦν.

(35) Codices Combefisiani Πότε; Ἄπορον γὰρ τὸ ἐπερώτημα, *Nam perplexa interrogatio est, et insolubilis*. Editi et Colb. tertius ut in contextu. Nec ita multo post editi et Reg. tertius σωματικοὺς τῆς γεννήσεως τρόπους.

(36) Codices Combefisiani et alii duo πολυπραγμοσύνην ὁ λογισμὸς τοῖς τοιούτοις λόγοις τῆς. Editi et Reg. tertius ut in contextu.

Digitized by Google

fatcorque non posse divinæ generationis modum ratiocinationibus ullis excogitari, neque ullis humanis verbis exponi. Cave dicas : Si genitus est, non erat : neque vafris verbis sententiam ineptam arripias, ita ut exemplis humanis veritatem corrumpas, coinquinesque theologiam. Dixi : *Genitus est*, ejus ut principium causamque exhibeam, non ut Unigenitum tempore posteriorem ostendam. Neque vero mens tua inaniæ meditetur, transgrediens sæcula Filio antiquiora, quæ neque exsistunt neque exstitere. Qui enim fieri potest ut quæ condita sunt, conditore ipso sint antiquiora? Sed quod refugiebam, in id imprudens ex sermonis serie casu incidi. Omittamus igitur de sempiterna illa et arcana generatione loqui, illud cogitantes, mentem nostram intelligendis rebus esse imparem : sermonem rursus imbecilliorem, quam ut possit intellecta exprimere.

2. Considerare igitur oportet quantus sit a veritate ad sermonem lapsus. Enimvero mens non potest ad rerum incomprehensibilium naturam pertingere : neque tanta sermonis vis potest inveniri, ut ea quæ qualicunque tandem modo cogitata sunt, exæquet. Deus in terra, Deus inter homines, non ferens legem per ignem et tubam et montem fumantem, aut caliginem, et procellam animas audientium perterrefacientem; sed per corpus mansuete ac blande cum iis qui eamdem atque ipse naturam habent, colloquens. Deus in carne, non intervallo operans velut in prophetis, sed insitam sibi et conjunctam humanitatem consecutus, atque per suam carnem nobis cognatam omne hominum genus reducens ad semetipsum. Quomodo igitur per unum, inquit, in omnes splendor devenit? Quonam modo divinitas est in carne? Velut ignis in ferro; non transitu, sed communicatione. Non enim ignis excurrit in ferrum, sed manens in loco, suam ei virtutem impartit : neque hac communicatione minuitur, sed quidquid suiipsius particeps est, omne id replet. Sic igitur et Deus Verbum, neque emotus est ex seipso, « Et tamen habitavit in nobis [52] : » neque fuit mutationi obnoxius, « Et tamen Verbum caro factum est [53] : » neque cœlum destitutum fuit eo qui illud continebat, sed tamen **597** suscepit terra in suo sinu cœlestem. Noli

[52] Joan. I, 14. [53] ibid.

καὶ ἄφατον ῥήμασιν (57) ἀνθρωπίνοις τὸν τρόπον τῆς θείας γεννήσεως. Μὴ λέγε· Εἰ ἐγεννήθη, οὐκ ἦν· μηδὲ συνάρπαζε κακουργίᾳ ῥημάτων διανοίας ἀπειροκάλους, ἐκ τῶν ὧδε παραδειγμάτων διολυμαινόμενος τὴν ἀλήθειαν, καὶ τὴν θεολογίαν καταῤῥυπαίνων. Ἐγεννήθη, εἶπον, ἵνα τὴν ἀρχὴν αὐτοῦ καὶ τὸν αἴτιον ἀποδείξω, οὐχ ἵνα χρόνου ὕστερον τὸν Μονογενῆ ἀπελέγξω. Σοῦ δὲ μὴ κενεμβατείτω ὁ νοῦς, εἰς αἰῶνας ὑπερβαίνων πρεσβυτέρους τοῦ Υἱοῦ, τοὺς οὔτε ὄντας, οὔτε γενομένους (58). Πῶς γὰρ πρεσβύτερα δύναται εἶναι τὰ ποιήματα τοῦ πεποιηκότος αὐτά; Ἀλλὰ γὰρ ἔλαθον, ὃ ἀπέφυγον, εἰς τοῦτο αὐτομάτως ἐκ τῆς τοῦ λόγου ἀκολουθίσς συνενεχθείς. Καταλείπωμεν (59) οὖν τοὺς λόγους τοὺς περὶ τῆς ἀϊδίου ἐκείνης καὶ ἀῤῥήτου γεννήσεως, ἐκεῖνο ἐνθυμηθέντες, ὅτι ὁ μὲν νοῦς τῶν πραγμάτων ἐλάττων, ὁ δὲ λόγος τῶν νοουμένων πάλιν καταδεέστερος.

2. Σκοπεῖν οὖν χρὴ ὁπόσον τί ἐστι τὸ ἀπὸ τῆς ἀληθείας ἐπὶ τὸν λόγον ἀπόπτωμα· εἴπερ ὁ μὲν νοῦς προσβῆναι τῇ φύσει τῶν ἀκαταλήπτων ἀδυνατεῖ, λόγου δὲ φύσιν τοῖς ὁπωσοῦν νοηθεῖσιν εὑρεῖν παρισουμένην ἀμήχανον (40). Θεὸς ἐπὶ γῆς, Θεὸς ἐν ἀνθρώποις, οὐ διὰ πυρὸς καὶ σάλπιγγος καὶ ὄρους καπνιζομένου, ἢ γνόφου, καὶ θυέλλης ἐκδειματούσης τὰς ψυχὰς τῶν ἀκροωμένων νομοθετῶν, ἀλλὰ διὰ σώματος ἡμέρως καὶ προσηνῶς τοῖς ὁμογενέσι διαλεγόμενος. Θεὸς ἐν σαρκί· οὐκ ἐκ διαλειμμάτων ἐνεργῶν ὡς ἐν τοῖς προφήταις, ἀλλὰ συμφυῆ ἑαυτῷ (41) τὴν ἀνθρωπότητα καὶ ἡνωμένην κατακτησάμενος, καὶ διὰ τῆς συγγενοῦς ἡμῶν σαρκὸς αὐτοῦ πρὸς ἑαυτὸν ἐπανάγων πᾶσαν τὴν ἀνθρωπότητα. Πῶς οὖν δι' ἑνὸς, φησὶν, εἰς πάντας ἦλθε τὸ λαμπτήριον (42); Τίνα τρόπον ἐν σαρκὶ ἡ θεότης; Ὡς τὸ πῦρ ἐν σιδήρῳ· οὐ μεταβατικῶς, ἀλλὰ μεταδοτικῶς. Οὐ γὰρ ἐκτρέχει τὸ πῦρ πρὸς τὸν σίδηρον, μένον δὲ κατὰ χώραν, μεταδίδωσιν αὐτῷ τῆς οἰκείας δυνάμεως, ὅπερ οὔτε ἐλαττοῦται τῇ μεταδόσει, καὶ ὅλον πληροῖ ἑαυτοῦ τὸ μετέχον. Κατὰ τοῦτο δὴ καὶ ὁ Θεὸς Λόγος οὔτε ἐκινήθη ἐξ ἑαυτοῦ, « Καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν· » οὔτε τροπὴν ὑπέμεινε, « Καὶ ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο· » οὔτε ὁ οὐρανὸς ἔρημος ἦν τοῦ συνέχοντος, καὶ ἡ γῆ ἐν τοῖς ἰδίοις κόλποις τὸν οὐράνιον ὑπεδέχετο. Μὴ κατάπτωσιν τῆς θεότητος ἐννοήσῃς· οὐ γὰρ μεταβαίνει ἐκ τόπου εἰς τόπον ὡς τὰ σώματα· μηδὲ φαντασθῇς ἠλλοιῶσθαι τὴν θεότητα μεταβλη-

(57) Editi καὶ ἄβατον ῥήμασιν, *verbis inaccessum*. Combefisiani libri et alii duo καὶ ἄφραστον. Reg. tertius καὶ ἄφατον. Haud multo post Reg. primus et Colb. tertius συνάρπαζε κακουργίαν ῥημάτων διανοίας ἀπειροκάλου. Editi et Reg. tertius ita ut edidimus. Subinde Colb. tertius et alter διαλυόμενος τὴν ἀλήθειαν. *evertens veritatem*.

(58) Editi et Reg. tertius οὔτε ὄντας, οὔτε ἐσομένους, *neque sunt, neque erunt*. Codices Combefisiani οὔτε γενομένους, *neque exstiterunt*.

(59) Editi καταλίπωμεν. Antiqui duo libri καταλείπωμεν. Statim duo mss. ἐκεῖνα ἐνθ.

(40) Editi et Colb. tertius εὑρεῖν παρισαζομένην. Codices Combefisiani et Reg. tertius παρισουμένην. Haud longe unus codex Θεὸς ἐπὶ γῆς, Θεὸς ἐν οὐρανοῖς, *Deus in cœlis*. Subinde editi et Reg. tertius γνόφου καὶ ζόφου. Illud, καὶ γνόφου, in aliis mss. non legitur.

(41) Antiqui duo mss. συμφυῆ αὐτῷ. Mox iidem mss. ἡνωμένην καταστησάμενος. Haud procul mss. plerique omnes ἐπανάγων πᾶσαν τήν. Vox πᾶσαν in editis desideratur.

(42) Unus codex Combef. τὸ λαμπτήριον, ὅτι καὶ ἐξ ἀρχῆς ἑνὸς παραπεσόντος εἰς πάντας ἦλθε τὸ βλαβερόν, *quia scilicet etiam a principio lapsu unius in omnes noxa transiit*. Nec ita multo post antiqui tres libri σαρκὶ, φησὶν, ἡ.

Digitized by Google

θεῖσαν εἰς σάρκα· ἄτρεπτον γὰρ τὸ ἀθάνατον (43). Πῶς οὖν, φησὶ, τῆς σωματικῆς ἀσθενείας ὁ Θεὸς Λόγος οὐκ ἀνεπλήσθη; Φαμὲν, ὡς οὐδὲ τὸ πῦρ τῶν τοῦ σιδήρου ἰδιωμάτων μεταλαμβάνει. Μέλας ὁ σίδηρος καὶ ψυχρός· ἀλλ' ὅμως πυρακτωθεὶς τὴν τοῦ πυρὸς μορφὴν ὑποδύεται, αὐτὸς λαμπρυνόμενος, οὐχὶ μελαίνων τὸ πῦρ, καὶ αὐτὸς ἐκφλογούμενος, οὐ καταψύχων (44) τὴν φλόγα. Οὕτω καὶ ἡ ἀνθρωπίνη τοῦ Κυρίου σὰρξ, αὐτὴ μετέσχε τῆς θεότητος, οὐ τῇ θεότητι μετέδωκε τῆς οἰκείας ἀσθενείας. Ἡ οὐδὲ τῷ αἰσθητῷ τούτῳ (45) πυρὶ ἴσον δίδως ἐνεργεῖν τὴν θεότητα, ἀλλὰ πάθος περὶ τὸν ἀπαθῆ ἐκ τῆς ἀνθρωπίνης ἀσθενείας φαντάζῃ, καὶ ἀπορεῖς πῶς ἡ φθαρτὴ φύσις τῇ πρὸς Θεὸν κοινωνίᾳ ἔσχε τὸ ἀκήρατον (46); Μάθε δὴ τὸ μυστήριον. Διὰ τοῦτο Θεὸς ἐν σαρκὶ, ἵν' ἐναποκτείνῃ τὸν ἐμφωλεύοντα (47) θάνατον. Ὡς γὰρ τῶν φαρμάκων τὰ ἀλεξητήρια κατακρατεῖ τῶν φθαρτικῶν, οἰκειωθέντα τῷ σώματι, καὶ ὡς τὸ ἐνυπάρχον τῷ οἴκῳ σκότος τῇ ἐπεισαγωγῇ τοῦ φωτὸς λύεται· οὕτως ὁ ἐνδυναστεύων τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει (48) θάνατος τῇ παρουσίᾳ τῆς θεότητος ἠφανίσθη. Καὶ ὡς ἐν ὕδατι πάγος, ὅσον μὲν χρόνον νύξ ἐστι καὶ σκιὰ, κατακρατεῖ τῶν ὑγρῶν, ἡλίου δὲ θάλποντος ὑποτήκεται τῇ ἀκτῖνι· οὕτως ἐβασίλευσε μὲν ὁ θάνατος μέχρι παρουσίας Χριστοῦ· ἐπειδὴ δὲ ἐφάνη ἡ χάρις τοῦ Θεοῦ ἡ σωτήριος, καὶ ἀνέτειλεν ὁ ἥλιος τῆς δικαιοσύνης, κατεπόθη ὁ θάνατος εἰς νῖκος, τῆς ἀληθινῆς ζωῆς τὴν ἐπιδημίαν οὐκ ἐνεγκών. Ὦ βάθος ἀγαθότητος καὶ φιλανθρωπίας Θεοῦ! Δι' ὑπερβολὴν φιλανθρωπίας πρὸς τὴν δουλείαν (49) ἀφηνιάζομεν. Διὰ τί Θεὸς ἐν ἀνθρώποις, τὸν λόγον ἐπιζητοῦσιν ἄνθρωποι, δέον προσκυνεῖν τὴν χρηστότητα.

lapsum cogitare divinitatis. Non enim transit e loco ad locum velut corpora. Neque divinitatem in carnem transmutatam putaveris alteratam fuisse. Nam quod immortale est, id immutabile est. Quomodo igitur, inquis, Deus Verbum infirmitate corporali repletus non est? Hoc dicimus, ne ignem quidem proprietatum ferri participem fieri. Ferrum nigrum est et frigidum, sed tamen ignitum ac candens, ignis formam induit; splendidum efficitur, non ignem denigrat; inflammatur, non refrigerat flammam. Hunc ad modum et humana Domini caro cum divinitatis effecta est particeps, suam ipsius infirmitatem nequaquam contulit divinitati. An divinitatem non concedis similiter sensibili huic igni operari, sed affectionem in eo qui cujuscunque affectionis expers est, ex humana imbecillitate tibi animo fingis, dubitasque quomodo fieri potuerit, ut obnoxia corruptioni natura ex ea quam cum Deo habuit communione incorruptibilitatem obtinuerit? Disce igitur mysterium. Propterea Deus in carne est, ut latitantem in ea mortem enecet. Ut enim si medicamenta venenis expellendis idonea corpori misceantur, causas corruptionis expugnant, utque tenebræ in domo residentes adveniente luce dissolvuntur: sic mors, quæ in natura humana dominabatur, divinitatis præsentia abolita est. Et sicut glacies in aqua, dum quidem nox est et umbra, humori dominatur, sed solis calefacientis radio colliquescit: sic mors ad Christi usque adventum regnavit; sed, posteaquam apparuit gratia Dei salutaris [44], et ortus est sol justitiæ [45], absorpta est mors in victoriam [46], vitæ veræ non sustinens præsentiam. O altitudinem bonitatis amorisque Dei in homines! Servitutem excutimus magnitudine benignitatis. Rationem cur Deus inter homines sit, homines requirunt, cum adoratam oportuisset bonitatem.

3. Τί σοι ποιήσομεν, ἄνθρωπε; Μένοντα ἐν τῷ ὕψει τὸν Θεὸν οὐκ ἐπεζήτησας, συγκαταβαίνοντά σοι καὶ διὰ σαρκὸς ὁμιλοῦντα οὐχ ὑποδέχῃ· ἀλλὰ

3. Quid faciemus tibi, o homo? Manentem in supernis Deum non inquisivisti, demittentem se ad te, atque per carnem conversantem non suscipis:

[44] Tit. II, 1. [45] Mal. IV, 22. [46] I Cor XV, 54.

(43) Codices Combefisiani ἄτρεπτος γὰρ καὶ ἀθάνατος. Editi et Reg. tertius ut in contextu. Ibidem codices Combefisiani ἀσθενείας ἐκτὸς ὁ Θεὸς Λόγος: quod ita interpretatur Combefisius, *expers est corporalis infirmitatis?* Editi et Reg. tertius ita ut in contextu legitur. Ibidem unus codex Combef. ἐνεπλήσθη. Hoc ipso in loco Colb. tertius, Φαμὲν, ὅτι οὔτε.

(44) Editi et Colb. tertius ἀποψύχων. At mss. multi καταψύχων. Ibidem editi, Οὕτω δή. Vocula δή in nostris mss. non invenitur.

(45) Codices Combefisiani οὐδὲ τῷ αἰσθητῷ τούτῳ. Editi mss. nonnulli τῷ θνητῷ τούτῳ. Hoc ipso in loco editi ἴσως. Libri veteres ἴσον.

(46) Sic Reg. primus et Colb. tertius. Editio Paris. et Reg. tertius fusius: πῶς ἡ εὔφθαρτος φύσις τῇ πρὸς Θεὸν κοινωνίᾳ ἐδύνατο τὸ ἀκήρατον διασώσασθαι; καὶ ταῦτα ὁρῶν τὸ πῦρ (ἔτι γὰρ ἔχομαι τῆς εἰκόνος) τῷ ἰῷ τοῦ σιδήρου μὴ δαπανώμενον; Μάθε. Iunc locum corruptum esse cum videret Combefisius, sic eum de suo emendare conatus est, πῶς ἡ ἄφθαρτος φύσις τῇ πρὸς ἄνθρωπον κοινωνίᾳ ἠδύνατο τὸ ἀκήρατον διασώσασθαι; Quibus emendatis, sic interpretatur vir doctus: *Quomodo natura incorruptibilis, commercio cum homine, incorruptionem servare potuit? idque adeo cum videas ignem (adhuc enim in similitudine hæreo) a ferri rubigine non absumi.*

(47) Codex unus Combef. τὸν ἐμφωλεύσαντα. Ibidem codices Combefisiani: κατέπιεν ὁ θάνατος ἀγνοῶν, κατέπιε ζωήν· κατεπόθη ὑπὸ τῆς ζωῆς· κατέπιεν ἕνα μετὰ πάντων, ἀπώλεσε διὰ τὸν ἕνα πάντας. Ὡς γάρ. *Absorpsit mors insciens, absorpsit vitam: absorpta est a vita. Absorpsit unum cum omnibus: omnes unius gratia amisit.*

(48) Sic mss. nostri. Vox φύσει abest a vulgatis. Monere libet, libros veteres ita inter se discrepare, ut si has omnes variantes lectiones exscribere vellem, tempus male locare mihi viderer. Quare, ne tempus inaniter teram, majorem earum partem deinceps silentio præteribo. Attamen, si quem diversarum lectionum copia delectat, ei auctor sum, ut legat Combefisii *Basilium recensitum*, in quo, opinor, plus satis inveniet.

(49) Codices non pauci ἀπὸ τῆς δουλείας. Editi et Reg. tertius πρὸς τὴν δουλείαν. Ibidem καὶ διά. Vocula καί in nostris mss. non legitur. Verba, quæ in prius editis sequuntur, μὴ πολυπραγμονεῖν τὴν θεότητα, delevimus, fidem librorum antiquorum secuti.

Digitized by Google

sed cur necessitudinem cum Deo inieris, causam exposcis. Condiscito. Idcirco Deus in carne est, quia hanc carnem exsecratam oportebat sanctificari, debilem corroborari, e Deo abalienatam cum eo conjungi, delapsam a paradiso in cœlos reduci. Quænam vero est hujusce dispensationis officina? Virginis sanctæ corpus. Quænam autem generationis principia? Spiritus sanctus, et virtus Altissimi obumbrans. Imo potius ipsa Evangelii verba audi. « Cum enim esset, inquit, desponsata mater **598** ejus Maria Joseph, antequam convenirent, inventa est in utero habens de Spiritu sancto [47]. » Et virgo, et viro desponsata, habita est idonea ad hujus dispensationis ministerium, ut et virginitas honori esset, et matrimonium non contemneretur. Virginitas enim ut ad sanctimoniam apta, selecta est: per desponsationem vero comprehensa sunt initia nuptiarum. Simul autem, ut et Joseph puritatis Mariæ esset testis domesticus, et ne foret calumniis obnoxia, quasi virginitatem contaminasset, sponsum habebat vitæ custodem. Possum et aliam quamdam rationem proferre, nihilo his quas protulimus viliorem, quod videlicet idoneum ad Incarnationem Domini tempus olim præfinitum, et ante conditum orbem prædestinatum, tunc instaret, in quo Spiritum sanctum et Altissimi virtutem oportebat carnem illam Dei gestatricem conformare. Quoniam vero illa hominum ætas nihil puritati Mariæ æquandum habebat, sic ut Spiritus sancti susciperet operationem, occupata autem jam erat per desponsationem, electa est beata Virgo, nihil ex desponsatione virginitate læsa. Allata est alia ratio a quodam ex antiquis, videlicet excogitatam fuisse Josephi desponsationem, ut Mariæ virginitas mundi hujus principem lateret. Nam in Virgine adhibitus est desponsationis apparatus, quasi quædam hæsitandi occasio daretur maligno illi, qui jam pridem virgines observabat, ex quo audierat prophetam dicentem: « Ecce virgo concipiet, et pariet filium [48]. » Deceptus igitur est per desponsationem virginitatis insidiator ille. Noverat enim imperium suum per Domini apparitionem, quæ in carne futura erat destructum iri.

4. « Antequam convenirent, inventa est in utero habens de Spiritu sancto. » Utrumque invenit Joseph, tum graviditatem, tum causam, quod scilicet esset ex Spiritu sancto. Quapropter veritus talis mulieris vir appellari, « Voluit occulte dimittere eam [49]. » non ausus quæ in ea contigerant, patefacere. Cum autem justus esset, mysteriorum assecutus est re-

πῶς οἰκειωθῇς τῷ Θεῷ, ἐπιζητεῖς τὴν αἰτίαν. Μάνθανε, ὅτι διὰ τοῦτο Θεὸς ἐν σαρκὶ, ἐπειδὴ ἔδει τὴν καταραθεῖσαν σάρκα ταύτην ἁγιασθῆναι, τὴν ἀσθενήσασαν ἐνδυναμωθῆναι, τὴν ἀλλοτριωθεῖσαν Θεοῦ, ταύτην οἰκειωθῆναι αὐτῷ, τὴν ἐκπεσοῦσαν τοῦ παραδείσου, ταύτην εἰς οὐρανοὺς ἀναχθῆναι. Καὶ τί τὸ ἐργαστήριον τῆς οἰκονομίας ταύτης; Παρθένου ἁγίας σῶμα. Τίνες δὲ ἀρχαὶ τῆς γεννήσεως; Πνεῦμα ἅγιον, καὶ δύναμις Ὑψίστου ἐπισκιάζουσα. Μᾶλλον δὲ αὐτῶν ἄκουε τῶν τοῦ Εὐαγγελίου ῥημάτων. « Μνηστευθείσης γάρ, φησὶ, τῆς μητρὸς αὐτοῦ Μαρίας τῷ Ἰωσὴφ, πρὶν ἢ συνελθεῖν αὐτοὺς, εὑρέθη ἐν γαστρὶ ἔχουσα ἐκ Πνεύματος ἁγίου. » Καὶ παρθένος (50), καὶ μεμνηστευμένη ἀνδρὶ, ἐπιτηδεία πρὸς τὴν τῆς οἰκονομίας διακονίαν ἐκρίθη, ἵνα καὶ ἡ παρθενία τιμηθῇ, καὶ ὁ γάμος μὴ φαυλισθῇ. Ἡ παρθενία μὲν γὰρ ὡς ἐπιτηδεία πρὸς ἁγιασμὸν ἐξελέγη (51)· διὰ δὲ τῆς μνηστείας αἱ ἀρχαὶ τοῦ γάμου συμπαρελήφθησαν. Ὁμοῦ δὲ, ἵνα καὶ μάρτυς οἰκεῖος ᾖ τῆς καθαρότητος Μαρίας ὁ Ἰωσὴφ, καὶ μὴ ἔκδοτος εἴη τοῖς συκοφάνταις ὡς τὴν παρθενίαν βεβηλώσασα, μνηστῆρα εἶχε τοῦ βίου φύλακα. Ἔχω τινὰ καὶ ἄλλον λόγον εἰπεῖν οὐδὲν ἀτιμότερον τῶν εἰρημένων, ὅτι ὁ ἐπιτήδειος πρὸς τὴν ἐνανθρώπησιν τοῦ Κυρίου καιρὸς, πάλαι προωρισμένος καὶ προδιατεταγμένος πρὸ καταβολῆς (52) κόσμου, τότε ἐνειστήκει, καθ' ὃν ἔδει τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον καὶ τὴν δύναμιν τοῦ Ὑψίστου τὴν θεοφόρον ἐκείνην συστήσασθαι σάρκα. Ἐπειδὴ δὲ ὁμότιμον τῆς καθαρότητος Μαρίας οὐκ εἶχεν ἡ κατ' ἐκείνην γενεὰ τῶν ἀνθρώπων, ὥστε ἐνέργειαν τοῦ Πνεύματος ὑποδέξασθαι, προκατείληπτο δὲ διὰ τῆς μνηστείας, ἐξελέγη ἡ μακαρία Παρθένος, οὐδὲν τῆς παρθενίας ἐκ τῆς μνηστείας παραβλαβείσης. Εἴρηται δὲ τῶν παλαιῶν τινι καὶ ἕτερος λόγος, ὅτι ὑπὲρ τοῦ λαθεῖν τὸν ἄρχοντα τοῦ αἰῶνος τούτου τὴν παρθενίαν τῆς Μαρίας ἡ τοῦ Ἰωσὴφ ἐπενοήθη μνηστεία. Οἱονεὶ γὰρ μετεωρισμὸς τῷ πονηρῷ τὸ σχῆμα τῆς μνηστείας περὶ τὴν Παρθένον ἐπενοήθη πάλαι ἐπιτηροῦντι τὰς παρθένους, ἀφ' οὗ ἤκουσε τοῦ προφήτου λέγοντος· « Ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ λήψεται, καὶ τέξεται υἱόν. » Ἀπεδουκολήθη οὖν διὰ τῆς μνηστείας ὁ ἐπίβουλος τῆς παρθενίας. Ἤδει γὰρ κατάλυσιν τῆς ἰδίας ἀρχῆς τὴν διὰ σαρκὸς ἐπιφάνειαν τοῦ Κυρίου γενησομένην.

4. « Πρὶν ἢ συνελθεῖν αὐτοὺς, εὑρέθη ἐν γαστρὶ ἔχουσα ἐκ Πνεύματος ἁγίου. » Ἀμφότερα εὗρεν ὁ Ἰωσὴφ, καὶ τὴν κύησιν, καὶ τὴν αἰτίαν, ὅτι ἐκ Πνεύματος ἁγίου. Διὸ, φοβηθεὶς τοιαύτης γυναικὸς ἀνὴρ ὀνομάζεσθαι, « Ἠβουλήθη λάθρα ἀπολῦσαι αὐτὴν, » μὴ τολμήσας δημοσιεῦσαι τὰ κατ' αὐτήν. Δίκαιος δὲ ὢν, ἔτυχε τῆς ἀποκαλύψεως τῶν μυστη-

[47] Matth. I, 18. [48] Isa. VII, 14. [49] Matth. I, 19.

(50) Sic mss. nonnulli. Editi παρθένος ἦν... καὶ ἐπιτηδεία.

(51) Ita veteres libri. Editi ἁγιασμὸν ἐξελέχθη. Illud, quod mox sequitur, ὁ Ἰωσὴφ, in nostris mss. non invenitur.

(52) Editi et aliquot mss. ἀπὸ καταβολῆς. At unus codex Combef. πρὸ καταβολῆς. Statim editi et mss. aliquot τὴν θεοφόρον. Alii duo mss. τὴν χριστοφόρον. Lege Ducæum. Subinde codices Conbefisiani ὡς ἐνέργειαν.

Digitized by Google

ρίων. « Ταῦτα γὰρ αὐτοῦ ἐνθυμηθέντος, ἄγγελος Κυρίου ἐφάνη αὐτῷ κατ' ὄναρ, λέγων· Μὴ φοβηθῇς παραλαβεῖν Μαριὰμ τὴν γυναῖκά σου. » Μηδ' ἐκεῖνο ἐνθυμηθῇς, ὅτι ὑπονοίαις ἀτόποις συσκιάσεις τὸ ἁμάρτημα. Δίκαιος γὰρ προσηγορεύθης· οὐ πρὸς δικαίου δὲ ἀνδρὸς σιωπῇ τὰς παρανομίας ἐπικαλύπτειν. « Μὴ φοβηθῇς παραλαβεῖν Μαριὰμ τὴν γυναῖκά σου. » Ἔδειξεν, ὅτι οὐκ ἠγανάκτει, οὐδὲ ἐβδελύσσετο, ἀλλ' ἐφοβεῖτο αὐτὴν ὡς Πνεύματος ἁγίου πεπληρωμένην. « Τὸ γὰρ ἐν αὐτῇ γεννηθὲν ἐκ Πνεύματός ἐστιν ἁγίου. » Καὶ ἐντεῦθεν δῆλον, ὅτι οὐ κατὰ τὴν κοινὴν φύσιν τῆς σαρκὸς ἡ σύστασις ἐγένετο τῷ Κυρίῳ. Εὐθὺς γὰρ τέλειον ἦν τῇ σαρκὶ τὸ κυοφορούμενον, οὐ ταῖς κατὰ μικρὸν διαπλάσεσι μορφωθὲν, ὡς δηλοῖ τὰ ῥήματα. Οὐ γὰρ εἴρηται, Τὸ κυηθὲν, ἀλλὰ, « Τὸ γεννηθέν. » Ἐξ ἁγιωσύνης οὖν ἡ σὰρξ B συμπαγεῖσα, ἀξία ἦν τῇ θεότητι τοῦ Μονογενοῦς ἑνωθῆναι. « Τέξεται δὲ υἱὸν, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν. » Τετηρήκαμεν, ὅτι οἷς ἐξεπίτηδες τίθενται τὰ ὀνόματα, ἔνδειξιν ἔχει τῆς ὑποκειμένης φύσεως (53), ὡς τῷ Ἀβραὰμ, καὶ τῷ Ἰσαὰκ, καὶ τῷ Ἰσραήλ. Τούτων γὰρ ἑκάστου ἡ προσηγορία οὐ μᾶλλον τὸν τοῦ σώματος χαρακτῆρα ἢ τὸ ἰδίωμα τῆς κατορθουμένης ὑπ' αὐτῶν ἀρετῆς παρεδήλου. Διὰ τοῦτο καὶ νῦν Ἰησοῦς προσαγορεύεται, τουτέστι « Σωτηρία λαοῦ. » Ἤδη δὲ καὶ τὸ πρὸ αἰώνων διατεταγμένον μυστήριον, καὶ πάλαι διὰ τῶν προφητῶν κηρυχθὲν, τὴν ἔκβασιν εἶχεν. « Ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ λήψεται, καὶ τέξεται υἱὸν, καὶ καλέσουσι τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἐμμανουήλ· ὅ ἐστι μεθερμηνευόμενον, C Μεθ' ἡμῶν ὁ Θεός. » Πάλαι κἀκείνη (54) ἡ προσηγορία τοῦ παντὸς μυστηρίου τὴν δήλωσιν ἔχει, ὅτι Θεὸς ἐν ἀνθρώποις, ἐπειδὴ ἑρμηνεύεται, φησὶ, τὸ Ἐμμανουὴλ « Μεθ' ἡμῶν ὁ Θεός. » Καὶ μηδεὶς περιτρεπέσθω ταῖς Ἰουδαϊκαῖς ἐπηρείαις, οἵ φασιν οὐχὶ παρθένον, ἀλλὰ νεᾶνιν εἰρῆσθαι παρὰ τοῦ προφήτου. « Ἰδοὺ γὰρ, φησὶν, ἡ νεᾶνις ἐν γαστρὶ λήψεται. » Πρῶτον μὲν γὰρ πάντων ἐστὶν ἀλογώτατον τὸ παρὰ τοῦ Κυρίου ἀντὶ σημείου δοθὲν, τοῦτο κοινὸν ὂν καὶ ὑπὸ πάσης τῆς φύσεως ὁμολογούμενον εἶναι δοκεῖν. Τί γάρ φησιν ὁ προφήτης; « Καὶ προσέθετο Κύριος λαλῆσαι τῷ Ἄχαζ, λέγων· Αἴτησαι σεαυτῷ σημεῖον παρὰ Κυρίου τοῦ Θεοῦ σου εἰς βάθος ἢ εἰς ὕψος. Καὶ εἶπεν Ἄχαζ· Οὐ μὴ αἰτήσω, οὐδ' οὐ (55) μὴ πειράσω Κύριον. » Εἶτα μετ' ὀλίγα φησίν· « Διὰ D τοῦτο δώσει Κύριος αὐτὸς ὑμῖν σημεῖον. Ἰδοὺ ἡ Παρθένος ἐν γαστρὶ λήψεται. » Ἐπειδὴ γὰρ οὐκ ᾔτησε τὸ εἰς βάθος ἢ εἰς ὕψος σημεῖον ὁ Ἄχαζ, ἵνα μάθῃς, ὅτι ὁ καταβὰς εἰς τὰ κατώτερα μέρη τῆς γῆς, αὐτός ἐστι καὶ ὁ ἀναβὰς ὑπεράνω πάντων τῶν οὐρανῶν, αὐτὸς ὁ Κύριος ἔδωκε σημεῖον· σημεῖον δὲ παράδοξόν τι καὶ τεραστικὸν, καὶ παρὰ πολὺ τῆς κοινῆς παρηλλαγμένον φύσεως. Ἡ αὐτὴ γυνὴ καὶ

velationem. « Hæc enim eo cogitante, angelus Domini apparuit ei in somnis, dicens: Noli timere accipere Mariam conjugem tuam [50]. » Neque illud cogitaveris, obumbraturum te peccatum absonis quibusdam commentis. Nam vocatus es justus; non est autem viri justi, silentio scelera contegere. « Noli timere accipere Mariam conjugem tuam. » Ostendit se indignatum ei non fuisse, neque ipsam aversatum, sed veritum esse se eam tanquam Spiritu sancto repletam. « Quod enim in ea generatum est, de Spiritu sancto est [51]. » Et inde compertum est, non secundum communem carnis naturam fuisse Domini compagem. Statim enim carne perfectum erat quod utero gestabatur, non, ut indicant verba, per conformationes paulatim formam accepit. Non enim dictum est: Quod conceptum est, sed, « Quod generatum est. » Caro igitur ex sanctitate compacta, digna erat, quæ Unigeniti conjungeretur divinitati. « Pariet autem **599** filium, et vocabis nomen ejus Jesum [52]. » Observavimus, quibus de industria nomina imponuntur, in his per ea naturam subjectam ostendi, ut Abrahamo, Isaaco, Israeli. Horum enim appellatio non corporis characterem magis quam virtutis ab eis excultæ proprietatem significabat. Idcirco etiam nunc Jesus vocatur, hoc est, « Salus populi. » Jam vero mysterium et ante sæcula ordinatum, et olim per prophetas nuntiatum, exitum habuit. « Ecce virgo in utero suscipiet, et pariet filium, et vocabunt nomen ejus Emmanuel; quod est interpretatum, Nobiscum Deus [53]. » Atque hæc appellatio jam a longo tempore mysterium totum declarat, fore videlicet, ut Deus inter homines versaretur, quandoquidem, inquit, vocem Emmanuel si interpreteris, sonat « Nobiscum Deus. » Nec quisquam Judaicis fraudibus pervertatur, qui aiunt, non virginem, sed puellam dictam esse a propheta. « Ecce enim, inquit, puella in utero suscipiet [54]. » Primum enim res est omnium absurdissima, quod a Domino pro signo traditum est, id existimare commune esse, et omnis naturæ confessione notum. Ecquid enim, ait propheta? « Et adjecit Dominus loqui ad Achaz, dicens: Pete tibi signum a Domino Deo tuo in profundum, sive in excelsum. Et dixit Achaz: Non petam, et non tentabo Dominum [55]. » Mox paucis interjectis subjungit: « Propter hoc dabit Dominus ipse vobis signum. Ecce Virgo in utero suscipiet [56]. » Quoniam enim non petivit Achaz signum, neque in profundum, neque in excelsum, ut disceres eum qui in inferiores terræ partes descendit, eumdem esse qui et ascendit super cœlos omnes [57], idcirco Dominus ipse signum dedit; signum autem inauditum, et prodigiosum, et valde a communi natura alienum.

[50] Matth. I, 20. [51] ibid. [52] ibid. 21. [53] ibid. 23. [54] Isa. VII, 14. [55] ibid. 10-12. [56] ibid. 14. [57] Ephes. IV, 9.

(53) Editi φύσεως τὰ σύμβολα, ὡς. Libri veteres φύσεως, ὡς.

(54) Sic mss. Combefisiani et Reg. primus. Editi Πάλιν κἀκείνη.

(55) Ita veteres libri. At editi οὐδὲ μή.

Digitized by Google

Eadem mulier et virgo et mater, et in virginitatis sanctimonia manens, et gignendæ prolis benedictionem sortita. Quod si nonnulli ex his qui Hebraicam vocem interpretati sunt pro virgine puellam reddidere, tamen nihil vitiatur sententia. Invenimus enim id in more Scripturæ positum, ut puella pro virgine sæpe usurpetur, velut ait in Deuteronomio : « Si quis invenerit puellam virginem, quæ desponsata non sit, et vim faciens dormierit cum ea, et deprehensus fuerit, dabit homo, qui dormivit cum ea, patri puellæ quinquaginta didrachmata [58]. »

5. « Et expergefactus accepit uxorem suam [59]. » Quanquam et affectu, et amore, et omni studio conjugibus convenienti uxorem suam esse rebatur, tamen a nuptialibus operibus abstinuit. « Non enim, inquit, cognoscebat eam, donec peperit filium suum primogenitum [60]. » Jam autem hinc oritur suspicio, Mariam posteaquam generationi Domini per Spiritum sanctum factæ pure inservivit, tum demum consueta nuptiarum opera non denegasse. Nos autem, etiamsi hoc pietatis doctrinam nihil lædat, **600** (siquidem ad dispensationis usque ministerium necessaria erat virginitas : quod vero postea evenit, id ratio mysterii curiosius inquirere non cogit), cum tamen Christi amantes audire non sustineant quod Deipara aliquando desierit esse virgo, testimonia illa sufficere arbitramur. Quod quidem attinet ad illud : « Non cognoscebat eam, donec peperit filium suum [61], » respondemus videri illud, « donec, » multis locis aliquod quidem tempus definitum indicare, sed tamen indefinitum vere significat. Quale est quod dictum est a Domino : « Et ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, usque ad consummationem sæculi [62]. » Non enim futurum erat, ut Dominus post hoc sæculum non amplius cum sanctis versaretur : sed promissio præsentis denotat perpetuitatem, non rescindit futurum. Eodem igitur modo hic etiam illud, « donec, » acceptum fuisse dicimus. Cum autem dictum est, « Primogenitum, » non continuo primogenitus habet comparationem ad succedentes : sed qui primum aperit uterum, primogenitus appellatur. Declarat autem et Zachariæ historia Mariam perpetuo virginem permansisse. Ferunt enim, et id ex traditione ad nos usque pervenit, Zachariam, cum Mariam in virginum loco post Domini partum posuisset, templum inter et aram occisum a Judæis fuisse, videlicet accusatum a populo, quod hac ratione confirmaret admirabile illud et perquam decantatum signum, virginem

παρθένος καὶ μήτηρ, καὶ ἐν τῷ ἁγιασμῷ τῆς παρθενίας μένουσα, καὶ τὴν τῆς τεκνογονίας εὐλογίαν κληρονομοῦσα. Εἰ δέ τινες τῶν ἑρμηνευσάντων τὴν Ἑβραΐδα φωνὴν ἀντὶ τῆς παρθένου τὴν νεᾶνιν ἐκδεδώκασιν, οὐδὲν τῷ λόγῳ διαλυμαίνεται (56). Εὑρήκαμεν γὰρ ἐν τῇ συνηθείᾳ τῆς Γραφῆς ἀντὶ τῆς παρθένου τὴν νεᾶνιν παραλαμβανομένην πολλάκις, ὡς ἐν τῷ Δευτερονομίῳ φησίν· « Ἐάν τις εὕρῃ τὴν παῖδα τὴν παρθένον, ἥτις οὐ μεμνήστευται, καὶ βιασάμενος κοιμηθῇ μετ' αὐτῆς, καὶ εὑρεθῇ, δώσει ὁ ἄνθρωπος ὁ κοιμηθεὶς μετ' αὐτῆς τῷ πατρὶ τῆς νεάνιδος πεντήκοντα δίδραχμα. »

3. « Καὶ ἐγερθεὶς παρέλαβε τὴν γυναῖκα αὐτοῦ. » Καὶ διαθέσει, καὶ στοργῇ, καὶ πάσῃ τῇ ἐπιβαλλούσῃ τοῖς συνοικοῦσιν ἐπιμελείᾳ γυναῖκα ἡγούμενος, τῶν γαμικῶν ἔργων ἀπείχετο. « Οὐκ ἐγίνωσκε γὰρ αὐτὴν, φησὶν, ἕως οὗ ἔτεκε τὸν υἱὸν αὐτῆς τὸν πρωτότοκον. » Τοῦτο δὲ ἤδη ὑπόνοιαν παρέχει, ὅτι (57) μετὰ τὸ καθαρῶς ὑπηρετήσασθαι τῇ γεννήσει τοῦ Κυρίου τῇ ἐπιτελεσθείσῃ διὰ τοῦ Πνεύματος τοῦ ἁγίου, τὰ νενομισμένα τοῦ γάμου ἔργα μὴ ἀπαρνησαμένης τῆς Μαρίας. Ἡμεῖς δὲ, εἰ καὶ μηδὲν τῷ τῆς εὐσεβείας παραλυμαίνεται λόγῳ (μέχρι γὰρ τῆς κατὰ τὴν οἰκονομίαν ὑπηρεσίας ἀναγκαία ἡ παρθενία, τὸ δ' ἐφεξῆς ἀπολυπραγμόνητον τῷ λόγῳ τοῦ μυστηρίου), ὅμως διὰ τὸ μὴ καταδέχεσθαι (58) τῶν φιλοχρίστων τὴν ἀκοὴν, ὅτι ποτὲ ἐπαύσατο εἶναι παρθένος ἡ Θεοτόκος, ἐκείνας ἡγούμεθα τὰς μαρτυρίας αὐτάρκεις. Πρὸς μὲν τὸ, ὅτι « Οὐκ ἐγίνωσκεν αὐτὴν ἕως οὗ ἔτεκε τὸν υἱὸν αὐτῆς, » ὅτι τὸ, « ἕως, » πολλαχοῦ χρόνου μέν τινα δοκεῖ περιορισμὸν ὑποφαίνειν, κατὰ δὲ τὴν ἀλήθειαν τὸ ἀόριστον δείκνυσιν. Ὁποῖόν ἐστι τὸ ὑπὸ τοῦ Κυρίου λεχθὲν τὸ, « Καὶ ἰδοὺ ἐγὼ μεθ' ὑμῶν εἰμι πάσας τὰς ἡμέρας ἕως τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος. » Οὐ γὰρ δήπου μετὰ τὸν αἰῶνα τοῦτον οὐκ ἔμελλε συνέσεσθαι τοῖς ἁγίοις ὁ Κύριος· ἀλλ' ἡ ἐπαγγελία τοῦ παρόντος τὸ διηνεκὲς σημαίνει, οὐκ ἔστιν ἀποκοπὴ τοῦ μέλλοντος. Τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον φαμὲν κἀνταῦθα παρειλῆφθαι τὸ, « ἕως. » Ἐπειδὴ δὲ εἴρηται, « Πρωτότοκον, » οὐ πάντως ὁ πρωτότοκος πρὸς τοὺς ἐπιγινομένους ἔχει τὴν σύγκρισιν, ἀλλ' ὁ πρῶτον διανοίγων μήτραν πρωτότοκος ὀνομάζεται. Δηλοῖ δὲ καὶ ἡ κατὰ τὸν Ζαχαρίαν ἱστορία, ὅτι μέχρι παντὸς παρθένος ἡ Μαρία. Λόγος γάρ τίς ἐστι, καὶ οὗτος ἐκ παραδόσεως εἰς ἡμᾶς ἀφιγμένος, ὅτι ὁ Ζαχαρίας, ἐν τῇ τῶν παρθένων χώρᾳ τὴν Μαριὰμ κατατάξας μετὰ τὴν τοῦ Κυρίου κύησιν, ὑπὸ τῶν Ἰουδαίων κατεφονεύθη μεταξὺ τοῦ ναοῦ καὶ τοῦ θυσιαστηρίου, ἐγκληθεὶς ὑπὸ τοῦ λαοῦ ὡς διὰ τούτου κατασκευάζων τὸ παράδοξον ἐκεῖνο καὶ πολυύμνητον

[58] Deut. xxii, 28, 29. [59] Matth. i, 24. [60] ibid. 25. [61] ibid. 26. [62] Matth. xxviii, 20.

3. Præterea sibi ipsi accersit, qui ejusmodi est, judicium quoque Apostoli, dicentis : « Qui manducat et bibit indigne, judicium sibi manducat et bibit, non dijudicans corpus Domini [9]. » Etenim non horrendum modo judicium inest ei, qui in carnis ac spiritus inquinamento indigne ad sancta accedit; cum enim accedit, reus fit corporis et sanguinis Domini; sed etiam ei, qui otiose inutiliterque edit ac bibit, quod non per memoriam Jesu Christi Domini nostri, qui pro nobis mortuus est et resurrexit, servat quod dictum est : « Charitas Christi constringit nos, judicantes hoc, quod si unus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt, » et quæ sequuntur. Nam velut citra conscientiam et inutiliter bonum tantum ac tale irritum faciens, velutque ingrate ad hujusmodi mysterium accedens, negligentiæ ac segnitiei judicio obnoxium se præstat, cum Dominus eos, qui vel otiosum verbum proferunt, non sinat esse injudicatos [7], et vehementius quoque inertiæ judicium declaret, in eo qui in otio talentum servavit integrum [8], Apostolus vero nobis tradiderit, quod et qui verbum bonum profert, nec ad fidei ædificationem dispensat, contristet Spiritum sanctum [9], et ita debemus judicium illius, qui indigne edit ac bibit, considerare. Quod si etiam is, qui fratri propter cibum molestiam creat, a charitate excidit [10], sine qua et donorum etiam magnorum et justificationum opera nihil prosunt [11], quid quis dixerit de eo, qui otiose inutiliterque corpus edere, et sanguinem Domini nostri Jesu Christi bibere non veretur, ob idque amplius Spiritum sanctum contristat, quique citra constringentem charitatem (ita ut non sibi ipsi, sed ei qui pro nobis mortuus est et resurrexit Jesu Christo Domino nostro vivere apud se statuat) edere ac bibere audet? Oportet igitur, qui ad corpus et sanguinem Christi in recordationem illius qui pro nobis mortuus est et resurrexit, accedit, eum non ab omni solum carnis et spiritus inquinamento purum esse, ut ne in judicium edat et bibat, sed efficaciter etiam memoriam illius qui pro nobis mortuus est ac resurrexit, exprimere in eo quod mortificatus est peccato mundoque et sibi ipsi, vivat autem Deo in Christo Jesu Domino nostro.

[8] Joan. VI, 64. [9] I Cor. XI, 29. [7] Matth. XII, 36. XIV, 15. [11] I Cor. XIII, 1 sqq. [8] Matth. XXV, 25-29. [9] Ephes. IV, 29. [10] Rom.

(67) Antiqui duo libri Προσερχόμενος γάρ. Editi Προτερχόμενος δέ. Statim Reg. primus ἀλλὰ καὶ ὁ. Articulus desiderabatur in vulgatis. Quod hoc loco ait scriptor, id Combefisio gravius ac durius videtur. Sed tamen quod dixit, vere ab eo dici potuit; cum quicunque qui otiose ac inutiliter ad sancta accedit, metuendum quidem judicium subiturus sit, sed non tale tamen, quale futurum est eorum qui accedunt in inquinamento carnis ac spiritus. Inter cætera quæ Scultetus non vere ex Basilio protulit ad suam falsam opinionem confirmandam, et hic quoque locus invenitur : sed, ut verum fatear, quid eum juvare possit, non video. Imo quæ hoc toto loco scripta sunt, vel negligenter legenti videbuntur aptissima ac efficacissima ad Catholicum dogma stabiliendum.

(68) Unus mss. κρίνοντας.

(69) Nostri tres mss. ἑαυτοῖς. Editi ἑαυτῷ.

(70) Reg. secundus, perinde ut editi, ἐναργῶς, *evidenter*. Alii duo mss. ἐνεργῶς, *efficaciter*, rectius.

Digitized by Google

LIBER SECUNDUS.

652 QUÆSTIO I.

An quisquis baptizatus est baptismate, quod in Evangelio Domini nostri Jesu Christi traditur, debeat mortuus quidem esse peccato, Deo vero in Christo Jesu vivere.

RESPONSIO.

1. Si quotquot regnum Dei concupiscimus, gratiam baptismatis æqualiter ac necessario nobis paramus, eaque opus habemus, juxta hanc sententiam a Domino prolatam : « Nisi quis natus fuerit ex aqua et spiritu, non potest introire in regnum Dei [13], » omnes igitur pariter debemus eamdem baptismatis rationem sequi, cum Apostolus generatim baptizatis omnibus dicat, « An ignoratis, fratres, quod quicunque baptizati sumus in Christo Jesu, in morte ipsius baptizati sumus? Consepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem, ut, quomodo surrexit Christus a mortuis per gloriam Patris, ita et nos in novitate vitæ ambulemus [15], » etc. Et alibi modo ad pudorem incutiendum aptiori clariusque tradit ejusmodi dogma, dicens : « Quicunque baptizati estis in Christo, Christum induistis. Non est Judæus, neque Græcus : non est servus, neque liber ; non est masculus et femina. Omnes enim vos unus estis in Christo Jesu [14]. » Quemadmodum rursus ad omnes dicit : « In quo et circumcisi estis circumcisione non manu facta, in exspoliatione corporis peccatorum carnis, in circumcisione Christi, consepulti ei in baptismo, in quo et consurrexistis per fidem [15]. » Quisquis igitur Evangelii baptismate baptizatus est, debet secundum Evangelium vivere, etiam ob ea quæ alibi dixit : « Testificor rursus omni homini circumcidenti se, quoniam debitor est universæ legis faciendæ [16]. »

2. Itaque plane constat, quemque uno baptismate baptizatum, uti scriptum est, juxta modum ejus, qui pro nobis mortuus est et resurrexit, ex æquo implere debere quod ab ipso Apostolo scriptum est : « Nam charitas Christi constringit nos, judicantes illud, quod si unus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt, et pro omnibus mortuus est, ut qui vivunt, jam non sibi vivant, sed ei qui pro ipsis mortuus est et resurrexit. » Si enim qui circumcisus est parte aliqua corporis, juxta Moysis circumcisionem, debet legem totam servare, quanto magis qui secundum Christi circumcisionem circumcisus est [17], propterea quod exuit totum corpus peccatorum carnis, sicut scriptum est,

[13] Joan. III, 5. [14] Rom. VI, 3, 4. [15] Galat. III, 27, 28. [16] Coloss. II, 11, 12. [17] Galat. V, 3. [17] Coloss. II, 11.

(71) Antiqui duo libri ἐπιποθοῦντες. Index capitum hujusce libri invenitur in Reg. primo.

(72) Unus mss. ἐν τῷ βαπτισμῷ. Alius ἐν τῷ βαπτίσματι. Particula ἐν deest in vulgatis.

(73) Veteres duo libri νόμον πληρῶσαι. Mox editi τὸ ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ βάπτισμα. Nostri tres mss. ut in contextu.

(74) Reg. primus ὑπὲρ αὐτῶν. Editi ὑπὲρ ἡμῶν. Haud longe idem codex νόμον πληρῶσαι.

ΛΟΓΟΣ ΔΕΥΤΕΡΟΣ.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ Α'.

Εἰ πᾶς ὁ βαπτισθεὶς τὸ ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ βάπτισμα ὀφειλέτης ἐστὶ νεκρὸς μὲν εἶναι τῇ ἁμαρτίᾳ, ζῆν δὲ τῷ Θεῷ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ.

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

1. Εἰ πάντες οἱ τῆς βασιλείας τοῦ Θεοῦ ἐπιθυμοῦντες (71) τῆς τοῦ βαπτίσματος χάριτος ὁμοίως καὶ ἀναγκαίως ἀντιποιούμεθα καὶ ἐπιδεόμεθα, κατὰ τὴν τοῦ Κυρίου ἀπόφασιν, εἰπόντος· « Ἐὰν μή τις γεννηθῇ ἐξ ὕδατος καὶ πνεύματος, οὐ δύναται εἰσελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ, » πάντες ἄρα ὁμοίως ἐσμὲν ὀφειλέται τῷ αὐτῷ λόγῳ στοιχεῖν τοῦ βαπτίσματος, τοῦ Ἀποστόλου κοινῶς πᾶσι τοῖς βαπτισθεῖσι λέγοντος· « Ἢ ἀγνοεῖτε, ἀδελφοί, ὅτι ὅσοι ἐβαπτίσθημεν εἰς Χριστὸν Ἰησοῦν, εἰς τὸν θάνατον αὐτοῦ ἐβαπτίσθημεν ; Συνετάφημεν οὖν αὐτῷ διὰ τοῦ βαπτίσματος εἰς τὸν θάνατον, ἵνα, ὥσπερ ἠγέρθη Χριστὸς ἐκ νεκρῶν διὰ τῆς δόξης τοῦ Πατρὸς, οὕτω καὶ ἡμεῖς ἐν καινότητι ζωῆς περιπατήσωμεν, » καὶ τὰ ἑξῆς. Καὶ ἐν ἑτέρῳ τόπῳ ἐντρεπτικώτερον καὶ σαφέστερον ἡμῖν παραδίδωσι τοιοῦτον δόγμα, εἰπών· « Ὅσοι εἰς Χριστὸν ἐβαπτίσθητε, Χριστὸν ἐνεδύσασθε. Οὐκ ἔνι Ἰουδαῖος, οὐδὲ Ἕλλην· οὐκ ἔνι δοῦλος, οὐδὲ ἐλεύθερος· οὐκ ἔνι ἄρσεν καὶ θῆλυ. Πάντες γὰρ ὑμεῖς εἷς ἐστε ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. » Καθὼς πάλιν πρὸς πάντας φησίν· « Ἐν ᾧ καὶ περιετμήθητε περιτομῇ ἀχειροποιήτῳ, ἐν τῇ ἀπεκδύσει τοῦ σώματος τῶν ἁμαρτιῶν τῆς σαρκὸς, ἐν τῇ περιτομῇ τοῦ Χριστοῦ, συνταφέντες αὐτῷ ἐν τῷ βαπτίσματι (72), ἐν ᾧ καὶ συνηγέρθητε διὰ τῆς πίστεως. » Ἆρα πᾶς ὁ βαπτισθεὶς τὸ τοῦ Εὐαγγελίου βάπτισμα ὀφειλέτης ἐστὶ κατὰ τὸ Εὐαγγέλιον ζῆν καὶ δι' ὧν εἶπεν ἀλλαχοῦ· « Μαρτύρομαι πάλιν παντὶ ἀνθρώπῳ περιτεμνομένῳ, ὅτι ὀφειλέτης ἐστὶν ὅλον τὸν νόμον ποιῆσαι (73). »

2. Σαφῶς οὖν συνίσταται, ὅτι πᾶς ὁ βαπτισθεὶς τὸ ἓν βάπτισμα, καθὼς γέγραπται, ἐπίσης ὀφειλέτης ἐστὶ κατὰ τὸν λόγον τοῦ ὑπὲρ ἡμῶν ἀποθανόντος καὶ ἐγερθέντος πληρῶσαι τὸ γεγραμμένον ὑπ' αὐτοῦ τοῦ Ἀποστόλου. « Ἡ γὰρ ἀγάπη τοῦ Χριστοῦ συνέχει ἡμᾶς, κρίναντας τοῦτο, ὅτι, εἰ εἷς ὑπὲρ πάντων ἀπέθανεν, ἄρα οἱ πάντες ἀπέθανον· καὶ ὑπὲρ πάντων ἀπέθανεν, ἵνα οἱ ζῶντες μηκέτι ἑαυτοῖς ζῶσιν, ἀλλὰ τῷ ὑπὲρ αὐτῶν (74) ἀποθανόντι καὶ ἐγερθέντι. » Εἰ γὰρ ὁ περιτμηθεὶς μέρος τι τοῦ σώματος, τὴν κατὰ Μωϋσῆν περιτομὴν, ὀφειλέτης ἐστὶν ὅλον τὸν νόμον ποιῆσαι, πόσῳ μᾶλλον ὁ περιτμηθεὶς τὴν κατὰ Χριστὸν περιτομὴν ἐν τῇ ἀπεκδύσει ὅλου τοῦ σώματος τῶν ἁμαρτιῶν τῆς σαρκὸς, καθὼς γέγραπται, ὀφει-

Digitized by Google

λέτης ἐστὶ πληρῶσαι τὸ ὑπὸ τοῦ Ἀποστόλου εἰρημένον, « Ἐγὼ τῷ κόσμῳ ἐσταύρωμαι, καὶ ὁ κόσμος ἐμοί· ζῶ δὲ οὐκέτι ἐγώ, ζῇ δὲ ἐν ἐμοὶ ὁ Χριστός; » Ὥστε ὁ ἀληθῶς, κατὰ τὸν λόγον τοῦ Ἀποστόλου, βαπτισθεὶς εἰς τὸν θάνατον τοῦ Χριστοῦ, ἐνέκρωσε μὲν ἑαυτὸν καὶ τῷ κόσμῳ, πολὺ δὲ πρότερον τῇ ἁμαρτίᾳ, κατὰ τὸ ὑπὸ τοῦ (75) Ἀποστόλου εἰρημένον ἐν τῷ περὶ τοῦ βαπτίσματος λόγῳ, ὅτι « Ὁ παλαιὸς ἡμῶν ἄνθρωπος συνεσταυρώθη, ἵνα καταργηθῇ τὸ σῶμα τῆς ἁμαρτίας, τοῦ μηκέτι δουλεύειν ἡμᾶς τῇ ἁμαρτίᾳ. » Ἀπαράβατον δὲ συνθήκην κατέθετο τοῦ ἀκολουθεῖν ἐν πᾶσι τῷ Κυρίῳ, ὅπερ ἐστὶ ζῆν τῷ Θεῷ ὁλοκλήρως, δι' ὅλου πληρῶν τὰ ὑπὸ τοῦ Ἀποστόλου εἰρημένα· ποτὲ μὲν, « Παρακαλῶ οὖν (76) ὑμᾶς, ἀδελφοὶ, διὰ τῶν οἰκτιρμῶν τοῦ Θεοῦ παραστῆσαι τὰ σώματα ὑμῶν θυσίαν ζῶσαν, ἁγίαν, εὐάρεστον τῷ Θεῷ, τὴν λογικὴν λατρείαν ὑμῶν, » καὶ τὰ ἑξῆς· ποτὲ δὲ, « Μὴ οὖν βασιλευέτω ἡ ἁμαρτία ἐν τῷ θνητῷ ὑμῶν σώματι, εἰς τὸ ὑπακούειν αὐτῇ ἐν ταῖς ἐπιθυμίαις αὐτοῦ· μηδὲ παριστάνετε τὰ μέλη ὑμῶν ὅπλα ἀδικίας τῇ ἁμαρτίᾳ· ἀλλὰ παραστήσατε ἑαυτοὺς τῷ Θεῷ, ὡς ἐκ νεκρῶν ζῶντας, καὶ τὰ μέλη ὑμῶν ὅπλα δικαιοσύνης τῷ Θεῷ· » ἐν τούτοις δὲ καὶ τοῖς τοιούτοις δόγμασι πάλιν λέγων· « Οὐκ ἔνι Ἰουδαῖος, οὐδὲ Ἕλλην· οὐκ ἔνι δοῦλος, οὐδὲ ἐλεύθερος· οὐκ ἔνι ἄρσεν, οὐδὲ θῆλυ (77)· πάντες γὰρ ὑμεῖς εἷς ἐστε ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, » ἵνα ἄξιοι γενώμεθα οἱ πάντες, ὡς εἷς, ἀκοῦσαι· « Εὖ γε, ἀγαθὲ δοῦλε· ἐπὶ ὀλίγα ἦς πιστὸς, ἐπὶ πολλῶν σε καταστήσω· εἴσελθε εἰς τὴν χαρὰν τοῦ Κυρίου σου. » Ἧς καταξιούμεθα, ἐὰν ἕκαστος ἡμῶν ἐν ᾧ ἐκλήθη καὶ ἐκληρώθη, δι' ἐπιμελείας περισσοτέρας καὶ ἀόκνου σπουδῆς πολυπλασιάσῃ τὴν μερισθεῖσαν αὐτῷ χάριν, καθὼς γέγραπται.

A adimplere debet quod Apostolus dixit : « Ego mundo crucifixus sum, et mundus mihi [18] : vivo autem jam non ego, vivit vero in me Christus [19] ? » Quare qui vere, juxta Apostoli verba, in mortem Christi baptizatus est, scipsum et mundo mortificavit, et multo magis peccato, **653** prout ab Apostolo, ubi de baptismate sermo habetur, dictum est : « Vetus homo noster simul crucifixus est, ut destruatur corpus peccati, ut ultra non serviamus peccato [20]. » Nam inviolate pactus est Christum in omnibus sequi, quod est Deo integre vivere, implens omnino quæ dicta sunt ab Apostolo ; nunc quidem, « Obsecro itaque vos, fratres, per misericordiam Dei, ut exhibeatis corpora vestra hostiam viventem, sanctam, Deo placentem, rationalem vestrum cultum [21], » et quæ sequuntur ; nunc vero : « Non ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore, ut obediatis ei in concupiscentiis ejus : neque exhibeatis membra vestra arma iniquitatis peccato, sed exhibete vos Deo, tanquam ex mortuis viventes, et membra vestra arma justitiæ Deo [22]. » Atque etiam juxta hæc et ejusdem generis dogmata rursus dicit : « Non est Judæus, neque Græcus ; non est servus, neque liber ; non est masculus, neque femina : omnes enim vos unus estis in Christo Jesu [23], » ut digni reddamur omnes, veluti unus, qui id audiamus : « Adesdum, serve bone ; super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam ; intra in gaudium Domini tui [24]. » Quo habebimur digni, si quisque nostrum in quo vocatus est et electus, cura ampliore et studio impigro impertitam sibi gratiam, uti scriptum est [25], reddiderit auctiorem.

B

C

ΕΡΩΤΗΣΙΣ Β'.

Εἰ ἀκίνδυνόν ἐστι μὴ καθαρεύοντα τὴν καρδίαν ἀπὸ συνειδήσεως πονηρᾶς, ἢ ἀκαθαρσίας, ἢ μολυσμοῦ, ἱερατεύειν.

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

Μωϋσῆς μὲν, τύπον διδοὺς τοῖς τότε, πρὸς νουθεσίαν δὲ ἡμετέραν, ἐν τῷ νόμῳ τῷ παρὰ τοῦ Θεοῦ δοθέντι γράφει· « Καὶ εἶπε Κύριος πρὸς Μωϋσῆν λέγων (78)· Εἰπὸν πρὸς Ἀαρὼν λέγων· Ἄνθρωπος ἐκ τοῦ γένους σου εἰς τὰς γενεὰς ὑμῶν, ὃς ἔχει ἐν ἑαυτῷ μῶμον, οὐ προσελεύσεται προσφέρειν τὰ δῶρα τῷ Θεῷ αὐτοῦ· ὅτι πᾶς ἄνθρωπος, ἐν ᾧ ἂν ᾖ ἐν αὐτῷ μῶμος, οὐ προσελεύσεται· » καὶ τοῖς ἑξῆς ἑρμηνεύει τὸν μῶμον· οὐκ ἐν ἐπιμιξίᾳ ἀλλοτρίων μελῶν, οὐδὲ ἐν συντρίμματι ἑνός τινος, κἂν ἐπὶ μέρους ᾖ (79) τῶν ἰδίων μελῶν οὐ τοσοῦτον παραποδίζοντος τὴν ἐνέργειαν τῆς εὐοδίας, ἀλλὰ παραβλάπτοντος τὴν εὐτρέπειαν ἢ τὴν ὁλοκληρίαν· ὁ δὲ Κύ-

QUÆSTIO II

An is qui ob pravam conscientiam, aut immunditiam, aut inquinamentum purus corde non est, sacerdotio citra periculum fungatur.

RESPONSIO.

Moyses quidem illius ætatis hominibus ad nos erudiendos formam dans, in lege a Deo tradita scribit : « Et locutus est Dominus ad Moysem, dicens : Loquere ad Aaron, dicens : Homo ex genere tuo in vestris generationibus, qui habet in seipso maculam, non accedet ad offerendum dona Deo suo : quia omnis homo in quo fuerit macula, non accedet [26]. » Atque postea maculam interpretatur. Non si admisceantur membra aliena, neque cum conteritur unum aliquod membrum, non solum si vel pars membrorum suorum vitiata impediat quominus munere suo facile ac expedito perfungatur, sed si decorum aut integritatem lædat. Dominus

D

[18] Galat. VI, 14. [19] Galat. II, 20. [20] Rom. VI, 6. [21] Rom. XII, 1. [22] Rom. VI, 12, 13. [23] Galat. III, 28. [24] Matth. XXV, 21. [25] Ephes. IV, 7. [26] Lev. XXI, 16, 17, 21.

(75) Editi ὑπ' αὐτοῦ τοῦ. Veteres duo libri ὑπὸ τοῦ.

(76) Vocula οὖν addita est ex antiquis duobus libris.

(77) Veteres duo libri καὶ θῆλυ.

(78) Reg. secundus λέγων, Εἰπὲ, Ἀαρὼν, λέγων. Aliquanto post idem ms. δῶρα τοῦ Θεοῦ αὐτοῦ, *dona Dei sui.*

(79) Illud ᾖ addidimus ex veteribus duobus libris : ubi suppleri oportere puto aut vocem μῶμος, aut vocem σύντριμμα, ut sit κἂν ᾖ μῶμος, aut σύντριμμα

Digitized by Google

autem cum dicit, « Templo aliquid majus hic est [27], » nos docet tanto magis impium esse eum, qui inter sacrificandum audet tractare corpus Domini, qui dedit pro nobis seipsum Deo oblationem et hostiam in odorem suavitatis [28], quanto corpus unigeniti Filii Dei excellentius est arietibus ac tauris; quod dictum sit sine comparatione, incomparabilis est enim hæc excellentia. Nunc autem macula, aut mutilatio non in membris corporis consideratur, sed in justificationibus evangelicæ pietatis cognoscitur, videlicet cum mandatum **654** fit ex aliqua parte exigua, aut non integre, aut non ita fit, ut sit Deo acceptum, adeo ut consilium humanum tanquam cicatrix quædam aut lepra in mandato appareat. Necessarium igitur est semper quidem, maxime vero tanti ac talis mysterii tempore, servare præceptum Apostoli qui dicit: « Has igitur habentes promissiones, charissimi, mundemus nos ab omni inquinamento carnis et spiritus, perficientes sanctificationem in timore Dei [29]: nullam in ulla re dantes offensionem, ne vituperetur ministerium, sed uti Dei ministri in omnibus commendantes nosmetipsos [30]. » Ita fiet quis dignus, qui Domini mysteriis juxta Dei Evangelium operam sacram impendat.

A ρίος λέγων· « Μεῖζον τοῦ ἱεροῦ ὧδε, » παιδεύει ἡμᾶς, ὅτι τοσοῦτον ἀσεβέστερός ἐστιν ὁ τολμῶν ἱερατεύειν τὸ σῶμα τοῦ Κυρίου, τοῦ δόντος ἑαυτὸν ὑπὲρ ἡμῶν προσφορὰν καὶ θυσίαν τῷ Θεῷ εἰς ὀσμὴν εὐωδίας, ὅσον τὸ σῶμα τοῦ μονογενοῦς Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ ὑπερέχει κριῶν καὶ ταύρων· οὐκ ἐκ συγκρίσεως (80), ἀσύγκριτος γὰρ ἡ ὑπεροχή. Ἀλλὰ καὶ μῶμος ἢ λώβησις νῦν οὐκ ἐπὶ μελῶν σώματός ἐστι θεωρουμένη, ἐπὶ δὲ δικαιωμάτων τῆς κατὰ τὸ Εὐαγγέλιον θεοσεβείας ἐστὶ γινωσκομένη· ὅταν ἢ παρ' ὀλίγον (81), ἢ ἐλλειπῶς γένηται ἡ ἐντολή, ἢ μὴ οὕτως, ὥσπερ εὐαρεστεῖται Θεός· ὥσπερ οὐλῆς τινος ἢ λέπρας ἐπιφαινομένης τῇ ἐντολῇ τῆς ἀνθρωπίνης γνώμης. Ἀναγκαῖον (82) οὖν πάντοτε μὲν, μάλιστα δὲ ἐν τῷ καιρῷ τοῦ τοσούτου καὶ τοιούτου μυστηρίου, B φυλάσσειν τὸ παράγγελμα τοῦ Ἀποστόλου εἰπόντος· « Ταύτας οὖν ἔχοντες τὰς ἐπαγγελίας, ἀγαπητοί, καθαρίσωμεν ἑαυτοὺς ἀπὸ παντὸς μολυσμοῦ σαρκὸς καὶ πνεύματος, ἐπιτελοῦντες ἁγιωσύνην ἐν φόβῳ Θεοῦ· μηδεμίαν ἐν μηδενὶ διδόντες προσκοπὴν, ἵνα μὴ μωμηθῇ ἡ διακονία, ἀλλ' ἐν παντὶ (83) συνιστῶντες ἑαυτοὺς ὡς Θεοῦ διάκονοι. » Οὕτως ἄξιός τις γένηται ἱερουργεῖν τὸ μυστήριον τοῦ Κυρίου κατὰ τὸ Εὐαγγέλιον τοῦ Θεοῦ

QUÆSTIO III.

An quispiam, cum ab omni carnis et spiritus inquinamento purus non est, tuto ac secure edat corpus Domini, et bibat sanguinem.

RESPONSIO.

Cum Deus in lege extremam pœnam in eum, qui in immunditia attingere sancta ausus esset, constituerit: siquidem typice illis quidem, nobis vero admonitionis causa, ita scriptum est: « Et locutus est Dominus ad Moysem, dicens: Dic Aaron, et filiis ejus: et attendant a sanctis filiorum Israel, et non profanabunt nomen sanctum meum; quæcunque ipsi sanctificant mihi. Ego Dominus. Dic illis: In progenies ipsorum omnis homo, quicunque accesserit ab omni semine vestro ad sancta, quæcunque sanctificaverint filii Israel Domino, et fuerit immunditia ejus in illo, exterminabitur anima illa a facie mea. Ego Dominus [31]; » si adversus eos qui temere accedunt ad ea quæ ab hominibus sanctificata sunt, minæ ejusmodi intentantur, quid D quis dixerit contra eum, qui ad tantum ac tale mysterium non veretur accedere? Quanto enim plus templo illic est, juxta Domini vocem [32], tanto gravius est et formidabilius corpore Christi impure vesci audere, quam arietes aut tauros edere, cum

ΕΡΩΤΗΣΙΣ Γ'.

Εἰ ἀκίνδυνόν ἐστι μὴ καθαρεύοντά τινα ἀπὸ παντὸς μολυσμοῦ σαρκὸς καὶ πνεύματος ἐσθίειν τὸ σῶμα τοῦ Κυρίου, καὶ πίνειν τὸ αἷμα

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

C Τοῦ Θεοῦ ἐν τῷ νόμῳ τὴν ἀνωτάτω τιμωρίαν ὁρίσαντος κατὰ τοῦ ἐν ἀκαθαρσίᾳ τολμήσαντος ἅψασθαι τῶν ἁγίων· γέγραπται γὰρ τυπικῶς μὲν ἐκείνοις, εἰς νουθεσίαν δὲ ἡμετέραν· « Καὶ ἐλάλησε Κύριος πρὸς Μωϋσῆν λέγων· Εἰπὲ Ἀαρὼν, καὶ τοῖς υἱοῖς αὐτοῦ· καὶ προσεχέτωσαν ἀπὸ τῶν ἁγίων τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ, καὶ οὐ βεβηλώσουσι τὸ ὄνομά μου τὸ ἅγιον, ὅσα αὐτοὶ ἁγιάζουσί μοι. Ἐγὼ Κύριος. Εἰπὲ αὐτοῖς· Εἰς τὰς γενεὰς αὐτῶν πᾶς ἄνθρωπος, ὃς ἐὰν προσέλθῃ ἀπὸ παντὸς τοῦ σπέρματος ὑμῶν πρὸς τὰ ἅγια, ὅσα ἂν ἁγιάσωσιν οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ τῷ Κυρίῳ, καὶ ἡ ἀκαθαρσία αὐτοῦ ἐπ' αὐτῷ, ἐξολοθρευθήσεται ἡ ψυχὴ ἐκείνη ἀπὸ προσώπου μου. Ἐγὼ Κύριος· » εἰ τοιαύτη ἀπειλὴ κεῖται κατὰ τῶν προσιόντων ἁπλῶς εἰς τὰ παρὰ τῶν ἀνθρώπων ἁγιαζόμενα, τί ἂν τις εἴποι (84) κατὰ τοῦ εἰς τοσοῦτον καὶ τοιοῦτον μυστήριον τολμήσαντος; Ὅσῳ γὰρ πλεῖον τοῦ ἱεροῦ ὧδε, κατὰ τὴν τοῦ Κυρίου φωνὴν, τοσούτῳ δεινότερον καὶ φοβερώτερον τὸ ἐν μολυσμῷ ψυχῆς τολμῆσαι ἅψασθαι τοῦ σώματος τοῦ Χριστοῦ, παρὰ τὸ ἅψα-

[27] Matth. XII, 6. [28] Ephes. V, 2. [29] II Cor. VII, 1. [30] II Cor. VI, 3, 4. [31] Lev. XXII, 1-3. [32] Matth. XII, 6.

(80) Editi συγκρίσεως λέγω. Vox ultima in nostris tribus mss. non legitur.

(81) Veteres duo libri παρὰ λόγον, *præter rationem*. Alius ms. et editi παρ' ὀλίγον, *cum exigua pars mandati fit*. Statim duo mss. ὡς εὐαρεστεῖται. Subinde editi λέπρας ἐπιφερομένης. At mss. tres λέπρας ἐπιφαινομένης.

(82) Editi Ἀναγκαίως οὖν... φυλάσσειν δεῖ τό. Veteres libri ita, ut edendum curavimus.

(83) Reg. secundus ἐν παντὶ δέ.

(84) Idem ille quem modo dixi liber τί ἔστιν εἰπεῖν.

Digitized by Google

σθαι κριῶν ἢ ταύρων, τοῦ Ἀποστόλου εἰπόντος· « Ὥστε ὃς ἂν ἐσθίῃ (85) τὸν ἄρτον, ἢ πίνῃ τὸ ποτήριον τοῦ Κυρίου ἀναξίως, ἔνοχος ἔσται τοῦ σώματος καὶ τοῦ αἵματος τοῦ Κυρίου. » Σφοδρότερον δὲ ὁμοῦ καὶ φοβερώτερον παριστῶν (86) τὸ κρῖμα διὰ τῆς ἐπαναλήψεως, φησί· « Δοκιμαζέτω δὲ ἕκαστος ἑαυτὸν, καὶ οὕτως ἐκ τοῦ ἄρτου ἐσθιέτω, καὶ ἐκ τοῦ ποτηρίου πινέτω. Ὁ γὰρ ἐσθίων καὶ πίνων ἀναξίως, κρῖμα ἑαυτῷ ἐσθίει καὶ πίνει, μὴ διακρίνων τὸ σῶμα τοῦ Κυρίου (87). » Εἰ δὲ ὁ ἐν ἀκαθαρσίᾳ μόνῃ γενόμενος (τῆς δὲ ἀκαθαρσίας τὸ ἰδίωμα τυπικῶς ἐκ τοῦ νόμου μανθάνομεν), οὕτω φοβερὸν ἔχει τὸ κρῖμα, πόσῳ μᾶλλον (88) ὁ ἐν ἁμαρτίᾳ ὢν, καὶ κατατολμῶν τοῦ σώματος τοῦ Κυρίου, δεινότερον ἐπισπάσεται τὸ κρῖμα; Καθαρεύσωμεν τοίνυν ἀπὸ παντὸς μολυσμοῦ (ἡ δὲ διαφορὰ τοῦ μολυσμοῦ πρὸς τὴν ἀκαθαρσίαν φανερὰ τοῖς εὖ φρονοῦσι), καὶ οὕτω προσερχώμεθα τοῖς ἁγίοις, ἵνα φύγωμεν τὸ κρῖμα τῶν φονευσάντων τὸν Κύριον, διότι « Ὃς ἂν ἐσθίῃ τὸν ἄρτον, ἢ πίνῃ τὸ ποτήριον τοῦ Κυρίου ἀναξίως, ἔνοχος ἔσται τοῦ σώματος καὶ τοῦ αἵματος τοῦ Κυρίου· » σχῶμεν δὲ ζωὴν αἰώνιον, καθὼς ἐπηγγείλατο ὁ ἀψευδὴς Κύριος καὶ Θεὸς ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστός· ἐὰν ἐσθίοντες καὶ πίνοντες μνημονεύσωμεν (89) αὐτοῦ ὑπὲρ ἡμῶν ἀποθανόντος, καὶ φυλάξωμεν τὸ κρῖμα τοῦ Ἀποστόλου εἰπόντος· « Ἡ γὰρ ἀγάπη τοῦ Χριστοῦ συνέχει ἡμᾶς, κρίναντας τοῦτο, ὅτι, εἷς ὑπὲρ πάντων ἀπέθανεν, ἄρα οἱ πάντες ἀπέθανον· καὶ ὑπὲρ πάντων ἀπέθανεν, ἵνα οἱ ζῶντες μηκέτι ἑαυτοῖς ζῶσιν, ἀλλὰ τῷ ὑπὲρ αὐτῶν (90) ἀποθανόντι καὶ ἐγερθέντι· » ὅπερ συνεθέμεθα ἐν τῷ βαπτίσματι.

A Apostolus dicat : « Itaque quicunque manducaverit panem, vel biberit calicem Domini indigne, reus erit corporis et sanguinis Domini [33]; » imo judicium per repetitionem vehementius simul et formidabilius declaret, his verbis : « Probet autem seipsum unusquisque, et sic de pane edat, et de calice bibat. Qui enim manducat et bibit indigne, judicium sibi manducat et bibit, non dijudicans corpus Domini [34]. » Quod si is qui in sola immunditia constitutus est (immunditiæ autem proprietatem typice ex lege discimus), judicio tam horrendo obnoxius est, quanto magis qui in peccato est, Christique corpus temere edit, judicium gravius sibi accerset? Mundemus igitur nos ab omni inquinamento (discrimen autem, 655 quod inquinamentum inter B et immunditiam intercedit, prudentibus sapientibusque est manifestum), et ita demum accedamus ad sancta, ut eorum qui Dominum occiderunt effugiamus judicium, videlicet, « Quicunque manducaverit panem, vel biberit calicem Domini indigne, reus erit corporis et sanguinis Domini; » possideamus vero vitam æternam, sicut promisit verax Dominus et Deus noster Jesus Christus, si modo edentes bibentesque memores fuerimus ipsius, qui pro nobis mortuus est, servaverimusque sententiam Apostoli, qui dicit : « Charitas enim Christi constringit nos, judicantes hoc, quod si unus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt : et pro omnibus mortuus est, ut qui vivunt non amplius sibi vivant, sed ei qui pro ipsis mortuus est C et resurrexit [35] : » qua de re in baptismate fecimus pactionem.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ Δ'.

Εἰ παντὶ ῥήματι Θεοῦ δεῖ πιστεύειν, καὶ πείθεσθαι ἐν πληροφορίᾳ ἀληθείας τοῦ εἰρημένου, κἂν εὑρίσκηταί τι ἢ (91) ῥῆμα ἢ ἔργον ἤτοι παρ' αὐτοῦ τοῦ Κυρίου ἢ παρ' αὐτῶν τῶν ἁγίων δοκοῦν ἐναντίως ἔχειν.

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

1. Τὸ ἐρώτημα, εἰ καὶ παντάπασιν ἀνάξιον παντὸς τοῦ καταδεξαμένου ὁμολογεῖν τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν μονογενῆ Υἱὸν τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος, δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο, τά τε ὁρατὰ καὶ τὰ ἀόρατα, λαλοῦντα ῥήματα (92), ἃ ἤκουσε παρὰ τοῦ Πατρὸς, ὅμως ἀναγκαῖον ἀποκρίνασθαι (93), πειθομένους τῷ Ἀποστόλῳ γράφαντι· « Ἕτοιμοι ἔσεσθε πρὸς ἀπολογίαν παντὶ τῷ ἐπερωτῶντι ὑμᾶς λόγον περὶ τῆς ἐν ὑμῖν πίστεως. » Καὶ ἵνα μὴ, παρ' ἑαυτῶν τι λέγοντες, ἀμφιβολίαν ἐμποιήσωμεν τοῖς ἀκούουσι, D

QUÆSTIO IV.

An omni verbo Dei credendum sit et obtemperandum, adeo ut id quod dicitur, verum esse persuasissimum sit, etiamsi aut aliquod verbum aut factum ipsius Domini vel sanctorum inveniatur, quod videatur esse contrarium.

RESPONSIO.

1. Hæc quæstio, tametsi prorsus indigna est quocunque, qui Dominum nostrum Jesum Christum unigenitum Dei vivi Filium, per quem omnia tam visibilia quam invisibilia facta sunt, confiteri non recusarit, quandoquidem ea verba quæ locutus est, a Patre audivit, tamen respondere necesse habemus, obedientes Apostolo dicenti : « Parati eritis ad respondendum quilibet interroganti vos rationem ejus quæ in vobis est fidei [36]. » Et ne, si de nostro aliquid dicamus, ambiguitatem afferamus audien-

[33] I Cor. xi, 27. [34] ibid. 28, 29. [35] II Cor. v, 14, 15. [36] I Petr. iii, 15.

(85) Editi ἐσθίει... πίνει. At mss. duo ἐσθίῃ... πίνῃ.

(86) Regii primus et tertius παριστῶν, recte. Editi παριστῶντος.

(87) Veteres duo libri τὸ σῶμα καὶ τὸ αἷμα τοῦ Κυρίου, *non dijudicans corpus et sanguinem Domini.*

(88) Unus ms. πόσῳ πλέον. Aliquanto post mss. duo ἐπισπᾶται.

(89) Editi μνημονεύωμεν. Veteres duo libri μνημονεύσωμεν.

(90) Editi ὑπὲρ ἡμῶν. Veteres duo libri ὑπὲρ αὐτῶν. Mox Reg. secundus ἐν τῷ βαπτίζεσθαι.

(91) Illud ἢ additum est ex tribus codicibus. Mox editi παρὰ τῶν. At mss. παρ' αὐτῶν τῶν.

(92) Reg. secundus perinde ut editi ἀόρατα, ἀλλ' οὖν τὰ ῥήματα. Alii duo mss. ἀόρατα, λαλοῦντα ῥήματα : ubi notari potest, errorem ex eo evenisse, quod imperiti librarii ex λαλοῦντα inepte fecerint ἀλλ' οὖν τά.

(93) Veteres duo libri ἀποκρίνεσθαι. Aliquanto post mss. tres παρ' ἑαυτῶν. Editi πάρ' αὐτῶν.

Digitized by Google

tibus, Domini ipsius faciamus mentionem, dicentis videlicet, « Amen, amen dico vobis, iota unum aut unus apex non præteribit a lege donec omnia fiant [37] ; » et iterum : « Facilius est cœlum et terram præterire, quam legis unum apicem cadere [38]. » Quod si quidpiam est hic plus Salomone, si quidpiam est hic plus Jona [39], consequens est ut dicamus : Quidpiam etiam est hic plus Moyse, Apostolo, posteaquam Moysis gloriam Israelitis inaccessam recensuit, eamque contulit cum Domini nostri Jesu Christi gloria, subjungente, « Glorificatum non est, quod claruit in hac parte, propter excellentem gloriam. Si enim quod evacuatur, per gloriam est : multo magis quod manet, in gloria est [40]. » Ita etsi ex iis quæ protulimus locis ea quæ in Evangelio dicta sunt, ceu certissima per indubitatam fidem cognoscere ac confiteri didicimus, tamen hæc ipsius Domini verba in medium rursus adducamus : « Cœlum et terra transibunt, verba autem mea non præteribunt [41]. » Itaque Domini verba maxime omnium suffecerunt ad nostros animos in sancto atque principali Spiritu confirmandos, **656** sic ut indubitanter constanterque omne verbum ex Dei ore procedens susciperemus : sed tamen, ut quorumdam opitulemur imbecillitati, par fuerit testimonium quoque unius aut alterius ex multis adjicere. Ait itaque David : « Fidelia omnia mandata ejus, confirmata in sæculum sæculi, facta in veritate et æquitate [42]. » Ac rursus : « Fidelis Dominus in omnibus verbis suis, et sanctus in omnibus operibus suis [43], » et ejusmodi multa. Jehu autem in Regnorum libris dixit : « Videte quod non cadet verbum Domini in terram [44]. »

2. De iis vero quæ videntur inter se esse quodam modo contraria, satius est unumquemque sententiam adversus seipsum ferre, tanquam qui ad cognitionem divitiarum sapientiæ nondum pervenerit, et quod Dei judicia quæ investigari non possunt, attingere difficile sit, quam audaciæ ac pertinaciæ judicio obnoxium fieri, et audire : « Impius est qui dicit regi : Inique agis [45] ; » et, « Quis accusabit adversus electos Dei [46]? » Quamvis autem multorum judicio, multa perspicue solvantur, tamen in iis quæ contraria inter se esse videntur, illud observare debemus, quod cum aliquod verbum aut factum præcepto contrarium esse videtur, necessarium est unumquemque præcepto obsequi, non altitudinem divitiarum et sapientiæ [47] improbare, aut in peccatis prætextus prætexere [48]. Hoc enim Deo placere, et periculo carere ex divinis Scripturis didicimus. Sed si præceptum præcepto repugnare videtur, argumentis interim intellectis, et lecto

μνημονεύσωμεν αὐτοῦ τοῦ Κυρίου λέγοντος· « Ἀμὴν, ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἰῶτα ἓν ἢ μία κεραία οὐ μὴ παρέλθῃ ἀπὸ τοῦ (94) νόμου, ἕως ἂν πάντα γένηται· » καὶ πάλιν· « Εὐκοπώτερόν ἐστι τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν παρελθεῖν, ἢ τοῦ νόμου μίαν κεραίαν πεσεῖν. » Εἰ δὲ πλεῖον Σολομῶνος ὧδε, καὶ πλεῖον Ἰωνᾶ ὧδε, ἀκόλουθόν ἐστιν εἰπεῖν, ὅτι καὶ πλεῖον Μωϋσέως ὧδε, τοῦ Ἀποστόλου, μετὰ τὸ τὴν ἀπρόσιτον τοῖς Ἰσραηλίταις Μωϋσέως δόξαν διηγήσασθαι ἐν συγκρίσει τῆς δόξης τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἐπενεγκόντος ὅτι, « Οὐ δεδόξασται τὸ δεδοξασμένον ἐν τούτῳ τῷ μέλει ἕνεκεν τῆς ὑπερβαλλούσης δόξης. Εἰ γὰρ τὸ καταργούμενον διὰ δόξης, πολλῷ μᾶλλον τὸ μένον ἐν δόξῃ. » Οὕτως εἰ καὶ ἐκ τῶν εἰρημένων ἐπαιδεύθημεν τὰ ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ εἰρημένα ἐν πίστει ἀδιακρίτῳ βεβαιότερα γνωρίσαι καὶ ὁμολογεῖν, ὅμως πάλιν αὐτοῦ τοῦ Κυρίου μνημονεύσωμεν λέγοντος· « Ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ παρελεύσονται, οἱ δὲ λόγοι μου οὐ μὴ παρέλθωσιν. » Ἥρκει μὲν οὖν τὰ τοῦ Κυρίου ῥήματα πλέον πάντων ἐν Πνεύματι ἁγίῳ καὶ ἡγεμονικῷ στηρίξαι τὰς καρδίας ἡμῶν, ἀδιστάκτως καὶ ἀραρότως ἔχειν περὶ παντὸς ῥήματος ἐκπορευομένου διὰ στόματος Θεοῦ· ἵνα δὲ καὶ τῇ τινων ἀσθενείᾳ βοηθήσωμεν, ἀκόλουθον ἂν εἴη καὶ μαρτυρίαν ἑνὸς ἢ δευτέρου ἐκ πολλῶν παραθέσθαι. Ὁ μὲν οὖν Δαβὶδ φησι· « Πισταὶ πᾶσαι αἱ ἐντολαὶ αὐτοῦ, ἐστηριγμέναι εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος, πεποιημέναι ἐν ἀληθείᾳ καὶ εὐθύτητι· » καὶ πάλιν· « Πιστὸς Κύριος ἐν πᾶσι τοῖς λόγοις αὐτοῦ, καὶ ὅσιος ἐν πᾶσι τοῖς ἔργοις αὐτοῦ, » καὶ πολλὰ τοιαῦτα. Ὁ δὲ Ἰηοὺ ἐν τοῖς Βασιλείοις (95) εἶπεν· « Ἴδετε, ὅτι οὐ πεσεῖται λόγος Κυρίου ἐπὶ τὴν γῆν. »

2. Περὶ δὲ τῶν δοκούντων ἐναντίωσίν τινα ἔχειν, κρεῖττόν ἐστιν ἑαυτοῦ καταψηφίσασθαι, ὡς μήπω ἐλθόντος εἰς κατανόησιν τοῦ πλούτου τῆς σοφίας, καὶ ὅτι δύσκολον τῶν ἀνεξερευνήτων κριμάτων τοῦ Θεοῦ ἐφικέσθαι, ἢ ὑπόδικον γενέσθαι τῷ κρίματι τῆς θρασύτητος καὶ τῆς αὐθαδείας, καὶ ἀκοῦσαι, « Ἀσεβὴς ὁ λέγων βασιλεῖ, Παρανομεῖς· » καὶ, « Τίς ἐγκαλέσει κατὰ ἐκλεκτῶν Θεοῦ ; » Εἰ δὲ καὶ τὰ πολλὰ τοῖς πολλοῖς φανερὰν ἔχειν δοκεῖ τὴν λύσιν, ὅμως ἐπὶ τῶν δοκούντων ἐναντίωσιν ἔχειν (96) ὀφείλομεν παρατηρεῖν, ὅτι, ὅταν μὲν τῷ προστάγματι δοκῇ ἐναντίον τι εἶναι ῥῆμα ἢ ἔργον, ἀναγκαῖον αὐτὸν ἕκαστον τῷ προστάγματι πειθαρχεῖν, καὶ μὴ τῷ βάθει τοῦ πλούτου καὶ τῆς σοφίας ἐπισκήπτειν, ἢ προφασίζεσθαι προφάσεις ἐν ἁμαρτίαις· τοῦτο γὰρ εὐάρεστον τῷ Θεῷ, καὶ ἀκίνδυνον εἶναι μεμαθήκαμεν ἐκ τῶν θεοπνεύστων Γραφῶν· ὅταν δὲ πρόσταγμα προστάγματι ἐναντίως ἔχειν δοκῇ, ἵνα τὰς ὑποθέσεις καταμανθάνοντες (97), καὶ ὁλόκληρον τὴν περικοπὴν

[37] Matth. v, 18. [38] Luc. xvi, 17. [39] Matth. xii, 41, 42. [40] II Cor. iii, 10, 11. [41] Matth. xxiv, 35. [42] Psal. cx, 8. [43] Psal. cxliv, 13. [44] IV Reg. x, 10. [45] Job xxxiv, 18. [46] Rom. viii, 33. [47] Rom. xi, 33. [48] Psal. cxl, 4.

(94) Codices duo ἐκ τοῦ.

(95) Reg. primus ἐν ταῖς Βασιλείαις.

(96) Antiqui duo libri ἐναντίως ἔχειν. Mox editi δοκεῖ. At mss. duo δοκῇ. Statim, ubi et in mss. et in editis legitur αὐτὸν ἕκαστον, legi vult Combefisius αὐτῶν ἕκαστον, *horum quodlibet*.

(97) Veteres duo libri καταμαθόντες.

Digitized by Google

ἀναγινώσκοντες, οὕτω τὸ ἅμαχον ἐπιγινώσκωμεν, καὶ τὸ ἑκάστῳ ἁρμόζον πρὸς τὸν σκοπὸν τῆς ἄνω κλήσεως φυλάσσωμεν, εἰς ὃν ἀμφότερα τείνει τὰ προστάγματα· τὰ μὲν νόσον θεραπεύοντα, τὰ δὲ προκοπὴν ἐμποιοῦντα πρὸς τελείωσιν ἄγουσαν τῆς πρὸς Θεὸν εὐαρεστήσεως, τοῦ Κυρίου λέγοντος ποτὲ μέν· « Οὐδεὶς, λύχνον ἅψας, κρύπτει αὐτὸν ὑπὸ τὸν μόδιον, ἀλλ' ἐπὶ τὴν λυχνίαν, καὶ λάμπει πᾶσι τοῖς ἐν τῇ οἰκίᾳ· οὕτω λαμψάτω τὸ φῶς ὑμῶν ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, ὅπως ἴδωσιν ὑμῶν τὰ καλὰ ἔργα, καὶ δοξάσωσι τὸν Πατέρα ὑμῶν τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς. » Ποτὲ δὲ, « Σοῦ δὲ ποιοῦντος ἐλεημοσύνην, μὴ γνώτω ἡ (98) ἀριστερὰ, τί ποιεῖ ἡ δεξιά σου. »

3. Καὶ πολλὰ τοιαῦτα εὕροις ἂν παρά τε τοῖς εὐαγγελισταῖς καὶ τῷ Ἀποστόλῳ. Ἐὰν δὲ ἡ μὲν ἐντολὴ δοθῇ, πῶς δὲ γένηται, μὴ ἐπενεχθῇ, ἀνασχώμεθα τοῦ Κυρίου λέγοντος· « Ἐρευνᾶτε τὰς Γραφὰς, » καὶ μιμησώμεθα τοὺς ἀποστόλους αὐτὸν τὸν Κύριον ἐπερωτήσαντας τὴν ἑρμηνείαν τῶν παρ' αὐτοῦ εἰρημένων καὶ τῶν παρ' αὐτοῦ ἐκ τῶν ἐν ἑτέρῳ τόπῳ εἰρημένων, μανθάνωμεν τὸ ἀληθὲς καὶ σωτήριον· ὥσπερ ἐπὶ τοῦ, « Θησαυρίζετε δὲ ὑμῖν θησαυροὺς ἐν οὐρανῷ, » ἔκ τε τῶν τῷ νεανίσκῳ προστεταγμένων παιδευόμεθα, αὐτοῦ τοῦ Κυρίου εἰπόντος· « Πώλησόν σου τὰ ὑπάρχοντα, καὶ δὸς πτωχοῖς, καὶ ἕξεις θησαυρὸν ἐν οὐρανῷ· » καὶ ἐκ τῶν εἰρημένων πρὸς τοὺς ἐπιθυμοῦντας βασιλείαν οὐρανῶν κληρονομῆσαι· « Μὴ φοβοῦ, τὸ μικρὸν ποίμνιον, ὅτι ηὐδόκησεν ὁ Πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος, δοῦναι (99) ὑμῖν τὴν βασιλείαν. Πωλήσατε τὰ ὑπάρχοντα ὑμῶν, καὶ δότε ἐλεημοσύνην· ποιήσατε ἑαυτοῖς βαλλάντια μὴ παλαιούμενα, θησαυρὸν ἀνέκλειπτον ἐν τοῖς οὐρανοῖς. » Ἐὰν δὲ καὶ κίνδυνος παρέπηται τῇ τηρήσει τῆς ἐντολῆς, ἥτις ἐστὶ καύχημα ἡμῶν, μνημονεύσωμεν τοῦ Ἀποστόλου εἰπόντος· « Καλόν μοι μᾶλλον ἀποθανεῖν, ἢ τὸ καύχημά μου ἵνα τις κενώσῃ· » καὶ ἀλλαχοῦ πλατύτερον· « Τίς ἡμᾶς χωρίσει ἀπὸ τῆς ἀγάπης τοῦ Χριστοῦ; θλῖψις, ἢ στενοχωρία, ἢ διωγμὸς, ἢ λιμὸς, ἢ γυμνότης, ἢ κίνδυνος, ἢ μάχαιρα; » καὶ τὰ ἑξῆς. Δι' ὧν σφοδρότερον παιδευόμεθα τηρεῖν τὰς ἐντολὰς, καὶ περισσοτέραν δοῦναι (1) ἀπόδειξιν τῆς πρὸς τὸν Κύριον ἀγάπης, εἰπόντα· « Ὁ ἀγαπῶν με, τὰς ἐντολάς μου τηρήσει, » καὶ πολλάκις ὁμοίως· ἐπὶ δὲ τῶν λοιπῶν μιμεῖσθαι τὸν Ἀπόστολον, καὶ λέγειν· « Ὦ βάθος πλούτου, καὶ σοφίας, καὶ γνώσεως Θεοῦ, ὡς ἀνεξερεύνητα τὰ κρίματα αὐτοῦ, καὶ ἀνεξιχνίαστοι αἱ ὁδοὶ αὐτοῦ. Τίς γὰρ ἔγνω νοῦν Κυρίου » τοῦ ἐξ οὐρανῶν κατελθόντος, καὶ τὰ τοῦ Πατρὸς ἡμῖν ῥήματα ἀπαγγείλαντος (2); Ὥ πιστεύειν ἀναγκαῖον καὶ σωτήριον, ὡς τὰ τέκνα τοῖς

integro loco, ita demum nihil pugnans esse cognoscamus, et id quod cuique convenit, juxta scopum supernæ vocationis observemus, ad quem videlicet scopum utraque præcepta tendant, partim morbum curantia, partim afferentia talem profectum, quo ad perfecte Deo placendum deducamur, cum Dominus dicat aliquando quidem, « Nemo lucernam accensam abscondit sub modio, sed super candelabrum ponit, et lucet omnibus, qui sunt in domo; sic luceat lux vestra coram hominibus ut videant bona vestra opera, et glorificent Patrem vestrum qui in cœlis est [49]; » aliquando vero, « Te autem faciente eleemosynam, nesciat sinistra quid faciat dextera tua [50]. »

3. Et multa id genus invenias et apud evangelistas et apud Apostolum. Quod si præceptum quidem datum fuerit, quomodo vero fiat, non additum sit, obediamus Domino, qui ait: « Scrutamini Scripturas [51] » imitemurque apostolos, qui Dominum ipsum de eorum quæ ab ipso dicta erant interpretatione interrogarunt; et eorum quæ ab ipso dicta sunt, ex iis quæ in alio loco dixit, veritatem salubritatemque ediscamus. Exempli causa, cum dictum est, « Thesaurizate autem vobis thesauros in cœlo [52], » quid hæc sibi velint, tum ex iis quæ adolescenti præcepta sunt, edocemur ubi videlicet Dominus ipse dicit: « Vende quæ habes, et da pauperibus, et habebis thesaurum in cœlo [53]; » tum ex iis, quæ ad eos qui regnum cœlorum consequi cupiebant, dicta fuere, « Ne timeas, pusille grex, quia complacitum est Patri vestro cœlesti dare 657 vobis regnum. Vendite quæ possidetis, et date eleemosynam, facite vobisipsis sacculos qui non veterascunt, thesaurum non deficientem in cœlis [54]. » Si vero periculum etiam observationem mandati comitatur, quæ est gloriatio nostra, meminerimus Apostoli, qui dicit: « Bonum est mihi mori magis, quam ut gloriam meam quis evacuet [55]; » et alibi fusius: « Quis nos separabit a charitate Christi? tribulatio, an angustia, an persecutio, an fames, an nuditas, an periculum, an gladius [56]? » et quæ sequuntur. Ex quibus impensius erudimur mandata custodire, atque commonstrare dilectionem majorem erga Dominum, qui dicit, « Qui diligit me, mandata mea servabit [57], » et multis in locis similiter: in reliquis vero Apostolum imitari, ac dicere: « O altitudo divitiarum, et sapientiæ, et scientiæ Dei, quam incrustabilia sunt judicia ejus, et impervestigabiles viæ ejus! Quis enim cognovit mentem Domini [58], » qui ex cœlis descendit, et Pa-

[49] Matth. v, 15, 16. [50] Matth. vi, 3. [51] Joan. v, 39. [52] Matth. vi, 20. [53] Matth. xix, 21. [54] Luc. xii, 32, 33. [55] I Cor. ix, 15. [56] Rom. viii, 35. [57] Joan. xiv, 23. [58] Rom. xi, 33, 34.

(98) Unus mss. μὴ γνώτω σου ἡ. Aliquanto post duo mss. pro Ἀποστόλῳ habent Παύλῳ. Subinde editi ἐὰν ἡμῖν ἐντολή. At mss. duo ut in contextu.

(99) Unus ms. πατὴρ ὑμῶν, δοῦναι.

(1) Nostri tres mss. δῶμεν, sed ita tamen, ut unus emendatus sit jam a longo tempore, habeatque δοῦναι. Nihil in vulgatis mutandum censuimus.

(2) Codex unus ἀναγγείλαντος. Statim duo mss. τὰ τέκνα. Aberat articulus a vulgatis. Nec ita multo post editi κατὰ τὴν αὐτήν. Veteres duo libri κατὰ τὴν αὐτοῦ.

Digitized by Google

tris nobis verba annuntiavit? Cui credere necessarium est ac salutare, velut liberos parentibus, et pueros præceptoribus, juxta ipsius Domini nostri Jesu Christi vocem, ubi ait, « Nisi quis susceperit regnum Dei velut parvulus, non intrabit in illud [59]. »

A γονεῦσι, καὶ τὰ παιδία τοῖς διδασκάλοις, κατὰ τὴν αὐτοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ φωνήν, εἰπόντος· « Ἐὰν μή τις δέξηται τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ ὡς παιδίον, οὐ μὴ εἰσέλθῃ εἰς αὐτήν. »

QUÆSTIO V.

Utrum verbo cuilibet non obsequi sit aliquid ira et morte dignum, etiamsi privatim non singulis conjunctæ sint minæ.

RESPONSIO.

1. Dictum quidem est fusius de hoc argumento in epistola de concordia, an videlicet, verbo cuilibet non obsequi, sit aliquid ira ac morte dignum : sed ut nunc unum aut alterum testimonium ex multis allegemus, audiamus Joannem Baptistam, B dicentem : « Qui credit Filio, habet vitam æternam : qui vero non credit Filio (quod autem definitum non est, id comprehendit omnia), non videbit vitam, sed ira Dei manebit super eum [60]; et Dominum ipsum more definientis pronuntiantem, « Iota unum, aut unus apex non præteribit a lege, donec omnia fiant [61]. » Quod si quæ legis sunt, sic se habent, quanto magis, quæ sunt Evangelii? sicut Dominus ipse sæpe confirmavit. De eo autem, an res ita sit, etiamsi privatim non singulis conjunctæ sint minæ, satis esse arbitror credentibus, si meminerint Domini ipsius, qui, eo loco ubi doctrinam post Beatitudines tradit, plura prohibita recensuit, et aliquibus quidem minas adjunxit, his C verbis : « Quisquis irascitur fratri suo, obnoxius erit judicio : qui vero dixerit, Raca, obnoxius erit concilio : qui autem dixerit, Fatue, obnoxius erit gehennæ ignis [62], » et ejusmodi multa : aliquibus vero nihil adjecit minarum, exempli gratia cum dicit : « Omnis qui videt mulierem ad concupiscendum, jam mœchatus est eam in corde suo [63]; » item, « Ego autem dico vobis, non jurare omnino [64]; » et paulo post : « Erit autem 658 sermo vester, Est, est : non, non; quod autem his abundantius est, a malo est [65]. » Et multa alia id genus locutus, nec proposita ulla propria pœna, generalius adversus omnes sententiam tulit, cum prius dixit : « Nisi abundaverit justitia vestra plus quam scribarum et Pharisæorum, non intrabitis in regnum D cœlorum [66]. » Sub finem vero infert : « Omnis qui audit verba mea hæc, et non facit ea, assimilabitur viro stulto, qui ædificavit domum suam super arenam, et descendit pluvia, et venerunt flumina, et flaverunt venti, et irruerunt in domum illam, et cecidit, et fuit ruina illius magna [67]. »

2. Atque in aliis locis, peccatorum multorum facta mentione, non addidit destinatam unicuique

ΕΡΩΤΗΣΙΣ Ε'.

Εἰ παντὸς ῥήματος ἡ ἀπείθεια ἀξία ὀργῆς καὶ θανάτου, κἂν ἰδικῶς τῷ καθ' ἕκαστον μὴ ᾖ συνημμένη ἡ ἀπειλή.

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

1. Περὶ μὲν τοῦ, εἰ (3) παντὸς ῥήματος ἡ ἀπείθεια ἀξία ὀργῆς καὶ θανάτου, εἴρηται μὲν πλατύτερον ἐν τῇ περὶ τῆς συμφωνίας ἐπιστολῇ· ἵνα δὲ καὶ νῦν μιᾶς ἢ δευτέρας ἐκ πολλῶν μνημονεύσωμεν μαρτυρίας, ἀκούσωμεν Ἰωάννου μὲν τοῦ Βαπτιστοῦ λέγοντος· « Ὁ πιστεύων εἰς τὸν Υἱὸν ἔχει ζωὴν αἰώνιον· ὁ δὲ ἀπειθῶν τῷ Υἱῷ (τὸ δὲ ἀόριστον παντὸς ἐστι περιληπτικὸν) οὐκ ὄψεται τὴν ζωήν, ἀλλ' ἡ ὀργὴ τοῦ Θεοῦ μενεῖ ἐπ' αὐτόν· » αὐτοῦ δὲ τοῦ Κυρίου ὁριστικῶς ἀποφηναμένου· « Ἰῶτα ἕν, ἢ μία κεραία οὐ μὴ παρέλθῃ ἀπὸ τοῦ νόμου, ἕως ἂν πάντα γένηται. » Εἰ δὲ τὰ τοῦ νόμου οὕτως, πόσῳ μᾶλλον τὰ τοῦ Εὐαγγελίου; καθὼς αὐτὸς ὁ Κύριος πολλάκις ἐπιστώσατο. Περὶ δὲ τοῦ, κἂν ἰδικῶς τῷ καθέκαστον μὴ ᾖ συνημμένη ἡ ἀπειλή, ἀρκεῖν μὲν λογίζομαι τοῖς πιστοῖς, αὐτοῦ τοῦ Κυρίου μνημονεῦσαι εἰπόντος ἐν τῇ περικοπῇ τῆς μετὰ τοὺς μακαρισμοὺς διδασκαλίας· ἐν ᾗ πολλῶν μὲν ἐμνημόνευσε τῶν ἀπηγορευμένων, καὶ τοῖς μὲν προσέθηκε καὶ τὴν ἀπειλήν, εἰπών· « Πᾶς ὁ ὀργιζόμενος τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ ἔνοχος ἔσται τῇ κρίσει· ὃς δ' ἂν εἴπῃ, Ῥακά, ἔνοχος ἔσται τῷ συνεδρίῳ· ὃς δ' ἂν εἴπῃ, Μωρέ, ἔνοχος ἔσται εἰς τὴν γέενναν τοῦ πυρός· » καὶ πολλὰ τοιαῦτα· τοῖς δὲ μὴ προστιθείς· ὥσπερ ἐν τῷ εἰπεῖν, ὅτι « Πᾶς ὁ βλέπων γυναῖκα πρὸς τὸ ἐπιθυμῆσαι, ἤδη ἐμοίχευσεν αὐτὴν ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ· » καὶ τὸ, « Ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν μὴ ὀμόσαι ὅλως· » καὶ μετ' ὀλίγα· « Ἔσται δὲ ὁ λόγος ὑμῶν, Ναὶ, ναί· οὒ, οὔ (4)· τὸ δὲ περισσὸν τούτων ἐκ τοῦ πονηροῦ ἐστι. » Καὶ πολλὰ τοιαῦτα εἰπὼν, ἄνευ τοῦ ἐπαγαγεῖν τῆς τιμωρίας τὸ ἰδίωμα, γενικώτερον κατὰ πάντων ἀπεφήνατο προειπὼν μέν, « Ἐὰν μὴ περισσεύσῃ ὑμῶν ἡ δικαιοσύνη πλέον τῶν Γραμματέων καὶ Φαρισαίων, οὐ μὴ εἰσέλθητε εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν· » ἐν δὲ τῷ τέλει ἐπαγαγὼν, ὅτι « Πᾶς ὁ ἀκούων μου τοὺς λόγους τούτους, καὶ μὴ ποιῶν αὐτούς, ὁμοιωθήσεται ἀνδρὶ μωρῷ, ὅστις ᾠκοδόμησε τὴν οἰκίαν αὐτοῦ ἐπὶ τὴν ἄμμον, καὶ κατέβη ἡ βροχὴ, καὶ ἦλθον οἱ ποταμοὶ, καὶ ἔπνευσαν οἱ ἄνεμοι, καὶ προσέπεσαν (5) τῇ οἰκίᾳ ἐκείνῃ, καὶ ἔπεσε, καὶ ἦν ἡ πτῶσις αὐτῆς μεγάλη. »

2. Καὶ πολλαχοῦ πολλῶν μνημονεύσας ἁμαρτημάτων, οὐ προσέθηκε καὶ τὴν ἀποκειμένην ἑκάστῳ τι-

[59] Marc. x, 15. [60] Joan. III, 36. [61] Matth. v, 18. [62] ibid. 22. [63] ibid. 28. [64] ibid. 34. [65] ibid. 37. [66] ibid. 20. [67] Matth. VII, 26, 27.

(3) Editi Περὶ μὲν τοῦ, ὅτι. At mss. duo Περὶ μὲν τοῦ, εἰ.

(4) Editi ὑμῶν τὸ, Ναὶ, ναί· καὶ τὸ, Οὔ, οὔ. Veteres duo libri ut in contextu legi potest. Aliquanto post mss. duo προσειπών.

(5) Editi προσέπεσον. Antiqui duo libri προσέπεσαν

Digitized by Google

μωρίαν, ἀρκεῖν ἡγούμενος τὰ καθόλου πολλάκις εἰρημένα κατὰ πάντων. Ἐπειδὴ δὲ χρείαν ἔχουσιν οἱ ἀσθενέστεροι βοηθείας, μνημονεύσωμεν καὶ τοῦ Ἀποστόλου. Μιμούμενος γὰρ τὸν Κύριον καὶ αὐτὸς, ποτὲ μὲν εἶπεν· « Ἐάν τις ἀδελφὸς ὀνομαζόμενος, ἢ πόρνος, ἢ πλεονέκτης, ἢ εἰδωλολάτρης, ἢ λοίδορος, ἢ μέθυσος, ἢ ἅρπαξ, τῷ τοιούτῳ μηδὲ συνεσθίειν· » ποτὲ δέ· « Μὴ ψεύδεσθε εἰς ἀλλήλους· » καὶ ἀλλαχοῦ· « Πᾶσα ὀργὴ, καὶ θυμὸς, καὶ κραυγὴ, καὶ βλασφημία ἀρθήτω ἀφ' ὑμῶν, σὺν πάσῃ κακίᾳ. » Καὶ πολλὰ τοιαῦτα πολλάκις εἰπὼν, ἄνευ τοῦ προσθεῖναι τὴν ἀπειλὴν, ἀλλαχοῦ γενικώτερον προστίθησι καὶ τὴν τιμωρίαν, εἰπών· « Μὴ πλανᾶσθε· οὔτε πόρνοι, οὔτε εἰδωλολάτραι, οὔτε μοιχοὶ, οὔτε μαλακοὶ, οὔτε ἀρσενοκοῖται, οὔτε κλέπται, οὔτε πλεονέκται, οὐ μέθυσοι, οὐ λοίδοροι, οὐχ ἅρπαγες βασιλείαν Θεοῦ οὐ κληρονομήσουσιν. » Ἀλλαχοῦ δὲ πάλιν πλατύτερον γράφει· « Καὶ καθὼς οὐκ ἐδοκίμασαν τὸν Θεὸν ἔχειν ἐν ἐπιγνώσει, παρέδωκεν αὐτοὺς ὁ Θεὸς εἰς ἀδόκιμον νοῦν, ποιεῖν τὰ μὴ καθήκοντα· πεπληρωμένους πάσῃ ἀδικίᾳ, πορνείᾳ(6), πονηρίᾳ, πλεονεξίᾳ, κακίᾳ· μεστοὺς φθόνου, φόνου, ἔριδος, δόλου, κακοηθείας· ψιθυριστὰς, καταλάλους, θεοστυγεῖς, ὑβριστὰς, ὑπερηφάνους, ἀλαζόνας, ἐφευρετὰς κακῶν, γονεῦσιν ἀπειθεῖς, ἀσυνέτους, ἀσυνθέτους, ἀστόργους, ἀσπόνδους, ἀνελεήμονας. Οἵτινες, τὸ δικαίωμα τοῦ Θεοῦ ἐπιγνόντες, ὅτι οἱ τὰ τοιαῦτα πράσσοντες ἄξιοι θανάτου εἰσὶν, οὐ μόνον αὐτὰ ποιοῦσιν, ἀλλὰ καὶ συνευδοκοῦσι τοῖς πράσσουσι. Διὸ ἀναπολόγητος εἶ, ὦ ἄνθρωπε, πᾶς ὁ κρίνων. Ἐν ᾧ γὰρ κρίνεις τὸν ἕτερον, σεαυτὸν κατακρίνεις· τὰ γὰρ αὐτὰ πράσσεις, ὁ κρίνων. » Καὶ πολλαχοῦ ὁμοίως. Ἐξ ὧν δείκνυται, ὅτι, κἂν ἐν τοῖς κατὰ μέρος μὴ ᾖ προσκειμένη ἡ ἀπειλὴ τῆς τιμωρίας ἑκάστῳ εἶδει, ἀναγκαίως ἐπιγινώσκειν ὀφείλομεν, ὅτι ἀφύκτῳ ἀνάγκῃ τῇ γενικῇ ὑποβάλλεται ἀποφάσει ὁ καὶ μίαν ἐντολὴν παραβαίνων· τοῦ μὲν Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἀποφηναμένου, ὅτι « Ὁ ἀθετῶν ἐμὲ, καὶ μὴ λαμβάνων τὰ ῥήματά μου, ἔχει τὸν κρίνοντα αὐτόν· ὁ λόγος ὃν ἐλάλησα, ἐκεῖνος κρινεῖ αὐτὸν ἐν τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ, » καὶ τὰ ἑξῆς φοβερώτερον· Ἰωάννου δὲ τοῦ Βαπτιστοῦ, οὗ μείζων οὐδεὶς, ὁριστικῶς (7) μαρτυροῦντος, ὅτι « Ὁ ἀπειθῶν τῷ Υἱῷ οὐκ ὄψεται τὴν ζωὴν, ἀλλ' ἡ ὀργὴ τοῦ Θεοῦ μενεῖ ἐπ' αὐτόν. » Τοῦτο γὰρ σύνηθες τῇ θεοπνεύστῳ Γραφῇ καὶ ἐν τῇ Παλαιᾷ Διαθήκῃ. Καὶ γὰρ διὰ Μωϋσέως, πολλὰ τῶν ἐν τῷ νόμῳ γράψαντος, ἄνευ τοῦ προσθεῖναι τὴν ἀπειλὴν (8) κατὰ τοῦ παραβαίνοντος ἢ ἀμελοῦντος, γενικὴν κατὰ πάντων ἐπήγαγε τὴν κατάραν, ἥτις ἐστὶ τῆς δεινοτάτης τιμωρίας προκαταρκτική, εἰπών· « Ἐπικατάρατος πᾶς ὃς οὐκ

pœnam : sufficere ratus quæ contra omnia in universum sæpenumero dicta erant. Quoniam autem indigent auxilio infirmiores, Apostoli quoque mentionem faciamus. Nam et ipse Dominum imitans, modo quidem dixit : « Si quis frater nominatus, aut fornicator est, aut avarus, aut idolis serviens, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax, cum tali ne cibum quidem sumite [68]; » modo vero, « Nolite mentiri alius adversus alium [69]; » et alibi, « Omnis ira, et indignatio, et clamor, et blasphemia tollatur a vobis, cum omni malitia [70]. » Et multa similia sæpe prætermissis minis dixit. Alibi tamen generalius pœnam quoque adjicit, ubi dicit : « Nolite errare : neque fornicatores, neque idolis servientes, neque adulteri, neque molles, neque masculorum concubitores, neque fures, neque avari, neque ebriosi, neque maledici, neque rapaces regnum Dei possidebunt [71]. » Sed iterum alio loco fusius scribit : « Et sicut non probaverunt Deum habere in notitia, tradidit illos Deus in reprobum sensum, ut faciant ea quæ non conveniunt; repletos omni iniquitate, fornicatione, nequitia, avaritia, malitia, plenos invidia, homicidio, contentione, dolo, malignitate, susurrones, detractores, Dei osores, contumeliosos, superbos, arrógantes, inventores malorum, parentibus non obedientes, insipientes, pactorum violatores, sine affectione, absque fœdere, immisericordes. Qui cum justitiam Dei cognovissent, videlicet, quod ii qui talia agunt, digni sint morte, non solum ea faciunt, sed etiam assentiuntur facientibus. Propter quod inexcusabilis es, o homo omnis, qui judicas. In quo enim judicas alterum, teipsum condemnas : eadem enim facis tu, qui judicas [72]. » Atque multis in locis similiter. Ex quibus illud conspicuum est, quod, etiamsi singulatim singulis speciebus non sint adjectæ supplicii minæ, necessario cognoscere debemus, eum, qui vel unum præceptum transgreditur, invitabili necessitate sententiæ generali subjacere, cum Dominus noster Jesus Christus pronuntiarit, « Qui spernit me, et non accipit verba mea, habet qui judicet eum; sermo quem locutus sum, ille judicabit eum in novissimo die [73], » et quæ sequuntur modo formidabiliore; et Joannes Baptista, quo major nemo [74], in modum definientis hoc testimonium reddat : « Qui non obedit Filio, non videbit vitam, sed ira Dei manebit super eum [75]. » Hoc enim familiare est Scripturæ sacræ, etiam in Testamento **659** Veteri. Nam per Moysem, qui pleraque legis scripsit, con-

[68] I Cor. v, 11. [69] Coloss. III, 9. [70] Ephes. IV, 31. [71] I Cor. VI, 9, 10. [72] Rom. I, 28-32; II, 1. [73] Joan. XII, 48. [74] Luc. VII, 28. [75] Joan. III, 36.

(6) Vox πορνεία deest in libris veteribus.

(7) Regii primus et tertius οὐδεὶς εἰ καὶ μὴ ὁριστικῶς. Mox editi μένει, at mss. μενεῖ.

(8) Quod ait scriptor, multa eorum quæ in lege sunt, a Moyse scripta fuisse, id non puto omnibus probatum iri : quasi multa quoque essent, quæ non scripsisset. — *Καὶ γὰρ διὰ Μωσέως*, κ. τ. λ. Verte : *Nam et per Mosen, qui multa in lege scripsit, non additis adversus transgredientem aut negligentem minis, contra omnes generalem induxit maledictionem*, etc.

Digitized by Google

tra omnes generalem maledictionem, quæ supplicium gravissimum auspicatur, minis adversus unum aliquem transgredientem aut negligentem omissis, subjecit, dicens, « Maledictus omnis qui non permanet in omnibus quæ in libro legis hujus scripta sunt [76]. » Et alibi, « Maledictus, inquit, qui facit opera Domini negligenter [77]. » Si vero maledictus est qui negligenter facit, qui non facit, quonam supplicio dignus est?

A ἐμμένει πᾶσι τοῖς γεγραμμένοις ἐν τῷ βιβλίῳ τοῦ νόμου τούτου. » Καὶ ἀλλαχοῦ· « Ἐπικατάρατος, φησὶν, ὁ ποιῶν (9) τὰ ἔργα Κυρίου ἀμελῶς. » Εἰ δὲ ὁ ἀμελῶς ποιῶν ἐπικατάρατος, ἆρα ὁ μὴ ποιῶν τίνος ἐστὶν ἄξιος;

QUÆSTIO VI.

An inobedientia posita sit in eo, si quid vetitorum fiat, aut etiam in eo, si quid comprobatorum omittatur.

RESPONSIO.

1. Cum Dominus noster Jesus Christus hoc judicium validius confirmaret, tum ut errorem præteritum amoliretur, tum ut nostra corda in sana B fide stabiliret, voluit nos docere timorem judiciorum, non solum per verba, verum etiam per exempla : siquidem res ipsæ veritatem magis persuadent. Et primum quidem ait : « Nisi abundaverit justitia vestra plus quam Scribarum et Pharisæorum, non intrabitis in regnum cœlorum [78]. » Atque post integrum hunc locum in quo doctrinam suam proposuit, sententiam una cum exemplo adjunxit, his verbis : « Omnis qui audit verba mea hæc, et non facit ea, assimilabitur viro stulto, qui ædificavit domum suam super arenam, et descendit pluvia, et venerunt flumina, et flaverunt venti, et impegerunt in domum illam, et cecidit, et fuit ruina illius magna [79]. » Et iterum : « Arborem fici habebat quis plantatam in vinea sua, et venit C quærens fructum in illa, et non invenit. Et dicit ad cultorem vineæ : Ecce anni tres sunt, ex quo venio quærens fructum in ipsa, et non invenio : succide illam : ad quid vel terram occupat [80]? » Et alibi apertius hoc judicium exponit, dicens, « Discedite a me, maledicti, in ignem æternum qui paratus est diabolo, et angelis ejus [81]. » Et adjungit non aliquod facinus admissum, ex iis quæ prohibentur, sed opus aliquod omissum, ex iis quæ comprobantur, dicens : « Esurivi enim, et non dedistis mihi manducare : sitivi, et non dedistis mihi potum [82], » etc. Quin et multa similia invenire est, ex quibus ostendi possit non solum eos qui mala agunt, morte esse dignos, quibus et ignis inexstinguibilis paratus est, cum quibus et ii D qui a bonis operibus vacant, condemnantur, sed eos etiam, qui bona negligenter faciunt. Scriptum namque est : « Maledictus omnis qui facit opera Domini negligenter [83]. »

2. Tempestivum autem fuerit meminisse etiam Joannis, ad eos, qui per baptismum veniam peccatorum acceperant, dicentis : « Progenies vipera-

ΕΡΩΤΗΣΙΣ Ϛ'.

Εἰ ἡ ἀπείθεια ἐν τῷ ποιῆσαί τι τῶν ἀπηγορευμένων ἔστιν, ἢ καὶ ἐν τῷ παραλιπεῖν τι τῶν ἐγκεκριμένων.

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

9. Quod si Veteris etiam Testamenti testimonium ad ejusmodi sententiam certo probandam requiris, Moyses dicit: « Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, et ex tota mente tua, et ex tota fortitudine tua: et diliges proximum tuum sicut teipsum. [38] » Quibus Dominus subjungit: « In his duobus mandatis universa lex et prophetæ pendent. [39] » Testatur hoc ipsum et Apostolus, **666** his verbis: « Plenitudo ergo legis est dilectio [40] »

[32] Matth. vi, 5. [33] Matth. vii, 22, 23; Luc. xiii, 26, 27. [34] Matth. v, 16. [35] I Cor. x, 31. [36] I Cor. xiii, 1-3. [37] Gal. i, 10. [38] Deut. vi, 5. [39] Matth. xxii, 40. [40] Rom. xiii, 10

(42) Editi δικαίωμα ποιούντων πρός. Sed cum vox ποιούντων videatur παρέλκειν, eam delevi antiquis duobus libris auctoribus.

(43) Sic antiqui duo libri. Vocula καί deerat in vulgatis.

(44) Reg. tertius ἀλαλάζον, καὶ τὰ ἑξῆς. Mox alius ms. μυστήρια πάντα καὶ πᾶσαν τὴν γνῶσιν.

(45) Codices duo ἐπιζητεῖς.

(46) Antiqui duo libri καρδίας σου, καὶ ἐξ ὅλης τῆς ψυχῆς σου, καὶ ἐξ ὅλης τῆς διανοίας σου, καὶ.

(47) Vocula καί addita ex antiquis duobus libris.

Digitized by Google

Quod autem impuniti non relinquuntur qui non conficiunt hæc mandata, et pendentes ab ipsis justificationes, sed suppliciis sunt obnoxii, Moses ipse clamat dicens : « Maledictus omnis qui non permanet in omnibus quæ scripta sunt in hoc libro [41]. » David vero ait : « Iniquitatem si aspexi in corde meo, non exaudiat me Dominus [42]. » Et alibi : « Illic trepidabunt timore, ubi non erit timor, quoniam Deus dissipavit ossa eorum, qui hominibus placent [43]. » Itaque multa diligentia ac intenta cura opus est, ne si præter modum aliquem ex his quos retulimus, mandatum conficiamus, non modo talem ac tantam mercedem amittamus, sed etiam tam horrendis minis flamus obnoxii.

A ἀγάπη. » Ὅτι δὲ οὐκ ἀτιμώρητοι οἱ μὴ κατορθοῦντες ταύτας, καὶ τὰ ταύταις ὑποπίπτοντα δικαιώματα, τιμωρίας δέ εἰσιν ὑπόδικοι, αὐτὸς Μωϋσῆς βοᾷ, λέγων (48) · « Ἐπικατάρατος πᾶς, ὃς οὐκ ἐμμένει πᾶσι τοῖς γεγραμμένοις ἐν τῷ βιβλίῳ τούτῳ. » Ὁ δὲ Δαβὶδ φησιν · « Εἰ ἐθεώρουν ἀδικίαν ἐν καρδίᾳ μου, μὴ εἰσακουσάτω μου Κύριος · » καὶ ἀλλαχοῦ · « Ἐκεῖ φοβηθήσονται φόβον, οὗ οὐκ ἦν φόβος, ὅτι ὁ Θεὸς διεσκόρπισεν ὀστᾶ ἀνθρωπαρέσκων. » Πολλῆς οὖν ἐπιμελείας καὶ φροντίδος ἐπαγρύπνου χρεία, μήπως, παρά τι τῶν εἰρημένων τὴν ἐντολὴν ἐργασάμενοι, μὴ μόνον τοῦ τοιούτου καὶ τοσούτου (49) μισθοῦ ἐκπέσωμεν, ἀλλὰ καὶ ταῖς οὕτω φοβεραῖς ἀπειλαῖς ὑποπέσωμεν.

QUÆSTIO IX.

An conveniat societatem cum iniquis habere, aut participem esse infructuosorum operum tenebratum, etiamsi tales non sint ex numero eorum qui mihi sint concrediti

ΕΡΩΤΗΣΙΣ Θ'.

B *Εἰ χρὴ συγκοινωνεῖν τοῖς παρανομοῦσιν, ἢ τοῖς ἀκάρποις ἔργοις τοῦ σκότους, κἂν μὴ ὦσι τῶν ἐμοὶ πιστευθέντων οἱ τοιοῦτοι.*

RESPONSIO.

1. Iniquus quidem est quisquis legem integram non servaverit, aut violaverit vel unum mandatum. Etenim, si pars vel modica desit, totum periclitatur. Nam quod pene factum est, factum non est. Quemadmodum enim qui fere mortuus est, mortuus non est, sed vivit, et qui fere vixit, non vivit, sed mortuus est, et qui pene ingressus est, ingressus non est, sicut illæ quinque virgines : ita qui prope legem servavit, non servavit, sed iniquus est. Quapropter etiam erga iniquos, etiamsi germani et affines esse videantur, necesse est obedire Apostolo, C qui aliquando quidem ait : « Si quis frater nominatus, aut fornicator, aut avarus, aut ebriosus, aut conviciator, aut raptor fuerit, cum tali ne cibum quidem sumite [44]. » Observandum autem hic est, quod non eum modo qui in his omnibus offendit, ab ipsa etiam communi diæta segregaverit, sed eum etiam qui in uno aliquo ex his omnibus deliquit, cum non dixerit, Cum hoc, sed, « Cum tali : » aliquando vero, « Mortificate membra vestra quæ sunt super terram, fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiscentiam malam, et avaritiam, quæ est simulacrorum servitus; propter quæ venit ira Dei [45] » (et quidem generalius adjunxit) « in filios inobedientiæ. Nolite ergo fieri participes eo- D rum [46]. » Ac rursus : « Ut subtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinate, et non secundum traditionem, quam acceperunt a nobis [47]. » Et alibi similiter.

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

1. Παράνομος μέν ἐστιν πᾶς ὁ μὴ ὁλόκληρον τὸν νόμον φυλάξας, ἢ καὶ ὁ μίαν ἐντολὴν παραβάς. Ἐν γὰρ τῇ ἐλλείψει καὶ τοῦ μικροῦ τὸ πᾶν κινδυνεύει. Τὸ γὰρ παρ' ὀλίγον γεγονὸς οὐ γέγονεν. Ὥσπερ γὰρ ὁ παρ' ὀλίγον ἀποθανὼν οὐκ ἀπέθανεν, ἀλλὰ ζῇ, καὶ ὁ παρ' ὀλίγον ζήσας οὐ ζῇ, ἀλλὰ ἀπέθανε, καὶ ὁ παρ' ὀλίγον εἰσελθὼν οὐκ εἰσῆλθεν, ὡς αἱ πέντε παρθένοι· οὕτως ὁ παρ' ὀλίγον φυλάξας τὸν νόμον οὐκ ἐφύλαξεν, ἀλλ' ἔστι παράνομος. Διὸ καὶ ἀναγκαῖον ἐπὶ τῶν παρανομούντων, κἂν γνήσιοι εἶναι δόξωσι, πείθεσθαι τῷ Ἀποστόλῳ εἰπόντι, ποτὲ μέν, « Ἐάν τις ἀδελφὸς ὀνομαζόμενος, ἢ πόρνος, ἢ πλεονέκτης, ἢ μέθυσος, ἢ λοίδορος, ἢ ἅρπαξ, τῷ τοιούτῳ μηδὲ συνεσθίειν · » παρατηρητέον δὲ ἐνταῦθα, ὅτι οὐχὶ τὸν τὰ πάντα ὄντα ἀφώρισε καὶ αὐτῆς τῆς κοινῆς (50) διαίτης, ἀλλὰ καὶ τὸν ἕν τι ὄντα ἐκ πάντων, ἐν τῷ μὴ εἰπεῖν, « Τούτῳ, » ἀλλά, « Τῷ τοιούτῳ · » ποτὲ δὲ, « Νεκρώσατε τὰ μέλη ὑμῶν τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, πορνείαν, ἀκαθαρσίαν, πάθος, ἐπιθυμίαν κακήν, καὶ τὴν πλεονεξίαν, ἥτις ἐστὶν εἰδωλολατρεία · δι' ἃ ἔρχεται ἡ ὀργὴ τοῦ Θεοῦ (καὶ γὰρ καθολικώτερον ἐπήγαγεν) ἐπὶ τοὺς υἱοὺς τῆς ἀπειθείας. (51) Μὴ οὖν γίνεσθε συμμέτοχοι αὐτῶν · » καὶ πάλιν · « Στέλλεσθαι ὑμᾶς ἀπὸ παντὸς ἀδελφοῦ ἀτάκτως περιπατοῦντος, καὶ μὴ κατὰ τὴν παράδοσιν, ἣν παρέλαβον (52) παρ' ἡμῶν · » καὶ ἀλλαχοῦ ὁμοίως

2. Quid sit autem infructuosorum operum participem non esse, ut perspicue cognoscamus, primum perpendamus quibus de rebus nomen infructuosi usurpetur, utrum de reprobatis tantummodo,

2. Τὸ δὲ μὴ συγκοινωνεῖν τοῖς ἔργοις τοῖς ἀκάρποις· ἵνα σαφῶς γνῶμεν τί ἐστι, πρῶτον καταμάθωμεν κατὰ τίνων πραγμάτων κεῖται τὸ ὄνομα τοῦ ἀκάρπου · πότερον κατὰ τῶν κατεγνωσμένων μόνον, ἢ

[41] Deut. xxvii, 26. [42] Psal. lxv, 18. [43] Psal. lii, 6. [44] I Cor. v 11. [45] Col. iii, 5, 6. [46] Ephes. v, 7. [47] II Thess. iii, 6.

(48) Codices duo βοᾷ καὶ λέγει.

(49) Editi καὶ τηλικούτου. Libri veteres καὶ τοσούτου.

(50) Codices duo τῆς κοινῆς. Articulus deest in vulgatis.

(51) Illud, ἐπὶ τοὺς υἱοὺς ἀπειθείας, abest a nostris veteribus libris.

(52) Reg. tertius ἣν παρελάβοσαν.

Digitized by Google

καὶ κατὰ τῶν ἐπαινετῶν μὲν (53), μὴ ἐξ ὑγιοῦς δὲ διαθέσεως γινομένων. Ἐν μὲν οὖν τῇ Παλαιᾷ Διαθήκῃ ὁ προφήτης ἐν τῇ τοῦ δένδρου παραβολῇ περὶ τῶν ἁγίων εἶπεν· « Ὃ τὸν καρπὸν αὐτοῦ δώσει ἐν καιρῷ αὐτοῦ· » ὁ δὲ Σολομών φησιν· « Ἔργα δικαίων ζωὴν ποιεῖ· καρποὶ δὲ ἀσεβῶν ἁμαρτίαι, » Ὡσηὲ δὲ λέγει· « Σπείρατε ἑαυτοῖς εἰς δικαιοσύνην, τρυγήσατε καρπὸν ζωῆς· » καὶ ὁ Μιχαίας· « Καὶ ἔσται ἡ γῆ εἰς ἀφανισμὸν μετὰ τῶν κατοικούντων ἐν αὐτῇ, ἀπὸ καρπῶν ἐπιτηδευμάτων αὐτῶν· » καὶ ἄλλοι προφῆται ἄλλα πλείονα. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὡς λύχνος λαμπέτω· τὸ δὲ φῶς τὸ ἀληθινὸν, ὁ τῆς δικαιοσύνης ἥλιος, αὐτὸς ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς τρανότερον παρίστησι λέγων· « Οὐ δύναται δένδρον ἀγαθὸν καρποὺς πονηροὺς ποιεῖν, οὐδὲ δένδρον σαπρὸν καρποὺς ἀγαθοὺς ποιεῖν· » καὶ ἀλλαχοῦ ὁμοίως. Ἔχοντες οὖν τὸ τῶν καρπῶν ὄνομα ἐπὶ τοῖς ἀλλήλων ἐναντίοις ὁμοίως κείμενον, λοιπὸν καταμάθωμεν, ποῖοι μέν εἰσι δένδρα ἄκαρπα, τίνα δὲ ὁ Ἀπόστολος λέγει ἔργα ἄκαρπα. Τὰ μὲν οὖν ἄκαρπα δένδρα δηλοῦνται (54) ἡμῖν παρὰ Ἰωάννου τοῦ Βαπτιστοῦ, εἰπόντος τοῖς καταξιωθεῖσι τοῦ βαπτίσματος εἰς ἄφεσιν τῶν ἁμαρτιῶν, καὶ καθαρισθεῖσιν ἀπὸ παντὸς ῥύπου· « Ποιήσατε οὖν καρποὺς ἀξίους τῆς μετανοίας· » καὶ μετ' ὀλίγα ἐπιφέροντος· « Ἤδη οὖν δένδρον μὴ ποιοῦν καρπὸν καλὸν ἐκκόπτεται, καὶ εἰς πῦρ βάλλεται· » τηλαυγέστερον δὲ ὁ Κύριος (55) διδάσκει, λέγων τοῖς μὲν ἐκ δεξιῶν ἑστῶσι, « Δεῦτε, οἱ εὐλογημένοι τοῦ Πατρός μου, κληρονομήσατε τὴν ἡτοιμασμένην ὑμῖν βασιλείαν ἀπὸ καταβολῆς κόσμου· » καὶ τοὺς ἀγαθοὺς αὐτῶν καρποὺς δεικνύων ἐν τοῖς ἐπιφερομένοις· τοὺς δὲ ἐξ ἀριστερῶν πέμπων εἰς τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον, τὸ ἡτοιμασμένον τῷ διαβόλῳ καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ· οἷς οὐχ ἁμαρτίας ἐργασίαν ἐγκαλεῖ, ἀλλ' ἀργίαν καρπῶν ἀγαθῶν. « Ἐπείνασα γάρ, φησὶ, καὶ οὐκ ἐδώκατέ μοι φαγεῖν, » καὶ τὰ ἑξῆς· ἧτις ἀργία τῆς μερίδος ἐποίησεν αὐτοὺς γενέσθαι τῶν ἁμαρτωλῶν, οἵτινες ἄγγελοι τοῦ διαβόλου καλοῦνται παρὰ τοῦ Κυρίου.

A an etiam de laudabilibus quidem, sed quæ non sano animi affectu fiant. In Veteri **667** igitur Testamento, sumpta ab arbore comparatione, dixit de sanctis Propheta : « Quæ fructum suum dabit in tempore suo [48]. » Salomon vero ait : « Opera justorum vitam faciunt ; fructus vero impiorum peccata [49]. » Osee itidem dicit : « Serite vobisipsis ad justitiam, vindemiate fructum vitæ [50]. » Et Michæas : « Et erit terra in dissipationem cum habitantibus in ipsa, a fructibus studiorum ipsorum [51]. » Et prophetæ alii alia plura ; sed hæc quidem lucernæ instar luceant. Vera autem lux, sol ille justitiæ, ipse Dominus noster Jesus Christus clarius rem exprimit dicens : « Non potest arbor bona malos fructus facere, neque arbor putris fructus B bonos facere [52]. » Et alibi similiter. Itaque cum fructuum nomen æqualiter rebus inter se contrariis impositum habeamus, de reliquo expendamus qui sint arbores infructuosæ, et quæ opera Apostolus dicat infructuosa. Arbores itaque infructuosæ declarantur nobis a Joanne Baptista, ubi iis, qui baptisma recipiebant ad remissionem peccatorum, et ut a sordibus omnibus purgarentur, dixit : « Facite igitur dignos pœnitentiæ fructus [53]. » Et paulo post subjungit : « Omnis ergo arbor, quæ non facit fructum bonum, exciditur, et in ignem conjicitur [54]. » Dominus vero clarius nos docet, iis quidem, qui a dextris sunt, dicens : « Venite, benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum a constitutione mundi [55] ; » eorumque bonos fructus C per ea quæ subjungit, indicat, eos vero qui a sinistris sunt, mittit in ignem æternum, diabolo et angelis ejus paratum [56] ; quos non propterea culpat, quod peccatum patrarint, sed quod vacarint a bonis fructibus. « Esurivi enim, inquit, et non dedistis mihi manducare [57], » et quæ sequuntur : quæ inertia eos ad sortem redegit peccatorum, qui angeli diaboli a Domino vocantur.

3. Τῆς διαφορᾶς οὖν φανερωθείσης τῶν τὰ ἐναντία καρποφορούντων, καὶ ἀκάρπων, λοιπὸν ἴδωμεν, τίνα ἐστὶ μάλιστα ἃ λέγει ὁ Ἀπόστολος ἔργα ἄκαρπα. Ἐγὼ δὲ λογιζόμενος οὐχ εὑρίσκω μεταξὺ τοῦ νομίμως καὶ εὐαρέστως τῷ Θεῷ τὴν ἐντολὴν ἐργαζομένου, καὶ τοῦ τὸ κακὸν ἐργαζομένου, καὶ τοῦ μηθ' D ἕτερον ποιοῦντος, εἰ μὴ τοὺς ποιοῦντας τὸ ἀγαθὸν, μὴ εὐαρέστως δὲ (56) τῷ Θεῷ κατά τι τῶν προειρημένων ἐν τῷ ἐρωτήματι, εἰ εὐπρόσδεκτόν ἐστιν ἔργον ἐντολῆς μὴ κατ' ἐντολὴν γινόμενον, περὶ ὧν ὁ Κύριος λέγει, ὅτι ἀπέχουσι τὸν μισθὸν αὐτῶν Ὡς (57) αἱ πέντε μωραὶ παρθένοι, αἵτινες μαρτυροῦνται ὑπ' αὐτοῦ τοῦ Κυρίου, ὅτι τε παρθένοι, καὶ ὅτι τὰς λαμ-

3. Cum igitur declarata sit differentia eorum, qui contrarios fructus afferunt, et eorum, qui infructuosi sunt, de cætero videamus, quæ maxime sint, quæ Apostolus appellet opera infructuosa. Ego autem, dum hæc mecum reputo, non invenio quemquam medium inter eum qui ritu legitimo et Deo placente præceptum exsequitur, et eum qui malum patrat, et eum qui neutrum efficit, nisi eos qui bonum quidem faciunt, sed non ita, ut Deo sit acceptum, ob aliquam videlicet rationem ex his quas prius in ea quæstione memoravimus, ubi, an placeat mandati opus, si juxta mandatum non fiat, disputatum est : de quibus hoc dicit Dominus,

[48] Psal. I, 3. [49] Prov. X, 16. [50] Ose. X, 12. [51] Mich. VII, 13. [52] Matth. VII, 18. [53] Matth. III, 8. [54] ibid. 10. [55] Matth. XXV, 34. [56] ibid. 41. [57] ibid. 42 seq.

(53) Sic antiqui duo libri. Duæ hæ voces, καὶ... μέν, in editis desiderantur.

(54) Veteres duo libri δηλοῦται.

(55) Unus ms. αὐτὸς ὁ Κύριος. Statim editi εὐλογούμενοι. At mss. tres εὐλογημένοι.

(56) Vocula δέ in nostris mss. non legitur.

(57) Unus ms. Καὶ ὡς.

Digitized by Google

quod mercedem suam habeant[58]. Hunc ad modum fatuæ quinque virgines, quæ juxta Domini ipsius testimonium et virgines erant, et paraverant lampades, et accenderant, hoc est, fecerant idem quod prudentes, et ierant obviam Domino, et in omnibus studium studio prudentum haud impar ostenderant, tamen ob hoc solum, quod in vasis oleum defuit, aberravere a scopo, atque ab ingressu ejus loci, ubi sponsus erat, exclusæ sunt[59]. Quales etiam **668** sunt, qui si duo sint in pistrino, et in eodem lecto, relinquuntur[59*]. Quorum fortasse causam Dominus obticuit, ut ostenderet, si res quævis vel parva desit, modo conveniat, et maxime, ut Apostolus docuit[60], si desit sincera charitas, rem nullam gratam esse et acceptam. Cum igitur perspectum nobis sit, unde opera fiant infructuosa, caveamus ne, re aliqua deficiente, legitimum certamen, quod ad placendum Deo suscipiendum sit, certemus, sed in omnibus commendemus nosipsos velut Dei ministros[60*]. Neque vero hoc solum, sed ne cum talibus quidem societatem ullam habeamus, uti Paulus in Christo loquens definite pronuntiavit, cum dixit : « Nolite communicare operibus infructuosis tenebrarum harum[61]. » Atque cum subjunxit illud : « Quin potius etiam redarguite[62], » ita modum non habendæ societatis docuit.

πάδας ἐκόσμησαν, καὶ ὅτι ἀνῆψαν, τουτέστιν, ὁμοίως εἰργάσαντο ταῖς φρονίμοις, καὶ ἐξῆλθον εἰς ἀπάντησιν τοῦ Κυρίου, καὶ κατὰ πάντα ὁμοίως ταῖς φρονίμοις τὴν σπουδὴν ἐπεδείξαντο, διὰ δὲ μόνην τὴν ἐλλειψιν τοῦ ἐν τοῖς ἀγγείοις ἐλαίου τοῦ σκοποῦ ἀποτυχοῦσαι, καὶ τῆς εἰσόδου τοῦ νυμφῶνος ἐκκλεισθεῖσαι. Καὶ ὡς ἐκ τῶν δύο τῶν ὄντων ἐν τῷ μυλῶνι, καὶ ἐπὶ τῆς αὐτῆς κλίνης οἱ ἀφιέμενοι. Ἐφ' ὧν τάχα τὴν αἰτίαν ἐσίγησεν ὁ Κύριος, ἵνα ἐπὶ παντὸς πράγματος, ἐπὶ μικρᾷ (58) γοῦν ἐλλείψει τοῦ πρέποντος, καὶ μάλιστα τῆς εἰλικρινοῦς ἀγάπης, ὡς ὁ Ἀπόστολος ἐδίδαξε, τὸ μὴ εὐάρεστον δείξῃ. Ἄχαρπον τοίνυν τὸ τῶν ἔργων (59) κατὰ τί συμβαίνει γίνεσθαι γνωρίζοντες, φυλαξώμεθα παρὰ μηδὲν τὴν νόμιμον ἆθλησιν τῆς πρὸς Θεὸν εὐαρεστήσεως ἀθλεῖν, ἀλλ' ἐν παντὶ συνιστᾷν ἑαυτοὺς, ὡς Θεοῦ διακόνους. Οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ μήτε συγκοινωνεῖν τοῖς τοιούτοις, ὡς ὁ ἐν Χριστῷ λαλῶν Παῦλος ὁριστικῶς ἀπεφήνατο λέγων· « Μὴ συγκοινωνεῖτε τοῖς ἔργοις τοῖς ἀκάρποις τοῦ σκότους τούτου. » Τὸ δὲ, « Μᾶλλον δὲ καὶ ἐλέγχετε, » ἐπενεγκὼν, τέως τὸν τρόπον τοῦ μὴ συγκοινωνεῖν ἐδίδαξε.

4. Quid autem sit rem participare, aut etiam quot modis hoc fiat, expendamus. Itaque, dum mihi in mentem venit, quod in Proverbiis dictum est : « Veni nobiscum, particeps esto sanguinis[63], » et apud Apostolum, « Exsistentes vos omnes mihi consortes gratiæ[64], » et, « Communicantes tribulationi meæ[65], » et, « Communicet autem is qui catechizatur verbo, ei qui se catechizat, in omnibus bonis[66] ; » item, « Si videbas furem, currebas cum eo, et cum adulteris portionem tuam ponebas[67] ; » itidem, « Arguendo argues fratrem tuum, et non accipies propter eum peccatum[68], » et, « Hæc fecisti, et tacui; suspicatus es iniquitatem, quod ero tibi similis ; arguam te et statuam contra faciem tuam[69] : » dum, inquam, horum et talium recordor, puto secundum opus societatem esse tum, cum aliqui eumdem scopum spectantes, mutuam sibi ad agendum operam præbuerint : secundum mentem vero, cum quis affectui agentis assensus fuerit, eique indulserit. Altera autem societas, quæ plerosque latet, divina Scriptura accurate expensa, perspicue cognoscitur, cum quis videlicet neque operam suam ad aliquid conferens, neque assentiens affectui, quin potius consilii, quo ductus agit, malitiam cognoscens, tamen conticue-

4. Τί δέ ἐστι τὸ συγκοινωνεῖν, ἢ καὶ κατὰ πόσους τρόπους τοῦτο γίνεται, καταμάθωμεν. Μνημονεύων οὖν ἐν μὲν ταῖς Παροιμίαις τοῦ, « Ἐλθὲ μεθ' ἡμῶν, κοινώνησον αἵματος, » παρὰ δὲ τῷ Ἀποστόλῳ τοῦ, « Συγκοινωνούς (60) μου τῆς χάριτος πάντας ὑμᾶς ὄντας, » καὶ, « Συγκοινωνήσαντές μου τῇ θλίψει· » καὶ, « Κοινωνείτω δὲ ὁ κατηχούμενος τὸν λόγον τῷ κατηχοῦντι ἐν πᾶσιν ἀγαθοῖς· » καὶ τοῦ, « Εἰ ἐθεώρεις κλέπτην, συνέτρεχες αὐτῷ, καὶ μετὰ μοιχῶν τὴν μερίδα σου ἐτίθεις· » καὶ τοῦ, « Ἐλεγμῷ ἐλέγξεις τὸν ἀδελφόν σου, καὶ οὐ λήψῃ δι' αὐτὸν ἁμαρτίαν· » καὶ τοῦ, « Ταῦτα ἐποίησας, καὶ ἐσίγησα· ὑπέλαβες ἀνομίαν, ὅτι ἔσομαί σοι ὅμοιος· ἐλέγξω σε καὶ παραστήσω κατὰ πρόσωπόν σου, » καὶ τῶν τοιούτων, κοινωνίαν (61) ἡγοῦμαι κατὰ τὸ ἔργον, ὅταν ἀλλήλοις ἐπὶ τῷ αὐτῷ σκοπῷ συλλαμβάνωνται πρὸς τὴν ἐνέργειαν· κατὰ δὲ γνώμην, ὅταν συγκατάθηταί τις τῇ διαθέσει τοῦ ποιοῦντος, καὶ συναρεσθῇ. Ἑτέρα δὲ κοινωνία τοὺς πολλοὺς λανθάνουσα ἐμφαίνεται τῇ ἀκριβολογίᾳ τῆς θεοπνεύστου Γραφῆς· ὅταν μήτε συνεργασάμενος, μήτε συγκαταθέμενος τῇ διαθέσει, γνοὺς δὲ τὴν κακίαν τῆς γνώμης ἀφ' ἧς ποιεῖ, ἡσυχάσῃ, καὶ μὴ ἐλέγξῃ, κατά τε τὰ ἀνωτέρω γεγραμμένα, καὶ κατὰ τὸ ὑπὸ τοῦ Ἀποστόλου εἰρημένον τοῖς Κορινθίοις, ὅτι « Οὐκ ἐπενθήσατε ἵνα

[58] Matth. vi, 5. [59] Matth. xxv, 2 sqq. [59*] Luc. xvii, 34, 35. [60] I Cor. xiii, 1-3. [60*] II Cor. vi, 4. [61] Ephes. v, 11. [62] ibid. [63] Prov. i, 11. [64] Philipp. i, 7. [65] Philipp. iv, 14. [66] Gal. vi, 6. [67] Psal. xlix, 18. [68] Lev. xix, 17. [69] Psal. xlix, 21.

(58) Veteres duo libri ἐν τῇ μικρᾷ.

(59) Editi τὸ τῶν δένδρων. Regii primus et tertius τῶν ἔργων. Aliquanto infra unus ms. ὡς Θεοῦ διάκονοι.

(60) Antiqui duo libri τοῦ, συγκοινωνούς, recte. Editi τοὺς συγκοινωνούς, male.

(61) Illa, καὶ τῶν τοιούτων κοινωνίαν, junguntur in vulgatis sine ulla interpunctione : quam scribendi rationem secutus est vetus interpres. Sed in antiquis libris ita sejunguntur, ut virgula ante vocem κοινωνίαν posita sit : quod nobis et verius et melius visum est. Puto igitur vocem μνημονεύων hic supplendam esse ex superioribus.

Digitized by Google

ἐξαρθῇ ἐκ μέσου ὑμῶν ὁ τὸ ἔργον τοῦτο ποιήσας· » A οἷς ἐπήγαγεν· « Μικρὰ ζύμη ὅλον τὸ φύραμα ὁλοῖ. » (62) Φοβηθῶμεν οὖν καὶ ἀνασχώμεθα αὐτοῦ λέγοντος· « Ἐκκαθάρατε τὴν παλαιὰν ζύμην, ἵνα ἦτε νέον φύραμα. » Ὁ δὲ συνεργαζόμενος μέν τινι τὸ ἀγαθὸν ἀγαθῇ γνώμῃ, ἀγνοῶν δὲ αὐτοῦ τὴν κακίαν τῆς τε διαθέσεως καὶ τοῦ σκοποῦ, οὐκ ἐν τῷ συνεργάζεσθαι ἔγκλημα ἕξει κοινωνίας, ἀλλ' ἐν τῷ κεχωρίσθαι τῆς τοῦ ἀλλοτρίου διαθέσεως, φυλάσσειν (63) δὲ ἑαυτὸν ἐν τῷ κανόνι τῆς πρὸς τὸν Θεὸν ἀγάπης, τὸν ἴδιον μισθὸν λαμβάνει κατὰ τὸν ἴδιον κόπον, ὡς ὁ ἐπὶ τῆς κλίνης, καὶ ἡ ἐν τῷ μυλῶνι ἐφανερώθη ἡμῖν παρ' αὐτοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Διαφορὰ δὲ εἰς τοὺς πιστευθέντας, καὶ τοὺς μὴ, ἐν τῷ χρέει τῆς ἐπιμελείας ἐστὶν, οὐκ ἐν τῇ κοινωνίᾳ τῶν ἁμαρτημάτων. Ἡ μὲν γὰρ ἐπιμέλεια ἐξαιρέτως B μόνοις τοῖς πιστευθεῖσιν ὀφείλεται παρ' ἐμοῦ (64)· ἡ δὲ πρὸς τὸ κακὸν καὶ τὰ ἄκαρπα ἔργα κοινωνία κατὰ πάντων ὁμοῦ ἀπηγόρευται.

rit, et non redarguerit, neque juxta ea quæ superius scripta sunt, neque juxta id quod ab Apostolo Corinthiis dictum est : « Non luxistis ut tolleretur de medio vestrum qui hoc opus fecit[70] : » quibus subjunxit, « Modicum fermentum totam massam corrumpit[71]. » Metuamus itaque, et obtemperemus dicenti : « Expurgate vetus fermentum, ut sitis nova conspersio[72]. » Qui autem una cum aliquo facit quidem bonum bono animo, sed ignorat et affectus et propositi ipsius malitiam, non propterea quod una cum eo agit, communionis crimini futurus est obnoxius, sed propterea quod ab alieno affectu separatus est, servatque seipsum in regula dilectionis erga Deum, mercedem propriam juxta proprium laborem recipiet, quemadmodum ille, qui in lecto[73], et illa, quæ in pistrino reperietur[74], indicati nobis sunt ab ipso Domino **669** Jesu Christo. Cæterum differentia quæ intercedit inter eos qui nobis concrediti sunt, aut non, in diligentiæ ac curæ debito sita est, non in participatione peccatorum. Curam enim proprie ac peculiariter iis solis, qui mihi concrediti sunt, debeo : sed mali et operum infructuosorum participatio, in omnibus pariter vetita est.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ Ι'.

Εἰ ἀεὶ ἐστι τὸ σκανδαλίζειν ἐπικίνδυνον.

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

1. Πρῶτον μὲν ἡγοῦμαι ἀκαγναῖον εἶναι γνῶναι, τί ἐστι σκάνδαλον· ἔπειτα δὲ καὶ (65) τὴν διαφορὰν τῶν σκανδαλιζόντων, καὶ δι' ὧν σκανδαλίζουσι· καὶ οὕτω γνωρίσαι τό τε ἀκίνδυνον καὶ τὸ ἐπικίνδυνον. Σκάνδαλον μὲν οὖν ἐστιν, ὡς ἐγὼ λογίζομαι ἐκ τῶν C γεγραμμένων ὁδηγούμενος, πᾶν τὸ ἤτοι εἰς ἀποστασίαν τινὰ τῆς κατ' εὐσέβειαν ἀληθείας ἄγον, ἢ πρόσκλησιν τῆς πλάνης ἐμποιοῦν, ἢ οἰκοδομοῦν εἰς ἀσέβειαν, ἢ καθόλου, πᾶν τὸ κωλύον τῇ ἐντολῇ τοῦ Θεοῦ ὑπακούειν μέχρι καὶ αὐτοῦ τοῦ θανάτου. Ἐὰν μὲν οὖν αὐτὸ κατὰ τὸν ἴδιον λόγον ἀγαθὸν ᾖ τὸ λεγόμενον, ἢ τὸ γινόμενον, ἡ δὲ νόσος τοῦ χρωμένου τῷ ἔργῳ, ἢ τῷ λόγῳ, ἐν τῇ χρήσει ἐμποιήσῃ αὐτῷ τὴν βλάβην, καθαρός ἐστιν ἀπὸ τοῦ κρίματος τῶν σκανδαλιζομένων ὁ τὸ ἀγαθὸν εἰς οἰκοδομὴν τῆς πίστεως εἰπὼν ἢ ποιήσας (66), ὥσπερ ὁ Κύριος, εἰπὼν μὲν, « Οὐ τὸ εἰσερχόμενον εἰς τὸ στόμα κοινοῖ τὸν ἄνθρωπον, ἀλλὰ τὸ ἐκπορευόμενον ἐκ τοῦ στόματος, τοῦτο κοινοῖ τὸν ἄνθρωπον· » πρὸς δὲ τοὺς σκανδαλισθέντας ἐπαγαγὼν, « Πᾶσα φυτεία ἣν οὐκ ἐφύτευσεν ὁ Πατήρ μου ὁ οὐράνιος, ἐκριζωθήσεται· » εἰπὼν δὲ, ὅτι « Ὁ τρώγων μου τὴν σάρκα, καὶ πίνων μου τὸ αἷμα, ἔχει ζωὴν αἰώνιον· » καὶ μετ' ὀλίγα· « Οὐδεὶς δύναται εἰσελθεῖν πρὸς μὲ, ἐὰν μὴ ᾖ αὐτῷ δεδομένον ἐκ τοῦ Πατρός μου· » ὁπότε τούτοις τοῖς ῥήμασιν εἰς ἀπώλειάν τινες ἐχρήσαντο, καθὼς γέγραπται· « Καὶ D

QUÆSTIO X.

An semper periculosum sit scandalum dare.

RESPONSIO.

1. Primum quidem necessarium arbitror scire, quid sit scandalum : deinde vero quæ sit differentia inter eos qui scandalum dant, et inter ea, quibus præbent scandalum, atque ita cognoscere tum quod vacat periculo, tum quod periculum habet. Scandalum igitur est, ut ego ex Scripturis inductus opinor, quidquid aut ad quamdam defectionem a veritate quæ secundum pietatem est, abducit, aut errorem asciscit, aut parat ad impietatem, aut in summa, quidquid impedit quominus præcepto Dei ad ipsam usque mortem obediamus. Itaque, si id quod aut dicitur, aut fit, bonum ex seipso fuerit, morbus vero illius, qui opere aut sermone utitur, ei rei in usu detrimentum attulerit, purus est a judicio eorum qui scandalum perpessi sunt, is, qui bonum ad fidei ædificationem aut dixit, aut fecit, quemadmodum Domino contigit, cum dixit, « Non quod intrat in os, coinquinat hominem, sed quod procedit ex ore, hoc coinquinat hominem[75] ; » et ubi adversus eos qui scandalum perpessi fuerant, subjunxit : « Omnis plantatio quam non plantavit Pater meus cœlestis, eradicabitur[76] ; » itidem, cum dixit : « Qui manducat meam carnem, et bibit meum sanguinem, habet vitam æternam[77] ; » et paulo post : « Nemo potest venire ad me, nisi fuerit ei datum a Patre

[70] I Cor. v, 2. [71] ibid. 6. [72] ibid. 7. [73] Luc. xvii, 34. [74] ibid. 35. [75] Matth. xv, 11. [76] ibid. 13. [77] Joan. vi, 55.

(62) Veteres duo libri φύραμα ζυμοῖ, *conspersionem fermentat.*

(63) Editi φυλάσσων. Regii secundus et tertius φυλάσσειν. Nec ita multo post mss. duo κλίνης καὶ ὁ ἐν.

(64) Codices duo παρ' ἡμῶν.

(65) Vocula καί addita est ex uno veteri libro. Haud longe particulam μέν addidimus quoque, fidem antiquorum librorum secuti.

(66) Editi καὶ ποιήσας. At mss. duo ἢ ποιήσας.

Digitized by Google

meo [78]; » quo tempore his verbis abusi sunt nonnulli ad perniciem, sicut scriptum est : « Et multi ex discipulis, audito hoc sermone, abierunt retro, nec amplius cum illo ambulabant. Dixit igitur Jesus ad duodecim : Num et vos vultis abire? Respondit ergo Simon Petrus : Domine, ad quem ibimus? Verba vitæ æternæ habes, et nos credidimus, et cognovimus, quod tu es Christus Filius Dei viventis [79]. » Etenim quibus verbis ii quorum fides sana erat, ad fidei ædificationem, et ad salutem æternam comparandam usi sunt, iisdem ii quorum cognitio, aut fides infirma erat, ob propriam malitiam ad interitus occasionem abusi sunt, sicut scriptum est de Domino, « Hic positus est in ruinam et resurrectionem multorum [80]; » non quod sibi ipse contrarius sit, sed ob utentium contrariam animi sententiam, quemadmodum et Apostolus ait : « Aliis quidem odor vitæ ad vitam, aliis vero odor mortis ad mortem [81]. »

2. Quod si suapte natura malum est quod vel fit, vel dicitur, is qui illud fecit, aut dixit, tum proprii peccati, tum scandali judicium subibit, etiamsi is, cujus gratia scandalum oritur, **670** scandalum non sit perpessus, velut de Petro discimus, ad quem Dominus, ministerium ac dispensationem obedientiæ usque ad mortem explere prohibitus, dixit : « Vade post me, Satana, scandalum es mihi [82]. » Et ratio, quæ subjicitur, licet paucis expressa, generales scandali proprietates ostendit : « Quia non sapis ea quæ Dei sunt, sed ea quæ hominum [83]. » Unde cognoscere possumus, omnem sententiam sententiæ Dei adversam scandalum esse, et ad opus usque progressam, homicidæ judicio fieri obnoxiam, ut scriptum est apud Oseam prophetam : « Absconderunt sacerdotes viam, interfecerunt Sichima, quoniam iniquitatem fecerunt in populo [84]. » Si vero quidpiam ex sua ipsius ratione fuerit licitum, sed accipiatur cum detrimento, et iis qui in fide aut cognitione debiles sunt, scandali occasio fiat, is qui fecit, scandali judicium non effugit, cum de iis qui tales sunt, nec debilibus parcunt, dicat Apostolus : « Sic autem peccantes in fratres, et percutientes conscientiam eorum infirmam, in Christum peccatis [85]. » Itaque, quando quod fit, inde offendiculi causa est, quod in se consideratum malum est, aut si ex licitis aliquid, et in nostra potestate constitutis, cuipiam in fide vel cognitione infirmo offensioni fuerit, tunc apertum et inevitabile judicium habet, horrendum videlicet illud, quod ab ipso Domino pronuntiatum est, hoc modo : « Utilius est illi, ut

A πολλοὶ τῶν μαθητῶν, ἀκούσαντες (67) τὸν λόγον τοῦτον, ἀπῆλθον εἰς τὰ ὀπίσω, καὶ οὐκέτι μετ' αὐτοῦ περιεπάτουν. Εἶπεν οὖν ὁ Ἰησοῦς τοῖς δώδεκα· Μὴ καὶ ὑμεῖς θέλετε ὑπάγειν; Ἀπεκρίθη οὖν Σίμων Πέτρος· Κύριε, πρὸς τίνα ἀπελευσόμεθα; Ῥήματα ζωῆς αἰωνίου ἔχεις, καὶ ἡμεῖς πεπιστεύκαμεν, καὶ ἐγνώκαμεν, ὅτι σὺ εἶ ὁ Χριστὸς ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος. » Οἷς γὰρ οἱ ὑγιαίνοντες τὴν πίστιν πρὸς οἰκοδομὴν ἐχρήσαντο τῆς πίστεως, καὶ περιποίησιν τῆς αἰωνίου σωτηρίας, τούτοις οἱ ἀσθενοῦντες τὴν γνῶσιν, ἢ τὴν πίστιν, διὰ τὴν ἰδίαν κακίαν, εἰς πρόφασιν ἀπωλείας ἐχρήσαντο, κατὰ τὸ γεγραμμένον περὶ τοῦ Κυρίου ὅτι, « Οὗτος κεῖται εἰς πτῶσιν καὶ ἀνάστασιν πολλῶν· » οὐ κατὰ τὴν ἑαυτοῦ πρὸς (68) ἑαυτὸν ἐναντιότητα, ἀλλὰ κατὰ τὴν τῶν χρωμένων

B ἀντικειμένην γνώμην, ὥσπερ καὶ ὁ Ἀπόστολός φησιν· « Οἷς μὲν ὀσμὴ ζωῆς εἰς ζωὴν, οἷς δὲ ὀσμὴ θανάτου εἰς θάνατον. »

2. Ἐὰν δὲ τῇ ἰδίᾳ φύσει κακὸν ᾖ τὸ γινόμενον, ἢ τὸ λεγόμενον, ὁ ποιήσας αὐτὸ, ἢ ὁ εἰπὼν, καὶ τῆς ἰδίας ἁμαρτίας, καὶ τοῦ σκανδάλου ἔχει τὸ κρῖμα, κἂν δι' ὃν γίνεται (69) τὸ σκάνδαλον μὴ σκανδαλισθῇ, ὡς ἐπὶ τοῦ Πέτρου μανθάνομεν, πρὸς ὃν λέγει ὁ Κύριος, κωλυθεὶς πληρῶσαι τὴν οἰκονομίαν τῆς μέχρι θανάτου ὑπακοῆς· « Ὕπαγε ὀπίσω μου, Σατανᾶ, σκάνδαλόν μου εἶ (70). » Καὶ ἡ ἐπενεχθεῖσα δὲ αἰτία ὀλίγῃ τὰ καθόλου ἰδιώματα τοῦ σκανδάλου ἐδίδαξεν· « Ὅτι οὐ φρονεῖς τὰ τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ τὰ τῶν ἀνθρώπων· » ὥστε ἡμᾶς εἰδέναι, ὅτι πᾶν φρόνημα ἐναντίως

C ἔχον τῷ φρονήματι τοῦ Θεοῦ, τοῦτο σκάνδαλόν ἐστι, καὶ εἰς ἔργον προελθὸν φονέως ἔχει τὸ κρῖμα, κατὰ τὸ γεγραμμένον παρὰ Ὡσηὲ τῷ προφήτῃ· « Ἔκρυψαν ἱερεῖς ὁδὸν, ἐφόνευσαν Σίκιμα, ὅτι ἀνομίαν ἐποίησαν ἐν τῷ λαῷ. » Ἐὰν δὲ κατὰ μὲν τὸν ἴδιον λόγον ᾖ τι τῶν (71) συγκεχωρημένων, λαμβάνηται δὲ ἐπὶ βλάβῃ, καὶ γένηται σκανδαλισμοῦ πρόφασις τοῖς ἀσθενοῦσι τὴν πίστιν ἢ τὴν γνῶσιν, ὁ ποιήσας οὐκ ἐκφεύγει τοῦ σκανδάλου τὸ κρῖμα· τοῦ Ἀποστόλου

D λέγοντος περὶ τῶν τοιούτων (72), καὶ μὴ φειδομένων τῶν ἀσθενούντων· « Οὕτω δὲ ἁμαρτάνοντες εἰς τοὺς ἀδελφοὺς, καὶ τύπτοντες αὐτῶν τὴν συνείδησιν ἀσθενοῦσαν, εἰς Χριστὸν ἁμαρτάνετε. » Ὥστε, ὅταν ἢ τὸ γενόμενον (73) τῷ ἰδίῳ λόγῳ κακὸν ὑπάρχον αἴτιον γένηται σκανδαλισμοῦ, ἢ τι τῶν συγκεχωρημένων καὶ ἐν ἐξουσίᾳ ἡμετέρᾳ κειμένων ὑπάρχον τῷ ἀσθενοῦντι τὴν πίστιν ἢ τὴν γνῶσιν γένηται σκάνδαλον, φανερὸν καὶ ἀπαραίτητον ἔχει τὸ φοβερὸν ἐκεῖνο κρῖμα τὸ ὑπὸ τοῦ Κυρίου εἰρημένον οὕτως· « Συμφέρει αὐτῷ ἵνα κρεμασθῇ μύλος ὀνικὸς περὶ τὸν

[78] Joan. VI, 66. [79] Ibid. 67-70. [80] Luc. II, 34. [81] II Cor. II, 16. [82] Matth. XVI, 23. [83] Ibid. [84] Ose. VI, 9. [85] I Cor. VIII, 12.

(67) Veteres duo libri μαθητῶν αὐτοῦ ἀκούσαντες. Paulo post Reg. secundus οὖν ὁ Κύριος.

(68) Sic Regii duo. Editi τὴν ἑαυτῶν πρός.

(69) Unus ms. γένηται. Nec ita multo infra mss. duo ἐκπληρῶσαι.

(70) Reg. secundus σκάνδαλον εἶ ἐμοί. Statim editi ὀλίγα. At mss. duo ὀλίγῃ. Ibidem iidem mss. τὸ καθόλου ἰδίωμα.

(71) Veteres duo libri ᾖ τι τῶν. Vocula τι aberat a vulgatis.

(72) Factum est ab imperitis librariis, ut ubi in editis incorrupte legitur τοιούτων, corrupte legatur in nostris veteribus libris ποιούντων.

(73) Unus ms. τὸ γινόμενον... αἴτιον γίνηται.

Digitized by Google

τράχηλον αὐτοῦ, καὶ ἐρίπται εἰς τὴν θάλασσαν, ἢ ἵνα σκανδαλίσῃ ἕνα τῶν μικρῶν τούτων.» (74) Πλατύτερον δὲ ἐν τοῖς πρώτοις ἐρωτήμασιν ἐξεθέμεθα, ἔνθα καὶ οἱ τρόποι τῶν σκανδαλιζομένων σαφέστερον ἐξητάσθησαν. Διόπερ ὁ Ἀπόστολος ἐπὶ τῶν συγκεχωρημένων φησί· « Καλὸν τὸ μὴ φαγεῖν κρέα, μηδὲ πιεῖν οἶνον, μηδὲ ἐν ᾧ ὁ ἀδελφός σου προσκόπτει, ἢ σκανδαλίζεται, ἢ ἀσθενεῖ· » καὶ πάλιν ἀλλαχοῦ λέγων ὅτι, « Πᾶν κτίσμα Θεοῦ καλὸν, καὶ οὐδὲν ἀπόβλητον μετ' εὐχαριστίας λαμβανόμενον· » ὅμως φησὶν, « Οὐ μὴ φάγω κρέα εἰς τὸν αἰῶνα, ἵνα μὴ τὸν ἀδελφόν μου σκανδαλίσω. » Εἰ δὲ ἐπὶ τῶν συγκεχωρημένων τοιοῦτον τὸ κρῖμα, τί ἂν τις εἴποι περὶ τῶν κεκολυμένων; Διόπερ καθολικώτερον ἡμᾶς παιδεύει, λέγων· « Ἀπρόσκοποι γίνεσθε καὶ Ἰουδαίοις καὶ Ἕλλησι, καὶ τῇ Ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ, καθὼς κἀγὼ πάντα πᾶσιν ἀρέσκω, μὴ ζητῶν τὸ ἐμαυτοῦ συμφέρον, ἀλλὰ τὸ τῶν πολλῶν, ἵνα σωθῶσιν. »

A suspendatur mola asinaria circa collum ejus, et projiciatur in mare, quam ut scandalizet unum ex pusillis istis [86]. » Fusius autem hoc in prioribus quæstionibus exposuimus, ubi et eorum, qui scandalum perpetiuntur, clarius expensa est indoles. Quapropter Apostolus etiam de licitis dicit : « Bonum est non manducare carnem, et non bibere vinum, neque in quo frater tuus offenditur, aut scandalizatur, aut infirmatur [87]. » Et rursus alibi ait : « Omnis creatura Dei bona est, nec quidquam, quod cum gratiarum actione sumatur, rejiciendum est [88] : » sed tamen dicit : « Non manducabo carnem in æternum, ne fratrem meum scandalizem [89]. » Quod si de licitis judicium ejusmodi fertur, quid quis dixerit de vetitis? Idcirco universalius erudit B nos, cum dicit : « Sine offensione estote et Judæis et Græcis, et Ecclesiæ Dei, sicut et ego per omnia omnibus placeo, non quærens quod mihi utile est, sed quod multis, ut salvi fiant [90]. »

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΙΑ'

Εἰ χρὴ ἢ ἀκίνδυνόν ἐστι παραιτεῖσθαί τι τῶν προστεταγμένων ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, ἢ κωλύειν τὸν ἐπιταχθέντα ποιῆσαι, ἢ κωλυόντων ἀνέχεσθαι· μάλιστα ἐὰν γνήσιος ᾖ ὁ κωλύων, ἢ λογισμὸς εὐλογοφανὴς ἀντιπίπτῃ τῷ προστάγματι.

QUÆSTIO XI.

An conveniat, aut tutum sit, aliquid eorum quæ a Deo præcepta sunt, recusare, aut prohibere eum cui imperatum fuerit hoc ipsum facere, aut prohibentes tolerare, maxime si germanus et affinis sit qui prohibet, aut si speciosa aliqua ratio præcepto obstet.

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

Τοῦ Κυρίου λέγοντος, « Μάθετε ἀπ' ἐμοῦ, ὅτι πρᾶός εἰμι καὶ ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ, » δῆλον, ὅτι (75) καὶ πάντα ἀσφαλέστερον παιδευόμεθα μνημονεύοντες αὐτοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ μονογενοῦς Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος, ἡνίκα Ἰωάννης ὁ Βαπτιστὴς εἶπεν αὐτῷ, « Ἐγὼ χρείαν ἔχω ὑπὸ σοῦ βαπτισθῆναι, καὶ σὺ ἔρχῃ πρός μέ; » ἀποκριναμένου, ὅτι « Ἄφες ἄρτι· οὕτω γὰρ πρέπον ἐστὶν ἡμῖν πληρῶσαι πᾶσαν δικαιοσύνην· » ἐπὶ δὲ τῶν μαθητῶν, ἡνίκα ἀπηύξατο ὁ Πέτρος τοὺς ἐν Ἱερουσαλὴμ προφητευθέντας ὑπ' αὐτοῦ τοῦ Κυρίου ἐπάγεσθαι πειρασμοῦς, ἀγανακτικώτερον εἰπόντος· « Ὕπαγε ὀπίσω μου, Σατανᾶ, σκάνδαλόν (76) μου εἶ· ὅτι οὐ φρονεῖς τὰ τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ τὰ τῶν ἀνθρώπων· » καὶ πάλιν, ἡνίκα ὁ αὐτὸς Πέτρος παρητήσατο τὴν ὑπηρεσίαν διαθέσει τιμῆς τῆς πρὸς τὸν Δεσπότην, πάλιν εἰπόντος τοῦ Κυρίου ὅτι, « Ἐὰν μὴ νίψω σε, οὐκ ἔχεις μέρος μετ' ἐμοῦ. » Εἰ δὲ δεῖ πλεῖον βοηθηθῆναι τὴν ψυχὴν ἐν τοῖς τῶν ὁμογενῶν ὑποδείγμασι, μνημονεύσωμεν τοῦ Ἀποστόλου λέγοντος· « Τί ποιεῖτε κλαίοντες, καὶ συνθρύπτοντές (77) μου τὴν καρδίαν; Ἐγὼ γὰρ οὐ μόνον δεθῆναι, ἀλλὰ καὶ ἀποθανεῖν εἰς Ἱερουσαλὴμ ἑτοίμως ἔχω ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ. » Ποῖος δ' ἂν ἢ ἐνδοξότερος Ἰωάννου, ἢ γνησιώτερος Πέτρου, ἢ λογισμοὶ τῶν

RESPONSIO.

Cum Dominus dicat, « Discite a me, quod mitis sum et humilis corde [91], » perspicuum est omnia etiam a nobis certius disci tum, cum ipsius **671** Domini nostri Jesu Christi unigeniti Filii Dei vivi memores sumus : qui, cum Joannes Baptista ei dixisset : « Mihi opus est ut abs te baptizer, et tu venis ad me [92]? » respondit : « Sine modo : sic enim decet nos implere omnem justitiam [93]. » Atque etiam coram discipulis, cum Petrus deprecaretur eas tentationes, quas Dominus ipse sibi in Jerusalem subeundas prænuntiarat, videlicet, ut ne ipsi inducerentur, tunc cum indignatione majore dixit : « Vade post me, Satana, scandalum mihi es; quia non sapis ea quæ Dei sunt, sed ea quæ hominum [94]. » Et rursus, cum ille ipse Petrus, affectu reverentiæ erga Dominum pulsus, ministerium recusaret, iterum Dominus dixit : « Nisi lavero te, non habes partem mecum [95]. » Quod si eorum, qui nobis genere similes sunt, exemplis amplius adjuvanda D anima est, recordemur apostoli, qui dixit : « Quid facitis flentes, et affligentes cor meum? Ego enim non solum alligari, sed et mori in Jerusalem paratus sum, propter nomen Domini Jesu [96]. » Quis autem aut gloriosior ac celebrior fuerit Joanne, aut sincerior Petro? aut quæ rationes iis quas illi

[86] Luc. XVII, 2. [87] Rom. XIV, 21. [88] I Tim. IV, 4. [89] I Cor. VIII, 13. [90] I Cor. X, 32, 33. [91] Matth. XI, 29. [92] Matth. III, 14. [93] ibid. 15. [94] Matth. XVI, 23. [95] Joan. XIII, 8. [96] Act. XXI, 13.

(74) Amplior illa quæstio, cujus hic mentio fit, videtur non exstare. Haud longe editi ἐξετέθησαν. Regii primus et tertius ἐξητάσθησαν.

(75) Antiqui tres libri δῆλον δέ, ὅτι.

(76) Editi ὅτι σκάνδαλον. Vocula ὅτι deest in Reg. tertio. Ibidem Reg. primus pro μου habet ἐμοί.

(77) Reg. primus καὶ συντρίβοντές μου, *et conterentes cor meum.* Nec ita multo post editi ἢ ἐνδοξότερος. Veteres duo libri ἢ.

Digitized by Google

obtenderunt, videri possint religiosiores? Ego vero scio, quod neque sanctus ille Moses, neque Jonas propheta, ratiocinationibus suis ad obedientiam denegandam usi, inculpati permanserint apud Deum. Quibus erudimur, ut neque contradicamus, neque prohibeamus, neque toleremus prohibentes. Quod si Scriptura prorsus nos docuit hæc et ejusdem generis alia non tolerare, quanto magis in reliquis necesse habuerimus sanctos imitari? qui nunc quidem dicunt, « Obedire oportet Deo magis quam hominibus [97] : » nunc vero, « An justum sit, vos potius audire quam Deum, judicate. Non enim possumus quæ vidimus, et audivimus, non loqui [98]. »

A ἐκείνοις ὑποπεσόντων φανεῖεν ἂν εὐλαβέστεροι ; Ἐγὼ δὲ οἶδα, οὔτε Μωσῆς ὁ ἅγιος, οὔτε Ἰωνᾶς ὁ προφήτης, εἰς (78) ἀθέτησιν ὑπακοῆς χρησάμενοι λογισμοῖς, ἀνέγκλητοι ἔμειναν παρὰ Θεῷ. Δι' ὧν παιδευόμεθα μήτε ἀντιλέγειν, μήτε κωλύειν, μήτε κωλυόντων ἀνέχεσθαι. Εἰ δὲ τούτων (79) καὶ τῶν τοιούτων καθάπαξ ἐδίδαξεν ὁ λόγος μὴ ἀνέχεσθαι, πόσῳ μᾶλλον ἐπὶ τῶν λοιπῶν μιμεῖσθαι τοὺς ἁγίους ἀναγκαῖον ; ποτὲ μὲν εἰπόντας, « Πειθαρχεῖν δεῖ Θεῷ μᾶλλον ἢ ἀνθρώποις· » ποτὲ δὲ, « Εἰ δίκαιόν ἐστιν ὑμῶν ἀκούειν μᾶλλον ἢ τοῦ Θεοῦ, κρίνατε. Οὐ δυνάμεθα γὰρ ἃ εἴδομεν, καὶ ἠκούσαμεν, μὴ λαλεῖν. »

QUÆSTIO XII.

An quisque debeat omnium in omnibus curam suscipere, an solum eorum, qui sibi concrediti sunt, idque juxta impertitum sibi a Deo per Spiritum sanctum donum.

RESPONSIO.

1. Cum Dominus noster Jesus Christus unigenitus Filius Dei per quem omnia facta sunt, et visibilia et invisibilia, confiteatur: « Non sum missus, nisi ad oves quæ perierunt domus Israel [99], » et discipulis suis dicat: « Sicut misit me Pater, et ego misi vos.[1], » præcipiat vero, « In viam gentium ne abieritis, et in civitatem Samaritanorum ne intraveritis [2], » et post completam in se prophetiam Davidis, qui velut ex persona Dei et Patris dixit, « Filius meus es tu, ego hodie genui te : postula a me, et dabo tibi gentes hæreditatem tuam, et possessionem tuam terminos terræ [3], » tum demum discipulis suis præcipiat, « Euntes docete omnes gentes [4]; » **672** quomodo non multo magis unusquisque nostrum diligentius servare debet præceptum Apostoli, qui scripsit : « Ne quis plus sapiat, quam oportet sapere, sed sapiat ad sobrietatem, sicut unicuique Deus divisit mensuram fidei [5], » et exspectandum, quando, et quid præcipiatur, ut iterum etiam ait : « Unusquisque in quo vocatus est, fratres, in hoc maneat [6]. » Sed et idem apostolus id quod aliis præcipit, accuratius custodiens dicit : « Dextras dederunt mihi et Barnabæ societatis, ut nos quidem in gentes, ipsi vero in circumcisionem [7]. »

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΙΒ'.

Εἰ πᾶς ὀφειλέτης ἐστὶ πάντων τῆς ἐν πᾶσιν ἐπιμελείας, ἢ μόνον (80) *τῶν πεπιστευμένων· καὶ τούτων κατὰ τὸ μερισθὲν αὐτῷ ὑπὸ Θεοῦ διὰ Πνεύματος ἁγίου χάρισμα.*

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

1. Τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ (81) Χριστοῦ τοῦ μονογενοῦς Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο, ὁρατά τε καὶ ἀόρατα, ὁμολογοῦντος μὲν ὅτι, « Οὐκ ἀπεστάλην εἰ μὴ εἰς τὰ πρόβατα τὰ ἀπολωλότα οἴκου Ἰσραήλ· » λέγοντος δὲ τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς, « Καθὼς ἀπέστειλέ με ὁ Πατὴρ, κἀγὼ ἀποστέλλω (82) ὑμᾶς· » παραγγέλλοντος δὲ, « Εἰς ὁδὸν ἐθνῶν μὴ ἀπελθεῖν, καὶ εἰς πόλιν Σαμαρειτῶν μὴ εἰσελθεῖν· » μετὰ δὲ τὸ τὴν προφητείαν εἰς αὐτὸν πληρωθῆναι τοῦ Δαβὶδ εἰπόντος, ὡς ἐκ προσώπου τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, « Υἱός μου εἶ σὺ, ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε· αἴτησαι παρ' ἐμοῦ, καὶ δώσω σοι ἔθνη τὴν κληρονομίαν σου, καὶ τὴν κατάσχεσίν σου τὰ πέρατα τῆς γῆς· » τότε καὶ (83) τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς παραγγείλαντος, « Πορευθέντες, μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη· » πῶς οὐ πολλῷ μᾶλλον ἕκαστος ἡμῶν ἀκριβέστερον φυλάσσειν ὀφείλει τὸ τοῦ Ἀποστόλου παράγγελμα γράψαντος, « Μὴ ὑπερφρονεῖν παρ' ὃ δεῖ φρονεῖν, ἀλλὰ φρονεῖν εἰς τὸ σωφρωνεῖν, ἑκάστῳ ὡς ὁ Θεὸς ἐμέρισε μέτρον πίστεως, » ἀναμένειν δὲ, πότε, καὶ τί ἐπιταχθῇ, καθὼς φησι καὶ πάλιν· « Ἕκαστος ἐν ᾧ ἐκλήθη, ἀδελφοί, ἐν τούτῳ μενέτω. » Ἀλλὰ καὶ ὁ αὐτὸς δὲ Ἀπόστολος, ὃ ἑτέροις παραγγέλλει, ἀκριβέστερον φυλάσσων, λέγει· « Δεξιὰς ἔδωκαν ἐμοὶ καὶ Βαρνάβᾳ κοινωνίας, ἵν' ἡμᾶς μὲν εἰς τὰ ἔθνη, αὐτοὶ δὲ εἰς τὴν περιτομήν. »

2. Sed si necessitas aliqua ita aliquando postulet, dilectione Dei aut proximi ad id quod deest supplendum vocante, is qui obedierit, mercedem habebit voluntariæ obedientiæ. Vocat autem illa, quando Dei et Christi ipsius dilectio exi-

2. Ἐὰν δέ ποτε ἀνάγκη γένηται τῆς ἀγαπης τῆς πρὸς τὸν Θεὸν ἢ τῆς πρὸς τὸν πλησίον καλούσης εἰς ἀναπλήρωσιν τοῦ ἐλλείποντος, ὁ ὑπακούσας ἕξει τὸν μισθὸν τῆς ἑκουσίου ὑπακοῆς. Καλεῖ δὲ, ὅτε ἐστὶ πρὸς τὸν Θεὸν καὶ τὸν Χριστὸν αὐτοῦ ἀγά-

[97] Act. v, 29. [98] Act. iv, 19, 20. [99] Matth. xv, 24. [1] Joan. xx, 21. [2] Matth. x, 5. [3] Psal. ii, 7,8. [4] Matth. xxviii, 19. [5] Rom. xii, 3. [6] 1 Cor. vii, 24. [7] Gal. ii, 9.

(78) Reg. primus προφήτης, οὔτε Ἱερεμίας εἰς : quod ipsum quoque alienum non est. Cum enim Jeremias verbum Dei nuntiare juberetur, respondit : *Nescio loqui.*

(79) Editi ἐκ τούτων. Voculam ἐκ delevi, veteribus libris auctoribus.

(80) Codices duo μόνων. Mox editi μεριεσθὲν αὐτῷ ὑπὸ τοῦ Πνεύματος ἁγίου χάρισμα. At mss. tres ut in contextu.

(81) Veteres duo libri ἡμῶν καὶ πάντων Ἰησοῦ. Editi ἡμῶν Ἰησοῦ. Statim editi Θεοῦ τοῦ ζῶντος. Sed illud, τοῦ ζῶντος, deest in nostris veteribus libris.

(82) Codices duo κἀγὼ πέμπω, *mitto.*

(83) Editi γῆς· καὶ τότε. At mss. duo γῆς· τότε καί.

Digitized by Google

πη πληρῶσαι τὴν ἐντολὴν τοῦ Κυρίου, εἰπόντος· « Ἐντολὴν καινὴν δίδωμι ὑμῖν, ἵνα ἀγαπᾶτε ἀλλήλους, καθὼς ἐγὼ (84) ἠγάπησα ὑμᾶς. Μείζονα ταύτης ἀγάπην οὐδεὶς ἔχει, ἵνα τις τὴν ψυχὴν αὐτοῦ θῇ ὑπὲρ τῶν φίλων αὐτοῦ. » Ἡ δὲ πρὸς τὸν πλησίον, ἡνίκα ἂν ὁ ἐγχειρισμένος τὴν προστασίαν βοηθείας χρείαν σχῇ, ἢ τὸ τάγμα τῶν (85) φροντιζομένων χρείαν ἔχῃ τοῦ ἀναπληροῦντος τὸ προσλεῖπον, τοῦ Ἀποστόλου εἰπόντος, « Μηδεὶς τὸ ἑαυτοῦ ζητείτω, ἀλλὰ τὸ τοῦ ἑτέρου ἕκαστος· » ἡ γὰρ κατὰ Χριστὸν ἀγάπη οὐ ζητεῖ τὰ ἑαυτῆς· καὶ ἀλλαχοῦ, « Οἰκοδομεῖτε εἷς τὸν ἕνα, καθὼς καὶ ποιεῖτε. » Ὥστε εἴς ὅ τι μὲν ἀπεστάλη τις, μὴ πληρώσας τὸ κήρυγμα ἔργῳ καὶ λόγῳ, ἔνοχός ἐστι τοῦ αἵματος τῶν μὴ ἀκουσάντων· καὶ οὐκ ἔχει ἐξουσίαν εἰπεῖν (86) τὰ αὐτὰ τῷ Ἀποστόλῳ διαμαρτυρομένῳ τοῖς πρεσβυτέροις Ἐφεσίων, ὅτι « Καθαρός εἰμι ἀπὸ τοῦ νῦν ἀπὸ τοῦ αἵματος πάντων ὑμῶν. Οὐ γὰρ ὑπεστειλάμην τοῦ μὴ ἀναγγεῖλαι ὑμῖν πᾶσαν τὴν βουλὴν τοῦ Θεοῦ. » Ἐὰν δὲ πλέον τι τοῦ ἐπιτεταγμένου ποιῆσαι δυνηθῇ εἰς οἰκοδομὴν τῆς πίστεως ἐν ἀγάπῃ Χριστοῦ, μισθὸν ἔχει, ὃν ὑπέδειξεν ἡμῖν ὁ Ἀπόστολος, εἰπών· « Εἰ γὰρ ἑκὼν τοῦτο πράσσω, μισθὸν ἔχω· εἰ δὲ ἄκων, οἰκονομίαν πεπίστευμαι. »

git ut impleatur mandatum Domini, qui dicit: « Mandatum novum do vobis, ut diligatis invicem, sicut ego dilexi vos [8]. Majorem hac dilectionem nemo habet, ut animam suam ponat quis pro amicis suis [9]. » Vocat vero proximi dilectio, quando aut ei qui præfectus, est opus est auxilio, aut agmen eorum qui curantur, aliquo, qui quod deest suppleat, indiget, dicente Apostolo: « Nemo quærat quod suum est, sed quisque quod alterius [10]; » nam Christi dilectio non quærit quæ sua sunt [11], et alibi: « Ædificate singuli singulos, sicut et facitis [12]. » Quamobrem qui prædicationem, ad quam missus est, opere et sermone non complevit, reus est sanguinis eorum qui non audierint; nec dicere potest eadem, quæ Paulus apostolus senioribus Ephesiorum declarat: « Mundus sum ab hoc tempore a sanguine omnium vestrum. Non enim subterfugi, quominus annuntiarem vobis omne consilium Dei [13]. » Si vero amplius quid, quam quod præceptum est, facere potuerit ad ædificationem fidei, in dilectione Christi, mercedem habet, quam ostendit nobis Apostolus, dicens: « Si enim volens hoc ago, mercedem habeo: si autem invitus, dispensatio mihi credita est [14]. »

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΙΓ'.

Εἰ χρὴ πάντα πειρασμὸν ὑπομένειν, κἂν θανάτου ἔχῃ ἀπειλήν, ὑπὲρ τοῦ φυλαχθῆναι τὴν πρὸς Θεὸν ὑπακοήν, καὶ μάλιστα ἐν τῇ ἐπιμελείᾳ τῶν πεπιστευμένων.

QUÆSTIO XIII.

An quævis tentatio pro servanda erga Deum obedientia, etiamsi mortis communionem habeat, sustinenda sit, et maxime in iis qui nobis concrediti sunt, curandis.

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

1. Εἰ ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, ὁ μονογενὴς Υἱὸς τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος, δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο, ὁρατά τε καὶ ἀόρατα, ὁ ζωὴν ἔχων, ὥσπερ ἔχει ὁ δεδωκὼς αὐτῷ Πατὴρ, ὁ τὴν ἐξουσίαν πᾶσαν λαβὼν παρὰ τοῦ Πατρὸς, ἐπερχομένων τῶν συλλαμβανόντων αὐτὸν εἰς τὸν ὑπὲρ τῆς ἡμετέρας δικαιοσύνης καὶ αἰωνίου ζωῆς θάνατον, μετὰ τοσαύτης ἀπήντησε προθυμίας, λέγων· « Ἰδοὺ παραδίδοται ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου εἰς τὰς χεῖρας τῶν ἁμαρτωλῶν· ἐγείρεσθε, ἄγωμεν· ἰδοὺ ὁ παραδιδούς με ἤγγικε· » καὶ ὡς ἐν τῷ κατὰ Ἰωάννην Εὐαγγελίῳ γέγραπται· « Ἰησοῦς οὖν, εἰδὼς πάντα τὰ ἐρχόμενα (87) ἐπ' αὐτὸν, ἐξελθὼν εἶπεν αὐτοῖς· Τίνα ζητεῖτε; » Ἀπεκρίθησαν αὐτῷ· « Ἰησοῦν τὸν Ναζωραῖον· » Λέγει αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς· « Ἐγώ εἰμι· » καὶ μετ' ὀλίγα· « Εἶπον ὑμῖν, ὅτι ἐγώ εἰμι· εἰ οὖν ἐμὲ ζητεῖτε, ἄφετε τούτους ὑπάγειν· » πόσῳ μᾶλλον ἡμεῖς τὰ κατὰ φύσιν ἐκόντες ὑπομένειν ὀφείλομεν; ἵνα, διὰ τὴν πρὸς τὸν Θεὸν ὑπακοὴν νικῶντες τοὺς ἐπαγομένους ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν πειρασμοὺς, δοξάσωμεν τὸν Θεὸν, ὅτι τὰ δοκοῦντα παρὰ τῶν ἐχθρῶν ἐπάγεσθαι λυπηρὰ μέχρι θανάτου χαίροντες δεχόμεθα, τὸ φρόνημα κατορθώσαντες τοῦ λέγοντος ὅτι, « Ὑμῖν ἐχαρίσθη τὸ

RESPONSIO.

1. Si Dominus noster Jesus Christus unigenitus Filius Dei viventis, per quem omnia tum visibilia tum invisibilia facta sunt, qui vitam habet, quemadmodum habet qui ei dedit Pater, qui potestatem omnem a Patre accepit, cum accederent qui ipsum ad mortem pro nostra justitia et æterna vita subeundam erant apprehensuri, alacritate tanta obviam ivit, dicens: « Ecce traditur Filius hominis in manus peccatorum: surgite, eamus; ecce qui tradit me, prope est [15], » et sicut in Evangelio secundum Joannem scriptum est: « Jesus itaque sciens omnia, quæ ventura erant super se, progressus dixit eis: **673** Quem quæritis? responderunt ei: Jesum Nazarenum. Dicit eis Jesus: Ego sum [16]; » nec multo post: « Dixi vobis, quod ego sum; si ergo me quæritis, sinite hos abire [17]; » quanto magis nos ea quæ naturaliter accidunt, debemus libenter perferre? ut propter obedientiam erga Deum nostram tentationes ab inimicis illatas vincentes, Deum afficiamus gloria, quod molestias quæ nobis ab inimicis exhiberi videntur, hilare ad mortem usque sustinemus, sententiam assecuti ejus, qui dixit: « Vobis donatum est pro Christo

[8] Joan. XIII, 34. [9] Joan. XV, 13. [10] I Cor. X, 24. [11] I Cor. XIII, 5. [12] I Thess. V, 11. [13] Act. X, 26, 27. [14] I Cor. IX, 17. [15] Marc. XIV, 41, 42. [16] Joan. XVIII, 4, 5. [17] ibid. 8.

(84) Illud ἐγώ abest ab antiquis duobus libris.

(85) Veteres duo libri χρείαν ἔχῃ, ἢ τό. Mox unus mss. ἔχῃ τοῦ. Editi ἔχει.

(86) Codices duo ἔχει παῤῥησίαν εἰπεῖν, sensu non dissimili.

(87) Veteres duo libri ἐπερχόμενα. Editi ἐρχόμενα.

Digitized by Google

non solum ut in eum credatis, sed ut etiam pro illo patiamini [18]. » Prædicant autem Acta certamina apostolorum, in quibus narrantur contumelias ac mortes cum gaudio suscepisse, ut complerent prædicandi munus juxta mandatum Domini [19].

2. Docet autem nos et Apostolus, cum dicit : « Quis nos separabit a charitate Dei? tribulatio, an angustia, an persecutio, an fames, an nuditas, an periculum, an gladius? Sicut scriptum est : Propter te mortificamur tota die : æstimati sumus sicut oves occisionis. Sed in his omnibus superamus, per eum qui dilexit nos. Nam mihi persuasum habeo, quod neque mors, neque vita, neque angeli, neque principatus, neque potestates, neque virtutes, neque instantia, neque futura, neque altitudo, neque profundum, neque ulla creatura alia poterit nos separare a charitate Dei, quæ est in Christo Jesu [20] : » siquidem charitas quæ in Christo est, necessario et indesinenter conjunctam habet mandatorum observationem, quemadmodum Dominus ipse dixit : « Qui diligit me, mandata mea servabit : qui vero sermones meos non servat, hic non diligit me [21]; » et : « Vos amici mei estis, si feceritis quæ ego præcipio vobis [22]. » Novum autem et proprium ipsius mandatum est, ut nos mutuo diligamus, quod adimplens Apostolus, dicit : « Ita desiderantes vos, cupide volebamus tradere vobis non solum Evangelium Christi, sed etiam animas nostras, quoniam charissimi nobis facti estis [23]. » Itaque respicientes ad Christum, per gloriosam imitationem intendamus animi alacritatem; considerantes vero sanctos, quoad ejus fieri poterit, erudiamur, ut hac ratione alacriores facti, omne Domini mandatum citra maculam ac reprehensionem servemus, ingrediamurque in vitam æternam, et possideamus regnum cœlorum, quemadmodum promisit verax Dominus, et Deus noster Jesus Christus, unigenitus Dei vivi Filius.

A ὑπὲρ Χριστοῦ οὐ μόνον τὸ εἰς αὐτὸν πιστεύειν, ἀλλὰ καὶ τὸ ὑπὲρ αὐτοῦ πάσχειν. » Κηρύσσουσι δὲ τοὺς τῶν ἀποστόλων ἀγῶνας αἱ Πράξεις ἱστοροῦσαι, ὅτι τὰς ὕβρεις καὶ τοὺς θανάτους μετὰ χαρᾶς ἐδέξαντο, ὑπὲρ τοῦ πληρῶσαι τὸ κήρυγμα κατὰ τὴν ἐντολὴν τοῦ Κυρίου

2. Παιδεύει δὲ ἡμᾶς καὶ ὁ Ἀπόστολος λέγων· « Τίς ἡμᾶς χωρίσει ἀπὸ τῆς ἀγάπης τοῦ Θεοῦ; θλῖψις, ἢ στενοχωρία, ἢ διωγμὸς, ἢ λιμὸς, ἢ γυμνότης, ἢ κίνδυνος, ἢ μάχαιρα; Καθὼς γέγραπται ὅτι, Ἕνεκά σου θανατούμεθα ὅλην τὴν ἡμέραν· ἐλογίσθημεν ὡς πρόβατα σφαγῆς. Ἀλλ' ἐν τούτοις πᾶσιν ὑπερνικῶμεν διὰ τοῦ ἀγαπήσαντος ἡμᾶς. Πέπεισμαι γὰρ, ὅτι οὔτε θάνατος, οὔτε ζωὴ, οὔτε ἄγγελοι, οὔτε ἀρχαὶ, οὔτε ἐξουσίαι, οὔτε δυνάμεις, οὔτε ἐνεστῶτα, B οὔτε μέλλοντα, οὔτε ὕψωμα, οὔτε βάθος, οὔτε τις κτίσις ἑτέρα δυνήσεται ἡμᾶς χωρίσαι ἀπὸ τῆς ἀγάπης τοῦ Θεοῦ τῆς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ· » τῆς ἀγάπης τῆς ἐν Χριστῷ κατηναγκασμένως καὶ ἀπαραλείπτως ἐχούσης τὴν τήρησιν τῶν ἐντολῶν, καθὼς αὐτὸς ὁ Κύριος εἶπεν· « Ὁ ἀγαπῶν με τὰς ἐντολάς μου τηρήσει· ὁ δὲ μὴ τηρῶν μου τοὺς λόγους, οὗτος οὐκ ἀγαπᾷ με· » καὶ, « Ὑμεῖς φίλοι μού ἐστε, ἐὰν ποιῆτε ὅσα ἐγὼ ἐντέλλομαι ὑμῖν. » Καινὴ δὲ καὶ ἰδία αὐτοῦ ἐντολὴ τὸ ἀγαπᾷν ἀλλήλους, ἥντινα πληρῶν ὁ Ἀπόστολός φησιν· « Οὕτως ἱμειρόμενοι ὑμῶν, εὐδοκοῦμεν μεταδοῦναι ὑμῖν οὐ μόνον τὸ Εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ (88), ἀλλὰ καὶ τὰς ἑαυτῶν ψυχὰς, ὅτι ἀγαπητοὶ ἡμῖν γεγένησθε. » Ἀφορῶντες οὖν εἰς τὸν Χριστὸν (89), τῇ ἐνδόξῳ μιμήσει τὴν προθυμίαν ἐπιτείνωμεν· κατανοοῦντες δὲ τοὺς ἁγίους, τὸ δυνατὸν παιδευώμεθα, ἵνα, διὰ τούτων προθυμότεροι γενόμενοι, ἄσπιλον καὶ ἄμωμον μέχρι θανάτου πᾶσαν τὴν ἐντολὴν τοῦ Κυρίου φυλάξαντες, εἰς τὴν ζωὴν τὴν αἰώνιον εἰσέλθωμεν, καὶ βασιλείαν οὐρανῶν κληρονομήσωμεν, καθὼς ἐπηγγείλατο ὁ ἀψευδὴς Κύριος καὶ Θεὸς ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, ὁ μονογενὴς τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος Υἱός.

[18] Philipp. I, 29. [19] Act. IV et V. [20] Rom. VIII, 35-39; Psal. XLIII, 22. [21] Joan. XIV, 23, 24. [22] Joan. XV, 14. [23] I Thess. II, 8.

(88) Reg. primus Εὐαγγέλιον τοῦ Θεοῦ, *Evangelium Dei*. Mox duo mss. διότι... ἐγενήθητε.

(89) Antiqui duo libri Ἀφορῶντες οὖν εἰς τὸν Κύριον. Vocula δέ, quæ mox sequitur, addita est ex libris antiquis.

MONITUM.

674 Satis constat inter eruditos, eam Liturgiam, quæ nomen Basilii præfert, magni illius viri non esse : quoniam tamen Basilii nomine insignitur, ipsam hic edendam judicavimus. Eamdem Basilii Liturgiam ex Coptico conversam hoc ipso in loco vulgabimus quoque : quæ omnia et Græca et Latina e Liturgiis eruditissimi viri Eusebii Renaudotii mutuati sumus. De hac Basilii Liturgia paucis in Præfatione disseremus.

Digitized by Google

ΛΕΙΤΟΥΡΓΙΑ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΒΑΣΙΛΕΙΟΥ.

LITURGIA

SANCTI BASILII ALEXANDRINA

EX CODICE GRÆCO-ARABICO.

(*Deest nonnihil.*)

Εὐχὴ τοῦ καταπτάσματος.

Ὁ ἱερεὺς λέγει ἐν ἑαυτῷ·

Δοξάζομέν σε, δημιουργὲ καὶ βασιλεῦ τῶν ὅλων, καὶ προσκυνοῦμεν τὸ ἄῤῥητον καὶ σεβάσμιόν σου ὄνομα. Ἐπίβλεψον ἐφ' ἡμᾶς καὶ ἐλέησον ἡμᾶς, καὶ ῥῦσαι ἡμᾶς ἀπὸ πάντων πειρασμῶν, ὅτι παρὰ σοῦ βοήθεια καὶ ἀντίληψις. Σῶσον τὸν λαόν σου, ὃν περιεποιήσω διὰ τοῦ αἵματος τοῦ Χριστοῦ σου, δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ σοι ἡ τιμή.

Oratio veli.

Sacerdos dicit secreto:

Te glorificamus, opifex et rex omnium, et adoramus ineffabile et venerandum nomen tuum. Respice super nos et miserere nobis, et libera nos ab omnibus tentationibus, quia a te est auxilium, et protectio: salvum fac populum tuum quem acquisivisti per sanguinem Christi tui, per quem et cum quo tibi debetur gloria, etc.

Εὐχὴ ἄλλη τῆς θείας λειτουργίας τοῦ Ἀποστόλου καὶ ἀδελφοθέου Ἰακώβου.

A sanas animas nostras, corpora et spiritus. Tu es qui præcepisti Petro principi sanctorum tuorum discipulorum et apostolorum, ex ore unigeniti Filii tui Domini Dei et Salvatoris nostri Jesu Christi dicentis ei; « Tu es Petrus, et super hanc petram ædificabo 684 Ecclesiam meam, et portæ inferi non prævalebunt adversus eam: et dabo tibi claves regni cœlorum: et quodcunque ligaveris super terram erit ligatum in cœlis: et quodcunque solveris super terram erit solutum in cœlis [41]. » Simus igitur omnes servi tui, patres mei et fratres, sacerdotes et levitæ, omnisque populus tuus fidelis, prostratus coram sancta gloria tua in hac hora sancta, ferens simul pretiosam tuam crucem, simus omnes soluti et liberi ex ore mei peccatoris, B per sanctum tuum Spiritum bonum et benignum. Deus, per Filium tuum qui tulit peccatum mundi, incipe susceptionem pœnitentiæ servorum tuorum ab ipsis, ad lucem agnitionis, ad propitiationem peccatorum, quia non vis mortem peccatoris, sed ut convertatur et vivat [42]; tu es enim Dominus; Dominus Deus miserator et misericors, patiens et multæ misericordiæ et verax [43], auferens injustitias, iniquitates, et peccata. Quod si quidquam peccaverimus tibi verbo aut opere, remitte, dimitte et parce nobis, tanquam bonus et benignus Deus. « Si enim iniquitates observaveris, Domine, Domine, quis sustinebit? Quia apud te propitiatio est [44]; » quia tu es propitiatio peccatorum nostrorum, illuminatio et Salvator animarum nostrarum. Deus, nos C omnes libera, et omnem populum tuum libera ab omni peccato, abnegatione omni et blasphemia, ab omni maledictione et exsecratione, magia, veneficio, idololatria perjura, perjurio, ab anathemate, et dirarum imprecatione, a dissidio formato, a sagitta volante, a lamento justorum et iniquorum, ab omni occursu hæreticorum et ethnicorum. Concede nobis, Domine, mentem, prudentiam et virtutem ad fugiendum usque in finem ab omni opere malo adversarii, et da nobis ut faciamus semper quod tibi placitum est. Scribe nomina nostra cum omni choro sanctorum tuorum in regno cœlorum, in Christo Jesu Domino nostro, per quem et cum quo, etc.

Ὁ ἱερεὺς ὑψοῖ τὸ σπουδικὸν, καὶ ἐκφωνήσει· Τὰ ἅγια τοῖς ἁγίοις.

D *Sacerdos elevat* σπουδικόν: *hoc est, majorem Hostiæ partem, et voce elevata clamat:* Sancta sanctis.

Ὁ λαὸς λέγει· Κύριε, ἐλέησον. γ.

Εἷς Πατὴρ ἅγιος, εἷς Υἱὸς ἅγιος, ἓν Πνεῦμα ἅγιον. Ἀμήν.

Ὁ ἱερεὺς λέγει· Ὁ Κύριος μετὰ πάντων ὑμῶν.

Ὁ λαὸς λέγει· Καὶ μετὰ τοῦ πνεύματός σου.

Ὁ ἱερεὺς λέγει· Εὐλογητὸς Κύριος εἰς τοὺς αἰῶνας.

Ὁ λαὸς λέγει· Ἀμήν.

Populus: Kyrie eleison. *ter.*

Unus Pater sanctus, unus Filius sanctus, unus Spiritus sanctus. Amen.

Sacerdos: Dominus cum omnibus vobis

Populus: Et cum spiritu tuo.

Sacerdos: Benedictus Dominus in sæcula.

Populus: Amen.

[41] Matth. XVI, 18 19. [42] Ezech. XVIII, 23. [43] Psal. LXXXV, 15. [44] Psal. CXXIX, 3, 4.

Digitized by Google

Sacerdos : Pax omnibus.

Populus : Et cum spiritu tuo.

Sacerdos dicit confessionem : Corpus sanctum, et sanguis pretiosus verus Jesu Christi Filii Dei. Amen.

Populus : Amen.

Sanctum, pretiosum corpus, et sanguis verus Jesu Christi Filii Dei. Amen.

Populus : Amen.

685 Corpus et sanguis Emmanuelis Dei nostri, hoc est vere. Amen.

Populus : Amen.

Credo, credo, credo, et confiteor usque ad ultimum spiritum, quod sit ipsa caro vivifica unigeniti Filii tui, Domini Dei et Salvatoris nostri Jesu Christi. Accepit ipsam ex sancta Domina nostra, Deipara et semper virgine Maria : et fecit illam unam cum divinitate sua, non mistione, confusione, aut alteratione. Confessus quoque est sub Pontio Pilato præclaram confessionem : tradiditque pro nobis omnibus ipsam carnem super lignum crucis sanctæ, voluntate sua. Vere credo, quod ejus divinitas nunquam omnino separata est ab ejus humanitate, non momento, aut in ictu oculi. Tradidit ipsam ad liberationem, et ad remissionem peccatorum, et vitam æternam illis qui ex ea participant. Credo eam ipsam vere esse.

Populus : Amen.

Diaconus : In pace et charitate, etc.

Sacerdos elevata voce : Per quem et cum quo te decet omnis gloria, honor et adoratio, Patri et Spiritui sancto, nunc, etc.

Sacerdos dicit psalmum L *et orationem ad communionem diei convenientem.*

Diaconus : Congregamini et intrate, diaconi, cum modestia.

Oratio gratiarum actionis, post perceptionem sanctorum mysteriorum.

Diaconus : Ad orationem state.

Sacerdos : Pax omnibus.

Populus : Et cum spiritu tuo.

Diaconus : Orate pro, etc.

Populus : Kyrie, eleison.

Sacerdos dicit hanc orationem : Impletum est gaudio os nostrum et lingua nostra exsultatione [45], ob perceptionem sanctorum tuorum mysteriorum, Domine. Quæ oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascenderunt, ea præparasti, Deus, diligentibus nomen sanctum tuum [46], et revelasti ea parvulis Ecclesiæ sanctæ tuæ. Ita, Pater, quia sic fuit beneplacitum ante te [47]. Benedictus es, o Deus, Pater Domini Dei et Salvatoris nostri Jesu Christi.

Diaconus : Inclinate capita vestra.

A *Ὁ ἱερεὺς λέγει* · Εἰρήνη πᾶσιν.

Ὁ λαὸς λέγει · Καὶ τῷ πνεύματί σου.

Ὁ ἱερεὺς λέγει τὴν ὁμολογίαν · Σῶμα ἅγιον, καὶ αἷμα τίμιον ἀληθινὸν Ἰησοῦ Χριστοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ. Ἀμήν.

Ὁ λαὸς λέγει · Ἀμήν.

Ἅγιον, τίμιον σῶμα, καὶ αἷμα ἀληθινὸν Ἰησοῦ Χριστοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ. Ἀμήν.

Ὁ λαὸς λέγει · Ἀμήν.

Σῶμα καὶ αἷμα Ἐμμανουὴλ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν, τοῦτό ἐστιν ἀληθῶς. Ἀμήν.

Ὁ λαὸς λέγει · Ἀμήν.

Πιστεύω, πιστεύω, πιστεύω, καὶ ὁμολογῶ ἕως ἐσχάτης ἀναπνοῆς, ὅτι αὐτή ἐστιν ἡ σὰρξ ζωοποιὸς
B τοῦ μονογενοῦς σου Υἱοῦ, τοῦ Κυρίου δὲ καὶ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Ἔλαβεν αὐτὴν ἐκ τῆς ἁγίας Δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας, καὶ ἐποίησεν αὐτὴν μίαν σὺν τῇ θεότητι αὐτοῦ, μὴ ἐν μίξει, μηδὲ ἐν φυρμῷ, μηδὲ ἐν ἀλλοιώσει. Καὶ ἐμαρτύρησεν ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου τὴν καλὴν ὁμολογίαν· καὶ παρέδωκεν αὐτὴν ὑπὲρ ἡμῶν πάντων ἐπὶ τοῦ ξύλου τοῦ σταυροῦ τοῦ ἁγίου ἐν τῷ θελήματι αὐτοῦ. Ἀληθῶς πιστεύω, ὅτι θεότης αὐτοῦ οὐδ' οὐ μηδέποτε χωρισθεῖσα ἐξ ἀνθρωπότητος αὐτοῦ, ἐν ἀτόμῳ, οὐδὲ ἐν ῥιπῇ ὀφθαλμοῦ. Μετέδωκεν αὐτὴν εἰς λύτρωσιν, καὶ εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, καὶ εἰς ζωὴν τὴν αἰώνιον τοῖς ἐξ αὐτῆς μεταλαμβάνουσι. Πιστεύω, ὅτι αὐτή ἐστιν ἀληθῶς. Ἀμήν.

Ὁ λαὸς λέγει · Ἀμήν.

C *Ὁ διάκονος λέγει* · Ἐν εἰρήνῃ καὶ ἀγάπῃ.

Ὁ ἱερεὺς ἐκφωνήσει · Δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ πρέπει πᾶσα δόξα, τιμὴ καὶ προσκύνησις τῷ Πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν, κ. τ. λ.

Ὁ ἱερεὺς λέγει ψαλμὸν ν' καὶ τὸ κοινωνικὸν τῆς ἡμέρας.

Ὁ διάκονος λέγει · Συνάχθητε καὶ εἰσέλθετε, οἱ διάκονοι, μετ' εὐλαβείας.

Εὐχὴ εὐχαριστίας μετὰ τὴν μετάληψιν τῶν ἁγίων μυστηρίων.

Ὁ διάκονος λέγει · Ἐπὶ προσευχῇ στάθητε.

Ὁ ἱερεὺς λέγει · Εἰρήνη πᾶσιν.

Ὁ λαὸς λέγει · Καὶ τῷ πνεύματί σου.

Ὁ διάκονος λέγει · Προσεύξασθε ὑπὲρ τῆς, κ. τ. λ.

Ὁ λαὸς λέγει · Κύριε, ἐλέησον.

D *Ὁ ἱερεὺς λέγει τὴν εὐχὴν ταύτην* · Ἐπλήσθη χαρᾶς τὸ στόμα ἡμῶν, καὶ ἡ γλῶσσα ἡμῶν ἀγαλλιάσεως, ἐπὶ τῇ μεταλήψει τῶν ἁγίων σου μυστηρίων, Κύριε. Ἃ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδε, καὶ οὖς οὐκ ἤκουσε, καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη, ἡτοίμασας, ὁ Θεὸς, τοῖς ἀγαπῶσι τὸ ὄνομά σου τὸ ἅγιον, καὶ ἀπεκάλυψας αὐτὰ τοῖς νηπίοις τῆς ἁγίας σου Ἐκκλησίας. Ναὶ, ὁ Πατὴρ, ὅτι οὕτως ἐγένετο εὐδοκία ἔμπροσθέν σου. Εὐλογητὸς εἶ, ὁ Θεὸς, ὁ Πατὴρ τοῦ Κυρίου δὲ καὶ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, δι' οὗ, κ. τ. λ.

Ὁ διάκονος λέγει · Τὰς κεφαλάς.

[45] Psal cxxv, 2. [46] I Cor. II, 9. [47] Luc. x, 21.

Digitized by Google

Εὐχὴ τῆς κεφαλοκλισίας.

Δέσποτα Κύριε, ὁ Θεὸς, ὁ Πατὴρ ὁ παντοκράτωρ, ὁ ποιῶν ἔλεος εἰς χιλιάδας, τοῖς ἐπικαλουμένοις σε ἐν ἀληθείᾳ, ἔπιδε οὐρανόθεν εὐμενεῖ προσώπῳ, καὶ γαληνῷ ὄμματι ἐπὶ τοὺς δούλους σου σοὶ γὰρ ἔκλιναν τοὺς ἑαυτῶν αὐχένας τῶν καρδιῶν, ἀπεκδεχόμενοι τὸ παρὰ σοῦ μέγα καὶ πλούσιον ἔλεος, τὸ παρὰ σοῦ ἐλέους καὶ εὐλογίας λαβεῖν. Εὐλόγησον αὐτοὺς ἐν πάσῃ εὐλογίᾳ πνευματικῇ· ἁγίασον αὐτοὺς ἐν τῷ Πνεύματί σου τῷ ἁγίῳ. Ἄγγελον εἰρηνικὸν τῇ ἑκάστῃ ἡμῶν ζωῇ παρακατάστησον, φρουροῦντα, διατηροῦντα, διαφυλάσσοντα, φωτίζοντα, ὁδηγοῦντα ἡμᾶς εἰς πᾶν ἔργον ἀγαθόν. Ἀλλὰ ἐλεῶν ἐλέησον, καὶ οἰκτείρων σῶσον, οἰκτείρησον· καὶ εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεός σου. Τὴν δὲ ἁγίαν ἡμέραν ταύτην καὶ πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζοῆς ἡμῶν δὸς ἡμῖν, Κύριε ὁ Θεὸς, ἀναμαρτήτως διελθεῖν, μετὰ πάσης χαρᾶς, ὑγιείας, εἰρήνης, σωτηρίας, εὐεργεσίας, παντὸς ἁγιασμοῦ, καὶ τοῦ σου φόβου ἐπιτελέσαι, χάριτι καὶ οἰκτιρμοῖς καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Χριστοῦ Ἰησοῦ, μεθ' οὗ εὐλογητὸς εἶ, καὶ δεδοξασμένος σὺν Πνεύματι ἁγίῳ.

A

Oratio inclinationis capitis.

Dominator Domine, Deus, Pater omnipotens, qui facis misericordiam in millia, invocantibus te in veritate [48], respice de cœlo facie benigna, et oculo sereno super servos tuos: tibi enim inclinaverunt colla cordium sua, exspectantes a te magnam et divitem misericordiam, et a te misericordiam et benedictionem consequi. Benedic eos omni benedictione **686** spirituali: sanctifica eos in Spiritu tuo sancto. Angelum pacificum uniuscujusque nostrum vitæ præfice, custodientem, servantem, protegentem, illuminantem, dirigentem nos ad omne opus bonum. Miserans miserere, et clementer salva et miserere; in æternum est misericordia tua. Sanctam etiam hanc diem, omnesque dies vitæ nostræ, B da nobis, Domine Deus, absque peccato transigere, cum omni gaudio, sanitate, pace, salute, beneficiis, sanctimoniaque omni, et tuo timore perficere, per gratiam, miserationes et benignitatem Christi Jesu, cum quo benedictus es et glorificatus cum Spiritu sancto.

Εὐχὴ τῶν τεσσαράκοντα ἡμερῶν τῶν ἁγίων νηστειῶν.

Δέσποτα Κύριε παντοκράτωρ, ὁ πᾶσαν κτίσιν ἐν σοφίᾳ δημιουργήσας· ὁ διὰ τὴν ἄφατόν σου πρόνοιαν καὶ πολλὴν ἀγαθότητα ἀγαγὼν ἡμᾶς εἰς τὰς πανσέπτους ἡμέρας ταύτας, πρὸς καθαρισμὸν ψυχῶν καὶ σωμάτων, πρὸς ἐγκράτειαν παθῶν, πρὸς ἐλπίδα ἀναστάσεως· ὁ διὰ τῶν τεσσαράκοντα ἡμερῶν πλάκας χειρίσας, τὰ θεοχάρακτα γράμματα, τῷ θεράποντί σου Μωσῇ· παράσχου καὶ ἡμῖν, ἀγαθὲ, τὸν ἀγῶνα τὸν καλὸν, τὸν δρόμον τῆς νηστείας ἐκτελέσαι· τὴν πίστιν ἀδιαίρετον τηρῆσαι· τὰς κεφαλὰς τῶν ἀοράτων δρακόντων συνθλάσαι, νικητάς τε τῆς ἁμαρτίας ἀναφανῆσαι, καὶ ἀκατακρίτως φθάσαι καὶ προσκυνῆσαι τὴν ἁγίαν ἀνάστασιν· ὅτι ἅγιον ὑπάρχει τὸ ὄνομά σου τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, νῦν, κ. τ. λ.

C

Oratio dicenda per dies quadragesimales sancti jejunii.

Dominator Domine omnipotens, qui creaturam omnem in sapientia condidisti: qui per ineffabilem tuam providentiam et multiplicem bonitatem adduxisti nos ad venerabiles dies istos, in purgationem animarum et corporum, passionum coercitionem, et spem resurrectionis; qui per quadraginta dies tabulas divinis characteribus inscriptas dedisti servo tuo Moysi; concede etiam nobis, o bone, certamen præclarum, cursum jejunii perficere, fidem indivisam servare: capita draconum invisibilium conterere, victoresque peccati renuntiari, et damnationis immunes pervenire ad adorandam sacram resurrectionem: quoniam sanctum est nomen tuum Patris, et Filii, et Spiritus sancti, nunc, etc.

Εὐχὴ τῆς ἀπολύσεως, εἰς τὴν χειροθεσίαν.

Τοῖς δούλοις σου, Κύριε, τοῖς ὑμνοῦσί τε καὶ προσκαλουμένοις σε γενοῦ, καὶ διόδευσον βοηθῶν αὐτοῖς ἐν παντὶ ἔργῳ ἀγαθῷ. Ἀνάστησον τὰς ἑαυτῶν καρδίας ἀπὸ τῶν τῆς γῆς ἀτόπων λογισμῶν. Δώρησαι αὐτοῖς τοῦ ζῆν αὐτοὺς, καὶ φρονεῖν τὰ τῶν ζώντων, καὶ συνιέναι τὰ σά. Ὁ εὐλογῶν τοὺς εὐλογοῦντάς σε, Κύριε, καὶ ἁγιάζων τοὺς ἐπὶ σοὶ πεποιθότας, σῶσον τὸν λαόν σου, καὶ εὐλόγησον τὴν κληρονομίαν σου, τὸ πλήρωμα τῆς Ἐκκλησίας σου φύλαξον. Ἁγίασον τοὺς ἀγαπῶντας τὴν εὐπρέπειαν τοῦ οἴκου σου. Σὺ αὐτοὺς ἀντιδόξασον τῇ θείᾳ σου δυνάμει, καὶ μὴ ἐγκαταλίπῃς ἡμᾶς, ὁ Θεὸς, τοὺς ἐλπίζοντας ἐπὶ σοί.

D

Oratio dimissionis, ad manuum impositionem.

Adesto, Domine, servis tuis, laudantibus et invocantibus te, et deduc eos, auxilium præstans, in omni opere bono. Erige corda eorum a terrenis omnibus absurdis cogitationibus. Da illis vivere et sapere quæ vivos decent, et tua intellectu percipere. Qui benedicis benedicentes te, Domine, et sanctificas eos qui in te confidunt, salva populum tuum, et benedic hæreditati tuæ; et custodi Ecclesiæ tuæ plenitudinem. Sanctifica diligentes decorem domus tuæ. Tu eis gloriam retribue per divinam potentiam tuam, et ne derelinquas nos, Deus, sperantes in te.

Τοὺς νοσοῦντας θεράπευσον.

Τοὺς ἀποδημήσαντας εἰρήνευσον.

Τοὺς ἀέρας ἔγκρασον.

Καὶ τοὺς καρποὺς τῆς γῆς εὐλόγησον. Εἰρήνην τῷ κόσμῳ σου δώρησαι, ταῖς Ἐκκλησίαις σου, τοῖς ἱερεῦσι, τοῖς βασιλεῦσιν ἡμῶν, τῷ στρατῷ, καὶ παντὶ τῷ λαῷ σου.

Ægrotos sana.

Peregrinantibus pacem tribue.

Aeres tempera.

Et fructibus terræ benedic. Da pacem mundo tuo, Ecclesiis tuis, sacerdotibus, regibus nostris, exercitui et omni populo tuo.

[48] Psal. CXLIV, 18.

Digitized by Google

Defunctis requiem præsta : eorumque qui dona obtulerunt, et pro quibus obtulerunt, memor esto. A

Τοὺς προκοιμηθέντας ἀνάπαυσον· τῶν προσενεγκάντων τὰ δῶρα, καὶ δι' ὧν προσήγαγον, μνημόνευσον.

Eos qui in quacunque tribulatione et angustia sunt, salva.

Τοὺς ἐν πάσῃ θλίψει καὶ ἀνάγκῃ ὄντας σῶσον.

Et nobis gratiam tuam mitte. In Trinitatis fide nos usque ad ultimum vitæ nostræ spiritum perfice, quoniam omne datum bonum, et omne donum perfectum desursum est, descendens a te Patre luminum [49]. Et tibi gloriam, gratiarum actionem et adorationem mittimus, **687** Patri, et unigenito Filio tuo, et Spiritui sancto tuo, nunc, etc.

Καὶ ἡμῖν τὴν χάριν σου ἐξαπόστειλον· ἐν τριαδικῇ πίστει ἕως ἐσχάτης ἡμῶν ἀναπνοῆς ἡμᾶς τελείωσον· ὅτι πᾶσα δόσις ἀγαθὴ, καὶ πᾶν δώρημα τέλειον, ἄνωθέν ἐστι, καταβαῖνον ἐκ σοῦ τοῦ Πατρὸς τῶν φώτων. Καὶ σοὶ τὴν δόξαν, καὶ τὴν εὐχαριστίαν καὶ τὴν προσκύνησιν ἀναπέμπομεν, τῷ Πατρὶ, καὶ τῷ μονογενεῖ σου Υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ σου Πνεύματι, νῦν, κ. τ. λ.

Diaconus : Gratia Domini Dei et Salvatoris nostri Jesu Christi cum omnibus vobis [50]. Ite in pace.

Ὁ διάκονος λέγει· Ἡ χάρις τοῦ Κυρίου δὲ καὶ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ μετὰ πάντων ὑμῶν. Πορεύεσθε ἐν εἰρήνῃ.

Populus : Kyrie, eleison (*bis*). Domine. benedic. Amen. B

Ὁ λαὸς λέγει· Κύριε, ἐλέησον. *β'.* Κύριε, εὐλόγησον. Ἀμήν.

Sacerdos dicit benedictionem dimissionis.

Ὁ ἱερεὺς λέγει τὴν εὐλογίαν τῆς ἀπολύσεως.

Diaconus : Iterum, ite in pace.

Ὁ διάκονος λέγει· Καὶ πάλιν πορεύεσθε ἐν εἰρήνῃ.

Diaconi dicunt : Iterum salvatus. Domine, benedic. Amen.

Οἱ διάκονοι λέγουσι· Καὶ πάλιν σωθείς. Κύριε, εὐλόγησον. Ἀμήν.

Sacerdos dicit orationem dimissionis diaconorum.

Ὁ ἱερεὺς λέγει εὐχὴν τῆς ἀπολύσεως τῶν διακόνων.

Postquam perfecimus sacram liturgiam, sicut jussi sumus, Domine, et perceptione sanctorum immaculatorum, immortalium, cœlestium et tremendorum mysteriorum digni facti sumus, imus de virtute in virtutem nos peccatores et indigni servi tui, digni facti ministrandi altari sancto tuo, qui tibi obtulimus incruentum sacrificium, immaculatum corpus et pretiosum sanguinem magni Dei et Salvatoris nostri Jesu Christi : ad gloriam tuam, Patris sine principio, ipsiusque unigeniti Filii tui, et Spiritus sancti, boni, vivificantis et consubstantialis tibi. Oramus ut ad dexteram tuam consistere mereamur in die tua timenda et justa, per intercessiones et supplicationes gloriosissimæ dominæ nostræ Deiparæ semperque virginis Mariæ, et omnium sanctorum tuorum, quoniam benedictus es nunc, etc. C

Τελέσαντες τὴν ἱερὰν λειτουργίαν, καθὼς προσετάχθημεν, Κύριε, καὶ τῆς μεταλήψεως τῶν ἁγίων, ἀχράντων, καὶ ἐπουρανίων φρικτῶν μυστηρίων κατα-ξιωθέντες, ἐκ δυνάμεως εἰς δύναμιν πορευόμεθα ἡμεῖς οἱ ἁμαρτωλοὶ καὶ ἀνάξιοι δοῦλοί σου, οἱ καταξιωθέντες λειτουργεῖν τῷ ἁγίῳ σου θυσιαστηρίῳ, καὶ προσενεγκόντες σοι τὴν ἀναίμακτον θυσίαν, τὸ ἄχραντον σῶμα καὶ τὸ τίμιον αἷμα τοῦ μεγάλου Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, εἰς δόξαν σου τοῦ ἀνάρχου Πατρὸς, καὶ αὐτοῦ τοῦ μονογενοῦς σου Υἱοῦ, καὶ τοῦ Πνεύματος ἁγίου, καὶ ἀγαθοῦ, καὶ ζωοποιοῦ καὶ σοὶ ὁμοουσίου. Αἰτούμεθα τυχεῖν καὶ τῆς ἐκ δεξιῶν σου παραστάσεως, ἐν τῇ ἡμέρᾳ σου τῇ φοβερᾷ καὶ δικαίᾳ, διὰ τῶν πρεσβειῶν καὶ ἱκεσιῶν τῆς ὑπερενδόξου Δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας, καὶ πάντων τῶν ἁγίων σου, ὅτι εὐλογητὸς εἶ νῦν, κ. τ. λ.

Explicit in pace divina Liturgia sancti Patris nostri Thaumaturgi Basilii.

Ἐτελειώθη ἐν εἰρήνῃ ἡ θεία λειτουργία τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν τοῦ θαυματουργοῦ Βασιλείου.

Sciendum est quod, Impletum est gaudio os nostrum, *non dicit sacerdos feria quinta majori, sed illius orationis loco dicit :* D

Δέον εἰδέναι, ὅτι τὸ, Ἐπλήσθη χαρᾶς τὸ στόμα ἡμῶν, *οὐ λέγει ὁ ἱερεὺς ἐν τῇ ἡμέρᾳ ε' τῇ μεγάλῃ, ἀλλ' ἐρεῖ ἀντὶ τοῦ,* Ἐπλήσθη·

Gratias agimus tibi, Domine hominum amator, benefactor animarum nostrarum, qui die huic hodierno simili dignos fecisti nos cœlestium et immortalium mysteriorum, quæ oculus non vidit, *usque ad finem.*

Εὐχαριστοῦμέν σοι, Δέσποτα φιλάνθρωπε, εὐεργέτα τῶν ψυχῶν ἡμῶν, ὁ καὶ ὡς ἐν τῇ παρούσῃ σήμερον ἡμέρᾳ καταξιώσας ἡμᾶς τῶν ἐπουρανίων σου καὶ ἀθανάτων μυστηρίων, ἃ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδε, *ἕως εἰς τέλος.*

[49] Jac. I, 17. [50] II Cor. XIII, 13.

Digitized by Google

LITURGIA

S. BASILII EX COPTICO CONVERSA.

688 ORATIO PRÆPARATIONIS.

Domine, qui nosti corda omnium[50*], sancte et in sanctis requiescens, solus sine peccato, et potens ad remissionem peccatorum concedendam. Tu, Domine, scis indignitatem meam, meque minus præparatum, nec sufficienter dispositum, ut accedam ad ministerium hoc tuum sanctum. Sed nec tanta mihi confidentia est, ut accedam, et aperiam os meum coram gloria tua sancta; sed secundum multitudinem clementiæ tuæ, ignosce mihi peccatori, et concede mihi ut inveniam gratiam et misericordiam in hac hora; et mitte mihi virtutem ex alto[51], ut incipiam et præparer, perficiamque, sicut tibi placitum est, ministerium tuum sanctum, secundum beneplacitum voluntatis tuæ, cum odoribus thuris. Ita, Domine, esto nobiscum, esto socius operis nostri; benedic nobis; tu es enim remissio peccatorum nostrorum, lux animarum nostrarum, vita, fortitudo, et fiducia nostra; tu es ipse cui sursum mittimus laudem, gloriam et adorationem, Pater, Fili et Spiritus sancte, nunc et semper et usque in sæcula sæculorum omnium. Amen.

Oratio postquam præparatum fuerit altare.

Sacerdos. Tu, Domine, docuisti nos magnum hoc mysterium salutis; tu vocasti nos abjectos et indignos servos tuos, ut essemus ministri altaris tui sancti. Tu, Domine, effice nos dignos, per virtutem Spiritus tui sancti, ut hoc ministerium perficiamus, ita ut non incidamus in judicium coram gloria tua magna, et offeramus tibi sacrificium hoc benedictionis, gloriamque et magnificentiam per illud, in sancto tuo. Deus gratiæ largitor, et salutis mandator, qui omnia in omnibus operaris, da nobis ut sacrificium nostrum coram te acceptum sit, pro peccatis meis, et pro insipientiis plebis tuæ, quia purum est, sicut donum Spiritus tui sancti, in Christo Jesu Domino nostro, per quem te decet gloria et honor, cum ipso, et Spiritu sancto vivificante, tibique consubstantiali, nunc et semper et in omnia sæcula sæculorum. Amen.

Oratio gratiarum actionis.

Sacerdos. Gratiam agamus bonorum auctori misericordi, Deo Patri Domini Dei et Salvatoris nostri Jesu Christi, quia ipse protexit nos, adjuvit et servavit nos, suscepitque nos ad se, misertus est nostri, perduxitque nos ad hanc horam. Ipsum nunc precemur, ut custodiat nos hoc sancto die et omnibus diebus vitæ nostræ, in omni pace, omnipotens Dominus Deus noster.

Diaconus. (90) Ad adorationem state.

Sacerdos. Domine Deus omnipotens, Pater Domini Dei et Salvatoris nostri Jesu Christi, gratias agimus tibi de omnibus, et propter omnia, et in omnibus, quia protexisti nos, adjuvisti nos, conservasti nos, suscepisti nos ad te, et misertus es nostri, auxilium dedisti nobis, et ad hanc horam nos perduxisti.

Diaconus. Orate ut Deus misereatur nostri.

Sacerdos. Eapropter petimus et obsecramus bonitatem tuam, o amator hominum, ut concedas nobis hunc diem sanctum et omnes dies vitæ nostræ in pace cum timore tuo transigere. Omnem invidiam, omnem tentationem, omnem operationem Satanæ et consilium hominum improborum, impetumque hostium tam occultorum quam manifestorum, depelle a nobis, ab omni populo tuo et ab hoc loco sancto; quæ autem bona, quæ placita sunt, nobis jube. Tu enim ipse es, qui dedisti nobis potestatem calcandi serpentes et scorpiones, omnemque virtutem inimici[51*]. Et ne nos inducas in tentationem, sed libera nos a malo[52], per gratiam et misericordiam amoremque erga homines Filii tui unigeniti, Domini Dei et Salvatoris nostri Jesu Christi, per quem tibi debetur honor, gloria et imperium, cum ipso, et Spiritu sancto vivificante, tibique consubstantiali, nunc et semper, et in omnia sæcula sæculorum. Amen.

Oratio oblationis sive propositionis panis et calicis.

(91) Domine Jesu Christe, Fili unigenite, Verbum Dei Patris, eique consubstantiale, et coæternum et Spiritui sancto: tu es panis vivus, qui descendisti de cœlo, et prævenisti nos, impendistique animam tuam perfectam et absque vitio, pro vita mundi (92): rogamus obsecramusque bonitatem tuam, o amator hominum, ostende faciem tuam super hunc panem, et super hunc calicem, quos super mensam hanc tuam sacerdotalem posuimus (93): benedic eos †,

[50*] Act. I, 24. [51] Luc. XXIV, 49. [51*] Luc. X, 19. [52] Matth. VI, 13.

(90) Προσεύξασθε.

(91) *Al. Cod.* Qui antiquitus factus es agnus absque macula, pro vita mundi.

(92) *Interea panem et calicem manu designat sacerdos.*

(93) *Ter signat crucem.*

Digitized by Google

sanctifica eos †, et consecra eos † : transfer eos, ita ut panis quidem hic, fiat corpus tuum sanctum, et hoc mistum in hoc calice, sanguis tuus pretiosus, ut sint nobis omnibus præsidium, medicina, salus animarum, corporum, spirituumque; quia tu es Deus noster, tibique debetur laus et potestas, cum Patre tuo bono, et Spiritu vivificante, tibique consubstantiali, nunc et semper, et in omnia sæcula sæculorum. Amen.

Tunc operiet sacerdos discum et calicem, utrumque integumento suo, et omnia majori velo teget; tum osculabitur altare, conversusque ad ipsius latus australe, adorabit Deum et osculabitur altare. Tum circuitu peracto, descendet coram altari, pronuntiabitque absolutionem super ministros sedentes coram eo. Quod si adsit ipsi sacerdos socius, ipse pronuntiabit absolutionem.

Oratio absolutionis ad Filium.

Domine Jesu Christe, Fili unigenite, et Verbum Dei Patris, qui dirupisti omnia vincula peccatorum nostrorum passione tua salutari et vivifica, qui inspiravisti in faciem discipulorum tuorum, apostolorumque sanctorum, dicens eis : « Accipite Spiritum sanctum; quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, et 689 quorum retinueritis, retenta sunt [53]; » tu etiamnum. Domine, per apostolos tuos sanctos, eos elegisti qui sacerdotio semper in Ecclesia tua sancta fungerentur, ut relaxarent peccata super terram, ligarentque et solverent omnia iniquitatis vincula. Rogamus obsecramusque bonitatem tuam, o amator hominum, pro servis tuis, patribus meis, fratribus meis, et infirmitate mea, qui capita sua coram gloria tua sancta inclinant : præsta nobis misericordiam tuam, et solve omnia vincula peccatorum nostrorum. Quod si adversum te peccaverimus prudenter vel imprudenter, vel cordis duritia, opere aut verbo, aut pusillanimitate, tu, Domine, qui nosti humanam imbecillitatem, tanquam bonus et hominum amator, Deus, concede nobis remissionem peccatorum nostrorum; benedic nos et purifica nos, absolveque nos et omnem populum tuum; imple nos timore tuo, et dirige nos ad voluntatem tuam sanctam et bonam, quia tu es Deus noster, et tibi debetur gloria, honor et potestas, cum Patre tuo bono, et Spiritu tuo sancto, nunc, etc. Servi tui hodie in ministerio constituti, sacerdos, diaconus et clerus, omnis populus et infirmitas mea, absoluti sint ex ore sanctæ Trinitatis, Patris, Filii et Spiritus sancti, et ex ore unicæ, solius, sanctæ, catholicæ et apostolicæ Ecclesiæ; ex ore duodecim apostolorum, et ex ore contemplativi evangelistæ Marci apostoli et martyris, ut etiam patriarchæ sancti Severi, et doctoris nostri sancti Dioscori, sancti Joannis Chrysostomi, sancti Cyrilli, sancti Basilii, et sancti Gregorii, necnon ex ore trecentorum decem et octo Nicææ congregatorum, et centum quinquaginta qui Constantinopoli, centum qui Ephesi : ut etiam ex ore venerandi Patris nostri archiepiscopi Anba N. ejusque in ministerio apostolico consortis, venerandique Patris episcopi Anba N. et ex ore humilitatis meæ, qui peccator sum, quia benedictum et gloria plenum est nomen sanctum tuum, Pater, Fili, et Spiritus sancte, nunc et semper, etc.

Oratio thuris.

Osculabitur sacerdos caput sacerdotis ministrantis. Quodsi fuerit cum eo socius, osculabitur gradus altaris, ascendensque osculabitur altare, et accipiet naviculam thuris, et adolebit incensum. Ordinem qui de incenso vespertino scriptus est observabunt, quinquies adolendo, et his peractis dicet sacerdos orationem sequentem.

Deus æternus, absque principio et fine, magnus in præceptis tuis et potens in operibus tuis : qui es ubicunque, et in omnibus : esto nobiscum peccatoribus, Domine, in hac hora : consiste in medio omnium nostrum, purifica corda nostra, et sanctifica animas nostras : munda nos ab omnibus peccatis quæ commisimus, voluntarie aut involuntarie. Concede nobis, ut offeramus coram te sacrificia rationabilia, sacrificia benedictionis, et incensum spirituale.

Ingrediatur intra velum, in locum Sancti sanctorum.

Rogamus te, Deus noster. Memento, Domine, pacis unius tuæ, et unicæ sanctæ catholicæ et apostolicæ Ecclesiæ. Memento, Domine, beati Patris nostri et venerandi archiepiscopi papæ Anba N. et Patris nostri episcopi Anba N. Memento, Domine, congregationum nostrarum, et eis benedic; fac ut sint absque impedimento, et perturbatione, ut celebremus eas juxta sanctam et beatam voluntatem tuam, domos orationis, domos mundationis, domos sanctitatis, domos benedictionis. Concede ut illas possideamus, Domine, nos, et servi tui, qui nobis usque in æternum successuri sunt. Exsurge, Domine Deus, et dissipentur inimici tui, et fugiant a facie tua omnes qui oderunt nomen tuum sanctum [54]. Et populus tuus fruetur benedictionibus millies millenis et decies millies millenis, perficientque voluntatem tuam, per gratiam, clementiam, amoremque erga homines Filii tui unigeniti Domini Dei Salvatoris nostri Jesu Christi, per quem, etc.

Circuibit altare cum incenso semel, osculabitur illud, descendetque lævo pede; versus orientem stabit e regione altaris, adolebitque thus ter, eadem dicens, quæ prius; tum patriarcham, si adsit, incensabit seorsim ab aliis; quodsi abfuerit, dabit incensum sacerdotibus, non aliis. Deinde prostrationem faciet : cumque lecta fuerit Epistola Pauli Coptice, dicet orationem sequentem secreto. Si fuerit cum eo

[53] Joan. xx, 22. [54] Psal. lxvii, 2.

Digitized by Google

sacerdos socius, is eam recitabit. Diaconus leget Epistolam Coptice, et deinde Arabice, ut etiam Catholicon, sive lectionem ex Epistolis Catholicis. Hic adoletur incensum ter circum altare a sacerdote celebrante.

Oratio post Apostoli seu Paulinæ Epistolæ lectionem.

Sacerdos. Domine, scientiæ et sapientiæ largitor, qui ea revelas quæ profundis tenebris abscondita sunt: qui potestate magna rationem hominibus indidisti: qui bonitate tua vocasti Paulum, cum fuisset aliquando persecutor, ut esset vas electum, et in eo complacuisti, ut fieret apostolus, annuntiator et prædicator Evangelii regni tui, Jesu Christe Deus noster. Te nunc etiam, bone, et hominum amator, deprecamur, ut des nobis et omni populo tuo mentem ab omni distractione liberam, intellectumque purum, ut discamus et intelligamus, quanta sit utilitas doctrinæ tuæ sanctæ, quæ ad nos illius ministerio pervenit. Et quemadmodum similis tibi fuit, o auctor vitæ, ita nos pariter dignos effice, ut in opere et fide similes illi simus, glorificemusque nomen tuum sanctum, gloriemurque in cruce tua omni tempore. Tuque es cui honorem, gloriam, potentiam et adorationem referimus, cum Patre tuo bono et Spiritu sancto, nunc et semper, etc.

Tum unus diaconorum leget Catholicon Coptice et Arabice, et postquam lectum fuerit Coptice, dicet sacerdos celebrans hanc orationem: quod si patriarcha ipse sacra faciat, dicet eam sacerdos.

Oratio post Catholicon.

Sacerdos. Domine Deus, qui per sanctos apostolos tuos manifestasti nobis mysterium Evangelii gloriæ Christi tui [55], et **690** dedisti illis secundum magnitudinem doni infiniti gratiæ tuæ, prædicare toti mundo abundantiam investigabilis misericordiæ tuæ; rogamus te, Domine, fac nos dignos parte et sorte illorum. Concede nobis semper ut ambulemus in eorum vestigiis, ut agones eorum imitemur, et communicemus cum eis, laboribus et sudoribus, quos pro pietate sustinuerunt. Conserva Eclesiam tuam sanctam, quam per eos fundasti, benedic agnis gregis tui, et multiplica hanc vineam quam plantavit dextera tua [56], in Christo Jesu Domino nostro: per quem, etc.

Finita lectione Catholici Arabice, ascendet sacerdos ad altare et adolebit incensum semel, tum recitabitur oratio sequens.

Oratio Actuum apostolorum.

Sacerdos. Deus, qui suscepisti sacrificium Abrahami, et pro Isaaco arietem ei præparasti [57], ita suscipe a nobis, Domine, hujus thuris sacrificium, et pro eo mitte nobis divitem misericordiam tuam. Munda nos ab omni fœtore peccati, et præsta nos dignos esse, ut coram bonitate tua, o hominum amator, pure et perfecte ministremus omnibus diebus vitæ nostræ. Memento, Domine, pacis, etc.

Perficit illam ex oratione thuris Pauli, nulla re detracta vel addita; qua expleta chorum solus cum incenso circuibit. Finita lectione Actorum Coptice et Arabice, dicent ter, Sanctus: *quo finito sacerdos dicet hanc orationem.*

Oratio Evangelii sancti.

Domine et magister Jesu Christe Deus noster, qui dixisti divis apostolis tuis et discipulis tuis sanctis: « Multi prophetæ et justi cupierunt videre quæ vos videtis, et non viderunt, et audire quæ auditis, et non audierunt: beati autem oculi vestri qui vident, et aures vestræ quæ audiunt [58]: » da ut digni efficiamur audiendi et opere perficiendi Evangelia tua sancta, per orationes sanctorum tuorum.

Diaconus. Orate pro Evangelio sancto.

Sacerdos. Memento etiam, Domine, omnium qui præceperunt nobis, ut eorum meminissemus in nostris ad te orationibus et precibus. O Domine, quietem illis tribue quorum præcessit dormitio: infirmos sana, quia tu vita es omnium nostrum, salus omnium, spes omnium, medela omnium, resurrectioque omnium nostrum: et tu es ipse cui gloriam, honorem et adorationem referimus, cum Patre tuo bono, et Spiritu sancto vivificante, tibique consubstantiali, nunc et semper, etc.

Tum dicet psalmum, et post tertium versum sacerdos Evangelium incensabit. Ascendet ad altare, rursusque incensum offeret, semel signans naviculam signo crucis; deinde circuibit cum incenso Evangelium. tum altare semel: descendet ab altari, accipiet Evangelium a diacono, converteturque ad occidentem. Accedent sacerdotes omnes, et illud osculabuntur: ipse postremus illud osculabitur, dabitque illud diacono ministranti, quem etiam incensabit. Cumque diaconus dicet: State, *conversus sacerdos ad orientem dicet:* In nomine Dei. *Mox incensum ter adolebit ad sanctuarium. Dicet diaconus:* Benedic, Domine, *et dicet:* Initium sancti Evangelii secundum Matthæum, Marcum, Lucam, Joannem. *Cumque interpres Evangelii dicit,* State cum timore Dei, *convertitur sacerdos ad occidentem, incensat tribus vicibus Evangelium. Tum conversus ad sanctuarium, illud incensat etiam ter, deinde sacerdotes semel, stans in loco suo, recitans aliquid interea ex oratione Evangelii. Tum diaconos semel incensat: nec desinit interim thuribulo adolere coram Evangelio, ad finem usque lectionis ejus Coptice; et in ultimo commate incensat ter, dat autem Evangelium legendum diacono, si probe illud legere sciat; sin minus, leget illud ipse sacerdos. Quod si diaconus legat Evangelium ex ambone, incensatio Evangelii primo et postremo fiet ad limen chori. Cumque dicet interpres,* Domini et Dei nostri, *redibit ad san-*

[55] II Cor. IV, 4. [56] Psal. LXXIX, 16. [57] Gen. XXII, 11 sqq. [58] Matth. XIII, 17, 16

Digitized by Google

ctuarium, et incensum tribus vicibus adolebit, dicetque sequentem orationem secreto, quando Evangelium leget Arabice, facie ad orientem conversa. Quod si sacerdos socius, ad quem ejus pertinet recitatio, ibi adsit, dabit ei thuribulum, et ipse eum recitabit.

Oratio post Evangelium secreto dicenda.

Longanimis, multæ misericordiæ et verax, suscipe orationes, deprecationes et supplicationes nostras, pœnitentiamque, et confessionem nostram super altare tuum sanctum, purum et cœleste, ut digni efficiamur auditores Evangeliorum tuorum sanctorum, et præcepta et mandata tua observemus, et in iis centesimum, sexagesimum, et tricesimum fructum proferamus, in Christo Jesu Domino nostro. Memento, Domine, infirmorum populi tui, respice eos cum misericordia et clementia, eosque sana. Memento, Domine, patrum, fratrumque nostrorum peregre absentium, reduc eos in domos suas salvos et incolumes.

Tempore Nili exundationis et pluviæ dicetur.

Memento, Domine, aquarum fluminis, et benedic illis, augens illas juxta mensuram suam.

Tempore sementis dicetur a prima Paophi ad primam Baini.

Memento, Domine, seminum, plantarumque ut crescant et multiplicentur.

Ab Epiphania ad primam ejusdem mensis.

Memento, Domine, aeris cœli et fructuum terræ, eisque benedic. Memento, Domine, salutis loci hujus sancti tui, omniumque locorum et monasteriorum, sanctorum Patrum nostrorum orthodoxorum. Memento, Domine, salutis hominum et animalium. Memento, Domine, servi tui regis terræ nostræ, atque illum in pace et dignitate conserva. Memento, Domine, patrum, fratrumque nostrorum, qui obdormierunt, quieveruntque in fide orthodoxa. Memento, Domine, sacrificiorum oblationumque, et iis retribue mercedem, qui has tibi oblationes obtulerunt, easque ad te suscipe. Memento, Domine, captivorum qui in servitutem abducti sunt, reducque captivitatem **691** eorum. Memento, Domine, eorum qui calamitatibus et angustiis opprimuntur Memento, Domine, catechumenorum populi tui; miserere eorum, confirma eos in fide tua, et reliquias omnes cultus idolorum aufer ab eorum cordibus; legem tuam, timorem tuum, præcepta tua, veritates tuas et mandata tua statue in cordibus eorum: da illis firmam cognitionem verbi quo per catechesin instituti sunt; utque statuto tempore digni evadant lavacro regenerationis in remissionem peccatorum suorum, præpara eos habitaculum Spiritui sancto tuo per gratiam.

Post lectionem Evangelii afferet illud diaconus ad sacerdotem, qui illud osculabitur, ut etiam clerus et populus, et interea recitabit sacerdos Orationem veli secreto stans ad latus veli, cavite inclinato.

Oratio veli.

Deus qui tuo erga homines amore ineffabili Filium tuum unigenitum in mundum misisti, ut ovem errabundam ad te reduceret, rogamus te, Domine, ne nos a te in æternum repellas, dum offerimus tibi tremendum hoc et incruentum sacrificium: neque enim justitiæ nostræ confidimus, sed misericordiæ tuæ, qua genus nostrum vivificasti. Rogamus et obsecramus bonitatem tuam, amator hominum, ut neque nobis, neque plebi tuæ sit in judicium mysterium hoc, quod ad salutem nostram instituisti, sed in abstersionem peccatorum nostrorum et remissionem negligentiarum nostrarum. Gloria et honor nomini tuo sancto, Patris, et Filii, et Spiritus sancti, nunc et semper, etc.

Interea cum absolvitur hæc oratio, osculabitur sacerdos gradus altaris, ascendet ad sanctuarium, osculabitur altare, et conversus ad occidentem recitare incipiet tres majores orationes. Dum sacerdos dicit, Pax omnibus, *conversus ad sacerdotes fratres suos, capitis inclinatione salutat, et conversus ad occidentem, populum cruce signat.*

Oratio pro pace.

Sacerdos. (94) Iterum oremus Deum omnipotentem, Patrem Domini Dei et Salvatoris nostri Jesu Christi. Rogamus et obsecramus bonitatem tuam, amator hominum, memento, Domine pacis, unicæ illius tuæ, sanctæ, catholicæ et apostolicæ Ecclesiæ, quæ a finibus ad fines usque terræ diffunditur, omni populo et terris benedic. Pacem illam cœlestem cordibus nostris immitte, sed et pacem istius vitæ nobis benigne concede: reges orthodoxos (95), exercitum, duces (96), consiliarios, vulgus promiscuum, et vicinos nostros, ingressum et exitum nostrum omni pace exorna. O rex pacis, da nobis pacem tuam, qui omnia dedisti nobis. Posside nos, Deus Salvator noster: nam præter te alium non novimus, et nomen tuum sanctum invocamus. Vivant itaque animæ nostræ per Spiritum tuum sanctum, neque mors peccati dominetur super nos servos tuos, nec super omnem populum tuum. Domine, miserere.

Pro patriarcha et episcopis.

Rursus precamur te, Domine omnipotens, Pater Domini Dei et Salvatoris nostri Jesu Christi, rogamus et obsecramus bonitatem tuam, o amator hominum.

Si patriarcha ipse celebret, dicet socius sacerdotis:

Memento, Domine, beati Patris nostri, et venerandi archiepiscopi papæ N. ejusque in minis-

(94) Παραχαλοῦμέν σε, φιλάνθρωπε ἀγαθὲ Κύριε.
(95) *In alii. codd.* regem orthodoxum.
(96) *Alii codd.* regem, ordines militares.

Digitized by Google

sterio apostolico consortis venerandi Patris episcopi N. Custodi et conserva nobis illos annis multis, et tranquillis temporibus, ut opere impleant et perficiant sanctitatem episcopatus, quæ ipsis a te concredita est, secundum voluntatem tuam sanctam et beatam; verbumque veritatis recte dispensent, plebem tuam cum sanctitate et justitia regant, simul cum reliquis episcopis orthodoxis, hegumenis, presbyteris, et diaconis, omnique plenitudine unicæ tuæ, unius, sanctæ, catholicæ et apostolicæ Ecclesiæ. Da nobis et ipsis pacem et salutem in omni loco, precesque omnes, quas fundunt pro nobis et omni populo tuo ad te suscipe, ut etiam eas quæ a nobis pro ipsis fiunt.

Hic sacerdos semel adolet incensum, dicens ea quæ supra declarata sunt: quod si socium sacerdotem habuerit, id ipsius vice faciet.

Super altare tuum sanctum, spirituale, cœleste, ut etiam thuris odoramenta; universos eorum hostes visibiles et invisibiles, contere et deprime sub vestigiis eorum velociter; eos autem in pace et justitia custodi in Ecclesia tua sancta. Domine, miserere.

Pro congregatione.

Iterum etiam oramus te, Deus omnipotens, Pater Domini Dei et Salvatoris nostri Jesu Christi, petimus et obsecramus bonitatem tuam, o amator hominum: memento, Domine, congregationum nostrarum et benedic illis. Da ut sint nobis absque turbatione et impedimento, ut eas celebremus secundum voluntatem tuam sanctam et beatam, domos orationis, domos benedictionis, domos sanctitatis; concede nobis in illis esse, Domine, et servis tuis qui post nos in sæculum usque futuri sunt.

Oratio pro Ecclesia, quam hoc loco recitabit sacerdos jejunii diebus.

(97) Cultum idolorum ab omni orbe procul remove; Satanam et omnem virtutem ejus pessimam contere, et dejice sub pedibus nostris velociter; hæreses et auctores earum compesce, ut rescindatur et abrumpatur omnis hæretica pravitas, Ecclesiæ tuæ sanctæ inimica. Domine, sicut olim, ita et nunc eas deprime; aufer illas hæreticis; tenebras cordis sui, miseriamque ipsis suam perspicue demonstra: compesce invidiam eorum, consilia, machinationes, dolos, et detractiones, dextrasque quibus adversum nos abutuntur, imbelles omnino esse jubeto. Conventicula eorum reprime, divide consultationes eorum, o Deus, qui dissipasti consilium Achitophel [59].

692 *Adolebit incensum ad orientem tribus vicibus.* Exsurge, Domine Deus, dissipentur omnes inimici tui, et fugiant a facie tua omnes qui oderunt nomen sanctum tuum [60].

Conversus ad occidentem, sacerdotes, diaconos et populum incensabit.

Et populus tuus millies millenis benedictionibus, et decem millies millibus cumulatus adimpleat omnes voluntates tuas.

Tum conversus ad orientem dicet:

Per gratiam, clementiam et amorem erga homines Filii tui unigeniti, Domini Dei et Salvatoris nostri Jesu Christi, etc.

Populus dicet Symbolum fidei orthodoxæ. *Adolebit sacerdos ter incensum ad orientem, dabitque thuribulum illi qui deferre solet, tum dicent Symbolum: quo tempore lavabit sacerdos ter manus suas, et antequam eas abstergat, convertetur ad populum, educetque manus ex aqua coram eo, et a sordibus diligenter purgabit.*

Post recitationem Symboli dicet: Pax omnibus.

Respondebitque populus: Et cum spiritu tuo.

Tum conversus signabit populum semel in modum crucis, et dicet hanc orationem.

(98) *Oratio osculi pacis ad Patrem.*

Sacerdos. Deus magne et æterne, qui hominem absque vitio condidisti, et mortem quæ Satanæ invidia in mundum intraverat [61], per adventum vivificantem Filii tui unigeniti Jesu Christi Domini Dei et Salvatoris nostri destruxisti, replevistique terram cœlesti pace: tu quem celebrant angelorum exercitus, dicendo: « Gloria in excelsis Deo, et pax super terram, et in hominibus bona voluntas [62], » imple per beneplacitum tuum, Domine, corda nostra pace tua, et munda nos ab omni macula omnique simultate, omni fraude, omni malo, omnique injuriarum recordatione mortifera. Fac, Domine, ut omnes digni simus amplectendi invicem in osculo sancto, et ita illius participes simus, ut non in judicio repellas nos ab immortali et cœlesti dono tuo, per Christum Jesum Dominum nostrum.

Oratio alia osculi pacis.

Sacerdos. Superant omnem sermonis facultatem, et omnem vim mentis, divitiæ munerum tuorum, Domine, qui abscondisti sapientibus et prudentibus, et nobis parvulis revelasti ea [63], quæ cupierunt prophetæ et reges videre, et non viderunt [64]. Hæc in nos peccatores gratiose contulisti, ut ea administraremus, et per ea sanctificaremur, cum Filii tui dispensationem nobis exhibuisti, et sacrum ritum istius sacrificii incruenti: nec enim illud est sanguinis legalis, aut justitiæ corporeæ, sed Agnus

[59] II Reg. xv, 31, sqq. [60] Psal. lxvii, 2. [61] Sap. ii, 24. [62] Luc. ii, 14. [63] Matth. xi, 25. [64] Luc. x, 24.

(97) *Hæc oratio non exstat in multis codicibus.*

(98) Ἀσπασμός. Εὐχὴ ἀσπασμοῦ τοῦ ἁγίου Βασιλείου.

Digitized by Google

est spiritalis, gladiusque rationalis et incorporeus, in hoc sacrificio, quod tibi offerimus. Rogamus et obsecramus bonitatem tuam, o hominum amator, purifica labia nostra, et libera mentes nostras ab omni contagione materiali; mitte nobis gratiam Spiritus tui sancti, et dignos effice salutandi invicem in osculo sancto, ut non incidentes in judicium, percipiamus donum tuum immortale et cœleste, per Jesum Christum Dominum nostrum.

Oratio pacis Jacobi apostoli.

Sacerdos. Deus, omnium Domine, dignos effice hac salute nos peccatores indignissimos, ut ab omni labe omnique hypocrisi purgemur, amplectamurque invicem in osculo sancto; et unum corpus, unusque spiritus efficiamur in vinculo charitatis et pacis Domini nostri Jesu Christi, cum quo benedictus es, et cum Spiritu tuo vivificante, tibique consubstantiali, nunc et semper, et in omnia sæcula sæculorum. Amen.

ANAPHORA SANCTI BASILII.

Diaconus. (99) Accedite, astate, o viri, cum tremore, et ad orientem aspicite. Attendamus.

Populus. (1) Misericordia, pax et sacrificium laudis.

Ter signum crucis hic fit, primum a sacerdote super seipsum; secundo super diaconos ministrantes; tertio super populum.

Sacerdos. (2) Dominus vobiscum.

Populus. (3) Et cum spiritu tuo.

Sacerdos. (4) Sursum levate corda vestra.

Populus. (5) Habemus ad Dominum.

Sacerdos. (6) Gratias agamus Deo.

Populus. (7) Dignum et justum est.

Sacerdos. Dignum et justum, dignum et justum est, vere est dignum, conveniens, necessarium, dignum et justum, Domine qui exsistis, Domine Deus vere, qui es ante sæcula, regnans usque in æternum, qui in excelsis habitas, et humilia respicis [65], qui creasti cœlum et terram, mare et omnia quæ in eis sunt, Pater Domini Dei et Salvatoris nostri Jesu Christi, qui cuncta visibilia et invisibilia per eum creasti, sedens super thronum gloriæ tuæ, quem adorant omnes potestates sanctæ.

Diaconus. (8) Qui sedetis, surgite.

Sacerdos. Circa quem consistunt angeli et archangeli, principatus, potestates, throni, dominationes, virtutes.

Diaconus. (9) Ad orientem aspicite.

Sacerdos. In circuitu enim tuo stant cherubim, oculis pleni, et seraphim sex alis instructi, hymnum gloriæ concinunt indesinenter dicentes.

Populus. « Sanctus, sanctus, sanctus Dominus [66]. »

Sacerdos ter in modum crucis signabit, primo seipsum, secundo ministros, tertio populum: tum dicet:

Sanctus, sanctus, sanctus es vere, Domine Deus noster, qui formasti nos, fecisti nos, et posuisti nos in paradiso voluptatis [67]. Cum autem mandata tua circa lignum vitæ violassemus per deceptionem serpentis, a vita æterna excidissemus, et a paradiso voluptatis ejecti fuissemus [68], non in finem usque deseruisti nos, sed continuo nobis per prophetas tuos sanctos promissa edidisti: in novissimis vero diebus, nobis sedentibus in tenebris et umbra mortis, Filium tuum unigenitum Dominum Deum et Salvatorem Jesum Christum manifestasti [69], qui incarnatus est de Spiritu sancto et ex Virgine sancta Maria, et homo factus est, qui viam salutis **693** nos docuit, et supernam illam nativitatem per aquam et spiritum nobis donavit, fecitque nos populum congregatum, mundavitque nos per Spiritum sanctum suum. Ipse cum dilexisset suos qui erant in mundo [70], tradidit seipsum ad salutem pro nobis in mortem, quæ super nos regnabat [71], qua peccatorum nostrorum causa constricti tenebamur: descendit ad inferos per crucem, surrexit a mortuis die tertia, ascendit ad cœlos, seditque ad dexteram tuam, o Pater, designavitque diem retributionis, in quo apparebit ad judicandum orbem in justitia [72] et tribuendum unicuique juxta opera sua [73].

Populus. (10) Secundum misericordiam tuam, Domine, et non secundum peccata nostra.

Sacerdos. Instituit nobis mysterium hoc magnum pietatis et religionis, cum statuisset tradere se morti pro mundi vita.

Populus. (11) Credimus in rei veritate ita esse.

Sacerdos. Accepit panem in manus suas sanctas, puras et immaculatas, beatas et vivificantes, et aspexit in cœlum ad te, o Deus, Patrem suum et omnium Dominum.

Tunc accipiet oblationem super manus suas, auferetque velum de super disco.

Populus. Amen.

Sacerdos levabit oculos dicens : Et gratias egit †.

Populus. Amen.

Sacerdos. Et benedixit eum †.

Populus. Amen.

Sacerdos digito ter oblationem suam signabit in modum crucis.

[65] Psal. CXII, 5. [66] Isa. VI, 3. [67] Gen. II, 8. [68] Ibid. III, 6 sqq. [69] Luc. I, 79. [70] Joan. XVII, 1. [71] Rom. V, 14. [72] Psal. XCVII, 9. [73] Rom. II, 6.

(99) Προσφέρειν κατὰ τρόπον. Στάθητε. Εἰς ἀνατολὰς βλέπετε. Προσχῶμεν.
(1) Ἔλεος εἰρήνης, θυσία αἰνέσεως.
(2) Ὁ Κύριος μετὰ πάντων ὑμῶν.
(3) Καὶ μετὰ τοῦ πνεύματός σου.
(4) Ἄνω ὑμῶν τὰς καρδίας.
(5) Ἔχομεν πρὸς τὸν Κύριον.
(6) Εὐχαριστῶμεν τὸν Κύριον.
(7) Ἄξιον καὶ δίκαιον.
(8) Οἱ καθήμενοι, ἀνάστητε.
(9) Εἰς ἀνατολὰς βλέπετε.
(10) Κατὰ τὸ ἔλεός σου, Κύριε, καὶ μὴ κατὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν.
(11) Πιστεύομεν. *In Copt.* Credo

Digitized by Google

Et sanctificavit eum †.

Populus. Amen.

Sacerdos franget oblationem in tres partes, quas ita ad se invicem adjunget, ut quodammodo divisæ non sint. Quæ dum faciet, digitos intra discum detergit, ne quid ex oblatis adhæreat, et dicet :

Et fregit eum, deditque sanctis discipulis et apostolis suis dicens : « Accipite, manducate ex hoc omnes. Hoc est enim corpus meum quod pro vobis frangitur, et pro multis datur in remissionem peccatorum ; hoc facite in mei memoriam. »

Populus. Amen.

Sacerdos tenens calicem manu sua, dicet : Similiter etiam calicem post cœnam, aqua et vino miscuit.

Sacerdos calicem ter cruce signabit, et dicet : Gratias egit †.

Populus. Amen.

Sacerdos. Benedixit eum †.

Populus. Amen.

Sacerdos. Sanctificavit eum †.

Populus. Amen.

Sacerdos. Gustavit, et dedit discipulis suis et apostolis sanctis, dicens : « Accipite, bibite ex eo omnes. Hic est enim sanguis meus novi testamenti, qui effunditur pro vobis, et pro multis in remissionem peccatorum ; hoc facite in mei memoriam [74]. »

Sacerdos calicem in crucis formam movebit, ita tamen ut non agitet.

Populus dicet : Amen, hoc ita est.

Sacerdos. « Quotiescunque manducabitis ex hoc pane, et bibetis ex hoc calice, mortem meam annuntiabitis, et resurrectionem meam confitebimini, meique memores eritis donec veniam [75]. »

Populus. (12) Mortem tuam annuntiamus, Domine, et resurrectionem tuam confitemur.

Sacerdos. Memoriam agimus passionis ejus sanctæ, resurrectionis ejus a mortuis, ascensionis in cœlum, et sessionis ipsius ad dexteram tuam, o Pater : secundi etiam ipsius e cœlo adventus terribilis et gloria plenissimi, offerimusque tibi hæc dona ex bonis tuis, pro omnibus, ex omnibus, et in omnibus.

Diaconus. Adorate Deum cum timore et tremore.

(13) *Sacerdos dicet invocationem.*

Rogamus te, Christe Deus noster, nos peccatores indigni servi tui ; et adoramus te per beneplacitum bonitatis tuæ, ut adveniat Spiritus sanctus tuus super nos, et super hæc dona proposita, et sanctificet ea, (14) efficiatque ea Sancta sanctorum tuorum.

Habebit sacerdos interea manus expansas et sursum sublatas, interpellans pro illapsu.

Dicet populus. Amen.

Sacerdos elevans vocem. Et panem quidem hunc, *ter panem cruce signabit,* faciat corpus sanctum, *inclinabit caput suum et manu corpus innuet,* ipsius Domini Dei et Salvatoris nostri Jesu Christi, quod datur in remissionem peccatorum et vitam æternam ei qui illud percipiet.

Populus. Amen.

Sacerdos calicem ter cruce signabit et dicet : Et hunc calicem, sanguinem pretiosum novi testamenti tui, *tunc corpus et sanguinem pretiosum designabit,* ipsius Domini Dei et Salvatoris nostri Jesu Christi, qui datur in remissionem peccatorum et vitam æternam illis qui illum percipient.

Populus. Amen.

Sacerdos. Fac, Domine, ut digni simus communicandi sanctis tuis, ad sanctificationem corporum, animarum, spirituumque nostrorum, ut simus corpus unum, spiritusque unus, sortemque et partem consequamur cum omnibus sanctis tuis qui ab initio tibi placuerunt. Memento, Domine pacis, unicæ tuæ, unius, sanctæ, catholicæ et apostolicæ Ecclesiæ tuæ.

Diaconus. Orate pro, etc.

Sacerdos. Quam acquisivisti tibi sanguine pretioso Christi tui, conserva eam in pace, et omnes episcopos orthodoxos, qui in ea sunt. Primum quidem memento, Domine, beati Patris nostri venerandique archiepiscopi papæ Anba N.

Diaconus. Orate pro, etc.

Sacerdos. Et qui cum eis verbum veritatis recte dispensaverunt, concede illos Ecclesiæ tuæ sanctæ, ut pascant gregem tuum in pace. Memento, Domine, hegumenorum, presbyterorum orthodoxorum, et diaconorum.

Diaconus. Orate pro, etc.

Sacerdos. Omniumque ministrorum et cunctorum qui virginitatem et puritatem colunt, omnisque populi tui fidelis. Memento, Domine, ut miserearis omnium nostrum.

Diaconus. Miserere nostri, Deus Pater omnipotens.

694 *Populus.* Kyrie eleison. *(ter.)*

Sacerdos. Memento, Domine, salutis hujus loci tui sancti, omnisque loci et monasterii Patrum nostrorum orthodoxorum.

Diaconus. Orate pro, etc.

Sacerdos. Et habitantium in eo cum fide Dei. Dignare, Domine, aeri cœli et fructibus terræ benedicere.

Dicet in tempore exunaationis Nili a duodecima Baini ad nonam Paophi.

[74] Luc. XXII, 19. [75] I Cor. XI, 26.

(12) Τὸν θάνατόν σου, Κύριε, καταγγέλλομεν.
(13) Ἐπίκλησις.
(14) *Ita Copt. et Gr.* καὶ ἀναδείξαι Ἅγια ἁγίων.

Digitized by Google

Dignare, Domine, implere aquas fluminum hoc anno, et illis benedicere.

Tempore sementis, nempe a decima Paophi ad vicesimam Tybi.

Memento, Domine, seminis herbarum, et viroris agri hoc anno, fac ut crescant, quantum fieri potest, per gratiam tuam. Lætifica faciem terræ, ut appareat fecunditas ejus, et fructus ipsius multiplicentur; præpara ei sementem et messem; vitam nostram prout expedit guberna; benedic coronæ anni per benignitatem tuam, propter egenos populi tui, propter viduas et orphanos, propter peregrinos et necessitatem patientes, et propter nos omnes qui in te confidimus et nomen sanctum tuum ardenter quærimus, quia oculi omnium in te sperant, quod in tempore suo sis ipsis bonum largiturus. Age nobiscum juxta bonitatem tuam, qui das escam omni carni; imple corda nostra lætitia et suavitate, ut nobis semper in omnibus rebus suppetant necessaria, et abundemus in omni opere bono.

Diaconus. Orate pro, etc.

Sacerdos hic innuit super panem et vinum manibus suis, dicetque :

Memento, Domine, eorum qui hæc dona tibi obtulerunt, et eorum pro quibus ea obtulerunt, et qui obtulerunt pro se et suo nomine, da iis omnibus mercedem e cœlo.

Circuibit sacerdos socius altare cum thuribulo, et ab inferiori parte thus adolebit, lavabitque manus suas, et eas velo bombycino involvet.

Tum dicet sacerdos celebrans :

Nunc, Domine, ex præcepto Filii tui unigeniti communicamus memoriæ sanctorum tuorum, qui tibi placuerunt ab initio, Patrumque nostrorum sanctorum, patriarcharum, prophetarum, apostolorum, martyrum, prædicatorum, evangelistarum, omniumque spirituum justorum, qui in fide vitam finierunt. Præcipue vero et maxime, sanctæ et gloria plenæ semper Virginis Genitricis Dei, divæ sanctæ Mariæ; sancti Joannis Baptistæ præcursoris et martyris; sancti Stephani primi diaconi et primi martyris, videntisque Deum; evangelistæ Marci sancti apostoli et martyris; patriarchæ sancti Severi, et doctoris nostri Dioscori; sancti Joannis Chrysostomi, sancti Athanasii apostolici, sancti Cyrilli, sancti Basilii, sancti Gregorii, patrisque nostri sancti abbatis Antonii summæ sanctitatis viri, justique patris Pauli, sanctorumque trium Macariorum, et sancti patris nostri Joannis hegumeni, patris nostri Bischoi hominis perfecti, patrumque sanctorum Romæorum, Maximi et Diomedis, quadraginta novem martyrum, et potentis sancti patris Moysis, patrisque nostri Isidori, et Arsenii; patrisque nostri Joannis Nigri presbyteri; patrisque nostri Danielis hegumeni, patrisque nostri justi Junii et patris nostri Ephræm, patrisque nostri Pacomii, patris vitæ cœnobiticæ, Theodorique ejus discipuli, patrisque nostri Sanutii archimandritæ, et abbatis Veisæ ejus discipuli. Item patris nostri Abuniferi seu Onufrii anachoretæ, patris nostri Simeonis Stylitæ, patris nostri Samuelis confessoris, Justique et Apollo ejus discipulorum, patrisque nostri Barsomæ Sapientis, patris nostri Benitii presbyteri, et abbatis Joannis ejus discipuli, et patris nostri abbatis Barsomæ nudi, et patris nostri abbatis Fegii nudi, et sancti N. cujus hodie memoriam celebramus, omnisque chori sanctorum tuorum, quorum precibus et supplicationibus miserere nostrum omnium, et libera nos propter nomen tuum sanctum quod invocatum est super nos.

Sacerdos. Memento etiam, Domine, omnium qui dormierunt et quieverunt in sacerdotio et omni ordine laicorum. Dignare, Domine, animas eorum omnium quiete donare in sinu sanctorum Abraham, Isaac et Jacob: induc eos in locum viridem super aquas refrigerii, in paradisum voluptatis, in locum unde fugiunt dolor cordis, tristitia, et suspiria, in lumine sanctorum tuorum.

Diaconi dicent diptycha, et nomina defunctorum recitabunt.

Sacerdos dicit post diptychon : Eos, Domine, quorum animas suscepisti, jube in hoc loco quiescere, et nos etiam hic peregrinos, in fide tua custodi, et pacem tuam nobis usque in finem benigne concede.

Populus. Sicut erat, etc.

Sacerdos. Et dirige nos in regnum tuum, ut sicut in hoc, ita etiam in omnibus laudetur, benedicatur et extollatur nomen tuum magnum, omnibus modis sanctum, excellens, venerandum, et benedictum, Jesu Christi etiam Filii tui dilecti, et Spiritus sancti.

Sacerdos. Pax omnibus

Populus. Et cum spiritu tuo.

(15) *Proœmium ante fractionem.*

Sacerdos. Iterum gratias agimus tibi, Deus omnipotens, Pater Domini Dei et Salvatoris nostri Jesu Christi, quod fecisti nos dignos consistendi in hoc loco sancto, levandique manus nostras, et nomini tuo sancto serviendi. Precamur eum rursus, ut nos efficiat dignos communione et participatione mysteriorum ejus divinorum et immortalium, corporis sancti et sanguinis pretiosi Christi ejus, omnipotens Dominus Deus noster.

Populus. Amen.

Cum dicet sacerdos hanc benedictionem, velum sericeum dextra gestans et ad occidentem conversus, eo velo populo signum faciet, manum super disco tenens; quando vero recitatur benedictio, diaconi dicent deprecationem, sacerdos vero faciem et oculos convertet ad corpus quod in disco positum est dicetque :

(15) Oratio ante fractionem.

Digitized by Google

Deus misereatur nostri et benedicat nobis : illuminet vultum suum super nos, et misereatur nostri [76].

Tum sacerdos sumet corpus sanctum manu dextra, imponetque sinistræ, ponetque digitum super corpus in latere despotici seu majoris **695** *particulæ, eo loco ubi fractum est, et dicet :*

Corpus sanctum.

Tolletque digitum suum de super corpore, immittetque in calicem, et intinget extremum pollicis sui sanguine pretioso : tum educet digitum e sanguine, et iterum signabit sanguinem sanguine, in modum crucis gloriosæ, et dicet :

Et sanguis pretiosus Christi ipsius omnipotentis Domini Dei nostri.

Tum educet digitum suum e calice sanguine pretioso tinctum, et signabit eo corpus una cruce, desuper fractura e latere majoris particulæ, et infra ex parte exteriori corporis, unam crucem formans super sanguinem, et duas super corpus.

Diaconus dicet, Orate.

Sacerdos. Pax omnibus.

Populus. Et cum spiritu tuo.

(16) *Oratio fractionis ad Patrem.*

Sacerdos. Domine Deus noster, magne, æterne, gloriæ mirabilis, qui observas testamentum tuum, et promissiones tuas, iis qui te diligunt ex toto corde suo : qui dedisti nobis salutem a peccatis nostris per Filium tuum unigenitum Jesum Christum Dominum nostrum ; qui es vita omnium, auxilium eorum qui ad te confugiunt ; spes ad te clamantium, coram quo consistunt millies mille et decies millies decem mille angeli et archangeli, cherubim et seraphim, et omnis multitudo innumerabilis potestatum cœlestium ; qui sanctificasti has oblationes propositas, per illapsum super eas Spiritus sancti tui : munda nos, Domine, a peccatis nostris occultis et manifestis, et ab omni cogitatione quæ bonitati tuæ non placeat. Deus, hominum amator, talem a nobis repelle : purifica corpora et animas nostras, corda nostra et conscientias nostras, ut cum corde puro et anima lucida, inconfusa facie, charitate perfecta, et spe secura, audeamus cum fiducia et absque timore orare ad te, Deus Pater sancte et cœlestis, et dicere : Pater noster.

(17) *Oratio fractionis alia Basilii.*

Deus, parens lucis, vitæ principium, scientiæ largitor, donorum creator, gratiose opifex, animarum nostrarum benefactor ; thesaurus sapientiæ, doctor sanctorum, fundator sæculorum, precum purarum susceptor, iis qui in eum toto corde confidunt donator munerum quæ desiderant angeli prospicere ; qui e profundo nos eduxit in lucem, qui dedit nobis vitam ex morte ; qui concessit nobis libertatem, et manumissionem a servitute ; qui tenebras erroris quæ in nobis erant illustravit, per præsentiam in carne unigeniti Filii sui. Tu ergo etiamnum, Domine, illustra oculos cordis nostri, et perfectos nos effice animis, corporibus, spiritibusque nostris, ut corde sancto et labiis puris audeamus orare te, Deus Pater, sancte qui es in cœlis, et dicamus.

Oratio fractionis alia (18) *Joannis Chrysostomi.*

Dedisti nobis gratiam adoptionis, per lavacrum regenerationis et renovationis Spiritus sancti ; nunc autem dignos effice, ut absque hypocrisi, corde puro, conscientia fiduciæ plena, labiisque ab omni offensa liberis, oremus te, Pater, ut eas futilitates respuendo, quæ gentium multiloquii et Judaici supercilii sunt, possimus offerre tibi preces orationemque, juxta institutionem saluberrimam Filii tui unigeniti, voce pura, qualis Christianos decet ; et cum sanctitate animæ, corporis et spiritus, audeamus absque timore clamare ad te, increatum, absque initio, ingenitum, nostrum et omnium Dominum, Deum Patrem sanctum qui es in cœlis, et dicamus : Pater noster, qui es in cœlis, etc.

Oratio post Pater noster.

Ita nempe rogamus te, o Pater sancte et bone, bonitatisque amator, « ne nos inducas in tentationem [77], » neque permittas ullam iniquitatem in nos dominari [78], imo potius libera nos ab actionibus inutilibus, earumque cogitationibus, earum motibus, aspectibus **696** earum, illecebris earum ; tentationemque exstingue et repelle a nobis. Coerce pariter motus illarum qui in nobis excitantur, et remove a nobis causas quæ nos ad peccandum impellunt : eripe nos per potestatem tuam sanctam per Christum Jesum Dominum nostrum.

Diaconus dicet, (19) Inclinate capita vestra Domino.

Populus. Coram te, Domine.

(20) *Sacerdos dicet orationem inclinationis ad Patrem.*

Superabundavit gratia bonorum opificis Filii tui unigeniti Domini Dei et Salvatoris nostri Jesu Christi. Confitemur passionem ejus salutarem, mortem ejus annuntiamus, credimusque ejus resurrectionem, mysterii complementum. Gratias agimus tibi, Domine Deus omnipotens, quia misericordia tua magna fuit erga nos, cum præparaveris nobis ea quæ angeli videre cupiunt. Petimus rogamusque te, amator hominum, ut nos omnes purifices et ad te colligas per communionem nostram

[76] Psal. LXVI, 2. [77] Matth. VI, 13. [78] Psal. CXVIII, 133.

(16) Προοίμιον τῆς κλάσεως.
(17) *Non exstat in nostro cod. hoc loco, sed post seq.*
(18) *In alio cod. Joannis Bostrensis, sive Bostrensis.*
(19) Τὰς κεφαλὰς ὑμῶν τῷ Θεῷ κλίνατε.
(20) Εὐχὴ τῆς κεφαλοκλισίας.

Digitized by Google

mysteriorum divinorum tuorum, et pleni efficiamur Spiritu tuo sancto, confirmemurque in fide recta, pleni item desiderio charitatis tuæ veræ, et gloriam tuam omni tempore enarremus per Jesum Christum Dominum nostrum.

Diaconus. (21) Attendamus Deo cum timore.

Oratio absolutionis ad Patrem.

Sacerdos. Domine Domine Deus omnipotens, qui sanas animas, corpora et spiritus nostros, tu es qui dixisti Petro patri nostro, per os Filii tui unigeniti Domini Dei et Salvatoris nostri Jesu Christi, « Tu es Petrus, et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, et portæ inferi non prævalebunt adversus eam, et dabo tibi claves regni cœlorum : quod ligaveris super terram, erit ligatum in cœlis, et quod solveris super terram, erit solutum et in cœlis [79]. » Sint etiamnum, Domine, patres et fratres mei absoluti ex ore meo, per Spiritum sanctum tuum, o bone et amator hominum. Deus, qui tollis peccata mundi [80], præveni eos, suscipiens pœnitentiam servorum tuorum ab ipsis, quæ sit lumen ad cognitionem, et remissio peccatorum nostrorum, quia tu Deus miserator et misericors es, longanimis et multæ misericordiæ, et justus. Si in te peccaverimus verbo aut opere, parce et remitte nobis, bone et amator hominum. O Domine, absolve nos, et populus tuus absolutus sit.

Hic sacerdos meminit vivorum et mortuorum.

Memento, Domine pacis, unicæ, sanctæ, catholicæ et apostolicæ Ecclesiæ ; confirma in bono ad extremum usque vitæ spiritum, et custodi in pace omnes Patres nostros orthodoxos, episcopos, hegumenos, presbyteros, diaconos, subdiaconos, lectores, cantores, exorcistas, monachos, virgines, viduas, orphanos, continentes, laicos, servos, liberos, peregre absentes, et populum hujus loci, tam viros quam mulieres, senes et juvenes, parvos et magnos, qui venerunt, quique non venerunt : qui dixerunt nobis, ut eorum meminissemus, et qui non dixerunt ; quos novimus, et quos ignoramus ; qui odio nos, et qui amore prosequuntur. Vivos custodi per angelum pacis, et mortuorum animas fac, Domine, quiescere in sinu Patrum nostrorum sanctorum Abraham, Isaac et Jacob, in paradiso voluptatis. Et omnes Christianos orthodoxos, ab ortu solis usque ad occasum, et a dextra ad sinistram, singulos, Domine, conserva in pace : et infirmitatem meam solve ab omni peccato, omnique maledicto, omnique abnegatione et perjurio, omnique stultitia, tam hæreticorum, quam ethnicorum. Concede nobis, Domine, intellectum, robur et intelligentiam, ut ad finem usque fugiamus ab omni re mala in oppositam, et da nobis ut faciamus omni tempore id quod tibi acceptum est. Scribe nomina nostra cum omnibus choris sanctorum tuorum, in regno cœlorum, per Jesum Christum Dominum nostrum.

Diaconus. Cum timore Deo attendamus.

Populus dicet, (22) Unus Pater sanctus.

Ubi diaconus dixerit, Cum timore, etc.

Populus. Kyrie, eleison.

Sacerdos attollit despoticon manibus sublatis, et inclinat se, tum clamat alta voce, Sancta sanctis. *Omnesque e populo prostrati erunt in terram super facies suas : immittetque sacerdos despoticon in sanguinem, extrema sui parte, formabitque cum eo crucem unam in sanguine : tum educet, et eo signabit corpus sanctum in disco, cruce una : tum signabit eum semel sanguine pretioso in modum crucis, et ita perficiet tres ex sanguine super corpus. Peractis vero signationibus tribus, mittet despoticon in sanguinem, intra calicem dicens :*

Benedictus Dominus Jesus Christus Filius Dei, et Spiritus sanctus. Amen.

Tum accipiet sacerdos tertiam partem in qua erat despoticon, dividetque in tres partes : quodsi fuerint magnæ, franget eas in disco, et tres partes manui dextræ imponet, quam retinebit elevatam : lævam vero intra discum, et dicet :

Corpus sanctum et sanguis pretiosus, purus, verus, Jesu Christi Filii Dei nostri. Amen. Corpus et sanguis Emmanuelis Dei nostri, hoc est in rei veritate. Amen. Credo, credo, credo et confiteor, usque ad extremum vitæ spiritum, hoc esse corpus vivificum Filii tui unigeniti Domini Dei et Salvatoris nostri Jesu Christi : accepit illud ex omnium nostrum Domina, Deipara, diva et sancta Maria, et unum illud fecit cum divinitate sua, sine confusione, commistione, aut alteratione. Confessus est confessionem bonam coram Pontio Pilato, et tradidit se ipsum pro nobis super lignum crucis sanctæ, sola sui ipsius voluntate, pro nobis omnibus. Vere credo ipsius divinitatem separatam non fuisse ab ipsius humanitate, ne unica quidem hora aut nictu oculi : tradidit illud pro nobis ad salutem, remissionem peccatorum et vitam æternam ei qui illud percipiet. Credo hoc in rei veritate ita esse.

Deinde sacerdos teget corpus sanctum velo sericeo, alio obvolvet manus suas : similiter diaconus calicem bombycino operiet ; tum sacerdos cavet inclinabit, et dicet :

Omnis honor, gloria et adoratio debetur Trinitati sanctæ, Patri, Filio et Spiritui sancto.

Deinde sacerdos osculabitur altare, caputque inclinabit fratribus suis sacerdotibus, et populo dextrorsum et sinistrorsum ; deteget latus disci coram se, canentque ex psalmo, et dicet sacerdos secreto :

Dignos fac, Domine, nos omnes ut corpus tuum sanctum percipiamus, et sanguinem tuum pretio-

[79] Matth. xvi, 18, 19. [80] Joan. i, 29.

(21) Προσχῶμεν Θεῷ μετὰ φόβου.
(22) Εἷς Πατὴρ ἅγιος, εἷς Υἱὸς ἅγιος, ἓν Πνεῦμα ἅγιον. Ἀμήν.

Digitized by Google

sum ad mundationem corporum, animarum spiri- A tuumque, et peccatorum nostrorum remissionem comparandam.

Tum communicabit sacerdos, corpusque et sanguinem pretiosum sacerdoti socio distribuet; tum ministris et populo deinceps : tandemque mulieribus ex altari cum disco descendens.

Dicet diaconus, Orate pro omnibus Christianis.

Oratio gratiarum actionis post communionem.

Sacerdos. Ora nostra repleta sunt gaudio, et lingua nostra exsultatione, quia participes facti sumus sacramentorum tuorum immortalium, Domine ; quia quæ oculus non vidit et auris non audivit, nec humanum cor comprehendit, illa ipsa præparasti, Deus, diligentibus nomen tuum sanctum [81], et revelasti ea parvulis [82] Ecclesiæ tuæ sanctæ. Ita, Pater, fuit beneplacitum ante te [83], quia tu misericors es, et mittimus tibi sursum gloriam, honorem et adorationem, Patri, Filio, et Spiritui sancto, nunc et semper, etc.

Oratio inclinationis post communionem.

Sacerdos. Servi tui, Domine, qui tibi ministrant, orant nomen tuum sanctum, simulque coram te se inclinant. Esto in illis, Domine, ambula inter eos, adjuva illos in omni opere bono, erige corda eorum ab omni perversa et terrena cogitatione. Da illis ut vivant et cogitent ea, quæ ad vitam pertinent, intelligantque quæ tua sunt, per Filium tuum unigenitum Jesum Christum Dominum nostrum, ad quem nos et omnis populus tuus clamamus dicentes : Domine, miserere nostri, o Salvator.

Sacerdos dicet benedictionem.

O Domine, esto nobis misericors, benedic nobis, ostende faciem tuam super nos [84], et miserere nostri. « Domine, salvum fac populum tuum, benedic hæreditati **697** tuæ, et rege eos, et extolle illos usque in æternum [85]. » Conserva illos in fide recta, gloria, et honore, omnibus diebus vitæ suæ, et constitue illos in charitate quæ omnia superat, et pace quæ omni intellectu superior est, per preces et orationes, quas faciet pro nobis Domina omnium nostrum, Mater Dei, diva et sancta Maria, et quatuor lucidi sancti Michael, Gabriel, Raphael et Suriel, et quatuor animalia incorporea, necnon viginti quatuor presbyteri, cherubimque, seraphim et cœlestes ordines. Per orationes patriarcharum et prophetarum, Joannis Baptistæ, et centum quadraginta quatuor millium, dominorumque Patrum apostolorum, trium sanctorum puerorum, sancti Stephani, sancti domini Georgii, sancti utriusque Theodori, et sancti Patrumque amatoris Mercurii, sancti Patris Mennæ, et omnium chororum martyrum, et Patris nostri Antonii viri sanctissimi, sanctorumque patrum trium Macariorum, omnisque chori cruce signatorum, justorum piorum, sapientum virginum, et angeli diei istius benedicti. Veniat benedictio eorum, charitas eorum, patientia eorum, auxilium eorum : et benedictio diei Dominicæ Salvatoris nostri boni sit cum omnibus nobis usque in æternum. Amen.

Cum absolverit vasorum ablutionem, bibet aquam in iis residuam, dimittetque plebem benedictione recitata.

Explicit Missa Basilii

[81] I Cor. II, 9. [82] Matth. XI, 25. [83] ibid. 26. [84] Psal. LXXIX, 4. [85] Psal. XXVII, 29.

ΕΥΧΑΙ ΗΤΟΙ ΕΞΟΡΚΙΣΜΟΙ

ΤΟΥ ΜΕΓΑΛΟΥ ΒΑΣΙΛΕΙΟΥ

ΠΡΟΣ ΤΟΥΣ ΠΑΣΧΟΝΤΑΣ ΥΠΟ ΔΑΙΜΟΝΩΝ, ΚΑΙ ΕΚΑΣΤΗΝ ΑΣΘΕΝΕΙΑΝ.

ORATIONES SIVE EXORCISMI

MAGNI BASILII

In obsessos dæmonibus et quamlibet infirmationem (23).

(Goar, *Euchologium Græcum*, p. 729.)

Ὁ Θεὸς τῶν Θεῶν, καὶ Κύριος τῶν κυρίων, ὁ τῶν πυρίνων ταγμάτων δημιουργὸς καὶ τῶν ἀΰλων δυνάμεων τεχνουργός, ὁ τῶν ἐπουρανίων καὶ τῶν ἐπιγείων τεχνίτης, « ὃν εἶδεν οὐδεὶς ἀνθρώπων, οὐδὲ D

Deus deorum, et Dominator dominantium, igneorum exercituum conditor, et virtutum immaterialium opifex, cœlestium et terrestrium artifex, « quem nullus hominum vidit, sed neque videre

(23) Liturgiæ Basilianæ hæc subjicienda judicavimus quæ inter dubia merito locum habent. Edit. Patr.

Digitized by Google

potest [86], » quem timet et tremit universa creatura, qui superbientem quondam ducem perduellemque ejus exercitum in terram dejecisti, et omnes angelos ejusdem defectionis reos, dæmones factos in abyssi tenebras detrusisti : exorcismum hunc tremendo tuo nomine absolvendum nequitiæ præfecto et omnibus cohortibus ejus superno lumine lapsis terrori fieri concede, in fugam illum verte, ipsique et dæmonibus ejus omnino discedere præcipe; ne quid noxium signatæ a te imagini moliatur; sed animum fortem hi virtute consignati, calcandi serpentes, scorpiones, et omnem inimici potestatem [87] assumant. Laudatur enim et magnificatur, et ab omni spiritu in timore celebratur sanctissimum nomen tuum, Patris, et Filii, et Spiritus sancti, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

A ἰδεῖν δύναται, » ὃν φοβεῖται καὶ τρέμει πᾶσα ἡ κτίσις, ὁ τὸν τραχηλιάσαντά ποτε ἀρχιστράτηγον καὶ τὴν τούτου λειτουργίαν παρακοῇ ἀθετήσαντα ῥῆξας ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ τοὺς συναποστάτας αὐτῷ ἀγγέλους δαίμονας γινομένους εἰς σκότωσιν βυθοῦ ταρταρώσας, δὸς τὸν ἀφορκισμὸν τοῦτον ἐπὶ τῷ φρικτῷ ὀνόματί σου τελούμενον φόβῳ γενέσθαι αὐτῷ προηγουμένῳ τῆς πονηρίας, καὶ πάσαις ταῖς φάλαγξιν αὐτοῦ ταῖς συνεκπεσούσαις αὐτῷ ἐκ τῆς ἄνω φωτοφορίας, καὶ τρέψον αὐτὸν εἰς φυγήν, καὶ ἐπίταξον αὐτῷ καὶ τοῖς δαίμοσιν αὐτοῦ ἀναχωρῆσαι παντελῶς, ἵνα μή τι βλαβερὸν κατὰ τὴν ἐσφραγισμένην εἰκόνα ἐργάσηται· ἀλλὰ λαβέτωσαν ἰσχὺν οὗτοι οἱ ἐσφραγισμένοι κραταιότητος τοῦ πατεῖν ἐπάνω ὄφεων καὶ σκορπίων καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν δύναμιν τοῦ ἐχθροῦ. Σοῦ γὰρ ὑμνεῖται, καὶ μεγαλύνεται, καὶ παρὰ πάσης πνοῆς ἐν

B φόβῳ δοξάζεται τὸ πανάγιον ὄνομα τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

Alia ejusdem oratio.

Dominum precemur.

Exorcizo te, blasphemiæ auctorem, rebellionis antesignanum, nequitiæ vexilliferum. Exorcizo te, qui e superno lucis consortio ejectus es, et in abyssi tenebras propter elationem detrusus. Exorcizo pariter et omnem virtutem tecum lapsam, tui propositi sequacem. Exorcizo te, spiritus immunde, per Deum Sabaoth, et omnem angelorum Dei, Adonai, Eloi, Dei Omnipotentis exercitum : exi, et a servo Dei hoc discede. Exorcizo te per Deum cuncta verbo creantem, et per Dominum nostrum Jesum Christum unigenitum ejus Filium, ante sæcula ab eo ineffabiliter et absque mutatione genitum, visibilis et invisibilis creaturæ conditorem, qui hominem ad imaginem suam formavit, qui naturæ lege primum eum instruens, et angelorum tutela custodiens, cœli reseratis cataractis, ejus demum peccata diluvio disperdidit; et impiis deinde gigantibus profligatis, profanorumque turre concussa, Sodomorum et Gomorrhæorum terram igne, sulphure et cinere (cujus testis est evaporans perennis fumus) consepelivit; qui virga mari percusso, et siccis pedibus transfretato populo, tyrannum Pharaonem, et adversum Deo exercitum impietatis arma moventem, in æternum fluctibus obruit. Qui posteris temporibus e Virgine pura, salvo pudoris ejus sigillo ineffabiliter incarnatus, vetustas sordes nostras trangressionis delicto contractas in sese abluere sustinuit. Exorcizo te per eum qui in Jordane baptizatus est, et per gratiam incorruptionis exemplar in aquis nobis exhibuit. Cujus ratione angeli et omnes cœlorum virtutes viso Deo incarnato obstupuerunt, cum principii exsors Pater, generationem Filii causæ expertem revelavit, et Spiritus sancti descensus Trinitatis unioni testimonium perhibuit. Exorcizo te per eum qui venti procellam increpavit, qui maris tempestatem sedavit, dæmonum catervas

Εὐχὴ ἑτέρα τοῦ αὐτοῦ.

Τοῦ Κυρίου δεηθῶμεν.

Ἐξορκίζω σε τὸν ἀρχέκακον τῆς βλασφημίας, τὸν ἀρχηγὸν τῆς ἀνταρσίας, καὶ αὐτουργὸν τῆς πονηρίας. Ἐξορκίζω σε τὸν ἐκριφθέντα ἐκ τῆς ἄνω φωτοφορίας, καὶ σκότῳ βυθοῦ κατενεχθέντα διὰ τὴν ἔπαρσιν. Ἐξορκίζω σε καὶ πᾶσαν τὴν ἐκπεσοῦσαν δύναμιν τῆς σῆς ἀκόλουθον προαιρέσεως. Ὁρκίζω σε, πνεῦμα ἀκάθαρτον, κατὰ τοῦ Θεοῦ Σαβαὼθ, καὶ πάσης στρατιᾶς ἀγγέλων Θεοῦ, Ἀδωναΐ, Ἐλωΐ, Θεοῦ παντοκράτορος· ἔξελθε, καὶ ἐπαναχώρησον ἀπὸ τοῦ δούλου τοῦ Θεοῦ τοῦδε. Ἐξορκίζω σε κατὰ τοῦ Θεοῦ τοῦ πάντα λόγῳ κτίσαντος, καὶ τοῦ Κυρίου ἡμῶν

C Ἰησοῦ Χριστοῦ, τοῦ μονογενοῦς Υἱοῦ αὐτοῦ, τοῦ πρὸ τῶν αἰώνων ἀῤῥήτως καὶ ἀπαθῶς ἐξ αὐτοῦ γεννηθέντος, τοῦ τὴν ἀόρατον καὶ ὁρατὴν κτίσιν δημιουργήσαντος, τοῦ κατ' εἰκόνα ἰδίαν τὸν ἄνθρωπον πλάστουργήσαντος, τοῦ νόμῳ πρότερον φυσικῶς ταῦτα παιδαγωγήσαντος, καὶ ἀγγέλων ἐπιστασίᾳ φυλάξαντος, τῷ ὕδατι τὴν ἁμαρτίαν κατακλύσαντος ἄνωθεν, καὶ τὰς ὑπ' οὐρανὸν ἀδύσσους ἀναστομώσαντος, καὶ γίγαντας ἀσεβήσαντας καταφθείραντος, καὶ πύργον τῶν βεβήλων κατασείσαντος, καὶ γῆν Σοδόμων καὶ Γομόῤῥων πυρὶ θείῳ τεφρώσαντος, οὗ μάρτυς καπνὸς ἀκοίμητος ἐξατμίζεται, τῇ ῥάβδῳ πέλαγος ῥήξαντος, καὶ λαὸν ἀβρόχοις ποσὶ περάσαντος, καὶ

D τύραννον Φαραὼ καὶ στρατὸν θεομάχον εἰς αἰῶνα τοῖς κύμασι καταλύσαντος τῆς ἀσεβείας πόλεμον, τοῦ ἐπ' ἐσχάτων ἐκ Παρθένου ἀγνῆς σαρκωθέντος ἀνεκλαλήτως καὶ σώας τὰς σφραγῖδας τῆς ἁγνείας φυλάξαντος, τοῦ πλῦναι βαπτίσματι τὸν παλαιὸν ἡμῶν ῥύπον εὐδοκήσαντος, ὃν ἡμεῖς διὰ τῆς παραβάσεως ἐπεσπασάμεθα. Ἐξορκίζω σε κατὰ τοῦ βαπτισθέντος ἐν Ἰορδάνῃ, καὶ τύπον ἡμῖν ἀφθαρσίας ἐν ὕδατι κατὰ χάριν παρεχόμενον, ὃν ἄγγελοι καὶ πᾶσαι αἱ δυνάμεις τῶν οὐρανῶν κατεπλάγησαν, τὸν σαρκωθέντα Θεὸν βλέπουσαι μετρήσαντα, ὅτε ὁ ἄναρχος Πατὴρ τὴν ἄναρχον γέννησιν

[86] 1 Tim. VI, 16. [87] Luc. X, 19.

Digitized by Google

τοῦ Υἱοῦ ἀπεκάλυψε, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἡ κατάβασις τῆς Τριάδος τὴν ἕνωσιν ἐμαρτύρησεν. Ὁρκίζω σε κατ' ἐκείνου τῶν ἄνεμον ἐπιτιμήσαντος, καὶ κλύδωνα θαλάσσης πραΰναντος, τὸ στῖφος δαιμόνων ἐκδιώξαντος, καὶ κόρας ὀμμάτων ἀπὸ μήτρας λειπούσας πηλῷ τυφλοῖς ἀναβλέψαι ἐναρμόσαντος, καὶ τὴν ἀρχαίαν τοῦ γένους ἡμῶν διάπλασιν ἀνακαινίσαντος, καὶ ἀλάλοις τὸ λαλεῖν ἀνορθώσαντος, τοῦ στίγματα λέπρας ἀποσμήξαντος, καὶ νεκροὺς ἐκ τῶν τάφων ἀναστήσαντος, τοῦ μέχρι ταφῆς τοῖς ἀνθρώποις ὁμιλήσαντος, καὶ τὸν ᾅδην ἐγέρσει σκυλεύσαντος, καὶ πᾶσαν τὴν ἀνθρωπότητα ἀνάλωτον τῷ θανάτῳ κατασκευάσαντος. Ὁρκίζω σε κατὰ τοῦ Θεοῦ τοῦ παντοκράτορος, τοῦ τῇ θεοπνεύστῳ φωνῇ τοὺς ἀνθρώπους ἐμπνεύσαντος, καὶ τοῖς ἀποστόλοις συμπράξαντος, καὶ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην εὐσεβείας πληρώσαντος. Φοβήθητι, φύγε, δραπέτευσον, ἀναχώρησον, δαιμόνιον ἀκάθαρτον καὶ ἀναγὲς, καταχθόνιον, βύθιαν, ἀπατηλὸν, ἄμορφον, θεατὸν δι' ἀναίδειαν, ἀθέατον διὰ τὴν ὑπόκρισιν, ὅπου ἂν τυγχάνῃς, ἢ ἀπέρχῃ· ἢ αὐτὸς εἶ Βεελζεβοὺβ, ἢ κατασείων, ἢ δρακοντοειδὴς, ἢ θηριοπρόσωπος, ἢ ὡς ἀτμὶς, ἢ ὡς πετεινὸν, ἢ νυκτίλαλσν, ἢ κωφὸν, ἢ ἄλαλον, ἢ ἐκφοβοῦν ἐξ ἐπιδρομῆς, ἢ σπαράσσον, ἢ ἐπιβουλεῦον, ἢ ἐν ὕπνῳ βαρεῖ, ἢ ἐν νόσῳ, ἢ ἐν μαλακίᾳ, ἢ ἐν γέλωτι ῥέμβον, ἢ δάκρυα φιλήδονα ἐμποιοῦν, ἢ λάγνον, ἢ δυσῳδὲς, ἢ ἐπιθυμητικὸν, ἢ ἡδονικὸν, ἢ φαρμακόφιλον, ἢ ἐρωτομανὲς, ἢ ἀστρομαγικὸν, ἢ ἐνοικηματικὸν, ἢ ἀναιδὲς, ἢ φιλάνεικον, ἢ ἀκατάστατον, ἢ τῇ σελήνῃ συναλλοιούμενον, ἢ χρόνῳ τινὶ συντρεπόμενον, ἢ ὀρθρινὸν, ἢ μεσημβρινὸν, ἢ μεσονυκτικὸν, ἢ ἀωρίας τινὸς, ἢ αὐγῆς, ἢ αὐτομάτως συνήντησας, ἢ ἐπέμφθης ὑπό τινος, ἢ προσεπέλασας ἄφνω, ἢ ἐν θαλάσσῃ, ἢ ἐν ποταμῷ, ἢ ὑπὸ γῆς, ἢ φρέατος, ἢ χρημνοῦ, ἢ ἐκ λάκκου, ἢ λίμνης, ἢ καλαμῶνος, ἢ ὕλης, ἢ ἀπογαίου, ἢ ἀκαθάρτου, ἢ ἄλσους, ἢ δρυμῶνος, ἢ δένδρου, ἢ ὀρνέου, ἢ βροντῆς, ἢ ἐκ στέγης λουτροῦ, ἢ ἐν κολυμβήθρᾳ ὑδάτων, ἢ ἐκ μνήματος εἰδωλικοῦ, ἢ ὅθεν ἴσμεν, καὶ οὐκ ἴσμεν, γνωστὸν, ἢ ἄγνωστον, καὶ ἐξ ἀπερισκέπτου τόπου· μερίσθητι καὶ ἀπαλλάγηθι, αἰσχύνθητι τὴν εἰκόνα τῇ χειρὶ Θεοῦ πλασθεῖσαν καὶ μορφωθεῖσαν. Φοβήθητι τοῦ σαρκωθέντος Θεοῦ τὸ ὁμοίωμα, καὶ μὴ ἐγκρυβῇς εἰς τὸν δοῦλον τοῦ Θεοῦ τόνδε, ἀλλὰ ῥάβδος σιδηρᾶ καὶ κάμινος πυρὸς, καὶ τάρταρος, καὶ ὀδόντων βρυγμὸς, ἄμυνα τῆς παρακοῆς σε περιμένει. Φοβήθητι, φιμώθητι, φύγε, μὴ ἀποστρέψῃς, μὴ ὑποκρυβῇς μεθ' ἑτέρας πονηρίας πνευμάτων ἀκαθάρτων· ἀλλὰ ἄπελθε εἰς γῆν ἄνυδρον, ἔρημον, ἀγεώργητον, ἣν ἄνθρωπος οὐκ οἰκεῖ, Θεὸς μόνος ἐπισκοπεῖ, ὁ δεσμεύων πάντας τοὺς βασκαίνοντας καὶ ἐπιβουλεύοντας τῇ αὐτοῦ εἰκόνι, καὶ σειραῖς ζόφου ταρταρώσας εἰς μακρὰν νύκτα καὶ ἡμέραν σὲ πάντων τῶν κακῶν πεπειραμένον, καὶ ἐφευρετὴν διάβολον. Ὅτι μέγας ὁ φόβος τοῦ Θεοῦ, καὶ μεγάλη ἡ δόξα τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

A fugavit, pupillas oculorum a nativitate lucis expertes luto cæcis ut respicerent coaptavit, et veterem generis nostri massam reformavit, mutis loquelam restituit, lepræ plagas abstersit, mortuos a monumentis excitavit, et ad sepulturam usque cum hominibus est conversatus, et resurrectione deprædatus est infernum, et omnem hominem morti insuperabilem reddidit. Exorcizo te per Deum omnipotentem, homines cœlitus inspirata voce afflantem, apostolis opitulantem, et orbem universum pietate replentem. Extimesce, fuge, evola, discede, dæmon impure, sceleste, terrene, abysso recluse, seductor, informis, propter impudentiam visibilis, propter simulationem invisibilis, ubicunque reperiaris, aut latites : sive ipse sis Beelzebub, aut commovens, B aut draconiformis, aut ferina facie ; vel ut vapor, vel ut avis, vel noctiloquus, vel surdus, vel privatus loquela, vel derepente]terrens, vel discerpens, vel ponens insidias, vel somnum gravem inducens, vel morbum, vel debilitatem, vel risu agitatus, vel dulces lacrymas excitans, vel lascivus, vel fœtidus, vel libidinosus, vel voluptuosus, vel gaudens venenis, vel amore insaniens, vel astrorum inspector, vel reclusus, vel impudens, vel contentiosus, vel inconstans, vel cum luna mutabilis, vel omni tempestate circumactus, vel matutinus, vel meridianus, vel nocturnus, aut intempestivus, aut antelucanus, si sponte occurreris, aut ab aliquo missus fueris, si derepente ingrueris, in mari, in flu- C mine, sub terra, in puteo, in loco præcipiti, in fovea, in lacu, in loco calamis consito, in sylva, in loco a terra remoto, vel immundo, in saltu, in quercetis, in arbore, in ave, in fulgure, e balnei tecto, e piscina, ex idolorum fano, aut unde novimus vel ignoramus ; sive sis notus aut ignotus, aut e quocunque incircumspecto loco ; dividere, et elongare, imaginem Dei manu efformatam erubesce ; similitudinem incarnati Dei extimesce, ne in servo Dei hoc absondaris, ne virga ferrea, ignis fornax, tartarus, et dentium stridor, inobedientiæ tuæ pœna te maneat. Time, obmutesce, fuge, ne subterfugias, ne absondaris alia immundorum spirituum versutia : sed abi in terram inaquosam, desertam et incultam, quam homo non habitat, Deus autem solus circum- D spicit, qui omnes invidentes et insidiantes suæ imagini, tenebrarum vinculis alligatos, et te in malis omnibus expertum malorumque inventorem diabolum in longam diem et noctem perpetuam constrictum tenebit. Quia Dei timor magnus, et magna est gloria Patris, et Filii, et sancti Spiritus, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

Εὐχὴ ἑτέρα τοῦ αὐτοῦ.

Ὁ Θεὸς τῶν οὐρανῶν, ὁ Θεὸς τῶν φώτων, ὁ Θεὸς τῶν ἀγγέλων τῶν ὑπὸ τὴν σὴν ἰσχὺν, ὁ Θεὸς τῶν ἀρχαγγέλων τῶν ὑπὸ τὸ σὸν κράτος, ὁ Θεὸς τῶν

697 *Alia ejusdem oratio.*

Deus cœlorum, Deus luminum, Deus angelorum tuæ potestati subditorum, Deus archangelorum tuæ fortitudini subjacentium, Deus gloriosarum domi-

Digitized by Google

nationum, Deus sanctorum, Pater Domini nostri Jesu Christi, qui animas morte captivas vinculis solvisti, qui per unigenitum Filium tuum primum hominem tenebris confixum illuminasti, qui doloribus nostris solutis onus omne dissipasti, qui omnem inimici insultum a nobis elongasti : Fili et Verbum Dei, qui morte tua nos immortales, et gloria quoque tua effecisti beatos, et ex hominibus deos evadere concessisti : qui soluto omni peccatorum nostrorum per crucem tuam vinculo, et contritione nostra assumpta et curata, viaque nobis in cœlum strata, corruptionem in immortalitatem convertisti : exaudi me affectu et timore clamantem ad te, cujus timore montes, cum ejus quæ sub cœlo est firmamento, tabescunt, cujus virtute mutæ elementorum formæ terminis suis sistentes tremunt, per quem vindictæ ignis limites sibi præstitutos non excedit, sed stat voluntatis tuæ nutum præstolatus, per quem creatura omnis parturit suspiriis inauditis emissis ad tempus usque præfinitum jussa consistere, quem contraria omnis natura fugit, quo inimici acies domatur, dæmon excidit, serpens conculcatur, draco de medio tollitur ; per quem gentes nomen tuum profitentes illustratæ sunt, et in te, Domine, devictæ sunt ; per quem vita apparuit, spes firmata est, roborata est fides, prædicatum est Evangelium ; per quem homo in te credens reformatus est. Quis enim sicut tu, Deus omnipotens ? Propterea rogamus te, Deus patrum nostrorum, Deus misericordiarum æterne, et super omnem substantiam, accedentem ad te in sancto tuo nomine et dilecti Filii tui Jesu Christi, et sancti, et omnipotentis, et vivifici tui Spiritus suscipe : ab anima ejus infirmitatem omnem, infidelitatem omnem, omnem spiritum immundum, discerpentem, subterraneum, igneum, fœtentem, libidinosum, auri vel argenti cupidum, superbum, fornicarium, omnem dæmonem immundum, tenebrosum, informem, impudentem expelle. Ita, Deus noster, amove a servo N. omnem diaboli operationem, omnem magiam, et veneni affectum, idololatriam, divinationem, astrologiam judiciariam, necromantiam, aruspicum et ariolandi artem, voluptuosam passionem, libidinem, avaritiam, ebrietatem, fornicationem, adulterium, impuritatem, inverecundiam, iram, contentionem, inconstantiam, et suspicionem omnem malignam. Ita, Deus noster, Spiritum tuum pacificum inspira in illum, ut ab eo custoditus fructus producat fidei, virtutis, sapientiæ, puritatis, continentiæ, dilectionis, bonitatis, spei, mansuetudinis, longanimitatis, patientiæ, modestiæ, intellectus ; quia servus tuus in nomine Jesu Christi vocatus est, et suffragantibus angelis, archangelis, gloriosis dominationibus, et omni cœlesti exercitu fidem in te habet. Cum illa etiam corda nostra custodi, quia potens es, Domine, et tibi gloriam referimus, Patri, et Filio, et sancto Spiritui, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

A ἐνδόξων κυριοτήτων, ὁ Θεὸς τῶν ἁγίων, ὁ Πατὴρ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὁ τὰς δεσμευθείσας τῷ θανάτῳ ψυχὰς λύσας· ὁ τὸν προσηλωθέντα ἄνθρωπον τῷ σκότει διὰ τοῦ μονογενοῦς σου Υἱοῦ φωτίσας, ὁ λύσας τὰς ὀδύνας ἡμῶν, καὶ πᾶν βάρος ἀποσκεδάσας, ὁ πᾶσαν τὴν προσβολὴν τοῦ ἐχθροῦ ἀφ' ἡμῶν χωρίσας, Υἱὲ καὶ Λόγε τοῦ Θεοῦ, ὁ ἀπαθανατίσας ἡμᾶς τῷ θανάτῳ σου, καὶ δοξάσας ἡμᾶς τῇ δόξῃ σου, ὁ ἐξ ἀνθρώπων χωρεῖν εἰς Θεὸν ἐγέρσει τῇ σῇ χαρισάμενος, ὁ πάντα δεσμὸν τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν διὰ τοῦ σταυροῦ σου βαστάσας, ὁ τὸ σύντριμμα ἡμῶν ἀναλαβών, καὶ ἰασάμενος, Κύριε, ὁ ὁδοποιήσας ἡμῖν ὁδὸν εἰς οὐρανούς, καὶ φθορὰν εἰς ἀφθαρσίαν μετασκευάσας· εἰσάκουσόν μου πόθῳ καὶ φόβῳ κεκραγότος πρὸς σὲ οὗ τὰ ὄρη τῷ φόβῳ τήκονται σὺν B τῷ στερεώματι τῆς ὑπ' οὐρανὸν, οὗ τῇ δυναμει ἄλαλοι στοιχείων ψυχαὶ φρίττουσι τηρῆσαι τοὺς ἑαυτῶν ὅρους, δι' οὗ τὸ πῦρ τὸ τῆς ἐκδικήσεως οὐχ ὑπερβήσεται ὅρους τοὺς ταχθέντας αὐτῷ, ἀλλ' ἀναμένει στένον τὴν σὴν βουλήν· δι' ὃν πᾶσα ἡ κτίσις ὠδίνει στενάζουσα στεναγμοῖς ἀλαλήτοις εἰς καιροὺς μένειν ἐπιταχθεῖσα, ὃν πᾶσα φύσις ἐναντία πέφευγε, καὶ τοῦ ἐχθροῦ στρατιὰ δεδάμασται, καὶ διάβολος πέπτωκε, καὶ ὄφις πεπάτηται, καὶ δράκων ἀνῄρηται· δι' ὃν τὰ ἔθνη ὁμολογήσαντά σε ἐφωτίσθησαν, καὶ ἐκραταιώθησαν ἐν σοὶ, Κύριε· δι' ὃν ζωὴ πεφανέρωται, ἐλπὶς ἵδρυται, ἡ πίστις κεκράτηται, τὸ Εὐαγγέλιον κεκήρυκται· δι' ὃν ἄνθρωπος ἐκ γῆς ἀναπέπλασται πιστεύσας ἐν σοί. Τίς γάρ ἐστιν ὡς σὺ Θεὸς παντοκράτωρ ; Διὸ δεόμεθά σου, Θεὲ πατέρων, καὶ Κύριε τοῦ ἐλέους προαιώνιε, καὶ ὑπερούσιε, C τὸν πρὸς σὲ ἐληλυθότα ἐπὶ τῷ ἁγίῳ ὀνόματί σου, καὶ τοῦ ἠγαπημένου σου Παιδὸς Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου καὶ παντοδυνάμου καὶ ζωοποιοῦ σου Πνεύματος πρόσδεξαι· ἀποσόβησον ἀπὸ τῆς ψυχῆς αὐτοῦ πᾶσαν μαλακίαν, πᾶσαν ἀπιστίαν, πᾶν πνεῦμα ἀκάθαρτον, σπαρακτικὸν, καταχθόνιον, πύρινον, δυσωδιακὸν, ἐπιθυμητικὸν, φιλόχρυσον, φιλάργυρον, τυφωνικὸν, πορνικὸν, πᾶν δαιμόνιον ἀκάθαρτον, σκοτεινὸν, ἄμορφον, ἀναιδές. Ναὶ, ὁ Θεὸς, ἀπέλασον ἀπὸ τοῦ δούλου σου, τοῦ δεῖνος, πᾶσαν ἐνέργειαν τοῦ διαβόλου, πᾶσαν μαγείαν, πᾶσαν φαρμακείαν, εἰδωλολατρείαν, ἀστρομαντείαν, ἀστρολογίαν, νεκρομαντείαν, ὀρνεοσκοπίαν, ἡδυπάθειαν, ἔρωτα, φιλαργυ- D ρίαν, μέθην, πορνείαν, μοιχείαν, ἀσέλγειαν, ἀναίδειαν, ὀργὴν, φιλονεικίαν, ἀκαταστασίαν, καὶ πᾶσαν ὑπόνοιαν πονηράν. Ναὶ, Κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν, ἐμφύσησον ἐν αὐτῷ τὸ Πνεῦμά σου τὸ εἰρηνικόν· ὅπως φρουρούμενος ὑπ' αὐτοῦ ποιήσῃ καρπὸν πίστεως, ἀρετῆς, σοφίας, ἀγνείας, ἐγκρατείας, ἀγάπης, χρηστότητος, ἐλπίδος, πραότητος, μακροθυμίας, ὑπομονῆς, σωφροσύνης, συνέσεως· ὅτι σὸς ἐπικέκληται δοῦλος ἐπὶ τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ, πιστεύων εἰς τὴν ὁμοούσιον Τριάδα, συμμαρτυρούντων ἀγγέλων, ἀρχαγγέλων, ἐνδόξων κυριοτήτων, καὶ πάσης οὐρανίου στρατιᾶς. Σὺν τούτῳ φύλαξον τὰς καρδίας ἡμῶν· ὅτι δυνατὸς εἶ, Κύριε, καὶ σοὶ τὴν δόξαν ἀναπέμπομεν, τῷ Πατρὶ, καὶ τῷ Υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων Ἀμήν.

Digitized by Google

ΕΥΧΗ ΕΤΕΡΑ ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

ALIA EJUSDEM ORATIO.

(Fabric. *Bibliotheca Græca*, ed. Harles, tom. IX, p. 63.)

Ἀνεξίκακε βασιλεῦ καὶ ἄδιε, ὁ διὰ τὴν ἐκ ξύλου κατάκρισιν ἐπὶ ξύλου ἀρθεὶς, καὶ τοῖς ἀκολουθεῖν σου τοῖς ἴχνεσιν αἱρουμένοις μακροθυμίας σαυτὸν ὑπόδειγμα παρασχόμενος, ὃς ὑπὲρ τῶν σταυρούντων σε θεομάχων ἔντευξιν προσήγαγες τῷ συνανάρχῳ Γεννήτορι αὐτός· φιλάνθρωπε Κύριε, καὶ οἷς δι' ἀπεχθείας ἐσμὲν ἢ ἐπιβουλεύουσιν, ἢ λοιδορουμένοις, ἢ ἐπηρεάζουσιν, ἢ βασκαίνουσιν, ἢ καθ' οἷον δή τινα τρόπον ἐξ ἐπιβουλῆς καὶ ἐπηρείας τοῦ φιλαπεχθήμονος δαίμονος μισοῦσι καὶ ἀποστρεφομένοις, συγχώρησον τὸ τῆς εἰς ἡμᾶς παροινίας πλημμέλημα, μετάβαλε τὰς γνώμας αὐτῶν ἐκ κακοηθείας εἰς ἐπιείκειαν. Ἔμβαλε ταῖς καρδίαις αὐτῶν ἄδολον ἀγάπην καὶ ἀνυπόκριτον· σύνδησον ἡμῖν αὐτοὺς ἐν ἀῤῥήκτοι δεσμοῖς εὐνοίας πνευματικῆς· καὶ τῆς ἀκηράτου σου ζωῆς, οἷς οἶδας λόγοις, κοινωνοὺς ἀποτέλεσον· τοὺς δὲ ἀγαπῶντας ἡμᾶς, ἢ καὶ εἰς τὰς σωματικὰς χρείας διὰ τὸ σὸν διακονοῦντας ἅγιον ὄνομα, ταῖς πλουσίαις σου δωρεαῖς ἀντάμειψαι, καὶ τῆς λήξεως τῶν πιστῶν καὶ φρονίμων οἰκονόμων ἀξίωσον. Καὶ τοῖς τῆς ἀσθενείας ἡμῶν ἐν ἀγαθῇ διαθέσει μεμνημένοις, ἢ καὶ ὑπερευχομένοις, δαψιλῆ τὴν χάριν σου ἐπιβράβευσον· τοῖς ἐντειλαμένοις τῇ ἡμετέρᾳ ταλαιπώρῳ ἀναξιότητι ὑπὲρ αὐτῶν εὔχεσθαι τὰ ὠφέλιμα χάρισαι, καὶ τὰ πρὸς σωτηρίαν αἰτήματα παράσχες, καὶ πλούσια τὰ ἐλέη σου καὶ τοὺς οἰκτιρμοὺς αὐτοῖς ἐξαπόστειλον. Πάντας, εὔσπλαγχνε, τοὺς ἐπὶ σοὶ πεποιθότας ἐλέησον, πάντας εἰς τὴν θείαν σου ἀγάπην ἕλκυσον. Πρόστηθι πάντων, καὶ ἀντιλάβου, σὺν ἡμῖν τοῖς ἁμαρτωλοῖς καὶ ἀχρείοις δούλοις σου, καὶ τῆς σῆς βασιλείας κληρονόμους ἀπέργασαι. Σὸν γάρ ἐστι τὸ ἐλεεῖν καὶ σώζειν ἡμᾶς, ὁ Θεὸς ἡμῶν, ὅτι σοῦ ἐστι τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

Malorum tolerator et sempiterne rex, qui in lignum sustulisti condemnationem, quæ per lignum nata erat, atque te ipsum longanimitatis præbuisti exemplum iis, qui vestigia tua sectanda eligunt; tu qui pro Dei hostibus in crucem te agentibus intercessionem obtulisti ipse coæterno Patri; hominum amator, Domine, ignosce illis, quibus exosi sumus, quique insidiantur nobis, nos calumniantur, illudunt, aut nobis invident, aut quocunque modo ex insidiis et contumelia dæmonis, odio gaudentis, nos oderunt et aversantur, ignosce illis stoliditatis in nos suæ peccatum, muta animos ipsorum, et ex malitia ad moderationem traducito. Cordibus ipsorum inspira charitatem, alienam ab omni dolo ac simulatione. Constringe nobis illos indissolubilibus benevolentiæ spiritalis vinculis, et notis tibi rationibus eos vitæ tuæ puræ ac sinceræ participes perfice. His vero, qui nos amant, aut corporalibus necessitatibus propter sanctum nomen tuum ministrant, opulenta dona tua repende, et sorte ac præmio dignare illos fidelium ac prudentium œconomorum. Illos quoque, qui bono animo, infirmitatis nostræ memores, pro nobis orant, larga gratia tua remunerare. Quique miseris nobis et indignis injunxerunt ut pro illis oraremus, his, quæ e re ipsorum sunt, benigne largitor, præbe, quæ salutis suæ causa te orant, et divitem misericordiam ac locupletes miserationes tuas ad illos demitte. Miserere omnium, misericors Domine, qui tibi confidunt, omnes ad divinum amorem tuum attrahe. Tuere omnes ac defende et suscipe, nosque peccatores et inutiles, servos tuos ac regni tui hæredes redde. Tuum enim est misereri, nosque salvare, o Deus noster, quoniam tua est potentia in sæcula. Amen.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ ΒΑΣΙΛΕΙΟΥ

ΛΟΓΟΣ ΠΕΡΙ ΚΑΤΑΣΤΑΣΕΩΣ ΙΕΡΕΩΝ.

S. P. N. BASILII SERMO OB SACERDOTUM INSTRUCTIONEM.

(Angelo Mai, *Biblioth. nova Patrum* t. VI, p. 584, ex cod. Vat. 2137.)

Πρόσεχε σεαυτὸν, ὦ ἱερεῦ, καὶ βλέπε τὴν διακονίαν, ἣν παρέλαβες, ἵνα ἀναπληρώσῃς αὐτὴν μετὰ φόβου Θεοῦ. Βλέπε λοιπόν· οὐ γὰρ ἐπίγειον διακονίαν ἐνεχειρίσθης ἀλλὰ οὐράνιον, οὐκ ἀνθρωπίνην ἀλλ' ἀγγελικήν· σπούδασον σεαυτὸν παραστῆσαι ἐργάτην

697 "Attende tibi, o sacerdos, et vide ministerium quod accepisti, ut ipsum cum Dei timore exerceas [88]. Videsis : non enim terrestre tibi commissum est ministerium sed cœleste, non humanum sed angelicum. Stude temet exhibere operarium

[88] Coloss. IV, 17.

Digitized by Google

irreprehensibilem, rectam veritatis doctrinam tradentem. Cave ne ad synaxim consistas, habens cum aliquo inimicitiam, ne Paracletus a te fugiat. Die synaxeos ne quemquam in judicium voces, neque omnino contendas, sed in abdito ora, lectioni vacans usque ad hanc horam ; atque ita compunctus ad sanctum altare accede. Neque hac illac circumspectes, neque preces festinando decurtes; nec, dum oras, cujuslibet hominis respectum habeas, sed præsentem specta regem, et circumstantes angelos. Nec quidquam simules, neque divinum corpus, cum non oportet, distribuas. Dignum te effice sacris canonibus, et quomodo hi præcipiunt, sic liturgiam exerce. Considera igitur, quomodo ad sanctam mensam venias, quomodo rem sacram opereris, et quid distribuas, et quomodo retineas. Cave itaque, ne Dominica præcepta obliviscaris, et discipulorum ejus traditiones. Dicit enim : « Nolite dare sancta canibus, nec projicite margaritas meas ante porcos [49]. » Videsis ergo et tu, ne humano metu abducaris, et Dei Filium indignorum manibus tradas : sed neminem ex terræ proceribus reverearis, et ne diadema quidem gestantes expavescas hora illa qua liturgiam peragis. Observa eos qui volunt sacra dona in suis ædibus participare; tu videbis ministros etiam a feminis munerari, et quidem etiam ab indignis. Videsis itaque, quomodo sacri canones ac synodi sanctorum Patrum decreverint, atque ita te gere, neque distribuas indignis sive laicis sive clericis, ob eum finem, ut ad orthodoxam fidem ipsos convertas. Væ illis, qui talibus tradunt ! Cave insuper ne muscæ in sanctum calicem decidant, aut hic humectetur, aut fiat mucidus, aut pulvere sordidetur, aut hæreticorum manu contrectetur. Vide etiam, quomodo reponas post absolutam liturgiam, ne te festinante margarita decidat, aut in calice remaneat, vel habens laticem sanctus calix pulvere inquinetur. Sed utraque re recte composita, abi in pace. Hanc traditionem si observaveris, o sacerdos, salvabis te atque illos quos docturus es; orans etiam pro me misero Dominum, cui debetur gloria per sæcula. Amen.

[49] Matth. VII, 6.

ἀνεπαίσχυντον, ὀρθοτομοῦντα τὸν λόγον τῆς ἀληθείας· πρόσεχε, μὴ στῇς εἰς σύναξιν ἔχων ἔχθραν μετά τινος, ἵνα μὴ φυγαδεύσῃς τὸν Παράκλητον. Ἡμέρᾳ συνάξεως μὴ δικάζου, μηδὲ φιλονείκει τὸ καθόλου· ἀλλὰ κρυπτόμενος εὔχου, ἀναγινώσκων μέχρι ταύτης τῆς ὥρας· καὶ οὕτω παράστα ἐν κατανύξει τῷ ἁγίῳ θυσιαστηρίῳ· μηδὲ περιβλεπόμενος ὧδε κἀκεῖσε· μὴ ἐν σπουδῇ τὰς εὐχὰς συντέμνοις· ἀλλὰ παρακαλῶν, μὴ λάμβανε πρόσωπόν τινος, ἀλλ' ὅρα τὸν προκείμενον βασιλέα, καὶ τὰς παρεστώσας δυνάμεις κύκλωθεν· καὶ μὴ ὑποκρίνου, μηδὲ μεταδίδῳς τὸ θεῖον σῶμα ὅπου οὐ χρή. Σεαυτὸν ἄξιον ποίησον τῶν ἱερῶν κανόνων, καὶ συλλειτούργει ὡς οἱ κανόνες ἀπόθενται. Ὅρα οὖν πῶς παρίστασαι τῇ ἁγίᾳ τραπέζῃ, καὶ πῶς ἱερουργεῖς, καὶ τίνος μεταδίδως, καὶ πῶς καταστέλλεις· ὅρα οὖν, μὴ ἐπιλάθῃ τὰς δεσποτικὰς ἐντολὰς καὶ τῶν ἁγίων αὐτοῦ μαθητῶν τὰς παραδόσεις· φησὶ γάρ· « Μὴ δότε τὰ ἅγια τοῖς κυσὶ, μηδὲ ῥίπτετε τοὺς μαργαρίτας μου ἔμπροσθεν τῶν χοίρων. » Ὅρα οὖν καὶ σὺ, μὴ φόβῳ ὑπαχθῇς ἀνθρωπίνῳ, καὶ παραδώσῃς τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ εἰς χεῖρας ἀναξίων· ἀλλὰ μὴ ἐντραπῇς τινα τῶν ἐνδόξων τῆς γῆς, ἀλλὰ μηδὲ αὐτῶν τῶν τὸ διάδημα φορούντων πτοηθῇς ἐν τῇ ὥρᾳ ἐκείνῃ ὅτε ἱερουργήσαις. Βλέπε τοὺς βουλομένους τὰ δῶρα μεταλαμβάνειν ἐν τοῖς οἴκοις· σὺ δῦσι, ὅτι καὶ ὑπὸ γυναικῶν χαρίζονται, ἀλλὰ καὶ ἀναξίων. Ὅρα οὖν, ὡς οἱ θεῖοι κανόνες καὶ αἱ σύνοδοι τῶν ἁγίων Πατέρων ἐπεκύρωσαν· οὕτω πράττε, καὶ μὴ μεταδίδως ἀναξίοις ἢ λαϊκοῖς, παρὰ ἐπιστρέψαι αὐτοὺς τῇ ὀρθοδόξῳ πίστει. Οὐαὶ δὲ τοῖς μεταδιδοῦσιν αὐτοῖς ! Ὅρα οὖν μὴ μυῖαι ἐμπέσωσι εἰς τὸ ἅγιον ποτήριον, ἢ ἐξ ἀμελείας σου νοτισθῇ, ἢ μοχλιάσῃ, ἢ κονοπισθῇ, ἢ ἐγχειρισθῇ ὑπὸ αἱρετικῶν· ἀλλὰ βλέπε πῶς καταστέλλεις μετὰ τὴν συμπλήρωσιν τῆς θείας λειτουργίας, μὴ σπεύδων μαργαρίτης ἀποπέσῃ, ἢ ἀπομείνῃ ἐν τῷ ποτηρίῳ· ἢ ἔχον νᾶμα τὸ ἅγιον ποτήριον, καὶ κονοπισθῇ· ἀλλὰ ἀμφότερα καταστείλας, πορεύου ἐν εἰρήνῃ. Ταύτην τὴν παράδοσιν ἐὰν φυλάξῃς, ὦ ἱερεῦ, σώσεις σεαυτὸν, καὶ οὓς μέλλεις διδάσκειν· εὐχόμενος καὶ ὑπὲρ ἐμοῦ τοῦ τάλανος πρὸς Κύριον, ᾧ πρέπει δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

SANCTI BASILII

TRACTATUS

DE CONSOLATIONE IN ADVERSIS.

Incerto sed antiquo interprete (24).

697***1. Quemadmodum navis cum undarum tempestate quassetur, nisi gubernatorem peritissimum habeat, a fluctibus maris cito conteritur, ita et homo cum in aliquibus adversis fuerit constitutus, nisi habuerit mentem divinis eloquiis eruditam, cito animus ejus frangitur, et salutis suæ sustinet

(24) Vide Præfationem, § XIV, p. 155.

Digitized by Google

damnum. Quisquis ergo ille es positus in adversis, paulisper, peto, verbis meis aurem diligenter accommoda, ut tibi in quantum possum, consolationem ex Scripturarum fontibus proferam. Igitur si egestate constrictus, penuriæ pondere opprimeris; si amissa sæculi dignitate, ignobilitatis te vita contristat; si membrorum fortitudinem subsequens languor debilitat; si exstinctis charis et liberis, tristitia sæculi animum tuum mentemque conturbaverit, vel si lepræ macula corpore ac membris repletus, populi multitudine et turba caruerit: noli tamen in his adversis positus frangi, vel mente concidere; sed ad Dei potius præcepta confugias, ut inde consolationem calamitatis tuæ assumas; ut ex verbis Dominicis instructus, velut optimus gubernator navigium tuum, hoc est, conversationem vitæ tuæ, in portum tranquillitatis inducas. Ne ergo velis, frater dilectissime, odii causa existimare Deum super nos castigationem inducere: imo erga nos maxime vera ejus charitas approbatur; ita enim te per Salomonem ipse Dominus in Proverbiis monet: *Fili, noli deficere a disciplina Domini, ne fatigeris cum ab eo corrigeris: quem enim diligit Dominus, corripit* [90]. Nam et pater, quamvis charissimum filium, in errore inventum castigat; et magister sæpe discipulum, ut in melius proficiat, verberat.

2. Duplex autem causa est ob quam castigatio divinitus hominibus irrogatur. Flagellat interea justum, ut emendetur in melius, et pristinæ conversationis corrigat vias. Et hoc esse ita, divinis eloquiis approbabo. Sed primum convenit explicare quod justus propterea affligitur, ut per tentamenta plurima probetur. *Omne gaudium existimate, fratres mei, cum in tentationibus variis incideritis, scientes quod probatio fidei vestræ patientiam operatur*, inquit Jacobus in Canonica [91]. Item in sequentibus ponit et dicit: *Beatus vir, qui suffert tentationem, quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ, quam repromisit Deus diligentibus se* [92]. Unde ergo gaudendum est, charissime, cum corpus hoc nostrum affligitur, vel cum Dei judicio duris examinatur laboribus. Nec enim tantum in prosperis quantum in adversis convenit gloriari Christiano. Audi denique in quibus Paulus glorietur. *Gloriamur*, ait, *in spe* charitatis Dei: *non solum autem, sed et gloriamur in tribulationibus, quia tribulatio patientiam operatur; patientia autem probationem, probatio vero spem. Spes autem non confundit, quia charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum qui datus est nobis* [93]. Vide quantæ virtutes justis viris ex tribulationibus oriuntur. Et quemadmodum terra cum fuerit pinguis ac fertilis, nisi per industriam agricolæ crebro ac jugiter fuerit culta, non solum fructus hominibus denegat, verumetiam e contrario generat spinas: ita justus, nisi variis tentationibus fuerit confectus assidue, non solum ipse non proficit, sed aliquoties in lapsum incurrit. Et hoc ita esse, supradicti magistri docemur exemplo. Qui cum multis de virtutibus sibi conscius esset, et in tantis meritis coram Deo processisset, ut usque ad cœlum tertium raptus, et in paradisum ductus, ineffabilia verba audisset: ne tamen eum pro virtutibus superbiæ tumor invaderet, et gratiam meritorum amitteret, colaphizandum eum divina providentia angelo Satanæ tradidit; in quo ille exsultans, ita ad Corinthios scripsit: *Ex sublimitate*, inquit, *revelationum ne extollar, datus est mihi stimulus carnis meæ, angelus Satanæ, qui me colaphizet, ut non extollar. Propter quod ter Dominum rogavi ut discederet a me, et dixit mihi: Sufficit tibi gratia mea; nam virtus in infirmitate perficitur* [94]; et iterum: *Placet mihi in infirmitatibus, in contumeliis, in necessitatibus, in persecutionibus, in angustiis pro Christo: cum enim infirmor, tunc potens sum* [95].

3. Gratulanter igitur ac patienter omnia adversa mundi quæ nobis inferuntur, debemus excipere; scientes nos certissime tunc in Dei esse memoria. **698** Valde enim delicatus est qui et in hac vita constitutus, abundanter vult omni lætitia perfrui, et in futuro sæculo dona cœlestia adipisci. Quis enim aliquando sanctorum a periculis sæculi potuit esse immunis ac liber? Quia si diligenter eorum scrutaberis vitam, nullum absque tentationibus de hoc mundo migrasse reperies: sed omnes diversas tribulationes quas habet mundus, patientissime tolerantes, ad veram et incorruptam gloriam pervenerunt. Denique Abraham patriarcha tanta gratia fidei erat repletus, et in tantum dilexerat Dominum, ut charissimum pro eo filium pene gladio interimeret [96]. Magis enim voluit parricida audiri, quam Dei imperium præterire; præscius enim erat vocis salutaris dicentis: *Si quis dilexerit filium aut filiam super me, non est me dignus* [97]. Ut Deo igitur dignus haberetur, secundum ejus præceptum, filium unicum hostiam offerebat; et quem hæredem putabat, interficiendum propriis manibus non dolebat. Cur igitur non dolebat? Quia cor ejus amor divinus accenderat, et calor fidei ejus omnem dolorem exstinxerat. Talis igitur ac tantus patriarcha Abraham, sic amabilis Deo et charus, cui etiam ipse Dominus testimonium perhibuit, dicens: *Nunc cognovi, quoniam tu times Deum tuum, et non pepercisti filio tuo dilectissimo propter me* [98], non potuit esse immunis, ut absque tribulatione ac tentamentis securam degeret vitam; sed omnia perpessus adversa, meruit omnium sanctorum pater audiri. Denique cum quodam tempore pestilentiam famis prævalere in terra sentiret, et cum Sarra conjuge sua in Ægyptum descendisset, timens ne ab Ægyptiis propter pulchritudinem interficeretur uxoris, ait ad eam: *Ne me dixeris virum tuum*

[90] Prov. III, 11, 12. [91] Jac. I, 2, 3. [92] ibid. 12. [93] Rom. V, 2-5. [94] II Cor. XII, 7-9. [95] ibid. 10. [96] Genes. XXIII, 1 sqq. [97] Matth. X, 37. [98] Genes. XXII, 13.

Digitized by Google

esse, sed fratrem me potius confitere, nequando me interfecto, te possideant [99]. Nulli esse dubium puto, qualem quis possideat mentem, quando interfectionem sibi imminere suspicatur, quando vicinam mortem ab aliquo sibi opinatur inferri. Non cibus vel potus ei dulcis est, sed amarus; sed et cum somnus eum oppresserit, etiam tunc jugulari se a carnifice perspicit in sopore. Quamvis ille auxilio Dei protectus, ab omnibus perseverabat illæsus, verumtamen suspicione contritus, magna eum formido invaserat. Aliam quoque parem tribulationem in terra Geraram sub Abimelech rege perpessus est: et eos quos adversarios metuebat, et a quibus sibi imminere mortem putabat, ab his maximis honoribus Dei nutu venerabatur [1]. Isaac quoque filius ejus similem tribulationem in terra Geraram ipse sustinuit. Nam et ipse timens ne interficeretur, Rebeccam uxorem, sororem esse confessus est: sed etiam nihilominus maximas tribulationes perpessus est [2]. Denique cum Jacob Esau fratrem suum benedictionis causa persequeretur, in terram Mesopotamiam Jacob mortis formidine effugatus est [3]. Nam et quando filium ejus Joseph fratres in Ægypto vendiderunt, et patri nuntium retulerunt, dicentes eum a bestia devoratum, tantum ei dolorem incusserunt, ut vestimenta propria scindens, et squalore se sacci operiens, filium amantissimum lugeret amissum [4]. Ipse quoque Joseph multa tentamenta perpessus, probabilis factus est. Denique æmulationis causa in Ægypto a fratribus in servitutem redactus est. Itaque dominus suus bonam ejus conversationem aspiciens, principem eum domus suæ constituit. Domina vero propter speciem decoris in amore adolescentis turpiter colligata est, et capta fœditate libidinis, famulum Christi conabatur invadere. Cumque talibus accensa ardoribus sæpius eum ad opus sceleratissimum invitaret, et ille tam dirissimum facinus perpetrare abnueret, una e diebus solum eum operantem reperiens accessit, et per vestimentum eum tenuit impudenter, et veneno mortifero ore repleto ait ad eum: Concumbe mecum [5]. O perniciosa cohortatio! Impudentissima mulier, hanc mihi oblationem profers temporalem, ut lætitia me sempiterna defraudes! Quid mihi vipereo ore morbum pestiferum et insanabilem conaris infundere? quid ad deceptionem meam profers verborum blandimenta, quæ dolo et amaritudine plena sunt? Mel quidem labia tua lallare videntur, sed vitanda est talis dulcedo quæ postremo fel efficitur. Per te enim a principio diabolus de paradiso Adam protoplastum expulit: sed illius expulsio ad meam cautelam proficiet. Venumdatus sum, ut tibi servitutem exhiberem, non ut in tuum adulterium fœdissimum consentirem; venumdatus sum, ut tibi obsequium præberem, non ut castitatem meam perderem. Licet ob fratrum meorum invidiam servus hominum factus sum, peccati non efficiar servus. Patrum meorum sequor vestigia, criminis tui particeps esse non patior. Tunc Joseph relinquens vestimenta in manibus ejus, nudus exiit foras; licet indumento corporis nudus, castitatis gloria coopertus. Vestimentum quidem, quod veterascit, et a tineis devoratur, reliquit; sed pudicitia, quæ semper floret, indutus abscessit, et oblectatione spurcissima irritari non passus est. Sed illa impudens cum se confusam intuetur, et a viro castissimo triumphatam, omnem ardorem libidinis deflectit in furiam, et veniente marito, verbis accusat innoxium. *Induxisti*, inquit, *ad nos puerum, qui nos deludat* [6]. At ille verbis fallacibus persuasus, statim eum detrusit in carcerem; sed Deus erat cum eo. Et licet retrusus humiliaretur in vinculis, liberabat eum puritas mentis: etsi squalore ergastuli membra horrebant, pudicitia animæ refulgebat. Sed Dominus, semper qui innocentibus præsto est, et qui exaltare humiles consuevit, ab omnibus tribulationibus eum eripuit, et totius terræ Ægypti dominatorem constituit. Et iste quem in servitutem venumdederunt fratres, paulo post malorum omnium immemor, fratribus alimenta præbebat; et quia Domini nostri Salvatoris typum gerebat, pro malis bona retribuebat.

4. Idcirco autem Job exemplum nobis producatur in medium, quod velut generalis medela infirmas et invalidas mentes satis superque roborare sufficiat. Si quis enim quibuslibet oppressus miseriis, si quis innumeris calamitatibus occupatus, hunc virum diligenter mentis obtutu perspexerit, maximam ex eo consolationem sui doloris inveniet. Iste enim in tantum divino famulatui se mancipaverat, et ita **699** Dominum inculpate colebat, ut ita laudari ejus præconio mereretur. Sic enim divina Scriptura testatur: *Ait*, inquit, *Dominus diabolo, Considerasti sensu tuo puerum meum Job, quia non est ei similis quisquam in terris, homo sine crimine, verax Dei cultor* [7]? Sed et pro filiis in tantum erat sollicitus, ut pro eis sacrificia quotidiana offerret. Et quidem cum Scriptura nulla filiorum delicta commemoret, ille tamen, qui vere ac religiose filios diligebat, timebat ne forte in corde suo, ut homines, aliquid cogitarent adversum Deum, malitiæ: et sola opinione conterritus, per divinas hostias filiorum corda mundabat. Quanti hodie patres filios aperte negligere in multis ac peccare conspiciunt, et non solum sacrificia pro eis non offerunt, sed nec sermonem ad arguendum eos proferunt, ut pravas derelinquant vias! Et dum eos contristare nolunt ad modicum, æternam eis tristitiam generant! Sed hujusmodi patres ostendunt se non veram charitatem habere, sed falsam: si autem eos diligerent, utique secundum Scri-

[99] Gen. XII, 13. [1] Gen. XX, 1 sqq. [2] Gen. XXVI, 7 sqq. [3] Gen. XXVII, 43 sqq. [4] Gen. XXXVII, 28 sqq. [5] Gen. XXXIX, 12. [6] Gen. XXXIX, 14. [7] Job I, 8.

Digitized by Google

pturam diligenter corriperent; sed propterea fortasse peccantes filios negligunt, quia nec suæ salutis aliquando curam habuerunt. Beatus autem Job, quemadmodum ipse sine querela Domino serviebat, ita filiorum corda donis ac muneribus procurabat. In viduis autem fidelibus quam misericors fuerit, ipsum ausculta dicentem : *Os*, inquit, *viduæ benedixit me : justitia autem indutus eram. Vestitus eram judicio sicut chlamyde. Oculus eram cæcorum, pes autem claudorum. Ego autem eram pater impotentium* [8]. Sed et quod infinitas possederit divitias, Scriptura testatur. *Fuerunt*, inquit, *Job filii septem, et filiæ tres ; et erant pecora ejus oves numero septem millia cameli tria millia, juga boum quingenta, asini feminæ gregales quingentæ, et ministerium multum nimis habuit* [9]. Audiens itaque eum ille bonorum æmulus divina voce laudari, invidiæ livore exarsit, et postulavit a Domino ut suæ ditioni ejus traderet facultates : et ecce subito diversis modis omnem ejus substantiam vastare aggreditur, et tunc de præda jumentorum, modo de combustione ovium, post hæc de interfectione nuntiat famulorum. Ipse enim diabolus qui hæc cuncta agebat, ipse quoque nuntium deferebat. Nec tamen ex improviso tantam perniciem inferens, virtutem fidei ejus potuit frangere, vel animum illius in verba blasphemiæ declinare. Noverat enim Job nihil se intulisse in hunc mundum, verum nec auferre quid posse [10]. Ad ultimum autem, cum ei de filiorum ac filiarum nuntiatum est nece, commota sunt viscera ejus, et ita vestimentum proprium scidit, ac sui capitis comam totondit, et in eam terræ pulverem sparsit. Nec tamen, hæc faciens, in verba blasphemiæ mens ejus inflexa est ; sed confestim ad Dei laudes conversus, procidens in terram adoravit et dixit : *Nudus exivi de matris utero, nudus etiam vado sub terram. Dominus dedit, Dominus abstulit : sicut Domino placuit, ita factum est ; sit nomen Domini benedictum* [11]. Magnum nobis Job sanctissimus documentum ostendit, ut contra omnes fluctus sæculi turbulentos mens nostra inconcussa permaneat, ne fatigati adversis in verba blasphemiæ erumpamus ; sed ut iisdem verbis utamur, quibus et ipse usus est dicens : *Sit nomen Domini benedictum in sæcula*. Sed insatiabilis adversarius cum tot damnis eum afficiens nihil in eum agere potuisset, et cum rursum eum a divina potentia laudari audisset, ait ad Dominum : *Pellem pro pelle, et omnia quæcunque habuerit homo, pro anima sua dabit : sed mitte manum tuam, et tange ossa ejus et carnes, et vide an in faciem tibi benedicat* [12]. Tunc Dominus, præscius omnium futurorum, tradidit ei corpus tantummodo, animam autem custodire præcepit. Tradidit eum Dominus, non ut voluntati diaboli pareat, sed ut famulum suum probabiliorem efficiat, et ejus tolerantia in universo mundo clarescat. Tunc percussit Job vulnere pessimo a pede usque ad caput ; et tulit testam ut saniem vulnerum raderet [13], et sedebat in stercore extra civitatem, qui paulo ante in regali sedebat solio ; et despiciebant eum universi, quem primum subditi metuebant. Isti igitur tali ac tanto, qui in tanta excellentia eminebat, nunc uxor ejus de mercede operis sui exhibet alimentum, quæ etiam sempiternum supplicium ei inferre conata est, dicens : *Dic unum verbum in Domino, et morere* [14]. At ille vir philosophicus, at ille totius patientiæ magisterio repletus sprevit ac repulit tale consilium dicens : *Tanquam una ex insipientibus mulieribus locuta es : si bona excepimus de manu Domini, mala non toleramus* [15] ? Vide tentationum pondus, ut patientiæ magnitudinem possis agnoscere. Sublimis erat in potentia sua, abundans in divitiis, copiosus in filiis ; et universis his privatus, nudus apparuit. Mos enim est athletarum ut ad certamen nudi procedant. Merito ergo et hic beatus contra diabolum congressurus, cunctis facultatibus velut quodam vestimento exutus est ; sed in tali certamine constitutum, hæc verba eum contra diabolum arbitror protulisse : O, inquit, diabole, idcirco in me tam crudeliter desævisti, ut per me tua potentia arguatur. Quid tanquam vorago cunctos quæris absorbere ? Quid, qui te nihil læserunt, devorare quæris ut leo ? Quid innocentibus nocere festinas ? Non erubescis, cum toties sis a famulis Dei prostratus ac victus ? Non tibi sufficiebat, cum de tanta humilitate ad hanc me egestatem perduceres ? Non tibi sufficiebat, cum filios meos ac filias meas sub uno momento necares ? Insuper sævissimis doloribus corpusculum meum afflixisti, ut ex putredine carnium vermium globi ebulliant. Tu quidem contra membra fragilia aggressus es bellum inferre, sed stabilitatem animæ commovere non poteris. Improbis venenis confidens, fidem meam quassare conatus es : sed ego confidens in Deo meo, effrenatas tuas conteram vires. Et cum sis subdolus, in tuis me laqueis irretire tentasti, sed me ab his retibus eripuit Dominus. Tu licet temporales mihi inferas cruciatus, ipse in sempiternis es torquendus suppliciis : et quidem si mortales vermes de meo procedant corpusculo, tu ab immortalibus vermibus devorandus es in gehenna. Tu licet multiplicata inferas tentamenta, ego non mutabo meam innocentiam : et licet projectus **700** extra urbem, Deum meum benedicere non desinam.

5. Sed et justi illius Tobiæ exemplum si diligenter consideres, maximam ex eo consolationem invenies. Iste denique in ministrationibus pauperum admodum occupatissimus fuit. Et si qui ex genere ejus defuncti fuissent, secundum religionis nostræ ritum ut convenit sepeliebat. Siquidem, ut

[8] Job xxix, 13-15. [9] Job i, 2, 3. [10] I Tim. vi, 7. [11] Job i, 21. [12] Job ii, 4, 5. [13] ibid. 7 8. [14] ibid. 9. [15] ibid. 10.

Digitized by Google

iertur, consuetudo talis Assyriis est, ut mortuis terræ denegent sepulturam; sed eorum cadavera pellibus involuta, super faciem terræ exponunt, scilicet ut a bestiis vel avibus devorentur. Hic ergo dum captivus cum plurima multitudine Judæorum apud Assyrios degeret, et ad sepeliendum defunctorum corpora, ut dixi, studium daret: ab hoc opere tam religioso, tam pio, prohibitus aliquando a rege Assyriorum, nihilominus tamen etiam occulte opus usitatum, prout poterat, conabatur explere. Quodam denique tempore cum in Pentecostes die festissimo epulæ sibi, utpote pro solemnitate, solito gratiores præparatæ fuissent, non est passus cibos suos solus sumere. *Ait ergo ad filium: Vade*, inquit, *fili, et voca, si quem inveneris pauperem ex fratribus nostris, eum tamen qui timet Dominum, ut manducet nobiscum* [16]: et ecce sustineo te, fili, donec venias. At ille dum iret, reperit quemdam Hebræum necatum laqueo, et projectum in publico. Qui continuo regressus, quod viderat, indicavit patri. Ille cum hæc audisset, non eum paratæ epulæ, non eum diei festivitas, non saltem minæ tyranni a bono opere retraxerunt: sed surgens illico pergit ad publicum: atque cadaver humo, ut solebat, operiens, reversus cum luctu prandium quod reliquerat sumit. Hic ergo tam pius, tam operibus bonis ornatus, ad ultimum aspectu caruit oculorum. Et qui primum miseris conferebat solatium, aliorum postmodum indigebat auxilio. Sed Dominus ad fidei ejus patientiam comprobandam, tentari eum taliter voluit. Et ille sciens magis sibi adversa prodesse quam prospera, æquanimiter usque in finem patientiam tenuit. Idcirco eum Raphael angelus collaudat, et dicit: *Opera Dei revelare et confiteri, honorificum est* [17]. Nam quando orabas tu et Sara nurus tua, ego obtuli memoriam orationis vestræ in conspectu claritatis Dei: et cum sepelires tu mortuos similiter, et quia non cunctatus es exsurgere, et derelinquere prandium tuum, et abiisti: missus sum tentare te. Et iterum: *Misit me Dominus curare te, et Saram nurum tuam* [18]. Et quidem nos hæc breviter, ut potuimus, explicavimus. Si quis autem diligentissime sanctorum omnium vitam attendat, non aliter eos nisi in laboribus et adversis claruisse perspiciat.

6. Hoc jam, quia verbera prosunt (ut superius præmisimus), comprobandum est; et quod tunc erga nos divinus amor agnoscatur, cum diversis cruciatibus ac tentamentis conficimur. Sic enim nos Salomon in Proverbiis instruit: *Qui parcit*, inquit, *baculo, odit filium suum: si autem diligit, diligenter corripit* [19]. Ergo cum nutu Dei corripimur in adversis, non odium tunc in nos, sed charitas comprobatur. Ideo autem castigat, quia non vult mortem peccatoris, sed ut convertatur et vivat [20]. Non nos affligit ac verberat, ut nos in interitum mittat, sed ut convertamur ad eum, et misericordiam ipsius adipisci possimus. Ipsum denique Dominum per Prophetam audi loquentem, qui ait: *Si dereliquerint legem meam, et mandata mea non custodierint, visitabo in virga iniquitates eorum, et in verberibus peccata eorum; misericordiam autem meam non dispergam ab eis, neque decipiam eos in veritate mea* [21]. Frequenter enim rerum prosperitas arrogantiam generat, et per longanimitatem in superbia mens inflatur humana. Propterea verus ille animarum medicus Deus, cum diversis languoribus vitiorum ægrotare nostram viderit mentem, hoc est, cum nos superbiæ tumor inflaverit; vel ad diripiendum aliena, avaritiæ morbus pulsaverit; vel ad concinnandas insidias fratribus, invidia persuaserit; vel cum desidia animus noster oppressus, religionem Dei neglexerit, per corporales castigationes, veluti per quædam medicamina animum nostrum curare festinat. Cum enim permittit nos aut captivitate vastari, aut rerum nostrarum sustinere jacturam, aut ingentem valetudinem membra nostra pulsare, vel cujuslibet in nos tentamenta generis irrogari, sanitatem nobis animæ per hæc cupit inferre, non damna. Ita enim per Isaiam prophetam ipse testatur: *Et propter peccatum*, inquit, *modice contristavi eum, et percussi eum, et averti faciem meam ab eo: et contristatus est, et ambulavit tristis, et consolatus sum eum, et sanavi eum* [22]. Denique Manasses ille rex cum abundantia ac deliciis frueretur, et super Judaicum populum principem se cerneret; insuper elatus recessit a Domino: templum quoque Dei replevit idolis, ac plurimorum sanctorum sanguinem fudit: sed et Isaiam prophetam serra lignea secavit, et multa exsecranda opera perpetravit [23]. Cum autem ab Assyriis captus fuisset, vinctus compedibus atque onustus ferro, in Babyloniam deductus, videns se oppressum angustiis, in amaritudine animæ suæ conversus clamavit ad Dominum, qui salutem animarum, non mortem desiderat: et ereptum eum ex inimicorum manibus, in pristinum constituit regnum [24]. Vides quomodo eum calamitas ab erroris via correxit; vides quod ei captivitas velut quoddam medicamentum animæ remedium contulit, et salutem suam, quam prius per elationem amiserat, miseriis postmodum afflictus invenit. Ecce quantum generi humano prosunt damna carnalia. Securitas autem rerumque prosperitas sæpe, ut diximus, animæ generat detrimentum.

7. Et quid dicam de peccatoribus? David ille justus, qui secundum cor Domini fuit electus, de quo ipse Dominus dixit: *Inveni David filium Jesse, virum secundum cor meum, qui facit omnes voluntates meas* [25], cui regni potestatem, ac prophetiæ concesserat gratiam; cum esset in maxima abundantia, et in securitate ac divitiis floruisset, mul-

[16] Tob. II, 2 seq. [17] Tob. XII, 7 seq. [18] ibid. 14. [19] Prov. XIII, 24. [20] Ezech. XXXIII, 11. [21] Psal. LXXXVIII, 31-34. [22] Isa. LVII, 17, 18. [23] IV Reg. XXI, 4 sqq. [24] II Par. XXXIII, 11 sqq. [25] I Reg. XIII, 14; Act. XIII, 22.

Digitized by Google

tasque sibi nationes auxiliante Domino subdidisset; quia paululum ab eo tribulatio elongaverat, immobilem se esse putabat. Ipse denique ait: *In mea abundantia non movebor in æternum* [26]. Tamen iste ab una muliere captus, in uno delicto duo crimina perpetravit. Uriam Etheum [*sic*] virum innocentem **701** occidit, cujus adulteraverat conjugem [27]. Si autem tunc tribulationibus pressus fuisset, in tam grande peccatum minime incidisset, per quod naufragium Spiritus sancti pateretur. Unde postquam delictum suum agnovit, et sancto Spiritu privatum se esse persensit, ad recuperandam pristinam gratiam obsecrans clamabat ad Dominum: *Spiritum rectum innova in visceribus meis: et ne projicias me a facie tua: et Spiritum sanctum tuum ne auferas a me* [28]. Quando autem tribulationibus maxime esset confectus, et congressionibus hostium undique circumdatus, qui cum eo sæpissime dimicantes, quiescere eum non sinebant, ex toto corde clamabat ad Dominum, a quo protinus impetrabat auxilium, sicut ipse ait in psalmo: *Ad Dominum cum tribularer, clamavi, et exaudivit me* [29]; et iterum: *In die tribulationis meæ Deum exquisivi: manibus meis nocte contra eum, et non sum deceptus* [30]. Non solum autem in his positus, a delictis se gravibus abstinebat, verum etiam modicam incontinentiam velut crimen maximum arbitrabatur. Denique quodam tempore, cum gens Philisthinorum Bethlehem obsideret, et David esset in munitione, desideravit, et dixit: *Quis dabit mihi aquam, ut bibam, de lacu qui est in Bethlehem in porta* [31]? Cumque tres viri potentes inter media castra Philisthinorum erumpentes, aquam ei de eodem lacu bibere detulissent, reprehendit se, et noluit bibere, sed libavit eam Domino, et dixit: *Propitius esto mihi, Domine: non faciam hoc, ut sanguinem virorum horum qui abierunt in animabus suis, bibam. Et noluit bibere* [32]. Considera ergo, frater, diligenter, ac perspice, quale ille naufragium prius in abundantia pertulit, et qualem postmodum humilitatis intulit philosophiam. Cum in securitate degeret, occidens virum innoxium, ignorabat esse peccatum. In humilitate vero, allatam sibi cum periculo aquam crimen arbitratus est bibere. Animadvertens igitur beatus David, quod sibi utilitatem conferebat humilitas, dicebat ad Dominum: *Cognovi, Domine, quia æquitas judicia tua, et in veritate tua humiliasti me* [33]. Item in eodem psalmo in humilitate sua gratulanter adjecit: *Bonum mihi, quia humiliasti me, ut discam justificationes tuas* [34]; et iterum: *Juxta est Dominus his qui tribulato sunt corde, et humiles spiritu salvabit* [35]. Quando enim in tribulationibus positus est homo, sæpe memor est Dei, et Deus est juxta eum, imo et requiescit. Sic enim declarat ipse Dominus per prophetam: *Super quem, ait, requiescam, nisi super humilem, et mansuetum, et trementem verba mea* [36]? Difficile autem poterit esse quisquam humilis vel quietus, nisi fuerit prius confectus tribulationibus.

8. Non te ergo, dilectissime, corporis damna contristent, sed quidquid Dominus miserit, gratulanter ac viriliter suffer. Si te diversi corporis languores pulsaverint, peto ne turbetur cor tuum, ne animus tuus frangatur, ne vox tua erumpat in verba blasphemiæ; sed potius patientissimi illius beati Job exemplum ante oculos tuos pone. Dicito quod audisti ipsum dicentem: *Sicut Domino placuit, ita factum est: sit nomen Domini benedictum* [37]. Novi enim quosdam, maxime eos qui lepræ macula sunt corpore aspersi, in tantam desperationem pro hac plaga venire, ut putent se omnino destitutos esse a Domino; sed hoc patitur ille qui non est divinis eloquiis eruditus. Si autem in lege Domini die nocteque meditaretur, si sciret *Dei esse vera judicia et justificata in semetipsa, et desiderabilia super aurum et lapidem pretiosum multum, et dulciora super mel et favum* [38], tanquam vera medicamina ulcera morbi susciperet. Diceret quoque et ipse: *Memor fui judiciorum tuorum a sæculo, Domine, et consolatus sum* [39]. Licet enim parvo tempore asperum et amarum hoc vulnus, grande animæ remedium generat in posterum. Crede mihi, frater, nunquam sic in balneis corpora abluuntur sordibus, ut animæ sordes per hujuscemodi languores emundantur. Nonne et medicus cum vulnus curaverit ægroti, ferri concisione membra dilaniat; aut si necesse fuerit, etiam per ignis ministerium exurit, et dolorem ideo infert, ut dolorem quem habuit mors generare, expellat? Nunquid ergo medicum per odium hoc fecisse incusas: cui ut hoc faciat, munera ante et dona largitus es? Multo magis ille cœlestis medicus Deus paterno affectu cupit curare quos fecit, quos etiam a morte ipse redemit. Et ideo in corpore nostro temporales infert plagas, ut animam nostram a plagis, quæ mortem generant æternam, liberet.

9. Noli ergo turbari, frater, sed libenti animo quæcunque Dominus intulerit, suscipe. Noli graviter ferre quod deserueris populum civitatis. Quid enim te juvat habitare cum turbis, aut quid te lædit si a turbis fueris segregatus? In hoc enim omnibus modis laborandum est, ne in futuro sæculo civitate Dei privemur. Nam et hi qui morantur in urbibus, et quibus murorum ambitus apti videntur, si scelerum morbo correpti, suam neglexerint vitam, civitatis illius cœlestis, quæ sanctorum omnium mater est, privantur consortio. Et tu, cum sis in plagis ac doloribus constitutus, et ab hac lutea urbe exclusus; si sapienter hæc toleraveris, et humiliter Deo tuo servieris, civitatis ipsius ac

[26] Psal. xxix, 7. [27] II Reg. xi, 17, 4. [28] Psal. l, 12, 13. [29] Psal. cxix, 1. [30] Psal. lxxvi, 3. [31] II Reg. xxiii, 15. [32] ibid. 17. [33] Psal. cxviii, 75. [34] ibid. 71. [35] Psal. xxxiii, 19. [36] Isa. lxvi, 2. [37] Job i, 21. [38] Psal. xviii, 10, 11. [39] Psal. cxviii, 52.

Digitized by Google

paradisi colonus efficieris. Non enim pro exsecratione animæ, sed propter qualitatem ægritudinis, a populi consortio recessisti : eo quod generis ejus morbus, ut quidam asserere volunt, contactu suo soleat polluere : animam vero non solum non polluit, verum etiam si fuerit immunda, purificat. Unde peto non confundaris, charissime : ne turbetur cor tuum, nec te asperitas vulnerum ad desperationem vitæ futuræ adducat. Ne velis stultam illam opinionem cogitare quorumdam, qui se ita in die resurrectionis arbitrantur resurgere : et hæc quam vana, quam inanis suspicio ! Dic mihi, quisquis ille es qui ista affirmas, ex mentis arbitrio loqueris, an alicubi in divinis paginis scriptum esse legisti? Sed apparet mihi nunquam te divinarum Scripturarum verba legisse ; nam si hujusmodi rebus studium habuisses, nunquam te morbus perfidiæ invasisset. O quantam perniciem animæ imperitia generat ! o quam sævissimum vulnus mens inerudita acquirit ! Sed jam ab his perfidiæ cogitationibus, peto, frater, ut fugias, et quia multum **702** erras, dum Scripturas ignoras, pete a Domino ut tibi tribuat intellectum. Clama ad Dominum, et dicito : *Da mihi intellectum, et discam mandata tua* [40] ; et : *Doce me justificationes tuas* [41], quia *beatus homo quem tu erudieris, Domine, et de lege tua docueris eum, ut mitiges ei a diebus malis* [42]. Si autem de lege sua te docuerit Dominus, nullo modo te perfidiæ procella perturbabit.

10. Si ergo cupis ut te instruat Dominus, Scripturas inspiratas a Domino assidue lege, vel certe legenti libenter aurem accommoda, et magnam ex his consolationem invenies, quæ te a doloribus mitiget. Non parva medicamina sunt, frater charissime, libris inserta divinis : verbi gratia, si multis peccatis oppressus animus tuus ægrotat, lege librum Psalmorum, et ibi invenies medicamentum vulnerum tuorum. Dicito ad Dominum : *Ego dixi, Domine, miserere mei : sana animam meam, quia peccavi tibi* [43]. Si autem ob desperationis morbum animus dubitat pœnitere ; ipse te Dominus per prophetam ad se invitat, dicens : *Convertimini ad me, et ego convertar ad vos* [44] ; et iterum : *Nunquid non est resina, aut medicus in Galaad ? quare non ascendit sanitas filiæ populi mei* [45] ? Iterum in Evangelio ipse Dominus dicit : *Venite ad me, omnes qui laboratis et onerati estis, et ego requiescere faciam vos* [46]. Si vero mens tua per superbiæ vitium intumescit, invenies in Proverbiis scriptum : *Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam* [47], ut hoc quoque medicamine possimus malum evitare superbiæ, et humilitatem assumere. Iterum si te avaritiæ ardor inflammat, audi Apostolum, qualiter hujus morbi qualitatem exponat, dicens : *Radix omnium malorum est* pecuniarum *cupiditas, quam quidam appetentes, naufragaverunt a fide, et inseruerunt se doloribus multis* [48]. Tunc tu hujus pessimi vulneris agnoscens malitiam, clama ad Dominum : *Inclina cor meum in testimonia tua, et non in avaritiam* [49]. Nec enim est ulla passio animæ cujus non in libris divinis medicamenta invenias : quorum nunc facere mentionem, tempus non patitur. Nam et ipse si ad requirendum adhibueris studium, sine dubitatione ulla, Deo donante, reperies.

11. Sed quoniam nunc in hac parte animum tuum ægrotare intelligo, cum dicas hoc, qui cum plaga lepræ de mundo excesserit, ita eum denuo post mortem resurgere : ausculta igitur diligenter, ut hanc mortiferam suspicionem a te possis avertere. Ergo si ita est ut dicis, quicunque in quo statu defunctus fuerit, in eo iterum esset necesse resurgere ; verbi gratia, qui cum uno oculo aut pede vel manu, vel aliquo debilitato membro ex hac vita decesserit, ita eum resurgere oporteret. Noli, frater, noli sic impie credere : sed audi in quo statu nos post resurrectionem Dominus esse prædixerit. Qui autem meruerint resurrectionem, non nubunt neque nubentur, sed erunt sicut angeli in cœlis [50]. Si non nubunt, sed sunt sicut angeli, utique nec infirmitati alicui ultra subjacet caro ; sed quæ fuit mortalis, induit immortalitatem. Item de hoc Dominus audi quid dicat : *Tunc*, inquit, *justi fulgebunt in regno Patris sui, sicut sol* [51]. Manifestum autem nobis est, quod justorum plurimi innumerabilibus confecti vulneribus, hac luce privati sunt, maxime cum beati martyres manibus ac pedibus amputatis, ac toto corpore laniati, alii truncatis auribus naribusque, alii effossis oculis, coronam in cœlis adepti sint. Quis igitur sit tam impius, tam sacrilegus, ut eos in eo statu in quo defuncti sunt, affirmet resurgere? Ecce et Lazarus ille mendicus, qui toto corpore repletus erat ulceribus, ante foras divitis jacebat, de cujus mensa micas cupiebat, ut suam esuriem satiaret ; et ille dives bysso utebatur et purpura, et corpore robustus ac pinguis jucundabatur in epulis, et hic quidem ita. Sed vide post paululum qualis repentina in eis immutatio facta est. Iste qui splendide delectabatur in epulis, post excessum vitæ cruciabatur in flammis ; et ille qui fuerat ulceribus repletus ac fame consumptus, in Abrahæ sinibus consolabatur. Vide quantam requiem Lazarus meruit pro corporis cruciamento, et in quibus ardoribus dives deputatus est propter parvi temporis lætitiam. Quid ei profuerunt illæ saginatæ carnes? quid illi contulerunt divitiæ? Ecce in tantis ardoribus positus est, ut guttam aquæ impetrare non valuerit. Viderat namque Lazarum in Abrahæ sinu jucundari, et elevavit vocem suam, dicens : *Pater Abraham, miserere mei, et mitte Lazarum, ut intingens extremum digiti sui in aquam, refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma* [52]. Ecce quem paulo

[40] Psal. cxviii, 73. [41] ibid. 12, 26, 68, 135. [42] Psal. xciii, 12, 13. [43] Psal. xl, 5. [44] Zach. i, 3. [45] Jerem. viii, 22. [46] Matth. xi, 28. [47] Prov. iii, 34 ; Jac. iv, 6 ; I Petr. v, 5. [48] I Tim. vi, 10. [49] Psal. cxviii, 36. [50] Matth. xxii, 30. [51] Matth. xiii, 45. [52] Luc. xvi, 24.

Digitized by Google

ante superelatus despiciebat, cujus carnes vulneribus tabefactas horrebat, nunc ab eo solatii patrocinium, oppressus cruciatibus postulat. Sed quid ad eum respondit Abraham? *Fili*, inquit, *recepisti bona in vita tua, similiter et Lazarus mala: nunc autem hic consolatur, tu vero cruciaris* [53]. Hoc solum te debuit, charissime, suadere, quod ideo ad tempus hæc sustineas mala, ut in perpetuum in Abrahæ sinibus collæteris : et non ita rursum vivere te arbitreris post mortem.

12. Audi autem quid beatus Job sperabat, cum in tantis vulneribus esset constitutus; qui magis idcirco tormenta corporis patientissime tolerabat, quia confidebat idipsum corpus in die resurrectionis in melius conformari. Denique ausculta, quid in ipsis vulneribus dicat. *Scio*, inquit, *quod Redemptor meus vivit, et in novissimo die resurrecturus sum, et rursum circumdabor pelle mea, et in carne mea videbo Deum, quem visurus sum ego ipse, et non alius. Reposita est hæc spes mea in sinu meo* [54]. Et tu quoque, frater, habeto talem spem et talem fiduciam, quod possis post immortalis splendorem induere : et omnes corporis cruciatus facile ac leviter sustinebis; et non solum te dolores pœnales in nullo contristabunt, sed insuper animæ lætitiam generabunt. Quia si de corporis immutatione hæc quæ diximus, pauca sunt, accipe quid etiam Paulus hujuscemodi causa apertissime doceat, quemadmodum dubios et incredulos assertione plenissima arguit. Dicebant quidam etiam tunc : *Quomodo resurgunt mortui? quo autem corpore veniunt?* Quibus ita respondit : *Insipiens*, inquit, *tu quod seminas, non vivificatur, nisi prius moriatur. Et quod seminas, non corpus quod futurum est, seminas, sed nudum granum, utputa tritici aut alicujus alterius. Deus autem dat illi corpus prout voluit* [55]. Hoc est : Quemadmodum tu granum tritici nudum spargis in terra, nullam in se viriditatem habens, nullum amictum; et cum in terra fuerit putrefactum, denuo multiplicatum resurgit in spicas, et non nuda grana, sed velut pulchri cujusdam corporis foliorum amictu vestita; hoc est enim quod ait, *Deus enim dat illi corpus prout vult.* Ita enim coruptibile corpus hoc, cum nunc fuerit in sinibus terræ sepultum, vere non vivificatur, nisi veluti granum tritici seminetur. Quando autem nutu Dei tempus resurrectionis advenerit, non corruptibile ut seminatum est, sed incorruptibile et immortale resurget. Ita namque in posterioribus sequitur : *Seminatur*, inquit, *in corruptione, surget in incorruptione; seminatur in contumelia, surget in gloria; seminatur in infirmitate, surget in virtute; seminatur corpus animale, surget corpus spiritale* [56]. Hoc est : Corpus hoc quod nunc gerimus, cito post mortem corrumpitur, et in putredinem vermium vertitur; aliquoties etiam ante mortem dissolvitur; antequam spiritus exhalet, membrorum compagines languorum putredine amputantur. Multas contumelias patitur, infirmitates plurimas sustinet, esurit, sitit, lassatur, anxiatur, asperitatem frigoris patitur : sed hoc corpus animale est, hoc est animæ per quam in hac vita consistimus. Quod autem resurgit, spiritale est, quia sancto Spiritu recreatur. Sic enim in psalmo scriptum est : *Emittes Spiritum tuum, et creabuntur, et renovabis faciem terræ* [57]. Modo terrenum circumferimus corpus, tunc cœleste induemur; quia sunt corpora cœlestia, et corpora terrestria. Sed alia cœlestium claritas, et alia terrestrium. Terrestrium quidem claritas, temporalis est et caduca; cœlestium autem claritas, sempiterna est : quod tunc manifestabitur, quando corruptibile hoc induerit incorruptionem, et mortale hoc induerit immortalitatem [58]. Noli ergo dubitare, charissime, quod possis cœleste corpus induere. Ne velis arbitrari, quod lepræ macula aut qualecunque corporis vulnus a claritate nos cœlestium separet : imo per hæc magis regnum cœleste acquiritur, ut memorati Lazari ac beati Job docemur exemplo. Excludimur vero a regno, si vitia in nobis et peccata permanserint. Excludimur **703** a regno, si omnipotentem Deum credimus impotentem. Impotentem autem ille asserit Deum, qui se existimat non posse ab eo transformari in melius. Nunquid Dominus, qui potest arefactas et in nihilum redactas carnes atque ossa arentia vivificare et resuscitare, convertere in claritatem cœlestem non potest? Noli, frater, rogo, noli sic credere, ut Deum omnipotentem esse non deneges, et in hac parte asseras impotentem.

13. Sed forte inde animus tuus ad desperationem adducitur vitæ, eo quod te dicas deliquisse in multis, et peccatorum causa his te vulneribus respersum. At in hoc magis Dei in te amorem debes arbitrari, non odium; quia in hoc te sæculo tanquam filium voluit emendare, ut purum te animo atque immaculatum in futuro recipiat. Sic enim scriptum est [59] : *Quem diligit Dominus, corripit : flagellat autem omnem filium quem recipit.* Si ergo videris peccatorem nulla dispendia pati, nulla ægritudine corporis laborare, nullis opprimi angustiis, agnosce quod hunc Dominus, eo quod multum deliquerit, recipere non vult. Et propterea non flagellatur, quia suscipi non meretur. Te autem ideo castigat, ut æternæ morti non tradat. Sic enim ait beatus David : *Castigans castigavit me Dominus, et morti non tradidit me* [60]. Nam et Jerusalem cum peccaret in Dominum, et prophetas qui ad corrigendum eam missi fuerant, occidisset, ideo eam in direptione et captivitate in Babyloniam tradidit, ut per captivitatis jugum ad se filios suos converteret : non ut puniret, sed ad meliora corrigeret. Denique post septuaginta annos, ad pristinam eos patriam revocavit. Ita enim eam per sacerdotes in Jeremia [Isaia] misc-

[53] Luc. xvi, 25. [54] Job xix, 25-27. [55] I Cor. xv, 35-38. [56] ibid. 42-44. [57] Psal. ciii, 30. [58] I Cor. xv, 54. [59] Hebr. xii, 6. [60] Psal. cxvii, 18.

Digitized by Google

ricors Dominus consolatur : *Loquimini, sacerdotes, ad cor Jerusalem, et consolamini eam : quia bibit de calice furoris Domini, et recepit a Domino duplicia peccata sua* [61]. Igitur si justus es, gaudere te convenit in adversis, ut probabilior fias. Quia si peccator es, similiter quia afflictus es gratulare. Propterea enim hic affligeris, ut a sordibus te diluas peccatorum, et in sæculo futuro consolationem invenias. Utrisque proderit cordis afflictio ; quia *Sacrificium Deo, spiritus contribulatus : cor contritum et humiliatum Deus non despicit* [62]. Nam peccator cum castigatur a Domino, si priores actus suos emendare noluerit, et in desperationem vitam suam adduxerit, si dixerit, Jam mihi nulla est venia, jam me oblitus est Dominus, jam omnis vita mea in perditione posita est ; nullam requiem spero post mortem, si me meus factor causa hominis non despexisset, non me talibus pœnis conficeret : iste talis ipse sibi causa mortis efficitur : ultro se desperationis gladio perimit, deque eorum se numero esse consignat, quos propheta denuntiat, cum dicit : *Flagellasti eos, et non doluerunt : verberasti eos, et nôluerunt percipere disciplinam* [63]. Sed tu, frater, a tali consortio omnibus modis, rogo, declina, et divinum judicium gratanter et dulciter suscipe. Dicito et ipse, *Judicia Domini dulciora super mel et favum* [64]. Nam etsi amara castigatio videatur ad tempus, dulces fructus in posterum generat. Ista te castigatio a vitiis revocat, et ad virtutes instigat. Per hanc castigationem mors expellitur, et vita acquiritur. Castigatio ista caret pœnæ futuræ tristitia, et jucunditatem acquiret æternam. Castigatio ista superbiam reprimit, et humilitatem in qua requiescit Dominus, generat. Dicito et tu : *Bonum mihi quia humiliasti me, ut discam justificationes tuas* [65]. Quia si libenti animo hæc a me dicta perceperis et in Dei laudibus atque in gratiarum actione permanseris, et per singulas horas Deum benedixeris, senties te in spiritu cum Domino. Qui enim semper memor est Dei, semper erit cum eo. Ipse quoque dolores tui corporis mitigabit ; ipse ad tolerantiam animum tuum corroborabit ; et licet corpore repletus videaris ulceribus, mentem intrinsecus sanam et incolumem possidebis ; adjuvante Domino nostro Jesu Christo, qui vivit et regnat in sæcula sæculorum. Amen.

[61] Isa. XL, 2. [62] Psal. L, 18, 19. [63] Jerem. V, 3. [64] Psal. XVIII, 11. [65] Psal. CXVIII, 71.

EJUSDEM S. PATRIS BASILII

DE LAUDE SOLITARIÆ VITÆ.

Exstat inter Opera S. Petri Damiani, cap. 19 opusculi XI, quod inscribitur : *Dominus vobiscum*
Vide *Patrologiæ Latinæ* tom. CXLV, col. 246 D.

SANCTI BASILII

CÆSAREÆ CAPPADOCIÆ EPISCOPI

ADMONITIO AD FILIUM SPIRITUALEM.

Vide *Patrologiæ Latinæ* tom. CIII, col. 683.

Digitized by Google

MONITUM.

Homilias tres sub Basilii nomine Græce ex codicibus Mosquensibus edidit Christianus Fridericus Matthæi in *Glossariis Græcis minoribus* (Mosquæ 1774, in-4). Prima, quæ inscribitur *Περὶ τελειότητος βίου μοναχῶν*, *De perfectione vitæ monasticæ*, non aliud est quam Basilii epistola ex recensione Garnerii ordine 22, eodem titulo insignita; quod præcedentes editores fugit, qui hanc homiliam omnino spuriam pronuntiarunt. Tertiam Basilii nomen ementiri nemo non videt. Secunda, quæ inscribitur: *De misericordia et judicio*, Basilio adjudicanda videtur, si testimonio Symeonis Logothetæ fides, cum ejus loca in Sermone 4 non semel exscripserit. (Cf. pagg. 490, 491 ed. Garnier.) EDIT.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ
ΒΑΣΙΛΕΙΟΥ
ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΑΙΣΑΡΕΙΑΣ ΚΑΠΠΑΔΟΚΙΑΣ,
ΟΜΙΛΙΑ (25) ΠΕΡΙ ΤΕΛΕΙΟΤΗΤΟΣ ΒΙΟΥ ΜΟΝΑΧΩΝ.

—

S. P. N. BASILII
CÆSAREÆ CAPPADOCIÆ ARCHIEPISCOPI
HOMILIA DE PERFECTIONE VITÆ MONASTICÆ

—

Πολλῶν ὄντων τῶν ὑπὸ τῆς θεοπνεύστου Γραφῆς δηλουμένων, κ. τ. λ. A

Cum multa sint per divinam Scripturam revelata, *etc.*, *ut in epistola* 22.

(25) *Ὁμιλία.* Est hæc oratio quinquagesima codicis Bibliothecæ sanctissimæ Synodi in fol. n. XX. Scriptus est iste codex a Nicolao quodam, anno post Christum natum 997 in membranis.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ (26) ΠΕΡΙ ΕΛΕΟΥΣ ΚΑΙ ΚΡΙΣΕΩΣ (27).

—

EJUSDEM
DE MISERICORDIA ET JUDICIO.

—

Πάτερ, εὐλόγησον.

Ὁ μὲν ἐπιλανθανόμενος τοῦ Θεοῦ κοσμος, ἀδελφοὶ, ἀδικίᾳ (28) τῇ πρὸς τὸν πλησίον, καὶ ἀπανθρωπίᾳ (29) τῇ πρὸς τοὺς ἀδυνάτους κρατεῖται, καθάπερ ὁ θεῖος Ἀπόστολος λέγει, ὅτι *Καθὼς οὐκ ἐδοκίμασαν τὸν Θεὸν ἔχειν ἐν ἐπιγνώσει*,

Benedic, Pater,

Oblitus Dei mundus, fratres, nil nisi iniqua in proximum, et inhumana in impotentes sentit, ut divinus dicit Apostolus, quod *Sicut non probaverunt Deum habere in notitia, tradidit illos Deus in reprobum sensum, ut faciant ea quæ non conveniunt*,

(26) *Τοῦ αὐτοῦ.* Hæc est oratio quadragesima octava codicis ejusdem Bibliothecæ in fol. n. XXII, qui sæculo XI aut XII scriptus videtur. Judicavit hanc orationem ut ineditam Montefalconius in Bibl. Coislin. p. 117, cod. XLVIII, fol. 228, et p. 118 cod. L in fine. In editione certe Garnerii Parisina non potui reperire, nec ejus mentio fit in indice alphabetico operum Basilii Magni, qui est apud Fabr. Bibl. Græc. vol. VIII, p. 115, seqq.

(27) *Καὶ κρίσεως.* Κρίσις, quod tironum causa moneo, per totam orationem nihil nisi *justitiam* notat. Videtur autem huic orationi occasionem dedisse Matth. XXIII, 23, et Luc. XI, 42. Latine, ut puto, non inepte inscripseris hanc orationem, *De liberalitate et abstinentia.*

(28) *Ἀδικίᾳ.* Quæ opposita est κρίσει.

(29) *Ἀπανθρωπίᾳ.* Opponitur ἐλεημοσύνῃ.

Digitized by Google

revletos omni iniquitate, malitia, avaritia, nequitia, plenos invidia, homicidio, contentione, dolo, malignitate, susurrones, detractores, Deo odibiles, contumeliosos, superbos, elatos, inventores malorum, parentibus non obedientes, insipientes, sine affectione, sine misericordia[66]; quos ad pietatem revocans Deus, et abstinentiam a malis docet, et studium misericordiæ erga proximum, juxta doctrinam Isaiæ prophetæ de Dei persona dicentis : *Quiescite agere perverse, discite benefacere*[67]. Multa profecto protulit lex de non lædendo proximo præcepta, et de colenda misericordia et humanitate mandata. Quorum si quis alterutrum omiserit, non sufficiet alterum ad justificandum hominem. Non enim acceptabilis apud Deum beneficentia in egenos, quæ ex iniquis lucris fit ; nec laudabilis qui ab iniquitate abstinet, nisi quoque fratribus de suis communicet. Scribitur enim de iniquis qui Deo nihilominus dona offerre student : *Hostiæ impiorum abominabiles Domino*[68] ; et de misericordiam non agentibus : *Qui obturat aurem suam ad clamorem pauperis, et ipse clamabit, et non exaudietur*[69]. Qua de causa nobis consiliatur Proverbium : *Honora Dominum de justis laboribus tuis, et de primitiis æquarum frugum tuarum da ei*[70]. Quod si enim ex iniquitate et rapina Deo offerres, præstabilius foret nec talia possidere, nec ex istis offerre. Nam sanctum donum vota impetrabitur, uti scriptum est : *Vota justorum acceptabilia apud Deum*[71]. Et rursus, si quid justo labore acquisieris, et Deo oblationes offerre nolueris, quibus alantur pauperes, rapinæ deputatur tibi, uti dictum est per prophetam Malachiam : *Primitiæ et decimæ vobiscum sunt . . . . et erit dissipatio in domibus vestris*[72]. Conjunctis igitur et misericordia simul et judicio, cum judicio possideas, et impendas in misericordiam, sicuti scriptum est : *Misericordiam et judicium custodi, et accede ad Deum tuum semper*[73]. Eleemosynam enim et æquitatem diligit Deus. Quamobrem accedit ad Deum, qui misericordiam custodit et justitiam. Restat ut hic quisque semetipsum probet, et rem familiarem dives attentius expendat de qua Deo dona oblaturus est : an pauperem oppresserit consideret, aut gravaverit debiliorem, aut sibi subjectos spoliaverit, libidinem pro justitia professus. Jubemur enim justum et æquum colere, etiam in servos. Noli vim adhibere quod potestate valeas, nec alios eo defraudari quod domineris ; sed quia multa tibi

A παρέδωκεν αὐτοὺς ὁ Θεὸς εἰς ἀδόκιμον νοῦν, ποιεῖν τὰ μὴ καθήκοντα, πεπληρωμένους πάσῃ ἀδικίᾳ, πονηρίᾳ (30), πλεονεξίᾳ, κακίᾳ, μεστοὺς φθόνου, φόνου, ἔριδος, δόλου, κακοηθείας, ψιθυριστὰς, καταλάλους, θεοστυγεῖς, ὑβριστὰς, ὑπερηφάνους, ἀλαζόνας, ἐφευρετὰς κακῶν, γονεῦσιν ἀπειθεῖς, ἀσυνέτους (31), ἀστόργους, ἀνελεήμονας· οὓς δὲ εἰς θεοσέβειαν ἐπανάγει Θεὸς, διδάσκει καὶ τὴν τῶν κακῶν (32) ἀποχὴν καὶ τὴν τοῦ ἐλέους πρὸς τὸν πλησίον ἐπιμέλειαν· ὥσπερ ὁ προφήτης ἐδίδαξεν Ἡσαΐας ἐκ προσώπου τοῦ Θεοῦ λέγων· *Παύσασθε ἀπὸ τῶν πονηρῶν ὑμῶν, μάθετε καλὸν ποιεῖν*. Καὶ εἶχεν ὁ νόμος πολλὰ μὲν προστάγματα περὶ τοῦ μὴ βλάπτειν τὸν πλησίον, ἐντολὰς δὲ καὶ (33) περὶ τοῦ φιλ- B ανθρωπεύεσθαι καὶ ἐλεεῖν. Εἰ γάρ τις τὸ ἕτερον τούτων καταλίποι, θάτερον οὐκ ἱκανὸν εἰς διόρθωσιν ἀνθρώπου (34). Οὔτε γὰρ ἐξ ἀδίκων κερδῶν εὐεργεσία πρὸς τὸν δεόμενον δεκτὴ παρὰ τῷ Θεῷ, οὔτε ὁ τῶν ἀδικιῶν ἀπεχόμενος ἐπαινετὸς, εἰ μηδενὶ μεταδοίη τῶν ἑαυτοῦ. Περὶ μὲν γὰρ τῶν ἀδικούντων καὶ δῶρα Θεῷ προσφέρειν ἐπιχειρούντων γέγραπται· *Θυσία ἀσεβῶν βδέλυγμα Κυρίῳ*· περὶ δὲ τῶν μὴ ἐλεούντων· *Ὁ φράσσων τὰ ὦτα αὐτοῦ τοῦ μὴ εἰσακοῦσαι πένητος, καὶ αὐτὸς ἐπικαλέσεται, καὶ οὐκ ἔσται ὁ ἐπακούων*. Διὰ τοῦτο ἡ Παροιμία συμβουλεύει· *Τίμα τὸν Κύριον ἀπὸ σῶν δικαίων πόνων, καὶ ἀπάρχου αὐτῷ ἀπὸ σῶν καρπῶν δικαιοσύνης*. Εἰ γὰρ ἐξ ἀδικίας καὶ ἁρπαγῆς μέλλεις προσφέρειν τῷ Θεῷ, κάλλιον μήτε κτήσασθαι τὴν C τοιαύτην κτῆσιν, μήτε προσφέρειν ἐξ αὐτῆς. Καθαρὸν γὰρ δῶρον ἀνοίσει τὴν εὐχήν, ὡς γέγραπται· *Εὐχαὶ κατευθυνόντων δεκταὶ παρ' αὐτῷ*. Καὶ πάλιν, εἰ κτώμενος ἐκ δικαίων πόνων μὴ προσφέρεις Θεῷ προσφοράς, ἀφ' ὧν τρέφονται πένητες, ἁρπαγὴ λογισθήσεταί σοι καθά φησι διὰ τοῦ προφήτου Μαλαχίου, ὅτι *Αἱ ἀπαρχαὶ καὶ τὰ ἐπιδέκατα μεθ' ὑμῶν εἰσι, καὶ ἔσται ἡ διαρπαγὴ ἐν τοῖς οἴκοις ὑμῶν*. Δεῖ τοίνυν, ἔλεον καὶ κρίσιν συγκεράσαντας ὑμᾶς, κτᾶσθαι μὲν μετὰ κρίσεως (35), ἀναλίσκειν δὲ εἰς ἔλεον, κατὰ τὸ γεγραμμένον· *Ἔλεον καὶ κρῖμα φύλασσον, καὶ ἔγγιζε πρὸς Θεόν σου διαπαντός*. Ἐλεημοσύνην γὰρ καὶ κρίσιν ἀγαπᾷ ὁ Θεός. Διόπερ ἐγγίζει πρὸς Θεὸν ὁ τοῦ ἐλέους καὶ τῆς κρίσεως D προνοούμενος. Λοιπὸν ἐνταῦθα ἐξεταζέτω τις ἑαυτὸν (36), καὶ σκοπείτω τοὺς ἰδίους πόρους ὁ πλούσιος, ἐξ ὧν ἀναφέρειν δῶρα μέλλει Θεῷ· μὴ τὸν πένητα κατεδυνάστευσε, μὴ τὸν ἀσθενέστερον ἐβιάσατο,

[66] Rom. I, 28 sqq. [67] Isa I, 16. [68] Prov. XV, 8; XXI, 27. [69] Prov. XXI, 13. [70] Prov. III, 9. [71] Prov. XV, 8. [72] Malach. III, 8 10. [73] Osc. XII, 6.

(30) *Πονηρίᾳ*. Loco laudato, πορνείᾳ, πονηρίᾳ.

(31) *Ἀσυνέτους*. Ibid. ἀσυνέτους, ἀσυνθέτους, ἀστόργους, ἀσπόνδους. Laudavit autem hunc locum propter vocabula ἀδικίᾳ, πλεονεξίᾳ, ἀσυνθέτους, ἀστόργους, ἀσπόνδους, ἀνελεήμονας. Nam reliqua hujus loci ad consilium Basilii et hujus orationis argumentum nihil faciunt.

(32) *Τῶν κακῶν*. Τῆς ἀδικίας, τῆς πλεονεξίας, τῆς ἁρπαγῆς.

(33) *Ἑτοιμὰς δὲ καί*. Δέ quodammodo hoc loco durum videtur : excusari tamen potest, quia refertur ad μέν.

(34) Sequentia, Οὔτε etc., usque ad locum Malachiæ habet Sym. Metaphr. serm. 4, p. 490.

(35) *Μετὰ κρίσεως*. Μετὰ δικαιοσύνης.

(36) Hæc Symeon p. 390.

Digitized by Google

μὴ τὸν ὑποκείμενον αὐτῷ πεπλεονέκτηκεν, ἐξουσίᾳ A χρώμενος ἀντὶ δικαιοσύνης. Τὸ δίκαιον γὰρ καὶ τὴν ἰσότητα κελευόμεθα φυλάττειν καὶ πρὸς τοὺς δούλους. Μὴ γὰρ, ὅτι κρατεῖς, βιάζου, μηδὲ, ὅτι δύνασαι, πλεονέκτει· ἀλλ' ὅτι πάρεστί σοι τὰ τῆς ἐξουσίας, δεῖξον τὰ τῆς δικαιοσύνης. Οὐ γὰρ ἐν ᾧ μὴ δύνασαι, παρέξεις τὴν ἀπόδειξιν τῆς πρὸς τὸν Θεὸν ὑπακοῆς καὶ τοῦ φόβου, ἀλλ' ἐν ᾧ παραβῆναι δυνάμενος, οὐ παραβαίνεις. Εἰ δὲ, ἀφελόμενος τὰ τῶν πενήτων, πένησι δίδως, κάλλιον (37) ἦσθα μήτε ἁρπάζων, μήτε διδούς (38). Τί μολύνεις τὸν σαυτοῦ πλοῦτον, ἐπεισάγων αὐτῷ τὰ μὴ δίκαια κέρδη; Τί βδελυκτὴν ποιεῖς τὴν σαυτοῦ προσφορὰν ἐξ ἀδικίας, προσφέρειν ἐπιχειρῶν, ἐν ᾧ μέλλεις ἕτερον πτωχὸν ἐλεεῖν; Ἐκεῖνον ἐλέησον, ὃν ἀδικεῖς. Εἰς τοῦτον κατάχρησαι (39) τῇ φιλανθρωπίᾳ· τούτῳ χάρισαι, καὶ πληρώσεις ἔλεον μετὰ κρί- B σεως. Οὐ γὰρ κοινωνήσει πλεονεξίᾳ Θεὸς, οὐδὲ λῃστῶν καὶ ἁρπάγων κοινωνὸς ὁ Κύριος· οὐδὲ ὡς ἀδύνατος τρέφειν τοὺς πένητας, ἡμῖν κατέλιπεν αὐτούς· ἀλλὰ τὴν δικαίαν καὶ φιλάνθρωπον καρποφορίαν παρ' ἡμῶν ζητῶν, εἰς ἡμετέραν εὐεργεσίαν. Ἐλεημοσύνη ἐξ ἀδικίας οὐ γίνεται, οὐδὲ ἐκ κατάρας εὐλογία, οὐδὲ ἐκ δακρύων (40) εὐεργεσίαι. Λέγει ὁ Θεὸς τοῖς τὰ δάκρυα κινοῦσι τῶν ἀδικουμένων, ὅτι Ἃ *ἐμίσουν, ἐποιεῖτε, ἐκαλύπτετε δάκρυσι τὸ θυσιαστήριόν μου, καὶ κλαυθμῷ καὶ στεναγμῷ.* Ἐκ πόνων (41) ἐλέησον, καὶ μὴ θέλε ἀδικεῖν, προφασιζόμενος ἐξ ἀδικίας τῷ Θεῷ προσάγειν τὸν ἔλεον. Κενοδοξία τὰ τοιαῦτα, καὶ πρὸς τοὺς ἐξ ἀνθρώπων ἐπαίνους, οὐ πρὸς τὸν ἔπαινον τὸν ἐκ Θεοῦ ἐνορῶντα (42). Διὰ τοῦτο καλῶς ὁ Κύριος μὴ πρὸς τὸ θεαθῆναι, (43) φησὶν, ὑπὸ ἀνθρώπων. Ἐὰν γὰρ ὡς Θεοῦ τὴν ἐλεημοσύνην ὁρῶντος ποιῇς αὐτὴν, φυλάξῃ μὴ ποιεῖν αὐτὴν ἐκ πλεονεξίας, εἰδὼς, ὅτι τὸν ἐπόπτην Θεὸν οὐκ εὐφραίνεις. Οὕτως ἐλεημοσύνην ποιῶμεν, ἵνα ἀπολάβωμεν παρὰ Θεοῦ. Ἀποδίδωσι δὲ ὁ Θεὸς ἐκείνοις, οὓς ἐπαινεῖ· ἐπαινεῖ δὲ πλεονέκτην οὐδένα. Οὐκ ἔστι σοι δῶρα προσενεγκεῖν Θεῷ, ἐὰν λυπήσῃς τὸν ἀδελφόν. *Ἐὰν προσφέρῃς*, φησὶ, *τὸ δῶρόν σου ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον, κἀκεῖ μνησθῇς, ὅτι ὁ ἀδελφός σου ἔχει τι κατὰ σοῦ, ὕπαγε πρῶτον, διαλλάγηθι τῷ ἀδελφῷ σῷ, καὶ τότε ἐλθὼν πρόσφερε τὸ δῶρόν σου.* Μέμνησο τοῦ τελώνου Ζακχαίου, ὃς, προθέμενος ἀποδοῦναι τετραπλάσιον, εἴ τι ἐσυκοφάντησεν, οὕτω τῶν ὑπολειπομένων χρημάτων τὰ ἡμίση D πτωχοῖς ἀπεμέρισεν. Ἤδει γὰρ, ὅτι Χριστὸν ὑποδέξασθαι βούλεται, καὶ οὐκ ἄλλως ἀποδέξεται Χριστὸς τὰς εἰς τοὺς πτωχοὺς φιλοτιμήσεις, εἰ μὴ λυθεῖεν αἱ κατὰ τῶν ἀδικηθέντων πλεονεξίαι. Καὶ οὕτως ὁ Κύριος ἀπεδέξατο τοῦ Ζακχαίου τὴν ὀρθότητα, καὶ ἔφη· *Σήμερον σωτηρία τῷ οἴκῳ τούτῳ ἐγένετο.* Καὶ

licent, observa justitiam. Non enim in eo quod non poteris, apparebit tua in Deum pietas et veneratio; sed ex eo quod transgredi legem cum potueris, non transgrederis. Quod si ea pauperi largieris, quæ pauperibus fuerunt erepta, melius foret, si neque eripuisses, neque dedisses. Quid rem tuam inquinas iniquis eam lucris augendo? Quid abominationem facis tuam ex iniquitate oblationem, offerre studendo per misericordiam in alterum pauperem? Illius miserere, quem lædis. In illum te humanum præbe, illum fove, et ita misericordiam cum judicio observabis. Non communicabit Deus cum avaritia, nihil Domino cum prædonibus et raptoribus. Pauperes Deus nobis alendos commisit, non quasi fuisset ipse huic muneri impar, sed quod a nobis justitiæ et humanitatis fructus quærebat ad nostrum profectum. Non ex iniquitate fit eleemosyna, nec ex maledictis benedictio, neque e lacrymis beneficia. Dicit Deus illis qui lacrymas movent iniqua patientium : *Quæ oderam, vos fecistis; operiebatis lacrymis altare Domini, et fletu, et gemitu*[74]. **703** De opibus miserere per laborem quæsitis, et noli inique agere, misericordiam prætendens de iniquitate tua Deo offerendam. Vana enim hæc præsumptio, et ad laudem spectans quæ ab hominibus est, non ad eam quæ a Deo. Quamobrem egregie Dominus monet cavendum esse ne ab hominibus videamur[75]. Nam si eleemosynam facis ut a Deo cernaris, cavebis profecto ne eam ex rapina C facias, pro certo habens quod ita Deo non placebis. Sic faciamus eleemosynam, ut a Deo accipiamus. Deus autem non dat nisi illis quos laudat, rapacem vero laudat neminem. Non est cur Deo dona offeras, si fratrem tuum contristeris. *Si offers*, inquit, *munus tuum ad altare, et ibi recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid adversum te, recede prius et vade reconciliari fratri tuo, et tunc veniens offer munus tuum*[76]. Memento Zachæi publicani, qui quadruplum se redditurum promisit, si quid aliquem defraudavisset, et tunc dimidium reliquorum bonorum pauperibus erogavit[77]. Non enim fugiebat illum hæc Christo probanda esse, nec ante Christo probandas in pauperes erogationes, quam dimitterentur divitiæ inhoneste paratæ. Atque ea ratione D Deus Zachæi probitatem laudavit dicens : *Hodie salus domui huic facta est*[78]. Et hæc quidem ad eos qui misericordiam agunt, de justitia vero parum curant. Ad illos autem qui ab iniquitate abstinent, misericordiam vero negligunt, dicimus quod *Omnis arbor quæ non facit fructum bonum, excidetur et in ignem mittetur*[79], nec unquam talis arbor cœlesti

[74] Malach. II, 13. [75] Matth. VI, 1. [76] Matth. V, 23, 24. [77] Luc. XIX, 6 sqq. [78] ibid. 9. [79] Matth. III, 10.

(37) *Κάλλιον.* Saltem καλλίων scribendum, ut grammatica constet ratio.

(38) Hæc iterum Symeon, sed ordine mutato et contractius.

(39) *Κατάχρησαι.* Compositum pro simplici. Καταχράομαι vero in bonam partem etiam dici, notum est. V. Æschin. Socrat. *Dialog.* I, § 13, et II, 34; Plato p. 686; Isocrat. *Paneg.* cap. 1; Philo p. 633.

(40) *Ἐκ δακρύων.* Τῶν ἠδικημένων.

(41) *Ἐκ πόνων.* Ἐκ τῶν διὰ πόνων πεπορισμένων.

(42) *Ἐνορῶντα.* Ἥγουν ἀφορῶντα.

(43) *Μὴ πρὸς τὸ θεαθῆναι.* Intellige ποιήσῃς τὴν ἐλεημοσύνην.

Digitized by Google

placebit agricolæ asserenti quod venit quærens fructum in ficulnea, et non invenit, et eam jussit succidi, ne terram occuparet[80]. Damnare quoque eum videtur Deus, qui pignus pauperi non reddiderit, illique gravia minatur. *Si clamaverit ad me*, inquit, *qui pignus non recepit, exaudiam eum, quia misericors sum*[81]. Grave erat et iniquum relictas post messem spicas congregare, et remanentes colligere racemos, et decidentes sublegere olivas, sed pauperibus illa carpenda dimittebant[82]. Quod si autem tanta præcepta ad eos spectabant, qui sub lege erant, quid de Christi discipulis dicamus? Ad quos Dominus : *Nisi abundaverit justitia vestra*, inquit, *plus quam Scribarum et Pharisæorum, non intrabitis in regnum cœlorum*[83]. Quapropter non solum ex agris et reditibus, sed etiam ex operibus manuum levandos esse pauperes commemorat Apostolus : *Operemini*, inquit, *manibus vestris quod bonum est, ut habeatis unde tribuatis necessitatem patienti*[84]. Sequi eum cupienti suadet Dominus, ut substantiam omnem vendat, et det pauperibus, ipsumque ita sequatur[85]. Servis quidem suis et perfectis perfectam et absolutam eleemosynarum plenitudinem commendat, ut absoluto quod est per divitias ministerio, ad cultum rationis et spiritus transeant. A cæteris vero continuas de re sua largitiones et erogationes postulat, ut per illas divinæ misericordiæ imitatores inveniantur, humanitatem agentes, et liberalitatem, et benignitatem. Nam, *Date*, inquit, *et dabitur vobis*[86]. Per ista, et illos secum communicaturos denuntiat. Hi enim sunt, qui a dextris Domini stabunt, ad quos superveniens rex dicet : *Venite, benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum a constitutione mundi. Esurivi enim, et dedistis mihi manducare : sitivi, et dedistis mihi bibere : nudus eram, et collegistis me : infirmus et in carcere eram, et venistis ad me.* Et cum justi mirabuntur, et dicent : Quando hæc fecimus in te, Domine? respondebit : *Amen, amen dico vobis, quandiu fecistis uni ex his fratribus meis minimis, mihi fecistis*[87]. Nam studium in sanctos, pietas est in Christum ; et studiosus pauperum adjutor, cum Christo communicabit, non solum si largietur magna de magnis, sed etiam si de parvis in medium proferet, si nihil præter calicem aquæ frigidæ potum dederit discipulo in nomine discipuli[88]. Indigentia enim discipulorum, quæ mundo egestas, tibi verus divitiarum fons, dives. Quippe qui per eam Christi cooperator inveniris ; milites Christi alis, et quidem libens, non coactus. Nam cœlestis rex tributa

A ταῦτα μὲν πρὸς τοὺς ἐλεημόσυνας ποιοῦντας, ἰσότητος δὲ μὴ προνοουμένους. Πρὸς δὲ τὸν ἀδικεῖν μὲν φυλαττόμενον, ἐλεεῖν δὲ ἀμελοῦντα, λέγομεν, ὅτι *Πᾶν δένδρον μὴ ποιοῦν καρπὸν ἐκκόπτεται καὶ εἰς πῦρ βάλλεται*, καὶ οὐδέποτε τὸ τοιοῦτο δένδρον ἀρέσει τῷ ἐπουρανίῳ γεωργῷ τῷ λέγοντι, ὅτι Ἦλθε ζητῶν καρπὸν ἐν τῇ συκῇ, καὶ οὐχ εὗρε, καὶ κελεύοντι αὐτὴν ἐκκόπτεσθαι, ἵνα μὴ καὶ τὸν τόπον κατασχολῇ (44). Κατεγνωσμένος δὲ παρὰ Θεῷ φαίνεται καὶ ὁ τὸ ἐνεχύρασμα τῷ πένητι μὴ ἀποδιδοὺς, καὶ ἀπειλὴ κατὰ τοῦ τοιούτου γίνεται. Ὅτι, φησὶ, *κεκράξεται πρὸς με ὁ τὸ ἐνέχυρον μὴ ἀπολαβών, καὶ ἐπακούσομαι αὐτοῦ. Ἐλεήμων γάρ εἰμι.* Δεινὸν δὲ καὶ παράνομον ἦν καὶ τὸν θερισμὸν ἐπεκθερίζειν (45),
B καὶ τὸν ἀμπελῶνα ἐπανατρυγᾷν, καὶ τὸν ἐλαιῶνα καλαμᾶσθαι (46), ὅτι ταῦτα πτωχοῖς ἔδει καταλείπεσθαι. Εἰ δὲ ταῦτα τοῖς ἐν νόμῳ (47) προσετέτακτο, τί ἐροῦμεν περὶ τῶν ἐν Χριστῷ ; πρὸς οὓς λέγει Κύριος· *Ἐὰν μὴ περισσεύσῃ ὑμῶν ἡ δικαιοσύνη πλεῖον τῶν Γραμματέων καὶ τῶν Φαρισαίων, οὐ μὴ εἰσέλθητε εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν.* Διὰ τοῦτο οὐ μόνον ἐξ ἀγρῶν καὶ προσόδων, ἀλλὰ καὶ ἐκ τῆς τῶν χειρῶν ἐργασίας μεταδιδόναι τοῖς μὴ ἔχουσιν ὁ Ἀπόστολος παραινεῖ· *Ἐργαζόμενοι* φησὶ, *τὸ ἀγαθὸν ταῖς χερσὶν, ἵνα ἔχητε μεταδιδόναι τῷ χρείαν ἔχοντι.* Τῷ δὲ ἀκολουθεῖν βουλομένῳ, καὶ
C πᾶσαν (48) πιπράσκειν τὴν οὐσίαν εἰς εὐεργεσίαν πενήτων ὁ Κύριος εἰσηγήσατο, καὶ οὕτως ἀκολουθεῖν αὐτῷ· τοῖς μὲν ἀκολουθηταῖς καὶ τελείοις τὴν ἀθρόον καὶ τελείαν τῶν ἐλεημοσυνῶν πλήρωσιν ἐπιτάττων, ἵνα, πληρώσαντες τὴν διὰ χρημάτων λειτουργίαν, ἐπὶ τὴν διὰ λόγου καὶ πνεύματος μεταδῶσι· τοῖς δὲ λοιποῖς τὰς, ἐξ ὧν ἔχουσι, μεταδόσεις καὶ κοινωνίας διηνεκεῖς παραγγέλλων, ἵνα διὰ τούτων εὑρεθῶσι Θεοῦ φιλανθρωπίας μιμηταὶ, ἐλεοῦντές τε καὶ μεταδιδόντες καὶ χαριζόμενοι. *Δίδοτε γὰρ*, φησὶ, *καὶ δοθήσεται ὑμῖν.* Διὰ τούτων δὲ καὶ τὴν πρὸς ἑαυτὸν κοινωνίαν ἑαυτοῖς (49) ἐπηγγείλατο. Οὗτοι γάρ εἰσιν
D οἱ ἐκ δεξιῶν ἱστάμενοι τοῦ Κυρίου, πρὸς οὓς ἐρεῖ παραγενόμενος ὁ βασιλεύς· *Δεῦτε, οἱ εὐλογημένοι τοῦ Πατρός μου, κληρονομήσατε τὴν ἡτοιμασμένην ὑμῖν βασιλείαν ἀπὸ καταβολῆς κόσμου. Ἐπείνασα γὰρ, καὶ ἐδώκατέ μοι φαγεῖν· ἐδίψησα, καὶ ἐποτίσατέ με· γυμνὸς ἤμην, καὶ περιεβάλετέ με· ξένος, καὶ συνηγάγετέ με· ἀσθενὴς καὶ ἐν φυλακῇ, καὶ ἤλθετε πρός μέ.* Θαυμασάντων (50) δὲ τῶν δικαίων καὶ εἰπόντων· Πότε ταῦτα ἐποιήσαμεν εἰς σὲ, Κύριε ; ἐρεῖ πρὸς αὐτούς· *Ἀμὴν, ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἐφ' ὅσον ἐποιήσατε ἑνὶ τούτων τῶν ἀδελφῶν μου τῶν ἐλαχίστων, ἐμοὶ*

[80] Luc. XIII, 7. [81] Exod. XXII, 27. [82] Deut. XXIV, 21, 22. [83] Matth. V, 20. [84] Ephes. IV, 28. [85] Matth. XIX, 21. [86] Luc. VI, 38. [87] Matth. XXV, 34-40. [88] Matth. X, 42.

(44) *Κατασχολῇ*. Loco laudato καταργεῖν, quod eodem redit. Occurrit autem istud vocabulum, quod in plerisque lexicis sine auctoritate laudatur, apud Basil. Magn. in Orat. 1 *in Hexaem.* p. 6 edit. Erasm.; apud Plutarch. in præfat. ad libellum *De placit. philosoph.*, et in *Opusc. myth.* Galei p. 158.

(45) *Ἐπεκθερίζειν*. Secundam messem facere.

(46) *Καλαμᾶσθαι*. Deut. XXIV, 20 ; Gregor. Naz. p. 23 ; Chrysost. *De sacerdotio*, p. 86 edit. Bengel.

(47) *Τοῖς ἐν νόμῳ*. Ἦγουν τοῖς Ἰουδαίοις.

(48) *Καὶ πᾶσαν*. Καὶ h. l. inservit intentioni. Mox εἰσηγήσατο est *suasit*.

(49) *Ἑαυτοῖς*. Ἡμῖν.

(50) *Θαυμασάντων*. Malim θαυμασόντων.

Digitized by Google

ἐποιήσατε. Ἡ γὰρ εἰς τοὺς ἁγίους προθυμία εἰς Χριστόν ἐστιν εὐσέβεια, καὶ ὁ πρὸς τὸν πτωχὸν πρόθυμος ὑπηρέτης (51) εὑρίσκεται Χριστοῦ κοινωνός· οὐ μόνον, εἰ μεταδοίη τι μέγα ἔχων (52), ἀλλ' εἰ καὶ μικρὸν κεκτημένος, τοῦτο προσάγοι, καὶ εἰ ποτήριον ψυχρὸν μόνον ποτίσειε τὸν μαθητὴν εἰς ὄνομα μαθητοῦ. Ἡ γὰρ τῶν μαθητῶν ἔνδεια κατὰ τὸν κόσμον ἀληθινοῦ σοι πλούτου πρόφασις (53), ὦ πλούσιε. Διὰ γὰρ τούτων εὑρίσκῃ Χριστοῦ συνεργός· στρατιώτας τρέφεις Χριστοῦ, καὶ τρέφεις ἐκὼν, οὐκ ἀναγκαζόμενος (54). Ὁ γὰρ οὐράνιος βασιλεὺς οὐκ ἐπαναγκάζει, οὐδὲ ἀπαιτεῖ τελέσματα (55), ἀλλὰ δέχεται τοὺς προθυμουμένους, ἵνα διδόντες λάθωσι, καὶ τιμήσαντες τιμηθῶσι, καὶ κοινωνήσαντες τῶν προσκαίρων (56), εἰς κοινωνίαν τῶν αἰωνίων κληθῶσι. Ταῦτα ἡμῖν ἐν παντὶ καιρῷ διὰ μνήμης ἔστω, καὶ πρὸ ὀφθαλμῶν τῆς ψυχῆς, ἵνα μὴ παραλίπωμεν τὸν ἐμπεσόντα καιρὸν, μηδὲ ὑπερθέμενοι τὸν παρόντα, ἕτερον ἀναμείνωμεν, μήποτε ἐν τῷ μένειν (57) καὶ ἀναβάλλεσθαι τῷ τέλει καταληφθῶμεν. Δῴη δὲ ὁ Κύριος ἐγκάρπους ἡμᾶς καὶ γρηγοροῦντας καὶ τῶν ἐντολῶν αὐτοῦ μεμνημένους εἰς τὴν ἀπάντησιν αὐτοῦ τὴν ἔνδοξον ἑτοίμους καὶ ἀνεμποδίστους εὑρεθῆναι, ἐν αὐτῷ τῷ Χριστῷ καὶ Θεῷ ἡμῶν, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι δόξα, κράτος, τιμὴ, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

A non exigit, nec imponit, sed libenter offerentes suscipit, ut dantes accipiant et colentes colantur, et peritura communicantes æternorum efficiantur participes. Quæ nos per omnia memoria teneamus, et ante oculos animæ, ne oblatam negligamus occasionem, et tempus præsens dimittentes aliud exspectemus, ne morantes semper et de die in diem differentes mors improviso opprimat. Concedat Dominus ut fructibus bonis pleni, et vigiles, et mandatorum memores, in adventum ejus illustrem parati inveniamur et expediti, in ipso Christo et Deo nostro, quocum Patri et sancto Spiritui gloria, imperium, honos, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

(51) *Ὑπηρέτης.* Ἤγουν εὐεργέτης.
(52) *Ἔχων.* Ἔχων h. l. ex Græcismo eleganter redundat.
(53) *Πρόφασις.* Ἤγουν πορισμός.
(54) *Οὐκ ἀναγκαζόμενος.* Respicit morem civitatum, in quibus ditioribus hujusmodi leitourgiai imperabantur.
(55) *Τελέσματα.* Ἤγουν τέλη, φόρους, εἰσφοράς. Utitur hoc vocabulo Basilius in Epist. quæ legitur in Animadv. Hœschelii ad Chrysost. *contra Jud.*, p. 515.
(56) *Τῶν προσκαίρων.* Τοῖς πένησι.
(57) *Ἐν τῷ μένειν.* Ἤγουν ἐν τῷ μέλλειν.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ (58) ΟΜΙΛΙΑ ΠΑΡΑΜΥΘΗΤΙΚΗ ΑΣΘΕΝΟΥΝΤΙ (59).

EJUSDEM

HOMILIA CONSOLATORIA AD ÆGROTUM.

Πάτερ, εὐλόγησον.

Ὁ (60) βίος τῶν ἀνθρώπων βραχὺς, καὶ ὀλιγοχρόνιος τῆς ἐπιμόχθου ζωῆς ἡ φαιδρότης, ἱστὸς (61) ἀράχνης, εὐδιάλυτος ἡ δόξα, ἡ φαντασία τοῦ βίου ὄναρ, ἀλλὰ μακαριωτάτη τῶν δικαίων ἡ ἄνεσις. Ἀπέραντός ἐστιν ἡ ἐν οὐρανοῖς ἀνάπαυσις, ἀμαράντου φιλοτίμου (62) τὰ δῶρα, εἰκότως. Οὗ γὰρ ἀναλλοίωτος ἡ φύσις, τούτου καὶ ἄπαυστος ἡ δόσις. Διὸ πρόσκαιρος μὲν αὐτῶν (63) ἐνθάδε ἡ πάλη· ἀΐδιος δὲ ἡ μετὰ τῶν ἄθλων (64) ἐκεῖσε νίκη. Ἱδρῶμεν γὰρ ὡς ἐν παλαίστρᾳ τῷ βίῳ, ταῖς θλίψεσι παλαίοντες, καὶ πολλοὺς ἀνταγωνιστὰς ἔχει ἡ φύσις. Αἱ ἡδοναὶ τὸ στερρὸν ὑπεκλύουσιν (65), αἱ τρυφαὶ τὸ ἀνδρεῖον μετ-

B

Benedic, Pater,

Pauci dies hominum, brevis ærumnosæ vitæ splendor, tela araneæ, instabilis opinio, imago vitæ somnium, sed beatissima justorum requies. Pax est in cœlis perpetua dono largitoris æterni, nec mirum. Cui enim immutabilis natura, huic et continua largitio. Quapropter temporale nobis hic certamen : æterna vero cum præmiis illic victoria. Desudamus enim ut in palæstra, in hac vita, miseriis oppressi, et cum multis homini colluctandum. Voluptates fortem emolliunt, deliciæ virilem effeminant, socordia nervos frangit, calumniatores contumelias serunt, adulatores insidias fingunt, metus in de-

(58) *Τοῦ αὐτοῦ.* Hæc est oratio quadragesima septima ejusdem codicis. Est vero hæc oratio imprimis ἐπιδεικτικῶς scripta.
(59) *Παραμυθητικὴ ἀσθενοῦντι.* Hic index ferri quidem quodammodo potest : majorem tamen partem orationis consumpsit docendo, ὅτι ὁ βίος πολλῶν πόνων γέμει, καὶ ὅτι πορισμὸς μέγας ἡ εὐσέβεια μετὰ αὐταρκείας.
(60) Cum priori parte hujus orationis conferri debet Æschines Socrat. *Dialog.* III, § 7, p. 128, seqq. edit. Fischeri.
(61) *Ἱστός.* Sic leni spiritu contra grammaticorum regulam.

D

(62) *Φιλοτίμου.* Φιλότιμος h. l. de Deo, qui φιλοτίμως, h. e. studiose et liberaliter præmiis bonos afficit.
(63) *Αὐτῶν.* Aut δικαίων intelligitur, aut pro ἡμῶν.
(64) *Μετὰ τῶν ἄθλων. Cum præmiis*, nam si de certamine diceretur, legeretur μετὰ τοὺς ἄθλους, *post certamina*.
(65) *Ὑπεκλύουσιν.* Hoc compositum rarius occurrit : habet tamen Philo, p. 197; Heliodor., p. 184; Apollon. Alexandr., *Gramm.* lib. I, cap. 10, et lib. III, c. 10.

Digitized by Google

sperationem abit, et tali procella continuo jactatur homo. Tædio enim sunt non miseriæ tantum vitæ, sed propter lugendam varietatem ea quoque, quæ jucunda videntur; et vitam transimus prope ærumnis et lacrymis plenam. Quod si scire libuerit, disce miserias vitæ. Seminatus est homo in utero, sed pressura seminationi præfuit. Descendit semen in destinatam sibi semitam; quæ exordia generationis si vel leviter consideremus, erubeamus oportet. Susceptum semen vertitur in sanguinem, sanguis addensatur in carnem, caro paulatim formatur, formata modo incomprehensibili animatur, animata convenientibus sibi alitur, exsilit fœtus loci angustiis compressus, indigne fert naturæ carcerem; sed venit tandem dies partus, solvuntur uteri claustra, patet exitus, dimittit vulva quem tenuerat. In vitam illapsus est ærumnarum athleta, auram haurit os nati, at quid postea? Prima vox, lacrymæ. Ab istis principiis, de omni vita pronunties licet. Allapsus est in terram infans, et non risit, sed vix allapsus statim dolore afficitur et lacrymatur. Sentiebat enim se in ærumnarum mare projectum esse. At ubi cum lacrymis creverit, et lactem invitus hauserit, fit ex infante puer, et parentes extimuit et familiares. Adolescentiam adeptus pædagogis traditur in disciplinam. En finis timori nullus. Pigritiæ indulsit, plagis cæsus est, vigilias suscepit; at doctrinam consecutus est, mire profecit, disciplinas exhausit, promeruit famam, omni eloquentiæ genere fulget, plenam habet legum scientiam, labentibus annis virorum ad ordinem accessit, militiæ se tradidit. Principium hic rursus majorum malorum. Reformidat magistratus, insidias suspicatur, lucro inservit, quærit, furit lucri causa, vigilat, litibus vivit implicatus, per rationarios codices peregrinatur, non vi tractus, sed libens famulatur, laborat supra vires, noctu curis conficitur, diu operi instat ut servus. Prodidit enim libertatem utilitatis amor. Deinde cum multa tulerit et subierit, honores adeptus est, ad summum provectus est imperium, gentibus imperat, exercitibus præficitur, maxima laude floret, opibus abundat; at laboranti simul effluxit tempus, senectus dignitatibus obviavit; antequam divitiis frueretur, recedit raptus fato, et in ipso portu

A αλλάττουσιν (66), αἱ ἀθυμίαι τὸν τόνον ἐκνευρίζουσιν, αἱ συκοφαντίαι τὰς ὕβρεις καταχέουσιν, αἱ κολακεῖαι τὰς ἐπιβουλὰς προσπλάττουσιν, οἱ φόβοι εἰς ἀπόγνωσιν σκελίζουσι (67), καὶ ἐν τοιαύτῃ ζάλῃ χειμάζεται ἀπαύστως ἡ φύσις. Οὐδὲ γὰρ μόνον τὰ λυπηρὰ τοῦ βίου φορτικά, ἀλλὰ καὶ αὐτὰ τὰ δοκοῦντα ἡδέα τῇ μεταβολῇ ἀνιᾷ, καὶ σχεδὸν θλίψεων καὶ δακρύων μεστὸν ὁδεύομεν βίον (68), καὶ εἰ θέλεις γνῶναι, μάθε τὰ λυπηρὰ τοῦ βίου. Ἐσπάρη ὁ ἄνθρωπος ἐν τῇ μήτρᾳ, ἀλλὰ θλῖψις (69) τῇ σπορᾷ ἡγήσατο. Κατεβλήθη τὸ σπέρμα εἰς τὴν τῆς φύσεως αὔλακα· εἰ μόνον ἐνθυμηθῶμεν, ἐρυθριῶμεν τὰ προοίμια τῆς γενέσεως. Ἠλλοιώθη τὸ καταβληθὲν εἰς αἷμα, ἐπαχύνθη τὸ αἷμα εἰς σάρκα, ἐμορφώθη ἡ σὰρξ τῷ χρόνῳ, ἐψυχώθη τὸ μορφωθὲν ὑπὲρ λόγον,

B ἐτράφη ὁ ψυχωθεὶς τοῖς κατὰ φύσιν, σκιρτᾷ τὸ ἔμβρυον στενοχωρούμενον, δυσχεραίνει πρὸς τὸ τῆς φύσεως δεσμωτήριον· ἀλλ' ἦλθε μόλις ὁ χρόνος τῶν τόκου, ἐλύθη τῶν ὠδίνων τὰ κλεῖθρα, ἀνεῴχθησαν αἱ τῆς φύσεως θύραι, ἀπέλυσεν ἡ μήτρα, ὃν κατεῖχεν· ἐξωλίσθησεν εἰς τὸν βίον ὁ τῆς θλίψεως πύκτης, ἀνέπνευσε τὸν ἀέρα ἡ τῆς κτίσεως γλῶσσα, καὶ τί μετὰ τοῦτο; Πρώτη φωνὴ, ἔκλαυσεν. Ἀρχεῖ ἀπὸ τῶν προοιμίων γνῶναι τὸν βίον. Ἔπεσεν εἰς τὴν γῆν τὸ βρέφος, καὶ οὐκ ἐγέλασεν· ἀλλ' εὐθὺς πεσὸν, τῶν πόνων ἀντελάβετο καὶ κλαίει. Ἔγνω γὰρ, ὅτι εἰς τὴν τῶν θλίψεων ἐναυάγησε (70) θάλασσαν. Ἐτράφη μετὰ δακρύων, ἀπεγαλακτίσθη μὴ βουλόμενον, εἰς παῖδας τελεῖ (71), καὶ δέδοικε γονέας ἢ οἰκέτας. Μει-

C ρακίσκος ἐγένετο, καὶ παιδαγωγοῖς παρεδόθη εἰς λόγους (72). Ἴδε φόβος ἄνεσιν οὐκ ἔχων. Ἐῤῥύθμησεν, ἐμαστίχθη, ἠγρύπνησεν, ἀλλ' ἐξέμαθε, προέκοψε κατάκρας, ἀπηρτίσθη ἐν λόγοις, ἐπεδείξατο εὐδοκίμησιν, διὰ πάσης ἰδέας λόγων ἀστράπτει, νομικῆς πεπλήρωται πείρας, εἰς ἄνδρας προέδη τῷ χρόνῳ, στρατείᾳ ἑαυτὸν ἐπέδωκεν. Ἀρχὴ πάλιν μειζόνων θλίψεων. Φοβεῖται ἄρχοντας, ὑφοραῖται ἐπιβουλὰς, προσήλωται τῷ κέρδει, ἐρευνᾷ, λυσσᾷ περὶ τὸ κέρδος, ἀγρυπνεῖ, ἐν ταῖς δίκαις ζῇ, ἐν λογοθεσίοις ἀποδημεῖ, μὴ ἐλκόμενος (73), ἀκολουθεῖ γὰρ ἄκων, κάμνει ὑπὲρ δύναμιν, ἐν ταῖς νυξὶ φροντίζει, ἐν ἡμέρᾳ παρέστηκεν, ὡς δοῦλος. Ἡ γὰρ χρεία τὴν ἐλευθερίαν ἐπώλησεν. Εἶτα μετὰ ταῦτα πολλάκις καμὼν καὶ ἀρέσας, τιμῶν ἠξιώθη,

D πρὸς ὕψος ἀρχῆς ἀνῆχθη, ἐπιστατεῖ ἔθνεσι, στρα-

(66) *Μεταλλάττουσιν*. Hic in margine ab eadem manu γρ. μαλάττουσιν, quod vehementer placet.

(67) *Σκελίζουσι*. Ἤγουν ὀλισθαίνειν ποιοῦσι. Simplex pro composito ὑποσκελίζω, quod frequentius occurrit.

(68) *Ὁδεύομεν βίον*. Vitam transimus.

(69) *Ἀλλὰ θλῖψις*. Ἡ τῶν γονέων εἰς συνουσίαν ῥιστρώδης καταφορὰ καὶ ἐπιθυμία.

(70) *Ἐναυάγησε*. Eleganter. Est vero omnis gratia hujus loci in delectu verborum, quæ et ἐναργῆ, et ἐνεργητικά sunt.

(71) *Εἰς παῖδας τελεῖ*. Ex infante fit puer.

(72) *Εἰς λόγους*. In disciplinam, ad erudiendum. Æschines l. I: Ὁπόταν δὲ εἰς τὴν ἐπταετίαν ἀφίκηται. κ. τ. λ. Liceat hic obiter quædam adjicere ad Æsch. *Dial.* II, § 10, ex Arsenii Monembasiæ archiepiscopi *Violeto* (Ἰωνιᾷ), cujus libelli codex mis. servatur in Bibl. Sanct. Synodi Mosquensi num. X, in fol. Ibi ergo anonymus sic: Τροφώνιος καὶ Ἀγαμήδης, ποιήσαντες ἐν Δελφοῖς ναὸν, ἤτουν παρὰ Ἀπόλλωνος τὸν μισθόν. Ὁ δὲ αὐτοῖς ἔφη δώσειν τῇ ἑβδόμῃ ἡμέρᾳ· καὶ ταύτῃ ἀπέθανον. Ἔτι δὲ καὶ Κλέοβις καὶ Βίτων, Κυδίππης τῆς μητρὸς αὐτῶν εὐξαμένης τῇ Ἥρᾳ δοῦναι τοῖς παισὶν ὅπερ ἂν εἴη κάλλιστον, ὅτι ἑαυτοὺς ὑποζεύξαντες τὴν μητέρα εἰς τὸ ἱερὸν ἀνήγαγον, τὸν βίον παραχρῆμα κατέστρεψαν. Εἰς οὓς καὶ τοιόνδε τις ἐπίγραμμα πεποίηκεν·

Οἱ δὲ Βίτων Κλέοβίς τ' ἐνὶ σώμασιν οἰκείοισιν
Ζεύγλην ζευξάμενοι μητέρα ἦγ' ἀγέτην
Ἥρας εἰς ἱερὸν, λαοὶ δέ μιν ἐζήλωσαν
Οὕνεκ' ἐτίμησαν μητέρα τὴν σφετέρην.
Αὐτοῦ δ' εὐνηθέντε λίπον βίον ἐν νεότητι,
Ὡς τόδ' ἄριστον ἐὸν καὶ μακαριστότατον.

(73) *Μὴ ἐλκόμενος*. Malim μὴ ἑλόμενος.

Digitized by Google

τοπέδοις κελεύει, ὡς ὕπατος φιλοτιμεῖται, ἐσώρευσε πλοῦτον· ἀλλὰ συνέδραμε τοῖς καμάτοις ὁ χρόνος, καὶ συνέφθασε τῷ ἀξιώματι τὸ γῆρας, καὶ πρὶν ἢ ἀπολαῦσαι τοῦ πλούτου, ἀπῆλθεν ἁρπασθεὶς τοῦ βίου, καὶ ἐν αὐτῷ τῷ λιμένι ὑπέμεινε τὸ ναυάγιον. Συνακολουθεῖ γὰρ (74) ταῖς ματαίαις ἐλπίσι καταγελῶν τῶν βροτῶν ὁ θάνατος. Τοιοῦτος ὁ τῶν ἀνθρώπων βίος, ἄστατος θάλασσα, ἀὴρ ἀνώμαλος, ὄναρ ἀβέβαιον, ῥεῦμα παρατρέχον, καπνὸς διαχεόμενος, σκιὰ μεταπηδῶσα, πέλαγος ὑπὸ κυμάτων ἐνοχλούμενον· καὶ ἡ μὲν ζάλη φοβερὰ, ὁ δὲ πλοῦς ἐπισφαλὴς, οἱ δὲ ἐπιβάται νυστάζομεν. Φοβερὰ γὰρ καὶ ἀγρία ἡ τοῦ βίου θάλασσα, μάταιαι αἱ ἐλπίδες, ὡς καταιγίδες σπιλάζουσαι (75). Αἱ θλίψεις ὡς κύματα ὠρύονται, αἱ ἐπιβουλαὶ ὡς ὕφαλοι κρύπτονται πέτραι, οἱ ἐχθροὶ ὡς κύνες περικεχήνασιν (76), οἱ ἅρπαγες ὡς πειραταὶ ἐφεδρεύουσι, τὸ γῆρας ὡς χειμὼν ἐπέρχεται (77), ὁ θάνατος ὡς ναυάγιον ἐφίσταται. Εἶδες τὴν ζάλην, κυβέρνησόν σου τὸν χειμῶνα, βλέπε τοὺς πλέοντας, μὴ ὑπέραντλον (78) ποιήσῃς τὸ σαυτοῦ σκάφος, ἢ τῷ ἐξ ἀδικίας πλούτῳ, ἢ τῷ ἐκ παθῶν φόρτῳ· διὰ τοῦτο ὁ μακάριος Παῦλος ἀρτίως (79) βοᾷ· *Ἔστι πορισμὸς μέγας ἡ εὐσέβεια.* Πλοῦτος οὐράνιος, θησαυρὸς μυστηρίων, σοφίας πέλαγος, γνῶσις ἀληθείας, προσκύνησις τῆς ἀκτίστου Τριάδος, ἔσοπτρον τοῦ παρθενικοῦ μυστηρίου, πίστις ἀπολυπραγμόνητος, ὁμολογία ἐρευναν φεύγουσα, κήρυγμα ὅσιον, διὰ γλώσσης προσφερόμενον, δι' ἀκοῆς εἰσδυόμενον, ἐν ψυχῇ ῥιζούμενον, καὶ Τριάδος ἑλλαμψιν χαριζόμενον. *Ἔστι πορισμὸς μέγας ἡ εὐσέβεια μετὰ αὐταρκείας.* Οὐδὲν γὰρ αὐταρκείας πλουσιώτερον, βίος ἀπέριττος, ἀνάπαυσις ἀφρόντιστος, πλοῦτος ἀνεπιβούλευτος, χρεία μετὰ ἀνέσεως, βάρος ἄνευ θλίψεως, ζωὴ ἀνενδεὴς, ἀπόλαυσις ἀνύβριστος. Οἱ αὐτάρκειαν ἀσκοῦντες φεύγουσι τὴν τοῦ πλούτου ζάλην. Πάντα γὰρ φοβεῖται ὁ πλούσιος· τὰς ἡμέρας, ὡς δικαστηρίων καιρούς· τὰς ἑσπέρας, ὡς λῃστῶν εὐκαιρίας· τὰς νύκτας, ὡς φροντίδων μάστιγας· τοὺς ὄρθρους, ὡς κολάκων ἐφόδους. Καὶ οὐ μόνον καιρὸν, ἀλλὰ καὶ τόπον δέδοικε. Φρίττει λῃστῶν διορυγὰς, κλεπτῶν ἐπιβουλὰς, βιαστῶν συκοφαντίας, τῶν βιασθέντων (80) τὰς κατηγορίας, τῶν δυνατωτέρων τὰς διαρπαγὰς, τῶν οἰκετῶν τὰς κακουργίας, τῶν δηλατόρων τὰς περιεργίας (81), τῶν ἀναπραττόντων (82) τὴν ἀγνωμοσύνην, τῶν γειτόνων τὰς ἐνθυμήσεις, τῶν τοίχων τὴν σαθρότητα, τῶν οἰκιῶν τὰς καταπτώσεις, τῶν βαρβάρων τὰς ἐφόδους, τῶν πολιτῶν τοὺς δόλους, τῶν δικαζόντων τὰς ἀποφάσεις,

A evertitur navis. Spes vanas comes sequitur mors, et homines ludibrio habet. Hæc est hominum vita, mare turbidum, instabilis aer, somnium inconstans, præceps amnis, fumus evanescens, recedens umbra, pelagus fluctibus agitatus; procella profecto horrenda, navigium vero fragile, et nautæ nos dormimus. Terribilis enim et atrox vitæ pelagus, vanæ spes, ut procella, nos petris affligunt; pressuræ, tanquam fluctus, mugiunt; insidiæ, tanquam scopuli, latent; inimici, tanquam canes, inhiant; mors, tanquam naufragium, instat. Cognoscis tempestatem, dirige procellam, considera quomodo navigas, ne cymbam graviori onere obruas, aut iniquis divitiis, aut cupiditatum operibus; quapropter clamat beatus Paulus congruenter: *Est quæstus* B *magnus pietas*[89]. Donum cœleste, thesaurus mysteriorum, sapientiæ oceanus, fides quieta, confessio ab omni sollicita disquisitione abhorrens, sancta prædicatio, per linguam prolata, per aures admissa, animæ inserta, Trinitatis illuminationem afferens. *Est quæstus magnus pietas cum sufficientia.* Nihil enim sufficientia ditius, vita per omnia abundans, pax tranquilla, bonum nemini invisum, utilitas perpetua, pondus sine pressura, dies sine indigentia, lætitia sine arrogantia. Qui sufficientiam exercent, effugiunt divitiarum tempestatem. Nam omnia pertimet dives: dies, quia litium tempus; vespertinum, quia opportunum latronibus; noctes, quia curis sollicitæ; auroram, quia adulatoribus celebratur. Nec tempora tantum, sed et loca metuit. Hor- C ret latronum impetus, furum insidias, malignorum calumnias, læsorum crimina, potentium rapinas, famulorum nequitiam, delatorum astutiam, exactorum insaniam, vicinorum consilia, murorum vetustatem, domorum ruinas, barbarorum incursus, civium dolos, judicum sententias, jacturam bonorum quæ habuerit, possessorum amissionem. Homo, dic mihi, si tanta hiems divitiarum, ubi ver lætitiæ? *Est quæstus magnus pietas cum sufficientia.* Non præsenti vita circumscribitur, inquit. Æterna enim possessio, nam sumptibus impendendis non comparatur. Dic, Paule, *Nihil intulimus in hunc mundum*[90]. Sufficit hæc parilis nascentium nuditas ad redarguendum, qui ex vitæ conditionibus inæqualibus oritur, D fastum. *Nihil intulimus in mundum;* nudi ex utero matris sumus egressi. Nihil habens vitam ingressus es, avare: non aurum, ex terra enim eruitur; non argentum, quod tecum non seminatum est; non vestimenta, nam hæc adartem textoriam spectant; nondomus, quas

[89] I Tim. VI, 6. [90] ibid. 7.

(74) *Συνακολουθεῖ γάρ.* Hic in margine codicis σημ., i. e. σημείωσαι. Et est profecto dignus hic locus, qui attente legatur. Equidem certe ὑπερενθουσιῶν hæc relegi.

(75) *Ὡς καταιγίδες σπιλάζουσαι.* Quæ nos tanquam procella allidunt et affligunt petris.

(76) *Περικεχήνασιν.* Rictu aperto minantur.

(77) *Ἐπέρχεται.* Hoc vero vocabulum reliquis ἐνεργείᾳ multo est inferius. Malim ἐπέπεσεν, ἐπέσκηψεν, aut aliud quid tale, *tanquam tempestas ingruit.*

(78) *Ὑπέραντλον.* Ὑπέρευ.

(79) *Ἀρτίως.* Εὐστόχως, εὐεπηβόλως, εὐκαίρως.

(80) *Τῶν βιασθέντων.* Ὑπ' αὐτοῦ.

(81) *Τὰς περιεργίας.* Delatorum malignam curam in fingendis criminibus.

(82) *Ἀναπραττόντων.* Exactorum. De his alibi dicitur etiam πικρία, ἀπανθρωπία.

Digitized by Google

elaboraverunt divitiæ, et manus ædificaverunt; non dignitates, nisi forte quæ ad Dei imaginem; non potestatem, quam tempus destruit et metit mors. Nudus in mundum venisti, utinam et a peccatis nudus de vita recedas! *Nihil intulimus* in vitam, *haud dubium quod nec auferre quid possumus*[91]. Quid, Paule, nihil de vita auferemus? Nihil profecto, nisi virtutes, quas gesserimus. Auferemus sapientiam si illa floruerimus. Auferemus eleemosynas, si illis abundaverimus. Istæ animam commendant, vitam quasi hamo capiunt. Hic manent divitiæ, aurum rapitur, metitur argentum, alienantur prædia, obruitur fama, cessat potestas, exstinguitur metus. Nam dissoluta vitæ scena, dissolvitur simul et scenæ apparatus. Quid igitur? *Habentes alimenta, et quibus tegamur, contenti simus*[92]. Redundantia effugio, tanquam inutilia; et quæro necessarium, tanquam crimini nulli obnoxium. Ibi nudus apparebit dives; quod si virtutes habuerit, dives quoque ibi; quod si vero in his nudus, erit in æternum pauper. Nihil enim probata paupertate ditius. Petrus pauper[93]; sed morti prædam eripuit. Joannes pauper; at claudi pedes restituit. Philippus pauper; conspexit tamen in Filio Patrem[93]. Matthæus pauper; nam cum rapina divitias exuerat[94]. Thomas pauper; at manus in thesaurum summum misit, in latus Domini[95]. Paulus pauper; sed in paradisum raptus est[96]. Dominus pauper secundum carnem, divinitate vero ditissimus. Ecce enim hodie profudit divitias sanationis, socrum Petri a morbo liberavit, tactu fugavit febrem. Laborantem excitavit, nulla exploratione facta, nullo apparente remedio[97]. Multa fuerat perpessa, at nemo illius misertus erat. Hic astat solus rerum omnium moderator, et sedata est corporis tempestas. Observa prodigium. Tres eadem ratione curavit, viros duos et feminam: Lazarum, filium viduæ et filiam Jairi, et quare, exaudi. Mirus est hic sermo. Ut probet ipsum esse et legis et gratiæ dominum, hac de causa similem in utrisque observat imaginem. Ita enim ibi tres statuerat populo duces: Moysem et Aaron et Mariam. Audi eum per prophetas cla-

A τὸ μετὰ τὸ σχεῖν ἀπολέσαι, τὴν μετὰ τὴν κτῆσιν ἀφαίρεσιν. Ἄνθρωπε, εἰ τοσοῦτος ὁ χειμὼν τῆς κτήσεως, ποῦ τὸ ἔαρ τῆς ἀπολαύσεως; Ἔστι *πορισμὸς μέγας ἡ εὐσέβεια μετὰ αὐταρκείας*. Οὐ τῷ παρόντι συγκατακλείεται βίῳ, φησίν. Ἀθάνατος γάρ ἐστιν ἡ κτῆσις, πλούτῳ δαπανωμένῳ (83) γὰρ οὐχ ἁλίσκεται. Εἰπὲ, ὦ Παῦλε, *Οὐδὲν εἰσηνέγκαμεν εἰς τὸν κόσμον*. Ἀρκεῖ ἡ ἰσοτιμία τῆς εἰσόδου (84) διῶξαι (85) τὴν ἀνωμαλίαν τοῦ τύφου τῆς πολιτείας. *Οὐδὲν εἰσηνέγκαμεν εἰς τὸν κόσμον*· γυμνοὶ τῆς μητρῴας γαστρὸς ἐξήλθομεν. Οὐδὲν εἰσῆλθες ἔχων, πλεονέκτα· οὐ χρυσόν· ἐκ γῆς γὰρ μεταλλεύεται· οὐκ ἄργυρον· οὐ γὰρ συνεσπάρη· οὐκ ἐσθῆτα· τέχνης γὰρ ὑφαντικῆς ἐπίνοια· οὐ κτήματα, ἅπερ ἐφιλέργησε πλοῦτος, καὶ ᾠκοδόμησαν χεῖρες· οὐκ ἀξίωμα, εἰ μὴ μόνον τὸ κατ' εἰκόνα (86)· οὐ δυναστείαν, ἣν φθείρει χρόνος, καὶ θερίζει θάνατος. Γυμνὸς εἰς τὸν κόσμον εἰσῆλθες, εἴθε καὶ γυμνὸς ἁμαρτημάτων ἐξέλθοις τοῦ βίου! *Οὐδὲν εἰσηνέγκαμεν* εἰς τὸν βίον, *ἀλλ' οὐδὲ ἐξενεγκεῖν τι δυνάμεθα*. Καὶ οὐδὲν, ὦ Παῦλε, τῶν τοῦ βίου ἐκφέρομεν; Τῶν τοῦ βίου οὐδὲν, εἰ μὴ μόνον ἀρετὰς, εἰ ἐπράξαμεν. Ἐκφέρομεν σωφροσύνην (87), εἰ ἠνθήσαμεν (88). Ἐκφέρομεν ἐλεημοσύνην, εἰ ἐπλουτήσαμεν (89). Αὗται ψυχῆς συνήγοροι (90), βίου ἄγκιστρα (91). Ἐνταῦθα πλοῦτος ἀπομένει, ἁρπάζεται χρυσὸς, μερίζεται (92) ἄργυρος, πιπράσκεται κτήματα, ληθαργεῖται (93) δόξα, παύεται δυναστεία, σβέννυται φόβος (94). Τῇ γὰρ σκηνῇ τοῦ βίου συν- B διαλύεται (95) τὸ σχῆμα (96). Τί οὖν, *Ἔχοντες διατροφὰς καὶ σκεπάσματα, τούτοις ἀρκεσθησόμεθα*. Φεύγω τὸ περιττὸν, ὡς ἄχρηστον, καὶ ζητῶ τὸ ἀναγκαῖον, ὡς ἀκατηγόρητον. Ἔστηκεν ἐκεῖ γυμνὸς ὁ πλούσιος, εἰ μὲν ἔχει ἀρετὰς, κἀκεῖ πλούσιος· εἰ δὲ τούτων γυμνὸς, πένης αἰώνιος. Οὐδὲν γὰρ τῆς ἐναρέτου πενίας πλουσιώτερον. Πέτρος πένης· ἀλλ' ἐσκύλευσε (97) θάνατον. Ἰωάννης πένης· ἀλλὰ χωλοῦ ἀνώρθωσε πόδας. Φίλιππος πένης· ἀλλ' εἶδεν ἐν τῷ Υἱῷ τὸν Πατέρα. Ματθαῖος πένης· ἀπεδύσατο γὰρ μετὰ τῆς ἁρπαγῆς τὸν πλοῦτον. Θωμᾶς πένης· ἀλλ' ὤρυξε θησαυρὸν ἀνέλλιπῆ τὴν πλευρὰν τοῦ Δεσπότου. Παῦλος πένης· ἀλλὰ τοῦ παραδείσου

[91] I Tim. VI, 7. [92] ibid. 8. [93] Act. III, 6. [94] Joan. XIV, 9. [95] Luc. V, 27, 28. [96] Joan. XX 27. [97] II Cor. XII, 4. [97] Luc. IV, 38, 39.

(83) *Πλούτῳ δαπανωμένῳ*. Nec enim divitiis, D quæ vanæ et fluxæ sunt, comparatur.

(84) *Τῆς εἰσόδου*. Εἰς τὸν βίον.

(85) *Διῶξαι*. Ἤγουν ἐκδιῶξαι. Sic plane Xenoph. in *Agesilao*, cap. 3, § 1, Πάντα αἰσχρὰ ἐδίωκεν· ad quem locum vide Bachium, et Fischerum in Præf. ad Anacr., p. 14, 15.

(86) *Κατ' εἰκόνα*. Θεοῦ.

(87) *Σωφροσύνην*. In hac parte oratio non plena videtur. Plures certe virtutes memorare poterat.

(88) *Εἰ ἠνθήσαμεν*. Si in juventute eam exercuimus. Nisi ἠσκήσαμεν legendum est.

(89) *Εἰ ἐπλουτήσαμεν*. Ταῖς εἰς τοὺς πτωχοὺς εὐεργεσίαις.

(90) *Συνήγοροι*. Συνήγοροι utique ferri potest. Non inepte tamen, ut videtur, conjicere quis possit συνοδοιπόροι.

(91) *Βίου ἄγκιστρα*. Hoc vere durius, nec sine quadam obscuritatis reprehensione dixit. Interpretor ergo, βίου αἰωνίου ἄγκιστρα, h. e., αἷς (ἀρεταῖς) βίος αἰώνιος ἁλίσκεται καὶ ἀγκιστρεύεται. Alias potuisset dicere, ἔπαθλα, πλεονεκτήματα, λείμματα, ἐφόδια.

(92) *Μερίζεται*. Ἤγουν διαμερίζεται.

(93) *Ληθαργεῖται*. Eleganter, pro καταπαύεται. *Sopitur, obruitur.*

(94) *Φόβος*. Ὁ τῶν ὑπηκόων καὶ ἀρχομένων καὶ ταπεινῶν πρὸς ἡμᾶς.

(95) *Συνδιαλύεται*. Συγκαταστρέφεται.

(96) *Τὸ σχῆμα*. Τὸ ἀξίωμα.

(97) *Ἐσκύλευσε*. Spoliis exuit mortem. Ni fallor, respicit ad Act. III, 6, ubi etiam de Joanne. Σκυλεύειν θάνατον tamen convenientius dicitur de Christo, de Elia et Elisæo, qui mortuos in vitam revocarunt.

Digitized by Google

γένονε κληρονόμος (98). Ὁ Δεσπότης κατὰ σάρκα πένης· θεότητι γὰρ πλούσιος ἄμετρος. Ἰδοὺ γὰρ σήμερον (99) ἐξέχεε τὸν τῆς ἰάσεως πλοῦτον, τὴν πενθερὰν Πέτρου νόσου ἀπήλλαξε, τῇ ἁφῇ τὸν πυρετὸν ἐφυγάδευσεν. Ἤγειρε, μὴ περιοδεύσας (1), τὴν κάμνουσαν· ὕλῃ (2) οὐκ ἐφαίνετο, καὶ ἴασις ἐσχεδιάζετο (3). Πόνους πλουσίους ἀνάλωσε, καὶ οὐδεὶς ὁ ἐλεῶν (4). Ἐνταῦθα δὲ μόνον ἐπέστη ὁ τῆς φύσεως ἰατρὸς, ἐλύθη (5) τοῦ σώματος ὁ χειμών. Καὶ βλέπε μοι τὸ θαυμαστόν. Τρεῖς ἐν ταυτῷ (6) ἐθεράπευσε, δύο ἄνδρας καὶ μίαν γυναῖκα, τὸν Λάζαρον, τὸν τῆς χήρας υἱὸν, τὴν θυγατέρα Ἰαείρου, καὶ διὰ τί ἄκουε· ἀπόῤῥητος γὰρ ὁ λόγος. Ἵνα δειξῇ, ὅτι αὐτός ἐστι νόμου καὶ χάριτος Δεσπότης, διὰ τοῦτο τὴν ὁμοίαν ἐν ἑτέροις (7) σώζει εἰκόνα. Ὥσπερ γὰρ (8) ἐκεῖ τρεῖς ἐπέστησε τῷ λαῷ δημαγωγοὺς, τὸν Μωσέα, τὸν Ἀαρὼν καὶ τὴν Μαριάμ. Ἄκουε αὐτοῦ ἐν προφήταις βοῶντος· *Λαός μου, τί ἐποίησά σοι, ἢ τί ἠδίκησά σε, ἀποκρίθητί μοι, διότι ἀπέστειλα πρὸ προσώπου σου τὸν Μωσῆν καὶ τὸν Ἀαρὼν καὶ τὴν Μαριάμ;* Τὸν Μωσέα εἰς πρόσωπον τοῦ νόμου· τὸν Ἀαρὼν εἰς πρόσωπον τῶν προφητῶν, καὶ τὴν Μαριὰμ εἰς πρόσωπον τῆς Ἐκκλησίας, ἣν ἐπήρωσε τῶν εἰδώλων ἡ ἀκαθαρσία, καὶ ἴασατο ἡ τοῦ σαρκωθέντος φιλανθρωπία. Διὰ τοῦτο ἡ Ἐκκλησία, καθάπερ Μαριὰμ, ἐλευθερωθεῖσα τοῦ νοητοῦ Φαραὼ, τοῦ διαβόλου, καὶ τῆς τῶν δαιμόνων καταδυναστείας, καθάπερ Αἴγυπτον ὑρῶσα ὑπὸ τὸ πέλαγος τῆς κολυμβήθρας τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον πνιγέντα, λαβοῦσα τὸ τύμπανον τῆς εὐχαριστίας, καὶ ἐναρμόσασα τῷ ξύλῳ τοῦ σταυροῦ τὰς χορδὰς τῶν ἀρετῶν, ἀνακρουομένη βοᾷ· Ἄσωμεν (9) τῷ *Κυρίῳ· ἐνδόξως γὰρ δεδόξασται.* Ἐξ οὐρανοῦ κατῆλθε, καὶ τοῦ Πατρὸς οὐκ ἐχωρίσθη· ἐν σπηλαίῳ ἐτέχθη, καὶ τὸν θρόνον οὐκ ἐγύμνωσε· ἐν φάτνῃ ἀνεκλίθη, καὶ τοὺς πατρικοὺς κόλπους οὐκ ἐκένωσεν· ἐκ παρθένου σαρκωθεὶς ἐγεννήθη, καὶ ἔμεινεν, ὡς Θεὸς, ἀπάτωρ· κατέβη, καὶ τῶν ἄνω οὐκ ἐχωρίσθη· ἀνέβη, καὶ τῇ Τριάδι προσθήκην οὐκ ἐποίησεν· ἐν μορφῇ δούλου ἐφάνη, καὶ τὸ πρὸς τὸν Πατέρα ἰσότιμον οὐκ ἀπώλεσεν· ἀλλ' ἔστιν ὁ Λόγος καὶ εἰκὼν, καὶ ἀπαύγασμα, καὶ χαρακτὴρ. Λόγος, οὐδέποτε γὰρ τοῦ νοῦ ἀφίσταται· εἰκὼν, οὐ κηρόχυτος σανὶς, ἀλλὰ σφραγὶς ἰσότυπος· ἀπαύγασμα, συναΐδιον γὰρ τὸ φῶς τῷ ἡλίῳ· χαρακτὴρ, ὁ γὰρ ἑωρακὼς τὸν Υἱὸν ἑώρακε τὸν Πατέρα. Αὐτῷ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος σὺν τῷ μονογενεῖ αὐτοῦ Υἱῷ καὶ τῷ ζωοποιῷ αὐτοῦ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

A mantem : *Populo meus, quid feci tibi, aut quid molestus fui tibi? Responde mihi. . . Quia misi ante faciem tuam Moysem et Aaron et Mariam*[98]. Moyses legem significabat, Aaron prophetas, et Maria Ecclesiam, quam læserant idololatriæ sordes, quam restituit misericordia sua Verbum caro factum. Quapropter Ecclesia uti Maria a spirituali Pharaone liberata, a diabolo, et a dæmonum servitute, cum videt veterem hominem Ægyptii ad normam baptisterii aquis submersum, arripit tympanum gratiæ, et ad lignum crucis chordas virtutum accommodans, fidibus prætentatis, clamat : *Cantemus Domino; gloriose enim magnificatus est*[99]. Descendit de cœlo, et a Patre non recedit, in antro partus est, et thronum suum non dereliquit; in præsepio reclinatus est, et Patris sinum non deseruit; ex virgine factus est caro, et prout Deus sine patre remansit; descendit, et e supernis non digressus est; ascendit, et Trinitati nulla accessio facta; formam servi accepit, et cum Patre ex æquo semper cultus est; sed est Patris Verbum, et imago, et splendor, et character: Verbum, nunquam enim ratione caret; imago, non cerata tabula, sed conforme sigillum; splendor, lux enim soli coæterna; character, nam qui conspicit Filium, conspicit et Patrem. Ipsi gloria et imperium cum unigenito Filio et vivificante Spiritu, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

B

[98] Mich. VI, 3, 4. [99] Exod. XV, 1.

(98) *Κληρονόμος.* Malim ἐπόπτης. Nec enim dubium, quin respiciat II Corinth. XII, 4.

(99) *Σήμερον.* Ex hoc mihi fit probabile, hanc orationem habitam esse post prælectam pericopam περὶ πενθερᾶς Σίμωνος. Tres autem de hoc argumento olim in Ecclesia Græca prælectas fuisse pericopas, Matth. VIII, 14-23, Marc. I, 29-34, et Luc. IV, 38-44, ex codicibus Lectionariorum, seu Evangelistariorum, ut vocant, didici.

(1) *Περιοδεύσας.* Περιοδεύειν, medicorum more etiam atque etiam ventitare ad ægrotantes, περιέπειν.

(2) *Ὕλη.* Φάρμακα.

(3) *Ἐσχεδιάζετο.* Eleganter, ἐν ἀκαρεῖ ἐθαυματουργεῖτο, *Continuo insequebatur.* Habet autem vocabulum σχεδιάζειν celeritatis quidem notionem semper, haud raro tamen negligentiæ etiam. Exempla in promptu sunt. V. Heliodor., p. 1, 114, 198; Cinnamum, p. 55, 212; Zosimum, p. 241.

(4) *Πόνους... ἐλεῶν.* Multa fuerat perpessa, nec erat medicus qui ejus misericordiam caperet, aut opitulari posset. De ἀνάλωσε autem quod sine augmento legitur, v. interpp. ad Thucyd. ed. Ducker., p. 397 et 543.

(5) *Ἐλύθη.* Malim καὶ ἐλύθη.

(6) *Ἐν ταυτῷ.* Nescio an ἐν ταυτῷ hoc loco recte dicatur. Consule evangelistas.

(7) *Ἐν ἑτέροις.* Forte ἐν ἑκατέροις.

(8) *Ὥσπερ γάρ.* Istud ὥσπερ in iis, quæ sequuntur, nihil habet, ad quod referri possit.

(9) *Ἄσωμεν τῷ Κυρίῳ.* Vide Exod. XV, 1, 20, ex quo loco hæc allegoria petita est.

Digitized by Google

MONITUM.

Quidquid antiquitatem sapit, id omne nonnullis placere solet. Hæc causa est, cur Latinam quarumdam Basilii orationum interpretationem olim ab antiquissimo scriptore Rufino adornatam typis mandandam curaverimus : quam eo magis olacituram speramus, quod nunc primum e veteribus libris in lucem prodeat. Plura in Præfatione.

704-713 HOMILIÆ SANCTI BASILII

CÆSARIENSIS EPISCOPI.

QUAS TRANSTULIT RUFINUS DE GRÆCO IN LATINUM.

INCIPIT PRÆFATIO.

Aliqua tibi in Latinum verti olim poposceras, Aproniane, fili charissime : quod et ex parte aliqua feci in præsenti dum in Urbe essem, sed et nunc aliquantum addidi. Octo ergo beati Basilii breves istos homeliticos transtuli libellos. Hoc autem scire te volo, quod stilus ejus in Græci sermonis splendore et dicendi gratia multum beato nostro similat Cypriano, quia revera nec vitæ meritis satis discrepant. Quamvis enim beatus Cyprianus primam martyrii palmam felici cruore mercatus sit, haud segnius [*al.* segnis] tamen et Basilius secundam palmam confessionis indeptus est ; per dies singulos ac momenta adversum luxuriam per sobrietatem, adversum libidinem per virginitatem, adversum iram per mansuetudinem, adversum superbiam per humilitatem, indesinenti conscientiæ suæ martyrio coronatus est. Est ergo sermo ejus magis moralis, qui et instituere possit animos ad bonam vitam, et a laboribus relevare. Habet autem et in hoc majorem gratiam, quod ejus lectio etiam religiosis feminis, et præcipue admirandi studii matronæ tuæ filiæ nostræ inveniatur aptissima, dum nullis prorsus dogmatum quæstionibus asperatur, sed eloquentiæ ejus limpidissimum flumen lenibus et satis placidis fertur fluentis. Sane si id in Latino, sermonis nostri paupertate, minus splendidum videris, neque illi ascribas, neque mihi, sed tibi ipsi magis, qui bono operi minus idoneum subrogasti ministrum.

Explicit Præfatio.

HOMILIA I.

In psalmum primum (10).

1. *Omnis Scriptura divinitus inspirata utilis est ad docendum* [1] : hac ipsa de causa a Spiritu sancto conscripta, quod velut ex communi quodam sanctitatis fonte, omnes nobis ex hac remedia propriis passionibus assumamus. *Sanitas enim*, inquit, *compescit peccata multa* [2]. Alia namque sunt quæ prophetæ tradunt, alia quæ historici. Lex quoque alia ; Proverbiorum etiam commonitio alia. Psalmorum vero liber quæcunque utilia sunt ex omnibus continet, futura prædicit, veterum gesta commemorat, legem viventibus tribuit, gerendorum statuit modum ; et, ut breviter dicam, communis quidam bonæ doctrinæ thesaurus est, apta singulis ac necessaria subministrans. Veteribus namque animarum vulneribus novit mederi : sed et recentibus velocissimum scit adhibere remedium, atque intactis perseverantiam salutis adhibere, sed et universis pariter passionibus subvenire, quæ dominationibus variis humanas animas agunt : et hoc fit modulato quodam et delectabili canore, humanum sensum ad pudicitiam provocante. Quoniam quidem videns Spiritus sanctus obluctantem ac resistentem ad virtutis viam humani generis animum, et ad delectationes vitæ magis inclinari, quam ad virtutis rectum iter erigi, delectabilibus modulis cantilenæ vim seriemque doctrinæ permiscuit, ut dum suavitate carminis mulcetur auditus, divini sermonis pariter utilitas inseratur, secundum sapientes medicos, qui si quando usus poposcerit, austeriora medicamenta ægris offerre mortalibus solent, ne [*al.* mortalibus, ne] æger utilitatem pro austeritate refugiat, ora ac summitates poculi, quo remedium porrigitur, melle circumliniunt. Propterea ergo psalmorum nobis per modulos aptata sunt carmina, ut qui vel ætate pueri, vel adolescentes sunt moribus, quasi cantilena quadam psallentes delectari videantur : re autem vera animas illuminent ac mentem. Plurimi enim ex his qui in Ecclesiam coeunt, neque apostolica præcepta facile possunt, neque prophetica, cum discesserint, retinere; psal-

[1] II Tim. III, 16. [2] Eccle. x, 4.

(10) Græce exstat tom. I, p. 90 ed. Garnerii.

Digitized by Google

morum vero responsa et intra domos, interdum etiam in publico canunt. Et sicubi quis quamvis fero ac rabido spiritu raptetur [*al.* spiritu furore], si forte fuerit psalmi, ut ita dixerim, carminibus incantatus, continuo omnis rabies ferocitatis abscedit.

2. Psalmus tranquillitas animarum est, et signifer pacis, perturbationes vel fluctus cogitationum cohibens, iracundiam reprimens, luxum repellens, sobrietatem suggerens, amicitias congregans, adducens in concordiam discrepantes, reconcilians inimicos. Quis enim ultra inimicum ducat eum, cum quo unam ad Deum psalmi emiserit vocem? Ex quo intelligitur quia et, quod bonorum omnium maximum est, charitatem psalmus instaurat, conjunctionem quamdam per consonantiam vocis efficiens, et diversum populum in unius chori concordiam consona modulatione consocians. Psalmus dæmones fugat, angelos ad adjutorium salutis invitat. Scutum in nocturnis terroribus, diurnorum requies laborum, tutela pueris, juvenibus ornamentum, solamen senibus, mulieribus aptissimus decor. Deserta habitari facit et urbes : sobrietatem docet : insipientibus primum efficitur elementum, proficientibus incrementum, perfectis stabile firmamentum : totius Ecclesiæ vox una est. Psalmus solemnitates decorat ; psalmus tristitiam quæ secundum Deum est, molitur ; psalmus etiam ex corde lapideo lacrymas movet. Psalmus angelorum opus : exercituum cœlestium spirituale thymiama. O vere admirandi magistri sapiens inventum, ut simul et cantare videamur, et quod ad utilitatem animæ pertinet doceamur, per quod magis necessaria doctrina nostris mentibus informatur, pro eo quod si qua per vim et difficultatem aliquam animis nostris fuerint inserta, continuo dilabuntur : ea vero quæ cum gratia et delectatione **714** suscipimus, nescio quo pacto magis residere in mentibus, ac memoriæ videntur inhærere! Quid autem est quod non discatur ex psalmis? Num omnis magnitudo virtutis, num norma justitiæ, num pudicitiæ decor, num prudentiæ consummatio, num pœnitentiæ modus, num patientiæ regula, num omne quidquid dici potest bonum procedit ex ipsis? Dei scientia perfecta, prænuntiatio Christi in carne venturi, judicii futuri comminatio, et resurrectionis spes, suppliciorum metus, futuræ gloriæ pollicitatio, mysteriorum revelatio. Omnia prorsus in his velut in magno quodam et communi thesauro recondita sunt bona, atque conferta. Quemlibrum Propheta, cum multa sint organa musicorum, huic tamen organo, quod psalterium appellatur, aptavit, de superioribus, ut mihi videtur, inspiratam ei gratiam per Spiritum sanctum docens, quoniam quidem hoc solum organum musicorum sonos de superioribus habere fertur aptatos. Cithara namque vel lyra ex inferiori parte æs vel tympanum habens, resonat ac resultat ad plectrum : psalterium vero harmonias de superioribus habere fertur aptatas, et sonorum causas desuper dare : quo scilicet etiam per hoc nos doceret quæ sursum sunt et superiora requirere, et non delectatione carminum ad inferiora, id est, ad vitia carnalia declinare. Sed et illud arbitror profundius nobis prophetica hac indicari ratione, ac per formam nos organi istius doceri, quod ii qui diligentes et apti moderatique sunt moribus, facile et pervium ad superiora iter habeant. Sed videamus tandem quid etiam per ipsa psalmi indicetur initia.

3. *Beatus*, inquit, *vir qui non abiit in consilio impiorum* [1]. Structores domorum si quando excelsas fabricarum moles construere, atque immensam altitudinem educere parant, talia jaciunt fundamenta, quæ convenienter possint supponendæ structuræ magnitudinem ferre. Sed et navium constructores cum ingentes et onerarias contexere voluerint rates, aptas prius supponendis oneribus velut fundamentum quoddam navis locant carinas. In generatione quoque animalium, primum omnium coagulari et compaginari per naturam cor dicitur, ex quo secundum talis principii consequentiam, reliqua quoque membrorum indumenta ei circumtexi compaginarique dicuntur, quæ secundum magnitudinem primi fundamenti, quod est cor, superponi per naturam ac supercrescere perhibentur. Quod ergo est in domo fundamentum, et in navi carina, et in corpore animalium cor, hanc mihi videtur habere virtutem ad omne psalmorum corpus etiam principii hujus brevis iste versiculus. Quoniam quidem multa et laboris ac sudoris plena hominibus erat daturus præcepta, his qui se velint ad pietatis certamina præparare, idcirco ante omnia beatitudinis utitur appellatione, ut tantorum spe præmiorum tolerabilius mœrores vitæ hujus doloresque patiamur. Ita et eos qui iter agunt et asperas ac difficiles vias incedunt, opportune spes refovet mansionis : et negotiatores audere facit marina sustentare discrimina lucri desiderium, et agricolarum labores in oblivionem trahit fructuum spes. Propter quod et communis vitæ nostræ eruditor atque unicus doctor Spiritus veritatis, sapientissima arte mercedes ante nominat quam labores : quarum cupiditate provocati, pondus ingruentium molestiarum facilius toleremus. *Beatus* ergo *vir qui non abiit in consilio impiorum.* Est quidem prima et vera ac propria beatitudo una, sicut et bonum unum quod est Deus : quemadmodum et Paulus commemorat dicens, *Secundum Evangelium beati Dei et Salvatoris nostri Jesu Christi* [2]. Re enim vera illud est solum beatum quod et solum bonum est, ad cujus auxilium universa respiciunt, quod omnes desiderant, quæ est sola inconvertibilis natura, imperturbabilis vita ; ubi nullus mœror accedit,

[1] Psal. I, 1. [2] II Tim. II, 13.

Digitized by Google

in qua non est immutatio, quam non contingit ulla conversio; fons perennis, indesinens gratia, sine fine thesaurus. Imperiti vero homines et sæculum diligentes, dum ignorant boni naturam, beata putant interdum ea quæ nullius momenti esse dicenda sunt, id est, divitias, vel corporis sanitatem, vel honorum gloriam, quorum nihil prorsus est bonum secundum suam naturam ; non solum pro eo quod facilem patitur in contraria permutationem, verum quia nequaquam bona esse credenda sunt, quæ bonos facere non possunt eos qui possident ea. Quis enim per facultates justus effectus est? quis pudicus per sanitatem? Imo vero interdum et econtrario facultatem delinquendi præbuerunt his qui vel sanitate vel divitiis abuti competenter et utiliter nescierunt. Beatus ergo is qui ea quæ vere sunt pretiosa possidet : qui non deficientes divitias obtinet. Sed quomodo cognoscimus eum *qui non abiit in consilio impiorum*? Verum priusquam dicamus quid sit abire in consilio impiorum, videtur esse conveniens, quæstionem quæ in loco generatur, absolvere. Cur, inquit, Propheta virum solum ad beatitudinem vocat? Nunquidnam excluduntur a beatitudine mulieres? Absit! una enim animi virtus viri et mulieris : quoniam quidem et creatura consimilis, unde et merces utrique eadem præparata. Audi quid dicit in Genesi : *Fecit*, inquit, *Deus hominem ad imaginem suam : masculum et feminam fecit eos* [5]. Quorum autem una natura est, eorum etiam una operatio ac virtus eadem est; quorum autem opus æquale est, eorum etiam merces una est. Quare ergo cum de viro dixisset, reticuit de muliere? Quoniam sufficere æstimavit cum una esset utriusque natura, ejus qui principaliter a Deo creatus est, facere mentionem, ut in illius commemoratione inveniatur uterque complexus. *Beatus* ergo *qui non abiit in consilio impiorum*. Intuere verborum diligentissimum ordinem : quomodo unusquisque sermo proprii dogmatis ratione subnixus est. Non dixit, qui non vadit in consilio impiorum, sed *qui non abiit*. Qui enim adhuc in vita hac degit, nondum beatificari potest, propter incertos exitus vitæ; qui autem adimpletis omnibus quæ mandata sunt, finem pacificum cum justitiæ operibus adimplevit, hic jam sine ullo discrimine vel ambiguitate beatificari potest. Quare ergo iterum dicit, *Beati qui ambulant in lege Domini* [6]? **715** Non enim eos qui ambulaverunt, sed eos qui ambulant in lege Domini beatificat sermo divinus. Idcirco arbitror, quod ii qui operantur quod bonum est, in eo ipso quod operantur, amplectuntur ; et non tam ipsi quam opus ipsorum collaudationem beatitudinis promeretur. Nondum tamen ii qui malum fugere cœperint, et semel vel bis declinaverint a peccato, continuo beati dicendi sunt, nisi cum potuerint in omnibus vel verbis vel negotiis effugere malum, ita ut nunquam comprehendantur ab eo, et adhærere bono. Sed quid faciemus quod in præsentis versiculi lectione quædam nobis contraria suggeruntur? Non enim dixit, beatus qui boni aliquid egerit, sed, *beatus* qui illud vel illud mali non fecit, id est, *qui in consilio impiorum non abiit, et in via peccatorum non stetit, et in cathedra pestilentiæ non sedit* [7]. Hoc enim pacto videbuntur etiam equi et boves vel cætera muta animalia quæ nihil horum facere possunt, beatitudinem promereri. Quando enim equus impium aliquid commisit, aut in cathedra pestilentiæ sedit? Sed exspecta paulisper, et competenter fortassis explanabitur quæstio. Addidit enim Propheta : *Sed in lege Domini fuit voluntas ejus, et in lege ejus meditabitur die ac nocte* [8], quod utique opus designat, et opus rationabilis cujusque. In quo et illud unum signatur, quoniam initium virtutis est non facere malum, profectus agere bona, consummatio vero permanere in bonis. Sic enim et alibi dicit : *Declina a malo et fac bonum : inquire pacem et persequere eam* [9].

4. Sapienter ergo et satis erudite initium nobis aperit ad virtutem, per declinationem mali. Non enim primo quæ perfecta oportebat obtendi; nec conveniens est ei qui adhuc male agit dicere ut bene agat, sed ut recedat a malis : quo scilicet evacuatus et exinanitus a malis, tunc et capax boni effici possit, et insuescere in operibus bonis absque consortio et commixtione contrarii. Scalæ namque cuidam et ascensionibus [*al.* ascensionis gradibus] similem ego dixerim virtutis ac pietatis viam, similemque illi scalæ quam beatus Jacob vidit in somnis, cujus quædam pars in terra adhuc erat stabilita, et proxima contiguaque terrenis, pars vero pertendebatur atque erigebatur ad cœlum [10]. In quo illud sine dubio indicatur, quod ii qui initia adhuc ac prima elementa ad iter virtutis arripiunt, primis, ut ita dixerim, innixi gradibus, moliuntur ascensum ; quibus cum firmioribus plantis institerint, stabilibusque vestigiis, ex ipsis intentiore conatu poterunt etiam ad superiora conscendere, usquequo in quantum est possibile humanæ naturæ, paulatim profectu succedente ad summa perveniant. Sicut ergo ascendentibus scalam primus gradus est ascensionis a terra discedere, ita etiam virtutis ac pietatis ascensus initium habet discedendi a malo. Nam qualecunque otium cuilibet non recto operi præferendum est, sicut illa sunt quæ præcipiuntur : *Non adulterabis, non homicidium facies, non furaberis* [11]; quæ omnia otium potius animæ ac quietem, quam efficaciam operis alicujus inducunt. Ea vero quæ ad profectum perfectionis pertinent, opus exigunt, ut illud, *Diliges proximum tuum sicut teipsum* [12]; et : *Vende omnia bona tua, et da pauperibus* [13]; et : *Si quis te angariaverit mille passus, vade cum illo alia*

[5] Gen. I, 27. [6] Psal. CXVIII, 1. [7] Psal. I, 1. [8] ibid. 2. [9] Psal. XXXVI, 27. [10] Gen. XXVIII, 12. [11] Rom. XIII, 9. [12] ibid. 10. [13] Matth. XIX, 21.

Digitized by Google

duo [14] : quæ utique singula agones quosdam pii certaminis continent, et animæ non otium, sed utile negotium poscunt. Admiranda igitur divinæ sapientiæ ratio, quæ nos facilioribus initiis ad meliora provocat, et ad perfectiora perducit. Tria igitur sunt quæ nobis proposuit observanda : non ire in consilio impiorum, non stare in via peccatorum, non sedere in cathedra pestilentiæ. Quem utique ordinem e rebus naturalibus sumptum versiculis suprascriptis inseruit. Primum enim omnium in cogitatione et consilio hominum res versantur : tum deinde his quæ cogitatione et consilio decreta fuerint permanere et persistere homines solent. Prima ergo beatitudo cogitationi et consilio, si justa fuerint, datur. Ex **716** quibus velut radicibus per actus corporis bonos fructus proferimus, quos scilicet radix cordis bona ac pia suggerit. Adulterium namque prius in animo concipitur impudici, cum libidine cor accensum impuras concupiscentias æstuat : tum deinde ipsa corruptio per actus corporis adimpletur. Unde et Dominus intrinsecus esse dicebat quæ coinquinant hominem. Quia ergo impietas proprie dicitur hoc quod in Deum peccatur, non accidat nobis, ex infidelitate aliquando ambiguitatem aliquam recipere de Deo. Hoc est enim abire in consilio impiorum, si dicas in corde tuo : Putas Deus est qui singula quæque et singulos quosque dispensat? Putas erit judicium et retributio unicuique secundum opera sua? Quare ergo justi egent, et peccatores abundant? Justi infirmi sunt, illi fortes? Justi ignobiles, illi vero potentes ac nobiles? Ne forte casu magis et fortuna volvuntur universa, et eventus sunt incerti, nescio qui, atque iniquis ac fortuitis motibus sors humana vexatur? Si talia cogites, si hæc in corde tuo conspicias, abiisti in consilio impiorum. Beatus ergo qui ambiguitatem in corde suo de Deo non concipit, qui non præsentibus tædiis ac molestiis vincitur, sed justitiam Dei in tempore futuræ examinationis exspectat; qui non de creatore omnium Deo opiniones habuit infideles. Sed et ille beatus dicitur *qui in via peccatorum non stetit*. Via namque hoc vitæ nostræ spatium dicitur, pro eo quod unusquisque mortalium ad certum finem et manifestum festinat ac tendit. Sicut enim ii qui in navibus dormiunt, etiamsi ipsi non sentiant, nave tamen ventis agitata perducuntur ad portum, et cursus eos ipse perducit ad finem : ita etiam nos cum tempus vitæ nostræ defluxerit, motibus quibusdam naturalibus constricti, et acti, ferimur ad proprium finem. Utputa, dormis tu, et tempus præterit : vigilas et occupatus es mente, cogitationibusque distraheris, et te nesciente tempus abit, et vita consumitur. Cursum ergo quemdam currimus omnes homines, et ad proprium finem unusquisque compellimur, et propterea omnes sumus in via. Cujus rei sensum hoc modo percipere possumus. Viator es in præsenti via, omnia præteris, omnia post tergum relinquis. Nunquam vidisti in via opaca nemorum et amœna virentium, vel si qua alia sunt quibus pascitur et delectatur obtutus? Parum quid delectatus es, deinde pertransisti. Rursumque occurrerunt tibi saxa aspera, confragosæ convalles, abrupta præcipitia, scopuli pendentes; nonnunquam etiam occurrerunt bestiæ, serpentes, et alia nonnulla molesta oculis et aspera sensibus : parum quid contristatus es, deinde omnia reliquisti. Talis est vita nostra. Neque ea quæ grata sunt, neque ea quæ sunt tristia perseverant Neque ergo via tua est, neque ea quæ in via sunt, tua sunt. Inter eos qui iter agunt statim ut prior moverit pedem, posterior vestigiis ejus insistens, iisdem ipsis gressibus nititur : tum deinde et alius qui post ipsum est, eadem quæ prior molitur.

5. Intuere ergo nisi talia sunt et valde similia quæ habet hominum vita. Tu hodie tenes agrum, crastino tenebit alius. Vides possessiones nobiles, et potentes domos? Quot jam singulæ ipsarum dominorum nomina commutarunt! Appellata est primo illius nomine, tum deinde transmutata est ad alium, et alterius nomine nuncupata est. Inde venit ad alium, et nunc illius dicitur. Nonne via est vita nostra? Et alium nunc, alium iterum nunc recipit possessorem, habentque singuli sequentes se invicem. *Beatus* ergo *est qui in via peccatorum non stetit*. Quid est autem quod dixit, *non stetit?* In prima ætate positi homines, neque in malitia sumus, neque in virtute consistimus (utriusque enim expers est ætas talis et affectus) : cum autem intellectus ratio in nobis cœperit adimpleri, tunc impletur illud quod scriptum est : *Cum autem venit mandatum, peccatum revixit, ego autem mortuus sum* [15]. Tunc enim moriuntur cogitationes malæ, ex passionibus carnis atque animæ motibus generatæ. Re enim vera cum venerit mandatum, id est, cum discretio atque intelligentia boni ac mali inesse cœperit cordi, si non obtinuerit animam recta cogitatio, ac defenderit eam ne carnalibus vitiis captivetur, cum adest quidem homini recte agendi facultas et ratio, nec agit tamen recte; tunc accidit ut peccatum reviviscat, moriatur autem anima, ex eo quod oppressa delictis inter mortuos numeratur. Beatus ergo, qui non stetit neque moratus est in via peccatorum, sed cogitatione meliore ad pietatis se convertit exercitia. Duæ enim sunt viæ invicem sibi contrariæ. Una lata est et spatiosa : alia arcta est et angusta. Et hæ duæ viæ duos habent itineris duces, quorum uterque eos qui iter agunt certatim ut se sequantur provocat et instigat. Et illa quidem quæ lata est et spatiosa via, habet ducem dæmonem seductorem, spiritum pessimum, qui sequentes se per libidinem et luxuriam in perditionem præcipitat et

[14] Matth. v, 41. [15] Rom. vii, 9.

Digitized by Google

in mortem. Illa vero quæ angusta est et ardua, ducem itineris habet angelum bonum, qui per laborem virtutis sequentes se perducit ad beatum et optimum finem. Donec ergo quis nostrum parvulus est et in præsenti vita mollia quæque sectatur et suavia, nullam futurorum providentiam gerit : cum autem jam vir fuerit effectus et mentis suæ sensu ad perfectum pervenerit intellectum, ipsum sibi ordinem vitæ mortalis invenit suggerentem, vel ea quæ ad virtutem, vel ea quæ ad libidinem pertinent. Et cum crebrius ad utraque oculum mentis suæ cœperit retorquere, præsto est ei discernere ac judicare de singulis. Continuo namque peccatorum vita, omnia quæ præsentis sæculi sunt, ostendit ei grata, et suggerit expetenda : justorum autem vita sola ea esse bona quæ sunt futura decernit, et quanto magis bona ea esse et optima repromittit, tanto virtute ac labore præsentis vitæ expetenda ea esse persuadet. Illa vero fluxa et luxuriosa vita nihil futurum, nihil quod non videri ac teneri, imo vero quod gustari possit suggerit expetendum; præsentibus perfruendum potius quam de futuris persuadet esse pendendum. Æstuat igitur omnis anima cogitationibusque discerpitur, et nunc quidem cum de æternis cogitat, virtutem laboremque diligit et amplectitur; cum vero intuetur præsentia, libidinem cunctis quæ sperantur præfert, voluptatemque præponit. In his enim delicias carnis, in illis ejus interitum videt : hic ebrietatem, ibi sobrietatem prospicit atque jejunium; hic risu dissolvitur, ibi lacrymis affligitur; hic luxuriam, ibi orationes; hic delectationes, ibi gemitus; hic impudicitiam, ibi pervidet castitatem. Quoniam ergo id quod vere bonum est sola cogitatione concipi potest per fidem, re enim ipsa a nobis longe discretum est, et oculus id non vidit, nec auris audivit (peccati autem dulcedo præsto semper est et parata, atque affluenter semper suggerit copias suas), beatus qui non poterit ejus illecebris decipi in perditionemque demergi, sed per laboris patientiam spem salutis exspectat. Beatus ergo, qui cum ad initium vitii istius venerit, in viæ electione non fallitur, nec stat in ea via quæ ducit ad mortem, sed illa derelicta ac post tergum data, sequitur iter quod ducit ad vitam.

6. *Et in cathedra pestilentiæ non sedit.* Putas istas dici cathedras in quibus corporali sessione requiescimus, et ex illo ligno in quo sedemus ad peccatum nobis præstatur occasio, ut debeamus cathedram vel sedile quod forte peccator quis præoccupaverit refugere, ne ibi quasi in cathedra pestilentiæ sedeamus? Aut illud magis putandum est, quod cathedra dicitur hoc, cum judicio quodam animi et confirmato consilio residet quis in malis? Quod utique cavendum est, quoniam cum consilio et definitione sententiæ, velut de judicii cathedra, in peccatorum operibus permanemus. Tunc enim quasi stabilitate quadam et immobilitate animus roboratus, difficilem se præstat ad conversionem. Inveteratum namque vitium animæ, et malum diuturna meditatione ac longiturnitate temporis confirmatum vix aboleri unquam poterit ac depelli, velut in naturam quodam modo longa consuetudine usuque conversum. In primis igitur optandum est, si possibile est, ne contingere quidem malum. Secundum autem, ut ita dixerim, bonum est, post experimentum malæ contagionis velut venenatum quoddam vulnus effugere, secundum illud quod scriptum est apud Salomonem de muliere mala : *Noli*, inquit, *confirmare oculum tuum ad eam, sed resili ab ea, et noli immorari* [16]. Nunc vero videmus quosdam in juventute quidem ad carnis vitia esse lapsos, et usque ad ipsam canitiem in malis suis permanere atque **717** persistere. Sicut enim ii qui in voraginem cœni prolapsi, quocunque se visi fuerint convertere vel commovere, in eodem semper hæsitant luto : ita etiam isti libidinis suæ spurcitias omnibus suis motibus per dies singulos renovant. Beatum ergo est ne cogitare quidem malum. Si vero per surreptionem inimici suscepisti consilium malum vel impium, ne stes, neque permaneas in peccato. Quodsi et hoc acciderit, statim ne confirmeris et resideas in malo. Non ergo sedeas in cathedra pestilentiæ. Si intellexisti quid est cathedra quam sermo descripsit, id est, quod perseveratur ac perduratur in malo : inquiramus etiam qui sint isti pestilentes, quorum fugiendam esse cathedram suadet sermo divinus. Pestilentiam dicunt esse ii quibus nosse talia cura est, cum morbus talis vel homines vel animalia obtinuerit, qui tradi ab uno in alterum et per omnes serpere soleat et extendi. Tales ergo quidam sunt operarii iniquitatis qui cum alter alteri ægritudinis suæ tradiderint morbum, omnes simul ægrotant : simul etiam ac pariter pereunt. Aut non vides quomodo ii qui scortorum gratia fores obsident lupanarium, irrident castos et sobrios viros, cum ipsi inter se dedecorum suorum narrationes velut fortia gesta dinumerant, cum opera tenebrarum et turpitudinum dedecora velut virtutum suarum prædicant ornamenta? Isti sunt pestilentes, qui mala sua docendo cæteros, communia omnium faciunt mala, cum ad imitationem illiciunt audientes, ad consortium malorum suorum plurimos associare nituntur; non aliter quam fragili stipulæ arentibusque virgultis ignis immissus, si forte etiam ventorum flatibus animetur, omnes pariter agros silvasque populatus absumit : ita peccati flamma ex uno in alterum succensa, et crebris narrationibus velut ventorum quibusdam flatibus verberata, insuper etiam malignorum spirituum nequioribus flabris et turbinibus concitata, omnem pariter humani generis silvam depascitur et absumit. Quid enim aliud in illis turpissimis luxuriosorum geritur of-

[16] Prov. IX, 13.

Digitized by Google

ficinis, cum adolescentes in unum coeunt, cum cœnæ symbola præparantur, cum narrationes obscenæ, cum potibus scorta miscentur? inter quos, si quis forte paulo modestior fuerit inventus vel pigrior ad peccatum, irridetur ab omnibus, et iners atque inutilis judicatur. Parva, quæso, est hujuscemodi pestilentia, aut exigua hujusmodi contagio vitiorum? Quid deinde, si incipiat aliquis avaritiæ morbos imitari, et omnes aviditatis vias atque aditus proculcare? Quid, si ambitionis luem, honoris desideria, potentiæ cupiditatem, et singula hujusmodi? Quæ cum turpi vitio priores quique appetunt, exempla pessima cæteris præstant, et medullis ipsis humani generis morbum inserunt, urbes late populosque vastantem. Jam vero livoris et zeli æmulationem quæ non vel regalis aula congemuit, vel quis non militiæ gradus sensit? Quæ castra, quod forum, quæ urbs, quis non ordo deflevit? cum factionibus conjurationibusque insidiæ majoribus, inferioribus facinus propinatur. Sic in singulis quibusque sceleribus unus ex altero accensus, pestilentiæ contaminatione prosternitur, unde merito hujus modi homines dicendi sunt pestilentes. Ne ergo sedeas, inquit, in consilio talium hominum, ne consensus eorum expetas neve conventus, ne morbi eorum contagione maculeris, neque malorum consiliorum vel particeps vel arbiter fias. Sed quid agimus? Adhuc nobis in initiis sermo est, et iam modum excedimus ejus brevitatis, quæ sufficere multitudini debeat; quoniam quidem et vos si plura dicantur, non facile omnia potestis memoriæ commendare, et nobis ministerium verbi pro ingenita corporis fragilitate nequaquam ad plura suppeditat, deficiente nobis voce; quamvis ea quæ dicta sunt in ipsa sui brevitate habere perfectionem aliquam videantur. Continent namque quomodo vel fugienda sint mala, vel expetenda sint bona. Quæ utique, Deo juvante, si a vobis et retineri memoria, et opere videamus impleri, etiam ad complendum quæ sunt reliqua in expositione provocabimur. Præstabit autem Deus et nobis eorum quæ dicta sunt mercedem, et vobis fructum ex his quæ audistis, per gratiam Domini nostri Jesu Christi, cui gloria in sæcula sæculorum. Amen

HOMILIA II.

De eo quod scriptum est [17] : « *Attende tibi, ne forte fiat in corde tuo sermo occultus iniquitas* (11). »

1. Sermonis usum Deus nobis qui nos creavit indulsit, pro eo ut cordis occulta consilia invicem nobis verbi ministerio panderemus, et pro communi in alterutrum affectione naturæ unusquisque nostrum proximo suo velut ex arcanis quibusdam domiciliis consilii secreta depromeret. Si enim nuda tantummodo atque intecta anima viveremus, ex ipsis tantum mentis motibus atque intentionibus cogitationum ad alterutrum nosceremur. Verum quoniam vigor animæ velamine carnis operitur, ad indicanda atque in publicam faciem proferenda ea quæ in profundo cogitationibus vel sensibus commovemus, verbis ac nominibus et vocabulis indigemus. Cum igitur motus hic mentis nactus fuerit vocis significantiam, tum velut vehiculo quodam sermonis aeris ictu vectus, ad audientem a loquente transfertur. Et si quidem invenerit tranquillam quietamque audientiam, sicut in portu fidissimo ac tutissimo in auribus auditorum sermo reconditur : si vero velut fluctus quosdam et saxosa vada auditorum tumultus et murmur docentibus refragatur, in medio aeris spatio sermo transfretans naufragabit. Quamobrem præbete tranquillitatem per silentium verbo, fortassis enim aliquid poterit utilitatis afferre sermo veritatis, si tamen non auditoris ignavia, dum minus intentus est animus, facile dilabatur. Talis namque natura ipsa verbi spiritu compaginante formata est, ut velox brevisque sit, et transcursu concita multa designet in paucis, ut per ipsam sui brevitatem tenacius a memoria reservetur. Hæc namque est natura emendati sermonis, ut neque obscuritate quæ dicuntur offuscet; neque abundans ineptiis, vim rerum quæ indicantur faciat evanescere. Talis enimvero etiam hic est qui nobis nunc ex Moysi voluminibus recitatus est sermo, si tamen meministis vos quibus verbi divini attentior cura est, nisi forte pro brevitate sui paulo tardiores quosque transfugit auditus. Est autem sermo hic : *Attende tibi, ne forte fiat in te sermo absconsus in corde tuo iniquitas.* Faciles sumus ad delicta cogitationum nos homines : propter quod et qui finxit singillatim corda nostra [18], sciens quod non parum delictorum in his motibus admittitur qui fuerint ex proposito animi mentisque concepti, ante omnia puritatem et munditias cordis injungit ac præcipit. In quo enim proclivius vergimus ad peccatum, hanc nobis partem majore cautela diligentiaque communit. Sicut enim infirmiora quæque corporum membra peritior ac bene prudens medicus antequam ipse morbus immineat, studio præcurrente et diligentia cuiusdam præcurationis antevenit : ita et communis omnium provisor et animarum medicus Deus, hoc quod maxime in nobis ad culpam lubricum prævidebat, circumdare tutioribus sentis studuit, et circumvallare cautioribus munimentis. Nam ii actus qui ministerio corporis adimplentur, opus habent et tempore, et opportunitate, et labore, et adjutoriis, cæterisque hujuscemodi instrumentis : mentis vero motus et cogita-

[17] Deut. xv, 9. [18] Psal. xxxii, 15.

(11) Græce exstat tom. II [III], p. 16.

Digitized by Google

tionum lapsus absque tempore consummantur, sine labore complentur, omne tempus habent opportunum. Intuere namque mihi ambitiosum quempiam et ingenti supercilio honestatis elatum, imaginem quamdam continentiæ et sobrietatis habitu exteriore gestantem, in mediis quoque virorum laudabilium et sapientium residentem ; hic subita cogitatione mentis percurrit et evolavit ad loca peccati, maligna desideria mente concepit, colloquia quoque intra se inhonesta finxit et turpia : totus in occulta mentis suæ officina universam sibimet libidinis imaginem deformavit, gestusque descripsit. Hic **718** ignotum quidem omnibus peccatum et sine ullo teste commisit : sed arguetur ac revelabitur sine dubio per adventum ejus qui reserat occulta tenebrarum, et manifestat consilia cordium [19]. *Observa ergo, ne forte fiat in corde tuo verbum occultum iniquitas. Qui enim aspexerit mulierem ad concupiscendum eam, jam mœchatus est eam in corde suo.*[20], Propter quod corporis quidem actus possunt nonnullis obstaculis intervenientibus impediri : ubi autem mente delinquitur, quia facile est puncto cogitationis evagari, tam pernix adhærebit noxa delicti. Ubi ergo velox occasio peccati, ibi etiam celeris providetur cura remedii, et ideo protestatur dicens : *Ne forte fiat in corde tuo verbum occultum iniquitas.* Sed jam ad ipsum potius verbi initium recurramus.

2. *Attende*, inquit, *tibi*. Singula quæque animalium a conditore omnium Deo ad defensionem et tutelam sui, occasiones quasdam proprias acceperunt, quibus, saluti suæ cum necesse fuerit, auxilium ferant : et invenias, si diligenter intendas, plurima quæque nullo docente adversum ea quæ sibi perniciem moliuntur, vel obniti vehementius, vel declinare callidius : et rursum naturali quodam impulsu, ad ea quæ expediunt ferri atque compelli. Propterea ergo etiam nobis eruditionis causa magnificum istud mandatum præcepit Deus, ut quod illis adest per naturam, id nobis ope verbi ac rationis addatur, et quod in mutis animalibus absque imperio efficitur, hic nobis per præcepti diligentiam conquiratur : ut majore providentia conservemus ea quæ nobis divinitus indulta sentimus ; fugientes quidem peccatum sicut muta animalia sponte sua fugiunt noxios et mortiferos cibos : sectemur vero justitiam sicut illa fecundos et utiles pastus nullo cogente sectantur. *Attende* ergo *tibi*, ut possis discernere ab utilibus noxia. Sed quoniam dupliciter est attendere, aliud quidem corporeis oculis intueri corporea, aliud vero intellectualis animæ virtutibus incorporea et spiritualia conspicari : in hoc loco si quidem de oculis carnalibus dictum esse sentiamus, continuo verbi sententia arguetur absurda. Quomodo enim quis semetipsum totum corporali oculo attendere poterit vel comprehendere ? Quia primo neque semetipsum oculus considerare et intueri potest, neque vicina sibi et imminentia conspicari supercilia ; sed neque in verticem capitis dirigit aciem suam, aut aliquo pacto propria terga conspiciet, nec aliquid omnino proprio videbit ex vultu : non latentia viscerum, non occulta venarum. Quod si ita est, impium videbitur, dicere impossibilia esse Spiritus sancti mandata. Superest ergo ut ad mentis intuitum præcepti vigor atque intelligentia transferatur. *Attende* ergo *tibi*, id est undique teipsum circumspice : pervigiles gere ad custodiam tui oculos animæ. *In medio laqueorum ingrederis* [21], occulte tibi ab inimico tenduntur insidiæ, doli, machinæ, pedicæ ubique defossæ. Circumspice ergo omnia, et cauta intentione considera, ut effugias sicut damula ex laqueis [22], et sicut aves ex retibus. Nam et damula non incurrit laqueum, pro eo quod visum dicitur acutissimum gerere, unde et nominis sui etymologiam servat in Græcis ; avis vero auxilio usa pennarum, cum voluerit effugere dolos retis, altiora aeris itinera secat. Vide ergo tu, ne forte deterior mutis animalibus ad cautelam tuæ salutis exsistas, ne forte laqueis irretitus [23], venatio et captura diaboli fias, captus ab eo secundum illius voluntatem.

3. *Attende* ergo *tibi*, id est, neque tuis, neque his quæ circa te sunt, sed tibi soli attende. Aliud enim sumus nos ipsi, aliud quæ nostra sunt, aliud quæ circa nos sunt. Nos namque sumus anima et mens, secundum quam ad imaginem ejus qui nos creavit facti sumus ; nostrum vero est corpus et corporalis sensus ; circa nos autem sunt mundana substantia, vivendi artes, cæteraque usus instrumenta mortalium. Quid igitur præcepit sermo ? Ne attendas, inquit, carni, neque ea quæ carnis bona videntur, studio impensiore secteris : id est sanitatem corporis, decorem cultumque vultus, voluptatem carnis atque delicias : neque vitæ longioris vota suspires, non divitias sæculi, non ambitionis gloriam ; non potentiam caducæ felicitatis mireris, et nihil omnino quod ad præsentis vitæ ministerium pertinet, **719** magnum æstimes et appetendum : ut, dum in sollicitudinis tuæ intentione raptaris, illa quæ vere magna sunt, et in quibus vere vita est negligas : sed attende tibi, id est animæ tuæ. Hanc excole, huic omnibus curis, omnibusque studiis consule : ita ut omnem maculam quæ in eam forte nequitiæ vitiis obrepsit abluas et expurges intentione meliorum : exornes vero eam et excolas omnibus virtutis pietatisque monilibus. Quoniam quidem corpus tuum mortale est, anima vero immortalis, et duplex quædam est vita nostra. Una quidem carni huic familiaris, et cito cum ea deficiens : alia vero animæ cognata, nec ullo fine aut circumscriptione claudenda. Attende ergo tibi, et non mortalibus et caducis velut perpetuis incumbas et æternis : neve rursum quæ æterna sunt tanquam caduca et transeuntia negligas atque contemnas. Contemne potius

[19] I Cor. IV, 5. [20] Matth. V, 28. [21] Eccli. IX, 20. [22] Prov. VI, 5. [23] II Tim. II, 26

Digitized by Google

et despice carnem tuam : pertransit enim. Adhibe diligentiam et studium animæ : immortalis est enim. Intuere igitur et attende cum omni cautela tibi ipsi, ut scias distribuere unicuique parti quod convenit : carni quidem victum et vestitum, animæ vero doctrinam pietatis, conversationem severam et gravem, exercitium virtutis, emendationemque vitiorum; non pinguedini corporis deservire; neque circa carnis lætitiam cursitare. Quoniam quidem : *Caro concupiscit adversus spiritum, spiritus autem adversus carnem : et hæc sibi invicem adversantur* [24], vide ne forte tu in hujus belli congressione manus accommodans carni, et auxilia ei quam plurima subministrans, potentiam ejus adversus spiritum erigas, et meliorem tui partem deteriori facias esse subjectam. Sicut enim stateræ momentum si in unam partem depresseris, leviorem sine dubio alteram facies : ita in hoc animæ et corporis jugo, cum in unam partem propensior exstiteris, clara erit alterius et manifesta diminutio. Quis enim dubitat, cum corpus luxuria fluitat carnibusque distenditur, ignavum et obtusum effici mentis vigorem? Si vero anima florentioribus virtutis exercitiis imbuatur, et meditatione meliorum ad culmen propriæ magnitudinis erigatur, fatiscere corporis statum, et commoda infirmitate marcescere facit. Et hoc indicans beatus Apostolus dicebat : *Nam si is qui foris est homo noster corrumpitur, sed qui intus est renovatur de die in diem* [25].

4. Hoc ergo idem præceptum et infirmioribus utile est, et robustioribus commodum. Nam et in infirmitatibus medici ægris præcipere solent, ut sibi attendant, et nihil omnino contemnant quod ad medelam possit adhiberi. Similiter ergo et medicus animarum nostrarum Sermo divinus, animæ ex peccatorum acerbitate languenti, magnifice brevissimi hujus præcepti succurrit auxilio, dicens : *Attende tibi*, id est, ut si quando forte deliqueris, secundum magnitudinem delicti etiam remedii et emendationis cura pensetur. Grande alicui peccatum et grave commissum est, grandi sine studio confessione indiget pœnitentiæ multis et amaris lacrymis, intentis pernoctatisque vigiliis, jugibus continuatisque jejuniis. Si leve est delictum, et par commissi sit similis pœnitentia. Tantum attende tibi, ut intelligas et agnoscas et sanitatem animæ et languorem. Multi enim, dum sibi non attendunt, ægritudines graves et insanabiles pati se nesciunt, et ne hi quidem ipsi sentiunt quod ægrotant. Propter quod magna est præcepti hujus utilitas, per quod et ægris cura suggeritur, et sanis perfectionis demonstratur integritas. Unusquisque autem nostrum qui in discipulatum nos verbi Dei mancipavimus, unius alicujus operis ministerium A gerit eorum quæ in Evangelio præcepta sunt. In magna enim domo, in hac Ecclesia dico, non sunt tantummodo vasa diversa aurea et argentea, vel ignea et fictilia, sed et artificia quam plurima et diversa [26]. Habet namque domus Dei, quæ est Ecclesia Dei vivi [27], venatores vel captores; habet viatores, habet architectonas, structores, agricolas, pastores, athletas, milites, quibus omnibus commode satis aptabitur brevissimi hujus mandati vigor, ut unicuique et operis diligentiam tribuat, et propositi ac mentis desideria atque incitamenta commoveat. Venator es, et ad capturam a Domino destinatus, qui dixit : *Ecce ego mittam multos venatores, et capient eos supra omnem montem* [28]? Attende ergo tibi diligenter, necubi te venatio Do- B mini effugiat, et evadat, quominus verbo veritatis capias et offeras Domino ad salutem eos qui, erroribus decepti nequitiæ, feri ac palabundi per aspera quæque peccatorum et devia pervagantur. Viator es, talis qualis ille qui orat ad Dominum : *Dirige gressus meos in semitis tuis, ut non moveantur vestigia mea* [29]? Attende tibi, ne forte erres a via, ne declines in dexteram neque in sinistram, sed via recta, via regali incede. Architectus es? Attende tibi ut fundamentum fidei quod est Christus Jesus, cum omni diligentia jacias et cautela. Structor es? Vide quomodo ædifices; ne ligna et fenum, ne stipulam vel paleas, sed argentum et aurum et lapides strue pretiosos [30]. Pastor es? Attende tibi, ne quid te prætereat eorum quæ ad C pastoris studium ac diligentiam pertinent. Si autem quæ sint ista perquiris, ausculta. Quod erravit converte et revoca, quod attritum est colliga, quod ægrum est sana. Agricola es? Attende tibi, ut diligenter circumfodias infructuosam ficum, et adhibeas stercoris squalorem, et totum facias quid quid spectat ad fructuosum eventum. Miles es? Attende tibi, uti ne militans Deo implices te negotiis sæcularibus, ut placeas ei qui te probavit [31] : sed *Collabora Evangelio, ut milites in illis bonam militiam* [32], dimicans adversus spiritus nequitiæ et adversus principes et potestates, adversus mundi hujus rectores tenebrarum [33]. Tum deinde etiam adversus vitia carnis assume scutum fidei, et omnia D arma spiritus, quibus indutus possis resistere adversus ignita jacula diaboli [34]. Athleta es? Attende tibi, ne quid adversus leges athleticas geras, quia nemo coronatur, nisi qui legitime certaverit [35]. Imitare Paulum, qui sic currit ut comprehendat, et sic luctatur non quasi aera verberans, sed macerat corpus suum et servituti subjicit, ne forte aliis prædicans, ipse reprobus inveniatur [36]. Evigila ergo et tu, et indesinentem oculum ad considerandas adversarii astutias gere. Si curris, **720** sic curre ut comprehendas, ea quæ retro sunt obliviscens, et ad

[24] Galat. v, 17. [25] II Cor. iv, 16. [26] II Tim. ii, 20. [27] I Tim. iii, 15. [28] Jerem. xvi, 16. [29] Psal. cxviii, 133. [30] I Cor. iii, 12. [31] II Tim. ii, 4. [32] II Tim. i, 8; I Tim. i, 18. [33] Ephes. vi, 12. [34] ibid. 16. [35] II Tim. ii, 5. [36] I Cor. ix, 24-27.

Digitized by Google

ea quæ in ante sunt extendens [37]. Si colluctaris, adversus invisibiles adversarios pugna. Talem te esse vult hujus præcepti sententia, nihil remissum, nihil somno et ignavia præpeditum, sed sollicite et vigilanter cuncta circumspectantem; prudentem te esse vult in consiliis, in actibus strenuum. *Attende* ergo *tibi*.

5. Deficiet me tempus in singulis quibusque producendis quæ in opus Evangelii edocentur, hujus præcepti virtute. Attende tibi, ut vigiles ad omnia, ut nihil te in consiliis prætereat; observare præsentia, futura prospicere, quæ in manibus sunt commode dispensare, quæ sperantur fideliter exspectare; ne forte præsentibus jactanter te et inaniter perfrui putes, sicut nonnulli leves et instabiles juvenes vana cogitatione mentis inflati, si quando forte per silentium temporis et nocturnam quietem, falsis imaginibus per cogitationem mente conceptis, describunt semetipsis excelsas dignitates, præclara conjugia, liberorum felicitatem, prolixam senectutem, obsequia subjectorum, clientium famulatus, et cum in re nihil sit, vanæ cogitationis tumore supra omnes homines efferuntur: ingentes domos intra momentum struunt, eas subitis et mente sola conspectis facultatibus replent, immensa terrarum spatia et agros uberes occupant, et tanta possessionum jura defendunt, quanta nutus vagæ mentis incluserit; sed et fructum earum structis latius horreis vanitatis recondunt. Addunt nihilominus greges, armenta, servitia, magistratus, regna etiam ipsa et imperii fastigia alta præsumunt; gerunt bella, movent classica, tropæa statuunt, ducunt triumphos, et per totius regni curas inani sollicitudine debacchantur; ita ut in manibus tenere omnia, et nusquam comparentibus tanquam præsentibus se perfrui arbitrentur. Proprius est iste languor otiosæ et desidis animæ, videre somnia vigilantem. Quam dissolutionem mentis et inflammationem cordis et cogitationum præsecans et restringens Sermo divinus, saluberrimi præcepti hujus auctoritate succurrit, dicens: *Attende tibi*, id est, ne ea quæ nusquam sunt cogites, sed ut præsentia et quæ palam sunt diligenter expedias. Arbitror autem etiam illud vitium resecare volens legislator, mandati hujus adjutorium protulit, quoniam facile est unicuique curiosius aliena perquirere, quam propria et domestica procurare. Ne ergo hoc accidat, desine, inquit, mala aliena discutere; desine de aliorum actibus tua perstrepere et concelebrare convivia; desine poculis tuis aliena probra miscere, et inter epulas tuas alterius vitæ innocentiam lacerare. Noli ergo attendere alienis languoribus; sed attende tibi ipsi: hoc est, ad perscrutationem tui converte oculos animæ tuæ, qui multi secundum verbum Domini festucam in oculo fratris vident, trabem vero quæ in suo oculo est non considerant [38]. Tu ergo nunquam cesses temet- A ipsum perscrutari; si vita tua secundum normam dirigitur mandatorum, si conversatio tua omni culpa vacat. Attende ergo et circumspice teipsum; non eorum qui extra te sunt culpas et peccata dinumeres, nec sollicite disquiras sicubi maculæ aliquid in proximo reperias, secundum Pharisæum illum tumidum et jactantem, qui stabat seipsum justificans, et exprobrans ac despiciens publicanum; sed teipsum discutere ac judicare non cesses; ne quid in cogitatione deliqueris, ne quid sis prolapsus in lingua, dum incauta loquacitate prævenit et præcurrit sermo consilium; ne quid etiam in actibus tuis et manuum opere commiseris, quod vel avaritiæ, vel iræ, vel libidini ministratum sit. Si hæc intra temetipsum semper discutias et in- B quiras, multa invenies quæ intra te debeas emendare, pro quibus debeas pœnitudinem gerere. Et tanquam homo si quid tale repereris, dic sicut publicanus ille dicebat: *Deus, propitius esto mihi peccatori* [39]. Attende ergo tibi ipsi. Hic tibi sermo etiamsi in rebus prosperis degas, et omnis tibi vita secunda felicitate succedat, utilis semper et necessarius apparebit tanquam bonus et fidelis consiliarius, commonitiones vitæ suggerens melioris. Si vero adversis et tristibus urgearis, et hæc tibi in tempore necessitatis commonitio suggeratur, maximum illico remediorum solatium dabit, ut neque in prosperis arrogantius extollaris, neque in adversis mollius et remissius resolvaris. Divitiis flores et polles, et illustrium proavorum consulatibus in- C tumescis? patriæ parentum nobilitate te jactas? pulchritudine corporis erigeris et decore? honoribus extolleris, et asseclarum fulciris obsequiis? Tum maxime attende tibi ipsi, et memento quia mortalis es, et quia *Terra es, et in terram ibis* [40], et quia potest et ad te dici: *Stulte, hac nocte auferent abs te animam tuam, et quæ præparasti cujus erunt* [41]? Intuere eos qui ante similis potentiæ dignitatibus effulserunt. Ubi sunt? quid agunt? ubi fasces eorum? ubi magistratus? ubi diversarum infulæ dignitatum? ubi denique eloquentissimi rhetores, et vehementissimi oratores? ubi qui crebros conventus orationum suarum favoribus concelebrabant? ubi popularis aura? ubi exquisita equorum præparata certamina? ubi denique sa- D trapæ? ubi reges? ubi tyranni? Nonne omnia pulvis et cinis est? Nonne omnia antiquæ fabulæ, superfluaque narratio est? Nonne in perexiguis ossibus angustæ vasculo urnæ conclusis, omnis memoria eorum continetur? Denique intuere et inspice eorum sepulcra, si potueris discernere, quis ibi servus quisve sit dominus, quis pauper quisve dives. Discerne ibi si potes plebeium a rege, virum fortem ab imbecilli, decorum ab informi. Si ergo horum omnium memor fueris, nulla tibi orietur elationis occasio, sed semper memor eris tui, si præcepti memor attenderis tibi.

[37] Philipp. III, 13. [38] Matth. VII, 3. [39] Luc. XVIII, 13. [40] Gen. III, 19. [41] Luc. XII, 20.

Digitized by Google

6. Quod si ignobilis es et obscuro loco natus, pauper ex pauperibus procreatus, non domo gaudens, non patria, invalidus viribus, quotidiano quoque indigens sumptu, vivens sub potentum colaphis, cum timore omnibus ac tremore subjectus, cunctisque humilitate paupertatis expositus, sicut ait, *Pauper non suffert minas* [42], non ergo in temetipsum despicias et desperes, neque quia nihil tibi in præsenti vita magnificum præsto est, omnem tibi abscindas et amputes spem bonorum; sed revoca animos **721** tuos ad ea quæ jam tibi bona indulgentia divina concessit, et ad ea nihilominus erige mentem tuam, quæ futura in posterum repromisit. Considera ergo primo omnium quod homo es, id est, solum in terris animal ipsis divinis manibus formatum. Nonne sufficeret hoc solum recte et integre sapienti ad magnum summumque solatium, quod ipsius Dei manibus, qui omnia reliqua præcepti solius fecit auctoritate subsistere, homo fictus es et formatus? Tum deinde quod cum ad imaginem Creatoris et similitudinem sis, potes sponte etiam ad angelorum dignitatem culmenque remeare. Animam namque accepisti intellectualem, et rationalem, per quam Deum possis agnoscere, et naturam rerum conspicabili rationis intelligentia contemplari; sapientiæ dulcissimis fructibus perfrui præsto est. Tibi omne cedit animantium genus, quæ per convexa montium vel prærupta rupium aut opaca silvarum feruntur; omne quod vel aquis tegitur, vel præpetibus pennis in aera suspenditur. Omne, inquam, quod hujus mundi est, servitio et subjectioni tuæ liberalis munificentia Conditoris indulsit. Nonne tu, sensu tibi rationabili suggerente, diversitates artium reperisti? Nonne tu urbes condere, omnemque earum reliquum usum pernecessarium viventibus invenisti? Nonne tibi per rationem quæ in te est mare pervium fit? Terra, flumina fontesque tuis vel usibus vel voluptatibus famulantur. Nonne aer hic et cœlum ipsum atque omnes stellarum chori vitæ mortalium ministerio cursus suos atque ordines servant? Quid ergo deficis animo et deesse tibi aliquid putas, si non tibi equus producitur phaleris exornatus, et spumanti ore frena mandens argentea? Sed sol tibi producitur, veloci rapidoque cursu ardentes tibi faces caloris simul ac luminis portans. Non habes aureos et argenteos discos; sed habes lunæ discum purissimo et blandissimo splendore radiantem. Non ascendis currum, nec rotarum lapsibus veheris; sed habes pedum tuorum vehiculum tecum natum. Quid ergo beatos censes eos qui aurum quidem possident, alienis autem pedibus indigent ad necessarios commeatus? Non recubas eburneis thoris; sed adjacent fecundi cespites viridantes et herbidi thori, florum varietate melius quam fucatis coloribus Tyrii muricis picti, in quibus dulces et salubres somni nullis curarum morsibus effugantur. Non te contegunt aurata laquearia; sed cœlum te contegit ineffabili fulgore stellarum depictum. Hæc quidem quantum ad communem humanitatis attinet vitam; accipe vero majora. Propter te Deus in hominibus, Spiritus sancti distributio [43], mortis oblatio, resurrectionis spes. Propter te divina præcepta hominibus delata, quæ te perfectam doceant vitam, et iter tuum ad Deum per mandatorum tramitem dirigant. Tibi panduntur regna cœlorum, tibi coronæ justitiæ præparantur; si tamen labores et ærumnas pro justitia ferre non refugis.

7. Et si attendas tibi, horum plura invenies et majora, nec deficies animo ad æruminarum præsentium tolerantiam, dum ad futura præcepti hujus eruditione sustolleris. Sed ne illa quidem parte te incommonitum præteribo. Si quando te, id est, mentem tuam, iracundia exasperat, et stimulis immorantis ægritudinis intumescis, cum rabidus dentium stridor, genarum pallor, tremor labiorum, cum totus denique ferinos motus agis, si attendas tibi, id est, si recorderis præcepti, iracundiam quidem velut equum indomitum et ferocem, divini sermonis ictum verberibus, continuo coercebis: linguam vero protinus ab insolentia refrenabis, et manus nequaquam ad ultionem irritantis extendes. Si quando vero obscenæ concupiscentiæ illecebrosis animam suggestionibus vexant, et præcipitem eam in luxum libidinis rapiunt, si attendas tibi, et recorderis hujus præcepti, invenies quia præsens ista dulcedo libidinis ad finem amarissimum vergit, et iste qui nunc carni nostræ incubat luxus, generabit ex se pervigilem suppliciorum vermem perpetua ultione conscientiam fodientem. Sed et calor iste desiderii carnalis fervorque libidinis temporalis, æternos gehennæ ignes et ultricium flammarum perpetua promulgabit incendia. His cogitationibus mente conceptis, libido quidem penitus effugata discedet, admiranda vero quædam quies et tranquillitas animæ reparabitur: velut si inverecundarum protervarumque tumultus ac strepitus famularum per adventum et præsentiam gravis ac verecundæ dominæ comprimatur. *Attende* igitur *tibi*, et intellige quod animæ tuæ pars quidem melior rationalis est: pars vero irrationalis et passibilis. Et illi quidem parti meliori naturaliter præsto est imperare: huic vero inest famulari et obedire rationi. *Attende* ergo *tibi*, ne forte patiaris vinctam et deditiam tradi irrationabilibus passionibus rationabilem mentem, neque indulgeas adversum virtutem rationis vitia insolescere, et summam regni in sua jura ditionemque convertere. Si ergo horum singula quæque diligenti examinatione consideres, satis superque sufficient itineris vitæ tuæ rectum tibi tramitem demonstrare, qui te absque errore ullo usque ad ipsa cœli regna perducat. Denique, si attendas tibi, non re-

[42] Prov. XIII, 8. [43] Hebr. II, 4.

Digitized by Google

quiris ut ex universæ creaturæ contemplatione Conditorem ejus agnoscas ; sed in temetipso velut in quodam parvo ac minori mundo deprehendas Creatoris tui sapientiam. Incorporeum namque et incomprehensibilem intelligis Deum, ex ipsa anima quæ in te immortalis est ; quoniam quidem neque tua mens principaliter in loco aliquo continetur, sed tantum ex consortio corporis invenitur in loco. Invisibilem esse Deum credes animæ tuæ substantia contemplata, quia ne ipsa quidem potest carnalibus oculis intueri. Neque enim color ei ullus aut habitus est, vel forma ei aliqua corporeæ descriptionis exprimitur ; sed ex virtutibus tantum innotescit, atque in operationibus. Et ideo neque in Deo requiras oculorum visum, sed sola mente ac fide ad eum conversus, intellectualem de eo sensum atque intelligentiam conspice. Admirare quoque opificis sapientiam, quomodo animæ tuæ virtutem consortio corporis modulatus est, ita ut per omnes ejus partes infusa duceretur, et quam plurimum inter se membra distantia ad unam consonantiam concordiamque **722** constringeret. Intuere ergo et attende quæ sit ista virtus animæ quæ ab ea traditur corpori, membrisque diffunditur, quive rursum sit qui a carne ad animam redit ac redundat affectus ; vel quomodo vitam quidem suscipit corpus ab anima, recipit vero anima dolores mœroresque de corpore. Require quæ sint ejus receptacula memoriæ, qui eruditionis litterarumque thesauri ; quomodo non oblitterantur ea quæ prima didicimus, additamentis novorum augmentisque recentium : sed manet uniuscujusque disciplinæ inconfusa distinctio, velut æreis quibusdam tabulis cordis et libris mentis incisa : quomodo anima cum ad carnis vitia dilabitur et declinat, propriæ virtutis perdit decorem, et quomodo rursum dedecore abjecto nequitiæ, et virtutis institutionibus expurgata, ad Creatoris imaginem ac similitudinem reformatur.

8. Attende si videtur, post hanc animæ considerationem, quid etiam ratio in se naturæ corporeæ generat, et admirare quam dignum rationabili animæ admirandus opifex construxit hospitium. Rectum inter omnes animantes finxit solum corpus humanum, ut ex ipso habitu videas et cognoscas, quia supernorum tibi est cœlestiumque cognatio. Omnia namque quadrupedia prona et ventri obedientia ficta sunt : homini vero intuitus erectus ad cœlum datus est, ut non ventrem spectet, neque infra ventrem positis vitiis vacet, sed omnem habeat impetum vel conatum ad superioris viæ cursum. Nam idcirco etiam caput in summo culmine totius humanæ fabricæ situm est, et in ipso quod præclarius est in homine sensus isti corporei instituti sunt ; id est, visus, auditus, gustus et odoratus, qui omnes vicini et pene sibi cohærentes, brevibus tamen dirempti spatiis, in nullo suis usibus invicem officiisque præpediunt vel obsistunt. Oculi quidem excelsiores, speculæ sortiti sunt locum, ut parva superciliorum prominentia superaddita in rectum tenderetur obtutus, et universorum consideratio facilior eis et moderatior fieret. Aures vero quibusdam inæqualibus anfractibus adapertæ, icti æris sonum distincta modulatione suscipiunt. Opus etiam hoc miræ et inæstimabilis sapientiæ Dei, ut vocem quidem extrinsecus nullo vetante suscipiant, quinimo et dum per inflexos anfractus ducitur, magis sonora reddatur ; nihil tamen aliud extrinsecus incidere inflexionum ipsa objectacula patiantur, quod impedire possit auditum. Jam vero si linguæ intueris naturam, quomodo quidem mollis est, et motu perfacilis, ita ut ad omnem verbi usum quamlibet variis et diversis motibus absque ullius rigoris difficultate deserviat ; sed et dentium murus simul et vocis organo ministerium præbens, dum linguæ ipsi validissima exhibet circumvallationis obstacula, simul et cibis ministret molendo per alios, per alios incidendo. Et ita per hæc omnia cogitationem tuam trahens, competenter ac pie considera. Illud quoque quod aeris spiritum pulmone revocamus, calorem corde servamus ; digestionis membra perpende, sanguinis per venas meatus. Ex his omnibus investigabilem Dei sapientiam cernens, tu quoque cum Propheta stupens et admirans exclama : *Amirabilis facta est scientia tua ex me* [44]. *Attende* ergo *tibi*, ut possis attendere Deo.

HOMILIA III.

De eo quod scriptum est in Evangelio [45] : « *Cujusdam divitis fructus uberes ager attulit,* » etc. (12).

1. Duplex est tentationum species. Aut enim tribulatio cor vexat humanum, et sicut aurum in camino per patientiam probatur unusquisque et agnoscitur : aut interdum etiam ipsa vitæ prosperitas ad tentationem cedit hominibus. Similis namque ejusdemque ignaviæ est in adversis humilem ac miserabilem fieri, et prosperis insolentem efferri. Exemplum sane quod non debemus animo dejici in adversis, habemus magnificum Job, inclinari in tristibus penitus nescientem ; qui omnem diaboli violentiam velut torrentis cujusdam adversum se turbinem venientem, immobili corde et inconcussa mentis vivacitate suscepit ; tanto clarior ex tentationibus factus, quanto difficiliora et periculosiora ei sunt ab inimico intenta certamina. Exempla vero eorum qui per secundos vitæ successus prosperitatesque tentantur, multa quidem habemus et alia ; non minus tamen ejus qui de Evangelio recitatus est divitis, qui alias quidem premebat reconditas divitias, alias inani spei inaniter præ-

[44] Psal. CXXXVIII, 6. [45] Luc. XII, 16 sqq.

(12) Exstat Græce tom. II [III], p. 43.

Digitized by Google

sumebat, dum benignitas Dei aviditatis ejus intemperantiam non statim ab initio nec continuo, ut pullulare cœperat, punit; quinimo et reconditas divitias novis nihilominus et adventitiis opibus cumulat, si forte eum aliquando nimietate ipsa satiatum ad sensum et intelligentiam humanitatis adduceret, animumque ejus per abundantiam suaderet aliquid de indigentibus cogitare. Sed videamus quid de eo Sermo dicit divinus. *Hominis*, inquit, *cujusdam divitis fructus uberes ager attulit, et cogitabat apud semetipsum, dicens: Quid faciam? Destruam horrea mea, et majora reædificabo.* Dicis fortasse: Cur ager hominis qui nihil boni operatur, sic uberes attulit fructus? Ut magis magisque Dei patientia nosceretur, dum ad hujuscemodi homines beneficia suæ benignitatis extendit: *Pluit enim super justos et injustos, et solem suum oriri facit super bonos et malos* [46]. Verum talis illa benignitas Dei, sicut per nimiam patientiam facultatem conversionis et emendationis misericorditer impertitur gratis, sic majora et graviora supplicia coacervat ingratis. Largitus ergo est Dominus imbres uberes agris hominis avari, solem præstitit ad nutriendas segetes, multiplicandasque fruges ut acervos divitis augeret in omnibus moderata temperies. Igitur quæ a Deo præbentur etiam ingratis, ista sunt, terræ fecunditas, aeris temperies, fructuum lætitia, boum subsidia, et omnia quibus anni proventus fecundis successibus adimplentur: quæ vero ab homine procedunt, qualia, quæso, sint videamus. Animus angustus, et parum putans omne quod nascitur; cujus abundantiæ deesse semper aliquid computans, tum deinde in humanum propositum impertiendi cuiquam causam nullam idoneam ducens. Vides beneficiis divinis dives **723** quam gratus (13) exsistit? Communis hominis naturæ non meminit. Æquum non putat saltem ex superfluis suis aliquid impertiri mandati memor, *Nusquam non cesses benefacere indigenti* [47]. Scriptum non legit nec recordatur præceptum esse. ut *Fides et misericordia non deserant te*, et [48] *Confringe esurienti panem tuum* [49]; et quæcunque vel a prophetis, vel a cæteris doctoribus quotidie prædicantur, dives nec videt, nec audit, nec intelligit, sed horrea quidem diruit, et majora reædificat, ac fructibus largioribus replet. Avari tamen divitis cor et propositum non repletur. Semper enim studet cumulare vetera novellis, et augmentis præsentium superare præterita; et dum cumulis semper crescentibus solitos cupit vincere numeros conditorum, ad inextricabiles istos cogitationis exitus devolutus est, ut nec veteribus cederet, nec sufficeret novellis. Propterea ergo cassæ quidem ejus cogitationes, sollicitudo vero inutilis et inanis. *Quid*, inquit, *faciam?* Quis non talem misereatur? quis non infelicitatem ejus doleat? Angustatur ex abundantia, constringitur et coarctatur ex opulentia. Infelix in præsentibus bonis, infelicior in futuris. Et, ut vides, ager ei non tam reditus largiores, quam gemitus attulit graviores. Terra ei non fructuum copiam, sed curarum molestiam germinavit; ita ut curis ac mœroribus stimulatus, egentibus et esurientibus similes perferat cruciatus. Denique et egeni vox ista est, *Quid faciam?* unde cibus, unde vestitus?, Eadem conqueritur et dives. *Quid faciam?* ubi recondam? Iisdem cruciatibus pro sollicitudine facultatum, quibus pauper pro egestate torquetur. Vides divitem nec opimis copiis posse lætari, sed mentem ejus absumit ac solvit affluentia dum nullo intellectu humanitatis admonitus, sentire non potest id sibi abundare quod aliis deest. Non enim apostolicis [Apostoli] commonitionibus accommodat aurem suam, ut discat ab eo abundantiæ suæ rationem cum dicit: *Ut vestra abundantia fiat* [50], id est proficiat *ad aliorum inopiam.*

2. Et quidem mihi videtur talis hæc passio animæ similis esse his qui tantum gulæ indulgent, ut disrumpi magis nimio cibo eligant, quam alicui indulgere reliquias. Sed recordare, o homo, quis est qui largitus est tibi teipsum: quis sis in memoriam revoca. Servus es Dei, et dispensatio tibi commissa est Dominicæ facultatis. Recordare ergo quis est qui tibi injunxit officium dispensandi familiam suam. Quid est quod multis prælatus es? Non est utique sine causa quod tibi a bono et justo Deo officium tribuitur largiendi, et aliis necessitas imponitur indigendi. Dispensatorem te igitur conservorum tuorum ex Dominicis facultatibus esse cognosce: nec æstimes quod omnia ventri et deliciis tuis terra producat. Quæ in manibus habes commissa tibi magis quam concessa cognosce. Parvo tempore aliquantum super his lætaris: et abuti eis voluptuosius delectaris. Cum vero hæc pariter cum vita nostra defluxerint, rationem dispensationis nostræ evocamur a Domino reddituri. Hic mihi paulisper indulge, quisquis es, qui divitiarum dispensator es in hoc mundo; et te in illo terribili Dei judicio tribunali astantem, paululum quid vacans, si tamen vacare potes a divitiarum sollicitudinibus, intuere; cum interrogari cœperis commissas tibi opes cum quibus indigentibus divisisti: quibus necessitatem patientibus subvenisti; quos de carceribus, de vinculis, de gladio, profusa pecunia liberasti: quibus pupillis pater, cui viduæ vir, castis provisionibus exstitisti? Pecunia mea, fructus mei, quid apud te operis, quid utilitatis habuere? Tu ad hæc sine dubio respondebis: Omnia simul reposita et recondita claustris validissimis et signaculis tutissimis commu-

[46] Matth. v, 45. [47] Prov. iii, 27. [48] ibid. 3. [49] Isa. lviii, 7. [50] II Cor. viii, 14.

(13) Ironice *gratus.*

Digitized by Google

nivi : nulli quidquam tribui ; quinimo et ad custodienda ea vigilias meas addidi, curas impendi, sollicitudines tribui. Sed stulto consiliario usus es temetipso. Deliberans enim ais : *Quid faciam?* Consequens utique erat, de talibus deliberantem dicere : Aperiam horrea mea, et replebo esurientes animas pauperum, patefaciam quæ recondita sunt, et invitabo indigentes ac relevabo afflictos. Imitabor beatum Joseph, et humanitatis voce proclamabo, *Si quis indiget panibus, veniat ad me* [51], ut gratiam quam Dominus indulgentiori liberalitate largitus est, communem cum omnibus faciam : velut ex communibus ergo fontibus hauriat unusquisque quod sufficit. Sed tu nihil tale non solum proloqueris, verum ne cogitas quidem : quinimo hominibus quidem divina invides beneficia, tuam vero ipsius animam malignis consiliis crucias et affligis, et cogitas abundantiam Dei humanam facere penuriam. Aderant etiam qui animam repeterent, qui pignus hujus vitæ revocarent : et ille adhuc ad animam de opulentia loquebatur, et hac nocte auferendæ a se animæ dicebat : *Anima, habes bona multa in annos multos : manduca et bibe et epulare.* Sed vide dispensationem justi judicii Dei. Indulget ei prodere ac proferre omnia consilia sua, publicare sententiam suam, ut et ipse dignam tali mente ac voto condemnationis sententiam ferat. Quod utique propterea scriptum est, non tantum ut quid ille passus sit nosceremus : sed quomodo nos effugere debeamus ne similiter condemnemur.

3. Quod si difficile tibi putas, o homo, magnificentiam divinæ largitionis imitari, imitare terram. Si levare sursum oculos non potes, saltem ea quæ deorsum sunt et in pedibus intuere. Affer etiam tu fructum sicut terra : noli esse deterior insensibili elemento. Illa enim fructus quos affert non suis usibus vindicat, sed tuis ministrat obsequiis ; tu vero fructus illius solus invadis, et tibi soli concludis. Quod si te in tantum aviditatis morbus astringit, ut tua velis facere omnia, accipe et ad hoc salutare remedium. Beneficium largientis præbenti magis permanet quam suscipienti ; nam misericordia quidem ad indigentem pervenit, gratia vero multiplicatæ mercedis permanet tribuenti. Esurienti dedisti panem, ille quidem pastus est et refectus ; sed ad te redit quod dedisti cum fructibus et usuris. Quod si id difficile putas, considera frumentum quod seminatur in terra, si non ad seminantis potius quam ad suscipientis lucrum cedit. Ita etiam cibus dum tribuitur indigentibus, cum multo fenore divinæ gratiæ retribuetur in posterum. **724** Sit ergo tibi finis agriculturæ hujus initium cœlestium sationum. *Seminate* enim, inquit, *vobis ad justitiam* [52]. Quid ergo afflictaris? quid temetipsum excrucias, luto et lateribus concludens humanæ vitæ subsidia? Scriptum non legis : *Melius nomen bonum super divitias multas* [53]? Si ergo et tu gloriam ex divitiis quæris, cognosce quia melius est mille filiorum quos per misericordiam filios acquisieris patrem vocari, quam mille aureorum dominum dici. Facultates namque relinquentur hic, etiamsi nolumus ; bonorum vero operum conscientia nobiscum pergit ad Dominum. Et considera quanta tibi nunc erit gloria, cum te omnis populus qui ex promptuariis tuis pastus est et refectus, pro tribunali magni illius et justissimi Judicis caterva constipante circumdabit, et pastorem te suum ac tutorem pium et misericordem patrem omni gratiarum voce testabitur. Quod si magistratus in theatris, mimis et athletis, et gladiatoribus, aliisque hujusmodi generibus hominum, totum patrimonium suum largitur ac prodigit, ut unius horæ favorem vulgi acquirat, nihil sibi ulterius profuturum, tu dubitas et cunctaris munificus esse in hujuscemodi largitionibus, in quibus judex residet Dominus, faventium et acclamantium vulgus est angeli, ubi omnes qui a sæculo fuerunt sancti, laudatores et prædicatores tui sunt ; ubi laus et favor non simul cum die cessat, sed cum sæculis permanet ; ubi corona tibi non auri, sed justitiæ dabitur, ubi non honorem unius urbis, sed cœlorum regna mereberis? Et hæc omnia conquiruntur per misericordias pauperum, dispensationes indigentium, in quibus cibi corruptibilis pretio, incorruptibilem regni cœlorum gloriam æternamque mercaris.

4. Veni ergo, si videtur, si horum quæ dicimus apud te fides vera est, divitias nostras consulte et utiliter disponamus, præparemus nova et præclarissima munera. Edamus primam candidam in vestitu et indumentis nudorum ; secundam vero non minus nobilem, fessas et pereuntes fame animas reparemus. Circumeamus urbem et requiramus eos qui nec ad misericordiam quidem poscendam per debilitatem venire potuerunt, præstemus sumptum, quæcunque sunt necessaria largiamur. Nec te pigeat visitare ægrum, requirere clinicum. Memento quoniam et nos cum decumberemus in grabato nostro [54], cum essemus debiles, et non possemus ipsi per nos ire ad Deum, Deus ipse venit ad nos. Misit enim Filium suum in similitudinem carnis peccati [55], qui nobis attulit cibum seipsum. Ipse est enim panis vitæ qui de cœlo descendit, et dat vitam huic mundo [56]. Et quo ore, quæso, qua impudentia panem de cœlo accipientes, nos panem de terra non damus fratribus? Quod si adhuc nobis sufficit copia patrimonii, edamus etiam illam novissimam, sed non minus favorabilem editionem : eamus ad carceres, requiramus vinctos, humanis miseriis et angoribus condoleamus. In his enim omnibus tibi Christus occurrit, qui cum sit incom-

[51] Gen. XLVII, 16. [52] Osc. X, 12. [53] Prov. XXII, 1. [54] Joan. V, 8-12. [55] Rom. VIII, 3. [56] Joan. VI, 33.

Digitized by Google

prehensibilis secundum deitatis naturam, invenietur tamen abs te per opera misericordiæ; ipse enim dixit : *Quia esurivi et dedisti mihi manducare : sitivi, et dedisti mihi bibere : nudus fui, et vestisti me : æger fui et in carcere, et venisti ad me* [57]. Vides qualia munera præparat Sermo divinus? Ibi histriones accipiunt, et gladiatores, et perit omne quod perditis datur; hic in istis esurientibus et sitientibus, nudis, ægris et vinctis, Christus se suscipi profitetur. Quid agis, o dives? quid cogitas? quid deliberas? Christo esuriente tu horrea tua claudis? imo nec claudis, sed minora destruis, et majora ædificas? Christo indigente vestitu, tuæ vestes a tineis consumuntur? Christo egente, aurum quæris, aurum desideras, aurum recondis, omnia aurum vides, aurum tibi et vigilanti cogitatio est, et somnia dormienti? Sicut enim ii qui per insaniam mente translati sunt, non jam res ipsas, sed passionis suæ phantasias vident; ita etiam mens avari semel vinculis cupiditatis astricta, semper aurum, semper argentum videt, semper reditus computat : gratius aurum intuetur quam solem videt, ipsa ejus oratio et supplicatio ad Deum aurum quærit; et vellet atque optaret ut omnia ei in aurum converterentur. Denique quod potest, frumentum in aurum vertere conatur, vinum in aurum mutat, lana ei aurum efficitur. Omnis fructus ejus, omne negotium, omne quod movetur, in aurum vertitur : interdum etiam usuræ arte nequissima ex ipso auro aurum nascitur. Sed quid agis? Nec satietas unquam, nec finis erit cupiditati. Nam interdum pueris gulæ nimium deditis indulgemus desideratos cibos avidius sumere, ut nimietate ipsa satiati horrescant, et avertant se de reliquo ab hujuscemodi cupiditate. Avaritia tamen nihil tale patitur, sed quanto plus invenerit, tanto amplius quærit. Sed quid dicit Scriptura divina? *Divitiæ si affluant, nolite cor apponere* [58]. Tu vero fluentes divitias obstruis et concludis, ut intra lacus tuos stagnantes etiam irruptiones operentur. Inde denique est quod nunc etiam horrea tua rumpunt et dejiciunt, paternis non contentæ claustris, et avitos terminos excedentes. Sed quid dicis? *Majora reædificabo.* At hoc satis incertum est. Quis tibi reædificandi tempus indulget? Velocius enim tu dejiceris quam illa erigentur. Verum ille dives habeat vanæ et malignæ cogitationis finem dignum et terminum competentem.

5. Vos autem, fratres, si mihi auscultatis, reserate aditus promptuariorum vestrorum, et largior divitiis vestris atque affluentior exitus procuretur, quam dudum fuerat quæsitus ingressus : tanquam affluentissimus fluvius ad segetes rigandas multis derivationibus trahatur per omnem terram misericordiæ vestræ affluentia. Aut nescitis quia et puteorum aqua, si frequentius hauriatur, et salubrior efficitur et abundantior : quod si otiosa remanserit et immobilis, inutilior et corruptior fiet? Ita et pecunia si cesset et jaceat, inutilis erit; si moveatur et operetur, communem omnibus et utilitatem profert et fructum. Mete ergo uberes pecuniæ tuæ fructus, orationes dico pauperum, intercessionemque sanctorum, qui pro te officiorum tuorum memores, apud justum judicem Deum dignis operum tuorum allegationibus postulent. Caveamus exemplum divitis istius, **725** qui dum præsentes divitias concludit, et de futuris sollicitudinem gerit, divitiis pariter abreptus et vita, pertrahitur ad tribunal horrificum, in quo accusatrix quidem ejus assistit ipsa illa quæ et totius vitæ ejus comes exstitit avaritia; defensor vero et intercessor nusquam ullus apparet : circumspectat namque sanctorum multitudinem divinis tribunalibus assistentem, et intentis ac sollicitis oculis circumlustrat, si quem forte videat charum sibi et familiarem in hac vita obsequiis suis factum, nec usquam tamen ullum invenit. Nullus est qui dicat, Domine, dignus est cui ignoscas, dilexit enim gentem nostram, et ecclesiam ipse ædificavit nobis [59]. Nullæ viduæ quæ procidentes et flentes rogent per Petrum, ostendentes vestimenta sua, quæ eis largitus est dives [59*]. Nullus ergo miserebitur ejus qui non est misertus; scriptum est enim : *Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur* [60] : et iterum, *Date, et dabitur vobis, et qua mensura mensi fueritis, eadem remetietur vobis* [61]. Sed ne hoc fortassis adversus eum temere et immerito coacervare videamur, sermones ipsius percunctemur, et videamus cum ei fructus ager uberes attulisset, quid sentit. Facit saltem hoc, quod utique etiam avaro competebat? oratne Deum et deprecatur, ut fructus ad maturitatem sine læsione perveniant, ne grando verberet, ne turbo vastet, ne procella subvertat? solent enim et hæc frugibus sæpe maturis incidere. Nihil horum, sed destruere parat horrea, et majora reædificare.

6. Et ipse quidem in corde suo loquitur; sed qui videt in occulto intra se loquentem, audit in cœlis; propterea et inde responsa redduntur. Quæ autem sunt quæ loquitur? *Anima*, inquit, *habes bona multa, manduca, bibe, epulare.* Nonne, si dici potest, muti animalis vox ista est? Si enim suinam animam habuisset, quid ei aliud, quam manducandi et bibendi bona [*al.* vana] imperare debuerat? Nunc autem totus animalis homo est et totus carneus, ut animam suam carnalibus et corruptibilibus escis æstimet esse pascendam, et ea quæ in secessum egeruntur animæ præparet ad utendum; cujus utique natura talis est, ut virtutibus alatur, ut verbo Dei saginetur, ut intellectibus piis et religiosis disciplinis, atque exercitiis excolatur. Si quid tale habes bonum, hæc bona ad animam defer. Verum tibi, quoniam Deus venter est, et totus servus es carnis, audi dignam te ap-

[57] Matth. xxv, 35 sqq. [58] Psal. lxi, 11. [59] Luc. vii, 4. [59*] Act. ix, 39. [60] Matth. v, 7. [61] Luc. vi, 38.

Digitized by Google

pellationem, qua te non hominum quisquam, sed ipse Dominus appellat; ait, enim : *Stulte, hac nocte auferetur a te anima tua; et quæ præparasti cujus erunt?* Ipsis illis æternis cruciatibus major est stultitiæ nota. Qui enim paulo post erat rapiendus e vita, quæ cogitat? *Destruam*, inquit, *horrea mea.* Cui ego respondeo : Et recte quidem facis; nam vere destruere debes horrea iniquitatis, et ea quæ male ædificaveras manibus tuis ipse subvertere. Destrue promptuaria ex quibus nullus misericordiam consecutus est; dejice ac subrue mammonæ obscura et tetra domicilia. *Destruam*, inquit, *horrea mea, et majora reædificabo.* Quod si et ista repleveris, quid, quæso, facturus es? Iterum sine dubio destrues, et iterum reædificabis. Et quis finis hujus stulti laboris et vani? Instanter ædificare et instantius destruere. Si vis ego ostendam tibi horrea jam parata : esurientium pauperum ventres : in ipsis tuos conclude thesauros. Tales enim tibi thesauri servabuntur in cœlis, in quibus *neque tinea comedit, neque fures effodiunt et furantur* [62]. Sed dicis : Cum secunda horrea replevero, tunc dabo pauperibus. Longos tibi promittis annos, et satis lata vitæ spatia polliceris. Talia ista promissio non futuram continet humanitatem, sed præsentis misericordiæ dilationem. Quid enim nunc misericordiam fieri vetat? Frumenti copia est, tempus anni prosperum, esurientes præsto sunt flentes, nudi te circumstant gementes, vincti de carceribus et ægri de lectulis miserabili te et flebili lamentatione circumstrepunt. Tu misericordiam quid in crastinum differs, cum hodie crudelis et immisericors fias? Audi saltem sapientissimi consilium Salomonis : *Ne dicas*, inquit, *Abi nunc, et redi crastino, et dabo tibi* [63]; *non enim scis quid pariat superventura dies* [64]. Sed ne hujusmodi mandata suscipias, aures tibi obstruit avaritia. Num te oportebat gratias agere Deo, exsultare ac lætari quod non ipse mendicans alienas circuis fores, sed alii ante tuas januas sedent, a te misericordiam postulantes? Tu vero difficilis es ad præbendum, et contristaris ac declinas ne quis tibi paulo molestior cogente necessitate paupertatis exsistat; quasi non potuisset fieri ut esses unus ex his qui ante januam tuam fame perditi jacent. Et tu quidem satis digne : nam voto et mente ac proposito pauper es, et totius boni egenus. Cum enim non habeas charitatem, cum desit tibi humanitas, desit fides, desit spes in Deo, cum tibi desit misericordia, quid te egestuosius? quid te mendicius? Pars tua cum tineis et muribus horreorum tuorum rosoribus erit. Qui utique si talia non videres, si non corrumpi ea cerneres et consumi, quis te persuadere posset aliquid inde largiri?

7. Sed dicis : Quid injustum est, si cum aliena non invadam, propria diligentius servo? O impudens dictum! Propria dicis? Quæ ex quibus reconditis in hunc mundum detulisti? Quando hanc ingressus es lucem, quando de ventre matris existi, quibus, quæso, facultatibus, quibusque subsidiis stipatus ingressus es? Adventum tuum in hunc mundum disce ab Apostolo Paulo dicente : *Nihil enim intulimus in hunc mundum, sed nec auferre quidem quid possumus. Habentes autem victum et vestitum, his contenti simus* [65]. Terra communiter omnibus hominibus data est : proprium nemo dicat, quod e communi plusquam sufficeret sumptum, et violenter obtentum est. Verumtamen nudus ex ventre matris existi, nudus similiter reverteris in terram. Et si quidem terræ elementum putas fortuito substitisse, impius es, qui ignoras conditorem Deum. Si vero agnoscis beneficium largitoris, gratus esto Creatori, et require apud temetipsum rationem, cur plus tibi quam cæteris præstitit. Nunquid iniquus est Deus, ut nobis non æqualiter distribuat vitæ subsidia, ut tu quidem esses affluens et abundans, aliis vero deesset, et egerent? An idcirco magis quia et tibi voluit benignitatis suæ documenta conferre, et alium **726** per virtutem patientiæ coronare? Tu vero susceptis Dei muneribus et in sinum tuum redactis, nihil te putas agere iniquum, si tam multorum vitæ subsidia solus obtineas. Quis enim tam injustus, tam invidus [*al.* avidus], tam avarus, quam qui multorum alimenta suum non jam usum, sed abundantiam et delicias facit? Neque enim majoris criminis habenti tollere, quam, cum possis et abundes, indigentibus denegare. Esurientium panis est quem tu detines, nudorum vestimentum est quod tu recludis, miserorum redemptio est et absolutio pecunia quam tu in terram defodis. Tantorum te ergo scias invadere bona, quantis possis præstare, si velis.

8. Bona quidem sunt, ais, verba, sed melius est aurum. Nihil mirum, nam si quis cum impudicis de pudicitia loquatur, et scorta vituperet et exprobret, ii animi quibus libido dominatur, ex ipsa commonitione ad impudicitiam multo acrius accenduntur : sed tibi iterum ante faciem adducam ipsas futuri judicii Dei formas, ut intelligas quales tibi gemitus recondis. O quam multi pretii tibi in die judicii sermo ille videbitur, de quo superius diximus, qui ait : *Venite, benedicti Patris mei, percipite regnum quod vobis præparavit Pater meus a constitutione mundi. Esurivi enim, et dedistis mihi manducare : sitivi, et dedistis mihi bibere : nudus fui, et operuistis me* [66]. Qualis tibi rursum horror, qualisque sudor, qualesve tenebræ supervenient audienti condemnationis illius sententiam qua dicitur : *Discedite a me, maledicti, in tenebras exteriores, quæ præparatæ sunt diabolo et angelis ejus. Esurivi enim, et non dedistis mihi manducare : sitivi, et non dedistis mihi bibere : nudus fui, et non cooperuistis me* [67]. Neque enim in his verbis, is qui

[62] Matth. VI, 20. [63] Prov. III, 28. [64] Prov XXVII, 1. [65] I Tim. VI, 7, 8. [66] Matth. XXV, 34-36. [67] Ibid. 41-43.

Digitized by Google

aliena invasit, arguitur; sed is qui non communiter usus est his quæ habuit, condemnatur. Nos quidem quod utile credidimus, commonuimus. Si quis autem obedire vult divinis præceptis, non ignorat quæ sit repromissionum merces. Qui vero obedire non vult, et negligit, manifesta est ignis æterni comminatio, cujus opto vos inexpertes effici et alienos, et effugere pœnas impiis repromissas; facientes illud quod scriptum est, ut redemptio animarum vestrarum sint divitiæ vestræ, et ad præparata pergatis regna cœlestia, per eum qui vos vocavit Christum Jesum Dominum nostrum, cui gloria et imperium in sæcula sæculorum. Amen.

HOMILIA IV.

De invidia (14).

1. Bonus est Deus, et dignis largitur quæ bona sunt. Malus est diabolus, et malitiam quam semel ipse concepit, hanc etiam hominibus docet : et sicut proprium est boni Dei liberalitas et largitio, ita proprium est diaboli livor et invidia. Et ideo observemus, fratres, vitii hujus incursum, ne forte participes operum diaboli efficiamur, et pari cum eo sententia condemnemur. Si enim qui elatus est, et superbus, in judicium et in laqueum incidit diaboli : quanto magis invidus pœnam diaboli et sententiam non evadet? Nihil igitur humanæ animæ invidiæ malo perniciosius accidere potest. Quod malum lædit quidem parum quid etiam eos in quos intenditur, gravius vere et perniciosius eos a quibus procedit, affligit. Sicut enim ærugo ferrum, ita invidia illam ipsam animam in qua est, interimit et consumit; et sicut aiunt viperas dilacerato et exeso illo ipso materno utero quo conceptæ sunt nasci, ita et invidiæ natura illam ipsam ante omnes qua concepta est, vel ex qua generatur, animam consumit et perdit. Tristitia namque et mœror quidam de prosperitatibus proximorum est invidiæ vitium; et ideo nunquam deesse potest invido mœroris occasio. Si ager proximi opimis fructibus lætus sit, si abundet successionibus facultatum, si lætetur animo et prosperitatibus gaudeat, hæc omnia velut pabulum quoddam est et nutrimentum languoris invidiæ. Nec differt homine nudo eo qui potest telis undique incursantibus transfodi. Si virum fortem videat et robustum, unum istud vulnus est invidi. Decorum alium videt, et forma præcipuum; aliud istud lividi telum est. Virtute animi clarus est quis et prudentia cæteris eminens; sermonis quoque prolatione ac virtute magnificus : secat hoc quoque maxime invidum, et interna mente discruciat. Alius augescentibus divitiis suis consulte utitur, et censum sibi a Deo datum communem cum indigentibus facit, misericordia clarus efficitur, et in omnium laude humanitatis beneficus celebratur : omnia hæc cor invidi feriunt, et eo sævior est vis doloris, quo eum ne proferre quidem ac publicare potest : sed est quidem semper in gemitibus et mœrore ac mente confusus, et totus malo vitii grassantis absumitur, nec interrogatus tamen potest indicare languorem. Erubescit enim enuntiare in publicum quia tabescit invidia, quia amici bonis et successibus proximi ipse consumitur, quia fratris bona sua mala sunt. Hæc enim dicturus est sine dubio, si velit quæ vera sunt dicere. Verum, quoniam erubescit horum aliquid confiteri, recondit et celat intrinsecus morbum ipsa ejus interna viscera consumentem. Neque ergo medicum languoris sui assumere, neque remedii aliquid invenire potest, cum præcipue omnes Scripturæ repletæ sint verbi divini medicamentorum, quibus possint ista curari.

2. Sed inde quidem remedium non requirit. Unum autem sibi solum remedium putat, si forte ei cui invidet infaustum aliquid accidat, si aliquis lapsus occurrat. Hoc tantummodo ad languoris sui remedium ducit, si eum qui paulo ante clarus ac beatus habebatur infelicem videat ac defectum : tunc jam et amicus efficitur, tunc et fletus suos sociat, tunc et lacrymas mutuatur, cum eum cui invidebat flentem viderit et lugentem. Et gaudere quidem cum gaudente non pertulit, nunc vero gaudio flet cum flente. Non enim humanitatis tanquam communes casus mortalium miseratur, nec ut abstergat animo prioris vitii maculam, sed ut graviorem lapso sensum doloris infligat. Si forte accidat filii orbitas, tunc amplius in defuncti laudibus commorátur, et mille præconiis magnificat puerum, ut vultu decorus, ut acer ingenio, ut ad omnia aptus et commodus; **727** et laudat ipse defunctum, cujus viventis laudem ne ab aliquo quidem prolatam ferebat audire. Sed in hoc ipso cum laudat, si videat etiam alios vel similia vel etiam præstantiora sentire, continuo conversus morbum demonstrabit invidiæ. Miratur et laudat divitias, sed post ruinas, decorem vultus et corporis robur in languoris macie et tabo ægritudinis prædicat, et in omnibus inimicum se præsentium servat, amicum vero pereuntium.

3. Quid igitur hoc morbo tetrius? quid humanæ vitæ perniciosius? quid tam naturæ inimicum? quid tam Deo ipsi adversum? Nec mirum, nam et ipsum malitiæ principem diabolum adversum humanum genus nihil aliud quam invidiæ morbus accendit. Per hanc namque stimulatus, etiam Deo ausus est repugnare. Etenim adversum Deum indignans pro his donis quæ homini concesserat, quoniam in ipsum Deum nihil poterat, homini quem diligebat perniciem mortemque molitus est. Eadem nihilominus etiam primus diaboli discipulus perpetravit, ab ipso et invidiæ vitium et homicidii opus edoctus, socia sibi et cognata crimina, quæ etiam

(14) Græce exstat tom. II [III], p. 91.

Digitized by Google

sanctus Apostolus velut a se invicem indissociata simul pariterque commemorans, dicit : *Pleni invidia, homicidiis* [68]. Quid est ergo quod in hac parte egit diabolus, ob honorem qui a Deo datus est homini, et continuo incensus invidia est, ut interimeret eum qui fuerat honoratus a Deo? Sine dubio ut ad eum redundaret injuria, qui præstiterat gratiam. Verum, quoniam adversus Deum ipse pugnare non poterat, adversum fratrem pugnare hominem docuit. Fugiamus ergo, fratres, vitii hujus causam, quæ prima adversari Deo docuit, quæ parricidii exstitit mater, quæ naturæ jura confudit, quæ ignorantiam consanguinitatis invexit. Quid enim contristaris, o homo, cum nihil mali perpessus sis? Quid impugnas eum qui tibi videtur in bonis degere, cum te in nullo defraudaverit? Quid si aliquid etiam tibi profuit, nihil videris aliud agere quam tuimetipsius bonis et utilitatibus invidere. Talis erat et Saul, qui beneficia David ad occasionem persecutionis ejus accepit. Primo quidem quod per spiritualem illam citharam divinitus modulatam, et plectro sancti Spiritus pulsam, ab incursione dæmonis liberatus est. Verum quid ad hæc beneficii memor rependit? Pro plectro salutifero, hastam mortiferam retorquet in David. Tum deinde belli discrimine simul et opprobrio liberatus, prostrato Golia cui nullus provocanti audebat occurrere, quoniam pro hoc mulierum exsultantium chori in hymnis triumphalibus ad eum qui fecerat fortiter, collocatæ salutis gratiam referentes dicebant, *Percussit David in decem millibus, et Saul in millibus* [69], pro hac sola voce quæ ex ipsa veritate processerat, ad insidias et interitum ejus qui salutem patriæ contulerat, incitatur. Et cum eum profugum atque extorrem finibus patriis fecisset ac sedibus, nec sic quidem cessavit invidia, sed et armatos mittit post ipsum, et aliquando mille, aliquando tribus millibus cum bellatoribus insectatur [70]. Sed, etsi ad deserta confugit, etsi apud allophylos latet, ne ibi quidem parcit, semper insidiatores mittit post ipsum ; semper dolis et factionibus circumvenit eum cujus beneficiis intra conscientiam suam se novit obnoxium. Si ergo interrogetur quæ belli causa est, quid aliud respondebit, nisi beneficia viri causam sibi esse odiorum? Qui etiam eo ipso tempore cum ab ipso quæreretur ad mortem, noctu ab eo dormiens deprehensus, et absque ulla dubitatione expositus ad interitum ac traditus in manus inimici, reservatur tamen et indulgetur, et ad pœnitentiam remittitur [71]. Et est ei testimonio vox illa, in qua commaculare justus manus suas in sanguine proditi et expositi sibi persecutoris abstinuit ; nec tamen his tantis ac talibus beneficiis mens invidi flectitur : sed rursum movet arma, rursum persecutiones excitat nequiores. Sed nihilominus in manus traditur : et rursum in spelunca deprehensus, opportunus fit neci. In quo pietas quidem et misericordia David magis claresci, et Saul malitia vel crudelitas manifestius declaratur Nihil ergo his inimicitiis difficilius, quæ ex invidiæ amarissimo fonte descendunt. Quoniam quidem hi qui ex aliis occasionibus inimici sunt, si alter forte aggrediatur alterum beneficiis vincere, continuo ferocitas mitigatur ; in invidum autem si beneficia conferantur, multo amplius inflammatur ; et quanto plura fuerit consecutus, tanto majoribus incendiis conflagrabit. Magis enim irascitur et dolet, quod ab eo boni aliquid consequitur, quem nolit quidquam boni vel habere vel posse præstare. Quam feram belluam, quos venenatos serpentes mores isti non superant? Canes beneficii memores videas ; leones cæteræque feræ mitescunt et vincuntur ad gratiam : soli invidi beneficiis gravius inflammantur.

4. Quid etiam fortissimum illum et nobilissimum virum Joseph servum fecit? Nonne invidia fratrum [72]? In quo etiam admiratione digna est vanitas ipsa commenti. Pertimescentes enim exitum somniorum, fratrem subjiciunt servituti : quo scilicet servus effectus, non posset a liberis adorari. Sed si quidem vera sunt somnia, quid proderit argumenti genus? Si impleri necesse est quod prædictum est, superflua est obsistentis intentio ; si vero fallitur adolescens in somniis, frustra invidetis erranti. Non invidia, sed miseratione dignus est, qui illuditur. Sed multo aliter quam opinabantur, callida eorum commenta divinæ providentiæ dispensatio temperavit. Per ea namque ipsa prædictorum finis struitur et impletur per quæ putabatur arceri. Certum est enim quia nisi venundatus fuisset Joseph, utique in Ægyptum non venisset ; nec si pudicitiæ tenax dominæ lascivientis insidias incidisset, non fuisset retrusus in carcerem, nec ministris Pharao familiarior exstitisset, nec somniorum regis interpres fuisset ascitus, ex quo etiam summam potestatem regendæ Ægypti moderandæque sortitus est ; et pro frumentaria dispensatione a fratribus suis ob hoc ipsum illuc properantibus adoratus. Verum transeamus ad speciem illius invidiæ, quæ omne piaculi genus humanæ conditionis excedit. Judæorum odium adversum Salvatorem nonne ex invidia descendit? Et **728** quæ erat causa invidiæ? Mirabilia signorum. Cujusmodi vero erant mirabilia? Salus animæ et corporum sanitas. Pascebantur esurientes, et qui pascebat impugnabatur. Vita mortuis reddebatur, et is qui vitam tribuebat, insidias vitæ per invidiam sustinebat. Dæmones fugabantur, et imperanti dæmonibus doli ab hominibus tendebantur. Leprosi mundabantur, claudi ambulabant, surdi audiebant, cæci videbant. Qui hujuscemodi gratiam largiebatur hominibus, ab hominibus flagris servilibus fugabatur. Affligebant eum qui mortalibus venerat reddere libertatem : et judicabant homines judicem mundi. Ad ultimum vero eo usque

[68] Rom. I, 29. [69] I Reg. XVIII, 7. [70] I Reg. XXIV, 3. [71] I Reg. XXVI, 7. [72] Gen. XXXVII, 28.

Digitized by Google

furor piaculi prorupit, ut auctorem vitæ morte multarent. Sic omnia mala ex radice nascuntur invidiæ, et hoc uno tanquam validissimo mucrone usus ab initio mundi usque ad consummationem ejus, diabolus omnes pene animas trucidavit ac perdidit. Denique nihil omittit, quin pro eo quod ipse passione invidiæ dejectus est, etiam nos lapsu similis vitii dejicere studeat. Idcirco et Salomon sapientissimus omnium, cum homine invido nec cœnandum quidem suadet, vel ad convivium veniendum [73]: per hoc ostendens quod totius vitæ nostræ tempore a consortiis hominum qui in hujuscemodi vitiis irretiti sunt, alieni prorsus et segregati esse debeamus. Sicut enim aridam quamque fragilemque materiem studium nobis est procul ab igne statuere: ita oportet, quantum fieri potest, ab omnibus invidorum non solum amicitiis, verum etiam fabulis et colloquiis segregari, et velut a malignis et venenatis jaculis occultari. Non enim possibile est aliter incurrere invidiam, nisi notitiæ et familiaritatis obtentu; quoniam quidem secundum Salomonis sermonem: *Invidia viro ab amico suo est* [74]. Vere enim ita se res habet. Non enim invidet Ægyptio Scytha, aut Britanno Indus æmulatur: sed unusquisque gentis suæ hominibus et contribulibus invidet, et non ignotis quibusque, sed vicinis et proximis ac familiaribus suis, imo vero his qui vel artificii ejusdem vel officii vel operis exsistunt. Armat etiam proximas ætates morbus invidiæ nonnunquam, et propinquos sanguinis: atque inter ipsa sæpe fraternæ germanitatis jura grassatur. Et prorsus sicut rubigo proprie ferri corruptio est, ita et amicitiarum propria corruptela invidia est. Sed et illud in causa languoris hujus vel admirari jam quis poterit vel laudare, quod quanto amplius creverit, tanto fit perniciosior ei cui crescit? Sicut enim omne jaculum quod vehementius fuerit intortum, si forte in aliquod solidum et durum corpus illiserit, in eum continuo qui jecerat repercussum jaculum retorquetur ac resilit: ita etiam motus invidentis et animorum telum cum nihil nocuerit ei cui intenditur, vulnus tamen invidentis efficitur. Nemo namque tristitia sua unquam imminuere bona proximi potuit: æmulans tamen semetipsum tabo confecit invidiæ. Et ego quidem arbitror venenatis et mortiferis serpentibus morbi hujus esse venena graviora. Nam ab illis aiunt cum prius morsus corpori defixerint, per vulnus dentium venena diffundi: invidiæ autem virus interdum etiam solo aspectu infunditur oculorum; nonnunquam etiam solo concipitur auditu. Continuo namque ut viderit quis vel audierit ea quæ non vult de his quibus invidet, statim dilabitur, statim corruit, statim tabescit: et quamvis decori vultus, quamvis solidi ac sani sit corporis, repente velut ictus venenati serpentis morsibus consumitur et tabescit, venis noxii rheumatis per oculos usque ad cordis arcana penetrantibus, ac viscerum interiora vastantibus. Sed ego omitto tali assertione uti; vulgaris enim videbitur sermo. Illud tamen dico, quoniam adversarii humani generis dæmones, cum viderint propositum hominis suis studiis aptum, ad omne facinus voluntatis suæ eo velut organo abutuntur. Et quid non perhorrescis minister effici dæmonum, sed recipis in te malum per quod inimicus exsistas his qui te non læserunt, inimicus quoque Dei apud quem omnis bonitas absque invidiæ macula est? Fugiamus invidiam, obicem pietatis, obstaculum regni cœlorum, viam gehennæ, pignus et primitias quasdam pœnæ perpetuæ.

5. Fugiamus quinimo malum quod magisterio serpentis edoctum est, quod a dæmonibus inventum est, quod inimicus homo bonis Dei seminibus supersevit. Sed ex ipso quoque interdum vultu non minus invidi declarantur. Obstrusiores his namque oculi, et obscuriores genæ: demissum et triste supercilium. Anima quoque ipsa passione dejecta, et penitus incurvata. Nusquam veritatis judicium in negotiis servatur; non sermo ullus honestus eis videtur aut gratus; nihil apud eos nobile, nihil clarum probatur; sed sicut vultures jucunda quæque et amœna loca transeunt, et suavissimis odoribus redolentia transvolant prata, ad fœtida vero quæque cadavera, et loca tetris repleta nidoribus convolant: et sicut muscæ, omisso sano corpore, sicubi ulcus est concitæ præcipitesque conveniunt: ita et invidi si quid ab aliquo in hac vita bene gestum est, si quid præclarum in actibus, in verbis probabile, in moribus admirandum est, nihil prorsus vident, nihil retractant: sicubi autem quid aut culpabiliter gestum, aut incauto sermone prolatum, ut hominibus accidere solet, hoc proferunt, aut in publicum ventilant; et notitiam viri non ex bonis gestis dictisque, sed ex minimis probabilibus fieri volunt. Quo malo quid nequius? quid teterius? quid perniciosius dicam? omittere et reticere ea quæ laude digna sunt: rimari vero sicubi quid inveniat quo opus virtutis ex accidentis culpæ occasionibus criminetur? Denique isti tales magnanimum quemque virum protervum vocant: constantem vero et patientem, sine affectu et sensu doloris appellant. Sobrium autem acerbum dicunt; justum, crudelem; prudentem, callidum vocant. Arrogantem liberum criminantur; liberalem vero luxuriosum dicunt. Avarum nominant parcum; et omnes virtutum species decolorare contrariis et a malitia assumptis appellationibus gestiunt; ita ut sæpe etiam invidos quibus ipsi invident, nominent. Quid igitur est? In accusatione et obtrectatione vitiorum sermonis terminum dabimus? Sed hoc ex parte remedium est. Nam ostendere **729** ægro magnitudinem morbi, et per hoc concitare ejus sollicitudinem, ne languoris vim negligat, pars videbitur medicinæ. Verum, si in hoc eum reliqueris gradu, nec remediorum

[73] Prov. XXIII, 6. [74] Eccle. IV, 5.

Digitized by Google

ostenderis viam, nihil aliud est quam salutem prodidisse languentis. Quid ergo est? Quomodo vel vitandus est morbus ne patiamur, vel si patimur fugiendus? Primo, ut mihi videtur, statuere debemus apud animos nostros nihil magnificum neque expetendum quidquam esse in rebus visibilibus : non opulentiam magni pendere, neque florentis gloriæ tumorem mirari ; non robur et valetudinem corporis. Nihil enim eorum quæ temporalia sunt et prætereunt opinandum est bonum, neque omnino horum aliquid quæ videmus; quoniam *quæ videntur temporalia sunt, quæ autem non videntur æterna sunt* [75]. Ideo ergo eum qui affluit divitiis dignum non putemus invidia ; neque is qui sublimitate præcellit, æmulatione dignus habendus est, pro magnitudine potestatis crastino nusquam futuræ. Sed neque corporis virtus et magnificum robur ad invidiam veniat, unius febriculæ caloribus resolvendum, nisi forte quis velut virtutis organis his utatur ad utiles atque optimos actus. Is enim qui indulta sibi corporis fortitudine abutitur ad impia ac proterva ministeria, nihil aliud est quam si quis acceptum ad hostem repellendum gladium, in suum vertat exitium. Quod si quis concessas sibi a Deo facultates in ministeriis indigentium et pauperum sustentatione dispensat, iste non invidia dignus est, sed amore, qui deliciis et voluptatibus suis necessitatem pauperum prætulit, et communem suum victum cum fratribus fecit.

6. Tum deinde eminet quis per prudentiam, et accepta gratia verbi divini Scripturæ sensum aperit, et obscuritates divini et prophetici sermonis exponit : quis unquam talibus adversetur? Quis divini muneris beneficia feralis invidiæ labe contaminet, maxime si ea quæ dicuntur per sancti Spiritus donum et gratiam depromantur, et ob hoc etiam auditorum favor et collaudatio prosequatur? Sic habeto tu quasi tuum sit istud bonum, et tibi per fratrem a Deo doctrinæ destinatum sit donum ; si tamen libenter propter te suscipias. Tum deinde venam quidem fontis largius profluentem nullus obturat; nec a solis splendore ullus inhibetur obtutus : et nemo invidet alii solem videnti; nec super cæteros, sed cum cæteris habere ei sufficit participium lucis. Et tu, verbo spirituali in Ecclesia profluente et per gratiam sancti Spiritus pietatis dogmata proloquente, non cum lætitia admoves et adjungis auditum, et instrueris ac proficis, sed mordet te et stimulat audientium favor; et optas si nemo proficeret, tantum ut nemo laudaret. Et quæ erit hujus rei excusatio apud cordium nostrorum judicem Deum? Si ergo, ut diximus, abundat quis in facultatibus, abutitur autem eis tam commode quam sermo divinus edocuit, communem sibi censum cum indigentibus ponens, non invidia talis iste, sed charitate dignus est et amore. Si vero e contrario agat, id est, ut facultates quas honeste dispensare debuerat, abuti per luxuriam ac turpitudinem properet, nec sic quidem invidia, sed misericordia dignus est; quoniam quidem nec laude aliquid dignum, sed probris et vituperationibus gerit. Similiter et is qui abundat in verbo, siquidem per gratiam sancti Spiritus loquitur : si vitæ suæ merito commendat, et probat vera esse quæ prædicat ; si non refragantur doctrinæ verbis gesta doctoris ; si denique non Spiritus sancti voluntati ministram tantummodo exhibet linguam : invidere talibus et adversari, nihil aliud est quam dicere : Nollem mandata Dei hominibus innotescere, nollem homines de morte ad salutis viam revocari. Si vero is qui loquitur, non secundum Deum loquitur, nec per gratiam Dei docet, sed verba profert humani tantummodo ingenii arte composita : nihil in ipsis divini Spiritus, nihil quod cor fodiat, conscientiam pulset, lacrymam moveat : si denique vita moresque doctoris, prolatis refragantur eloquiis, si aliena sunt ab actibus et moribus suis ea quæ alios docet : nequaquam, quæso, erga tales excitetur invidia. Reclamat enim his continuo apostolicus sermo, et in os eorum ac faciem retorquetur dicens : *Qui alium doces, teipsum non doces? Qui prædicas non furandum, furaris? Qui dicis non mœchandum, mœcharis? Qui abominaris idola, sacrilegium facis* [76]? Quinimo miseratione, ut diximus, et luctu digni sunt isti. Tu vero audi commonentem te David per Spiritum sanctum, et dicentem : *Noli æmulari inter malignantes, neque æmulatus fueris facientes iniquitatem : quoniam sicut fenum cito arescent, et sicut olera herbarum cito deficient* [77]. Decet ergo servum Dei neque viris bonis invidere, et super falsis ac simulatis dolere; et æmulationem potius ad imitanda bona, quam invidiam capere. Si vidisti sobrium, si patientem, si constantem in certaminibus pietatis, siquidem et tu talis es, dilige et illum quasi alterum te. Si vero aliquid tibi deest, imitare eum cujus vitam laudabilem vides. Hoc autem studii modo et apud temetipsum proficies, et apud eos qui te vident laudabilis eris. Hæc enim est natura virtutis, ut per arbitrii libertatem a quocunque volente et laborante possit acquiri. In nobis namque potestas hujus studii sita est; nam divitias, pulchritudinem corporis, robur et cætera hujusmodi quæ putantur esse bona, non est in nostra potestate ut habere possimus. Sed si majus bonum quod vere bonum est, id est, virtus animi, merito ab omnibus qui recte judicant, cunctis bonis corporeis præferendum est, cur quod summum et vere bonum est, et in nostra est positum potestate, negligimus imitari; pro his vero bonis quæ falsa sunt nec jure bona dicuntur, tam intentis studiis agitamur, ut pro his perniciosissimæ cladi succumbamus invidiæ?

[75] II Cor. IV, 18. [76] Rom. II, 21, 22. [77] Psal. XXXVI, 1, 2.

Digitized by Google

7. Sed ne illud quidem commonitionem nostri sermonis evadat. Num vides quantum malum in vita hominum obtineat simulatio? Et hæc de invidiæ stirpe procedit; nam bilinguem esse hominem et duplici mente, non aliunde quam invidia nascitur. In profundo namque cordis odium tegit, in labiorum vero superficiem coloratam dulcedinem profert: secundum **730** obtectos marinis fluctibus scopulos, qui exiguæ aquæ respersione cooperti, ignorantibus et incautis improvisa naufragia moliuntur. Sic ergo etiam mors nobis inde velut ex malignis fontibus influit, id est, cum decedimus a bono, cum alieni efficimur a Deo, cum sanctitatis ordinem pacemque confundimus, cum totius honestæ vitæ jura violamus. Fugiamus eam et acquiescamus magis suadenti Apostolo et dicenti: *Nolite effici inanis gloriæ cupidi: invicem provocantes, invicem invidentes* [78]; *sed magis benigni, misericordes, donantes vobis ipsis delicta, sicut et Deus donavit vobis in Christo Jesu Domino nostro* [79]; cum quo est Deo Patri cum Spiritu sancto gloria in sæcula sæculorum. Amen.

HOMILIA V,

In principio Proverbiorum Salomonis, quam dixit cum esset presbyter, jubente episcopo (15).

1. Magna est obedientiæ merces; et ideo obtemperemus summo sacerdoti et benignissimo patri agones nobis quosdam de eloquiis sancti Spiritus proponenti: qui tanquam magister peritissimus venatorum, in locis asperis et difficilibus delectatur catulorum suorum cursus probare. Proposuit autem nobis in principio Proverbiorum movere sermonem. Quam vero difficilis captu sit libri hujus, id est, proverbialis sermonis intellectus, nullus ignorat eorum qui Scripturarum vel notitiam vel studium habent. Verumtamen non idcirco revocandus est pes ab omni conatu, sed spem dicendi erigere debemus ad Dominum per orationes summi sacerdotis pastoris nostri ut detur nobis sermo in adapertione oris nostri [80]. Tres istos libros novimus principaliter sapientissimi Salomonis, Proverbiorum et Ecclesiasten, et quæ dicuntur Cantica canticorum. Quorum unusquisque certam ac propriam continet rationem: utilitas tamen et prospectus idem omnibus, erudiendi humanum sensum atque excolendi mortalium vitam. Proverbia igitur eruditio est moralis et emendatio vitiorum ac vitæ probabilis regula, humanus actus linea quadam dirigens cautiore. Ecclesiastes autem de rebus naturalibus disserit, et quanta sit in hoc mundo vanitas, quantumque in rebus inane demonstrat: ut per hoc utique nequaquam nos huic rei quam vanitatem docuit, persuadeat adhærere, et curas nostras rebus fugientibus inaniter occupare. Cantica vero canticorum perfectionem quodammodo edocent animarum. Consonantiam namque et conjunctionem sponsæ describunt ad sponsum, quæ est animæ ad verbum Dei connexio. Sed ad propositum revertamur.

2. *Proverbia*, inquit, *Salomonis filii David, qui regnavit in Israel.* Proverbiorum nomen in verbis vulgaribus habere consuetudo hominum solet, id est, ea quæ vulgo velut ex traditione quadam antiquitatis loquuntur, sicut ipsa apud Græcos etymologia enuntiati sermonis ostendit. Quo genere sermonis abutimur ad multa quæ in vita accidunt similia: verum hæc teneat de proverbii nomine vulgi communis opinio. Apud nos vero proverbium est sermo utilis occulta intra se continens, et habens quidem aliquid utilitatis etiam in aperto, plurimum tamen in profundo sensus contegens et in occulto. Denique et Dominus ita dicebat: *Hæc in proverbiis locutus sum vobis, sed venit hora cum jam non in proverbiis, sed in palam loquar vobis* [81]; per quod indicat, quia proverbialis sermo palam et in manifesto non habeat intellectum, sed obliquis quibusdam indiciis et occultis, prudentioribus quibusque et eruditioribus voluntatem dicentis insinuet. *Proverbia* igitur, inquit, *Salomonis, filii David*, id est, verba totius vitæ cursui necessaria. Addidit autem etiam nomen scriptoris, ut auctoritate personæ desiderium studiumque legentis invitet. Semper enim doctoris præjudicium sermonem quidem commendabilem facit, auditorum vero animos ad studiorum desiderium suscitat. Proverbia ergo Salomonis, illius scilicet ad quem dixit Dominus: *Ecce dedi tibi cor sapiens et prudens, sicut non fuit ante te, et post te non exsurget similis tibi* [82]; et iterum: *Dedit Dominus sapientiam et prudentiam Salomoni multam valde, et abundantiam sensus cordis, sicut arena quæ est ad oram maris: ita ut multiplicaretur sapientia Salomonis super omnem prudentiam hominum omnium antiquorum, et super omnes sapientes Ægypti* [83]. Vides quantam vim obtinet superscriptio nominis? *Proverbia*, inquit, *Salomonis filii David.* Adjicitur etiam patris nomen, ut cognoscatur quoniam sapiens erat Salomon, ex sapiente et propheta parente progenitus, id est, qui ab infantia esset sacris litteris institutus, qui non regnum vel principatum iniqua aliqua sorte susceperit, velut indebita sibi regna pervaserit; sed judicio justo patris prophetæ, per quem utique Dei voluntate regni summa digniori ex filiis tradebatur. Hic ergo fuit rex in Jerusalem [84]. Nec hoc quidem otiose dictum est. Non enim solum pro distinctione reliquorum regnorum certi loci regna nominantur, sed ut etiam conditorem famosissimi illius templi, et in figuram futurorum bonorum structi simul nosceres,

[78] Galat. v, 26. [79] Ephes. iv, 32. [80] Ephes. vi, 19. [81] Joan. xvi, 25. [82] III Reg. iii, 12. [83] III Reg. iv, 29, 30. [84] III Reg. i, 33.

(15) Græce exstat t. II [III], p. 97.

Digitized by Google

et omnium quæ in ea urbe mirabiliter instituta sunt, auctorem parentemque condisceres. Multum autem conducit ad amplectendum institutionum sermonem regem esse qui scribit. Si enim, ut quidam definierunt, regnum est legitima quædam cura et institutio, certum est quia instituta quæ dantur ab eo rege, qui tamen digne meritoque sortitus est, legum vim teneant, et sanciant jura vivendi, maxime cum id in commune omnibus consulat, et non propriæ utilitatis decernatur intuitu. Hoc enim differt rex a tyranno, quoniam hic quidem quod sibi utile est consulit, ille quod omnibus.

3. Enumerat ergo consequenter quanta sit libelli hujus utilitas, et dicit primo, quia ex proverbiis est scire sapientiam et disciplinam. Est autem sapientia divinarum humanarumque rerum et causarum quibus hæc constant, agnitio vel scientia. Si quis ergo de Deo digne sermonem profert, agnovit sapientiam, sicut et Paulus qui dicebat : *Sapientiam autem loquimur inter perfectos, sapientiam vero non hujus mundi, neque principum hujus mundi qui destruuntur, sed* **731** *loquimur Dei sapientiam in mysterio absconditam, quam prædestinavit Deus ante sæcula* [86]. Sed et is qui ex mundi conditione et creaturarum magnitudine conditorem intelligit et advertit, etiam ipse per hujus mundi sapientiam Deum cognovit. *Invisibilia enim ejus a creatura mundi per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur* [87]. Perducit autem nos ad intelligentiam Dei proverbialis sermo cum dicit : *Dominus sapientia fundavit terram* [88], et rursum : *Cum præpararet cœlum, præsens eram cum ipso, et ego eram apud eum compaginans, et ego eram eui adgaudebat* [89]. Hæc enim omnia ex persona sapientiæ nobis disputans, manifestius nobis ejus scientiam tradit, tanquam ipsa de se humanis hæc auribus proloquentem. Sed et illud quod ait : *Dominus creavit me initium viarum suarum* [90], et de ea quæ in hujus mundi opere ostenditur sapientia prolocutus est, quæ velut vocem quodammodo ipsa per ea quæ videntur emittit, quia a Deo facta sint, et non sua sponte processerint, quæ tam sapienter et tam magnifice compaginata cernuntur. Sicut enim *Cœli enarrant gloriam Dei, et facturam manuum ejus annuntiat firmamentum* [91], enarrant autem non per sonum vocis, sed per operis sapienter dispositi confessionem : *Non* enim *sunt loquelæ neque sermones quibus non audiantur voces eorum* [92] : ita sunt quidam sapientiæ sermones et rationes, quæ ante omnia insertæ sunt creaturis, id est, illa ipsa ratio per quam unumquodque a sapientia procreatum est, per quam ipsa etiam tacens clamat, et creatorem suum Dominum profitetur. Primo enim omnium ratio et sapientia rerum producta est, tum deinde ipsæ substantiæ, cum jam ratio earum et sapientia qua possint subsistere præcessisset, per quam ad intellectum quoque solius sapientis Dei mortalium dirigeretur intentio.

4. Præterea est etiam humana quædam sapientia, id est, rerum quæ in vita communi geruntur experientia, secundum quam uniuscujusque artis peritos sapientes dicimus. Quam plurima ergo pars libri hujus ad cohortationem sapientiæ spectat, cum dicit : *Sapientia in exitu canitur, in plateis autem fiducialiter agit, in summis vero muris prædicatur* [93]. In quibus tametsi profundiora sacramenta comprehendit, tamen etiam hoc nihilominus suggerit, ut per ea quæ naturaliter hominibus grata satis et accepta cognoscit, id est, per laudem sapientiæ provocet animas et invitet, ut non segniter vel remisse ejus expetant disciplinas, cujus laus et utilitas in omnibus invenitur, id est, in viis, in plateis, et in munitionibus civitatis. Quæ singula idcirco enumerat, ut magnificentiam rationis quæ in rebus habetur, ostendat. Exitus enim et plateæ, omnis vitæ nostræ indicant actus, in quibus providendum nobis est semper inesse sapientiam. Cautelam vero et munimentum seu continentiam vitæ nostræ designat in muris, in quorum summitate, non in fundamentis, neque in initiis, sed in summa perfectione fiducialiter agere sapientia designatur. Volens quoque nos familiarius jungere et consociare sapientiæ, ait : *Dic sapientiam sororem tuam esse* [94] ; et iterum : *Ama eam, et servabit te* [95]. Tunc deinde communem ejus ad omnes utilitatem demonstrans : *Jugulavit*, inquit, *victimas suas* [96], id est, cibos fortes solidosque [97] præparavit, his qui pro possibilitate sumendi exercitatos habent sensus ad discretionem boni vel mali. *Miscuit*, inquit, *in cratere vinum suum* [98] : *vinum quod lætificat cor hominis* [99]. Craterem vero ipsum purificatorum nominat sapientiæ mysticum participium, unde licet omnibus, unicuique tamen pro captu virium et meritorum profectibus haurire quod satis est. Præparasse vero se dicit mensam suam. In hoc magnificis quibusdam sermonum formis, spiritualem nobis intellectum vocabulis carnalibus introducit. Rationabilem namque cibum animæ, et talem qualem hanc habemus in manibus verbi Dei explanationem, præparatam nominat mensam. Cum ingenti, inquit, prædicatione convocans et invitans. Audis prædicationem dici, et dubitas hæc de mysterio verbi referri ? Quod autem dicit cum excelsa prædicatione, nihil humile, nihil dejectum vel obscurum inesse dogmatibus sapientiæ declarat. Quomodo autem invitat ? Audi. *Si quis est*, inquit, *insipiens, declinet ad me* [100] ; quæ stulta sunt enim hujus mundi vocavit Deus, ut confundat sapientes. Nam sicut infirmi indigent medicina, ita et insipientes indigent sapientia. Ad-

[86] I Cor. II, 6, 7. [87] Rom. I, 20. [88] Prov. III, 19. [89] Prov. VIII, 27. [90] ibid. 22. [91] Psal. XVIII, 1. [92] ibid. 4. [93] Prov. I, 20. [94] Prov. VII, 4. [95] Prov. IV, 6. [96] Prov. IX, 2. [97] Hebr. V, 14. [98] Prov. IX, 2. [99] Psal. CIII, 15. [100] Prov. IX. 4.

Digitized by Google

dit præterea : *Melius est eam mercari, quam auri et argenti thesauros* [1] ; et : *Pretiosior est*, inquit, *lapidibus pretiosis, et omne pretiosum non est ea dignum* [2] ; et : *Fili, si sapiens fueris, tibi sapiens eris, et proximo tuo* [3] ; et : *Sapienti filio directi sunt actus* [4], et multa alia, quæ si diligentius percurras libri ipsius textum, dicta invenies de sapientia. Verum quoniam ipse Salomon ait : *Quoniam in malevolam animam non introibit sapientia* [5], purgari prius studet per timorem Dei mentes eorum, quos ad studium sapientiæ invitat ac provocat. Non enim fas est salutaria sapientiæ sacramenta sordidis mentibus pollutisque committere, vel imparatos atque indocibiles sensibus [*al.* sensus], et totius rationabilis doctrinæ et eruditionis inexpertes subita sapientiæ luce perstringi. Tale est enim quale si quis polluto ac fœtido vasculo unguentum suave ac pretiosum recondat. Propterea ergo ait : *Initium sapientiæ, timor Domini* [6]. Timor autem Domini purificatio animæ est : secundum quod et Propheta dicit : *Confige a timore tuo carnes meas* [7] ; velut si diceret, quia ubi timor Dei est, omne ibi flagitium cessat : dum corporis membra velut clavis confixa, ad nullius turpitudinis vel sceleris ministerium commodantur. Sicut enim is qui clavis ferreis confixus et dolore terebratus, ad corporalia gesta immobilis manet : ita etiam ii quorum timor Domini corda transfixit, neque oculum movere ad ea quæ non licet possunt, neque manuum ministerio fungi ad gesta nefaria, neque prorsus quidquam gerere possunt quod divina lex prohibet : quoniam clavorum dolore confixus est, quem de futuri judicii exspectatione perpetitur.

5. Contaminatos ergo et indociles animos ac vafros Sapientia a suis auditoribus abigit, et excludit dicens : *Qui autem sine timore sunt, ante portas errabunt* [8] ; et iterum : *Quæretur sapientia apud malos, et non invenietur* [9] ; et iterum : *Quærent me mali et non invenient* [10] : pro eo scilicet **732** quod nulla divina timoris purificatione mundantur. Itaque, si quis adire salutaris sapientiæ desiderat scholas, prius per timorem Dei ab omni malitiæ contagione purificatus accedat. Apparuit ergo nobis etiam aliud bonum ex Proverbiorum doctrina veniens, utilitas timoris Dei sapientiæ institutionibus introducta. Verum quoniam secundus sermo Proverbiorum promittit etiam disciplinæ scientiam, videamus quid sibi velit sermonis ipsius virtus. Disciplina vel eruditio est institutio quædam cum labore adhibita animæ, ita ut interdum eam malitiæ sordibus expurget, quæ : *Ad præsens quidem non videtur lætitiæ esse, sed mœroris : postea vero pacatissimum fructum his qui per eam eruditi sunt, reddit justitiæ ad salutem* [11]. Hanc igitur disciplinam vel eruditionem intelligere non

A cujuscunque mentis est, pro eo quod multi ad ea quæ incurrunt molesta vel tristia, dum per imperitiam ineruditæ mentis nequaquam ex correptione utilem fore rerum exitum provident, ignavæ mentis desperatione continuo deficiscunt, et impatientes ad austeritatem curæ, magis se imperitiæ languoribus tradunt. Propterea ergo admirandam et se dignam justi proferunt vocem dicentes : *Domine, ne in ira tua arguas me : neque in furore tuo corripias me* [12]. Non enim correptionem refugiunt : sed iram devitant. Simile est et illud huic : *Corripe nos, Domine, verumtamen in judicio, non in ira* [13]. Et iterum alibi : *Disciplina Domini aperuit mihi aures* [14]. Sicut enim pueri cum negligentius studiis operam impendunt, si forte magistrorum B ac pædagogorum verberibus excitentur, sollicitiores effecti, capacius quæ docentur assumunt : et idem sermo, qui ante correptiones et verbera non audiebatur a puero, nunc velut auribus ejus vi verberum patefactis et auditur et capitur, et memoriæ commendatur : ita etiam erga eos accidit qui verbum Dei non audiunt, divinamque doctrinam negligunt atque contemnunt, cum fuerit eis a Deo illata correptio, et tribulationibus ac pressuris sæculi fuerint flagellati : tum demum ea quæ semper audiebant, vel quæ ex divinis præceptis eis recitabantur, tanquam nunc primo ad aures suas delata suscipiunt. Propterea ergo dixit : *Quia disciplina Domini aperuit mihi aures.* Disciplina ergo, ut diximus, commonet vel corripit inquietos, C sicut fiebat et per apostolum Paulum, cum dicit tradidisse se quemdam Satanæ ut discat non blasphemare [15], velut spiculatori cuidam et carnifici reo tradito, per quem caro quidem patiatur interitum, spiritus autem salvus fiat in die Domini. Alios vero disciplina emendatos jam revocat et restituit ad salutem, sicut illum qui dixit : Post captivitatem meam pœnitentiam egi [16]. Et ideo necessarium videtur disciplinæ hujus virtutem semper diligentius utilitatemque perquirere. Ipse igitur sapientissimus Salomon sciens quid ex ea commoditatis oriretur, præcepit dicens : *Noli cessare parvulum emendare*, hoc est ad disciplinam revocare : *quia si percusseris eum virga, non morietur. Nam tu quidem virga percuties eum ; animam vero ejus liberabis a morte* [17]. Et iterum : *Quis enim est filius quem non corripit pater* [18] ? Tum deinde ostendit hanc disciplinam pretiosiorem esse hujus mundi facultatibus apud eos qui sanum sapiunt, cum dicit : *Suscipite disciplinam, et non argentum, ut in tempore tribulationis non deficiatis* [19] ; id est, cum vel corporis morbis afficimur, vel propinquorum et charorum nostrorum urgemur adversis, ne aliter quid de Deo quam pietas et religio postulat sentiamus ; sed ut in omni patientia correptiones Domini

[1] Prov. III, 14. [2] ibid. 15. [3] Prov. IX, 12. [4] Prov. XIII, 13. [5] Sap. I, 4. [6] Prov. I, 7. [7] Psal. CXVIII, 20. [8] Eccli. I, 28. [9] Prov. XIV, 6. [10] Prov. I, 28. [11] Hebr. XII, 11. [12] Psal. VI, 1. [13] Jerem. X, 24. [14] Isa. L, 5. [15] I Tim. I, 20. [16] Jerem. XXXI, 19. [17] Prov. XXIII, 13, 14. [18] Hebr. XII, 7. [19] Prov. VIII, 10.

Digitized by Google

pro his quæ deliquimus toleremus : et tu tanquam disciplina pietatis edoctus, dicas in adversis : *Iram Domini sustinebo, quia peccavi* [20] ; addas quoque his et illud : *Bonum mihi quia humiliasti me, ut discam justificationes tuas* [21]. Tâlis erat et Apostolus qui aiebat : *Ut castigati, et non mortificati* [22] ; et iterum : *Cum autem arguimur, a Domino corripimur, ut non cum hoc mundo damnemur* [23].

6. Quoniam ergo et litterarum disciplina dicitur, id est, eruditio atque institutio, secundum quod scriptum est de Moyse, quia eruditus est in omni sapientia Ægyptiorum [24], uti non se quis eruditionibus et disciplinis quibuslibet passim tradat ac subdat : competenter primus iste Proverbiorum versiculus commonet dicens necessarium esse scire sapientiam et disciplinam, id est, ut illam sapientiam disciplinamque sectemur, quæ nos ad salutem veritatis sua luce perducat. Quamplurimi namque disciplinis se geometriæ tradunt, Ægyptiorum studiis repertæ, alii astrologiæ a Chaldæis introductæ, alii per alia quæque diversa : quibus dum umbras quasdam et inanes notarum lineas quærunt, et per aerem signorum calculos ducunt, vera his Dei disciplina quæ divinis litteris traditur, pro eloquii sui simplicitate vilescit. Sed et poetica vel rhetorica disciplina quamplurimos occupavit : ubi omnis materia dicendi mendacium est. Neque enim poeticum videbitur aliquid nisi fabulosum fuerit et confictum, neque rhetoricum nisi arte et calliditate connexum, neque sophisticum erit quid nisi deceptiosum fuerit et fallens. Quia igitur quamplurimi talibus studiis occupati, in hujuscemodi quodammodo erroribus consenuerunt, nullum de agnoscendo Deo laborem studiumque sumentes, necessariam proverbialis sermo suggerit scientiam disciplinæ, per quam scire conveniat quibus nos velut utilitatibus et salutaribus debeamus dedere disciplinis : a quibus vero velut vanis et inutilibus declinare. Potest autem qui Proverbiis diligenter attendit, intelligere etiam verba prudentiæ, ut si quid ex eis investigare potuerit, ad utilitatem suæ salutis acquirat. Scimus igitur prudentiam unam ex generalibus esse virtutibus, per quam boni malique gnari efficimur, vel si quid horum neutrum est comprehendimus. Prudens ergo a principalis prudentiæ vocabulo nuncupatus est. Sed objiciat fortasse mihi aliquis : Quomodo ergo serpens prudentissimus omnium fuisse dictus est bestiarum [25], et rursum Dominus jubet nos prudentes effici sicut serpentes [26], et iterum prudens esse dicitur villicus iniquitatis [27] ? Tripliciter, ut mihi videtur, prudentiæ nomen intelligendum est : vel cum quis callide alteri nocet ut sibi prosit, videns quod nisi alterius damno sibi consulere non possit, ut fecit hic villicus iniquitatis sibi providens domini detrimentis, qui prudenter **733** fecisse ipsius Domini sententia designatus est ; vel iterum cum quis nullo suæ utilitatis intuitu, sed solo iræ, vel invidiæ, vel cujuslibet alterius mali, quod de pravo ingenio descendit, impulsu, ita alterum supplantat et decipit, ut ipse præter mali operis effectum nihil acquirat : sicut serpens primum hominem in paradiso decepisse describitur, in quo sibi non solum nihil profuit alterius subversione, verum etiam multam gravioris condemnationis excepit. Tertium vero prudentiæ genus est quo sine ullius detrimento sibi quisque ac suæ saluti astutius consulit, dum vel quæ commoda sunt diligenter eligimus, vel certe comprehensi in periculis persequentium caput nostrum qui est Christus, et quæ in eum est fidem omni cum cautela et observantia custodimus : secundum quod, ut ego arbitror, Dominus prudentes nos effici tanquam serpentes jubet ; quibus hoc aiunt naturalis inesse cautelæ, ut reliquis membris persecutoribus objectis, solum caput cautius ab incursantium periculis tueantur. Qui ergo intelligit verba prudentiæ, continuo deprehendit quæ sint verba fallacia in quibus dolosa deceptio, et quæ sint veritatis specie magis quam veritate composita. Agnoscit nihilominus et quæ sint verba quæ ad utilitatem vitæ atque honestorum actuum proferuntur : ex quibus tanquam peritissimus trapezites quod bonum est continebit, ab omni specie mala se abstinebit [28]. Hæc est prudentia per quam et ille prudens vocatur, *Qui ædificavit domum suam supra petram* [29], id est, qui in fide Christi actuum suorum ædificium collocat, ventis turbinibusque commotis, et imbribus ei ac fluminibus appulsis, immobilis domus atque inconcussa perduret. Per quod edocet Dominus prudentem virum in tentationibus sive his quæ oriuntur ex terra, et fluminum ac torrentium vice rheumata nobis carnis et sanguinis movent, sive in his quæ ad ventorum ac procellarum vicem de aeris sedibus commoventur, per illos adversum quos nobis certamen et pugna est, principatus et potestates, et principem mundi hujus aeris, qui nunc operatur in filiis diffidentiæ : in his, inquam, omnibus qui prudens est vir, id est qui, audiens Proverbiorum sermonem, bene didicit verba prudentiæ, et eruditionibus se atque institutionibus assiduis præmunivit, inconcussus atque immobilis perseverat. Tales erant et illæ quinque virgines prudentes, quæ per prudentiæ disciplinam proviso sibi ipsis et præparato oleo in lampadibus suis, introire nuptiales thalamos cum Sponso potuerunt [30]. Stultæ autem quæ a studiis cessaverunt, his quibus oleum poterat præparari, alienæ gaudii nuptialis effectæ sunt [31]. Hæc dicta sunt de eo ut ostenderemus quid sit scire verba prudentiæ.

7. Nunc videamus quid est etiam hoc quod dictum est, *Suscipere versutias sermonum* [32]. Sermo

[20] Mich. VII, 9. [21] Psal. CXVIII, 71. [22] I Cor. VI, 9. [23] I Cor. XI, 32. [24] Act. VII, 22. [25] Gen. III, 1. [26] Matth. X, 16. [27] Luc. XVI, 8. [28] I Thess. V, 21. [29] Matth. VII, 25. [30] Matth. XXV, 10. [31] Ibid. 12. [32] Prov. I, 5, juxta LXX.

Digitized by Google

quidem qui verus est et ex sana mente procedit, A purus et simplex est eadem dicens, et de iisdem semper confirmans. Qui vero varius est et instabilis, arte quadam semper et diversis ligaturis ac molitionibus profertur; implicitus atque in multas facies transformatur, et versatur semper per mille versutias, pro eo videlicet quod nullis veritatis fundamentis ac soliditate subnixus est, sed pro auditorum delectamentis ac pro libidine aurium temperatur. Ut ergo possimus fortiter et constanter obsistere adversus ea verba quæ arte magis quam veritate subnixa sunt, instruit nos proverbiale mandatum, ut si ejus institutionibus intendamus, et lectionem ejus non negligenter et perfunctorie transeamus, velut munimentis inde quibusdam intelligentiæ assumptis, cum congressio B nobis talis fuerit objecta bellorum, sciamus suscipere verborum versutias, et velut ex insidiis quibusdam tela directa intelligentiæ scuto refellere. Cum vero aliter quidem natura rei se habeat, aliter vero de ea sermo pronuntiet, et in assensum non vere cogimur rei, versutia quædam verbi est et subversio veritatis; vel, cum pellaciter nobis imago proponitur veritatis, instruitur autem fallentibus verbis mendacii dolus, ut aliud alii quidem videatur quod dicitur, alio autem tendat sensus loquentis. Unde et canibus vulpes vel lepores insectantibus cum aliorsum currendi impetum demonstraverint, si vero in aliam subito converterint partem, stropham, id est versuram, fecisse dicuntur. Versutiæ igitur sunt verborum quæ ex scientia C falsi nominis ab hæreticis prætenduntur; qui non suscipientes simplicitatem spiritualis doctrinæ, per sophismatum versutias et verborum dolos fortitudinem veritatis eludunt. Suscipit ergo istas versutias verborum qui ex Proverbiorum libris et sermonibus diligentius fuerit eruditus, ut siquando ei intenta fuerit quæstio ex utraque parte conclusiones recipiens, et difficillimum admittens aditum respondendi, tamen si plenius ex divinis litteris fuerit instructus, non continuo mente confusus turbabitur et hærebit; sed etiam si absolutionis exitus in promptu non erit, paria tamen objicere illico inveniet, et adversarium zeli sui converso in eum mucrone percutere, ut si non superior, vel D æqualis abscedat. Præstant nobis etiam hoc Proverbia, ut possimus intelligere veram justitiam. Et quoniam justitia dicitur virtus vel affectus animi, unicuique prout dignum est rependens; et hoc competenter implere valde difficile est, dum aliis per prudentiam deest comprehendere quid unaquæque res habeat meriti; alii propriis vitiis occupati, et ira, odio, gratia vel misericordia præventi, quod verum atque æquum est consulere non possunt: ex quo fit ut vel contemnant, et despiciant pauperes, vel injustos et violentos divites, potentesque non arguant.

8. Pollicetur ergo Proverbiorum liber discipulis suis intellectum præstare veræ justitiæ. Sicut enim per lumen mundi quod sunt apostoli, *Vos* enim, inquit, *estis lux mundi*[33], pervenimus ad veram lucem quæ est Christus, et sicut per sermones sapientium pervenimus ad veram sapientiam quæ est Filius Dei; ita per eruditionem justitiæ quam ex divinis libris edocemur, ad hanc quam dicit veram justitiam, qui est Christus Dominus, pervenimus. Est tamen et in actibus humanis vera justitia, est et simulata justitia. De qua re multi etiam sæculi sapientes quamplurima scripta reliquere. Sed ab illis quoniam illa quæ vere vera est Dei justitia ignorabatur, **734** nihil dignum proferri potuit de humana justitia. Proverbialis vero doctrina, quoniam ab illo cœlesti justitiæ fonte descendit, merito veræ justitiæ intelligentiam præbituram se hominibus repromittit, per quam simul etiam quæ sit simulatæ justitiæ fallacia cognoscamus. Nam et Israel fallitur in qualitate justitiæ; quærens enim suam justitiam statuere justitiæ, Dei non est subjectus. Sed et diversarum gentium leges idcirco inter se in quamplurimis diversæ sunt et contrariæ, quia ratio veræ justitiæ apud eos liquere non potuit. Nam apud quasdam parricidium justum putatum est; apud alias omne homicidium exsecrabile ducitur. Apud quasdam nationes pudicitia in primis habetur, apud alias omne incestum sacratius quoddam matrimonium ducitur; et diversa apud singulas quasque nationes justa, et apud alias eadem injusta haberi deprehendes. Hic vero liber omnes, qui per se fuerint eruditi, ab hujuscemodi confusionibus liberat. Est ergo quædam justitia quæ inter nos homines conversatur, per quam vel quod æquum est singulis tribuentes, vel si id ad liquidum comprehendere non valemus, mente tamen ac proposito tali agentes, nequaquam justitiæ terminis atque æquitatibus excludimur. Est vero etiam cœlestis ac divina justitia, per quam justus judex universam creaturam suam justissima ratione dispensat, quæ ab hominibus cum summa difficultate vix aliqua ex parte intueri vel considerari potest, præ magnitudine dogmatum quæ in ea continentur. Hoc enim arbitror dici in psalmis per prophetam, *Justitia tua sicut montes Dei*[34], et magnitudinem dogmatum ejus montibus coæquari. Promittit ergo se hanc veram divinamque justitiam in manifestum adducere his qui proverbiali eruditioni operam dederint.

9. Sed et his pariter edocebit, quoniam quidem aliqua peccata voluntate committimus, aliqua etiam contra voluntatem incidimus. Examen ergo justitiæ non potest idem in utroque servari: verbi gratia, ut si agatur apud nos duarum meretricum causa, unius quidem quæ distracta lenonibus ac lupanaribus prostituta, turpem corporis quæstum avaris dominis cogatur appendere, alterius quæ

[33] Rom. x, 3. [34] Psal. xxxv, 7.

Digitized by Google

stimulante luxu ac præcipitante libidine in turpes semetipsam prodat amplexus : nonne cum unius tituli sit crimen, diversum ex justitia judicium sortietur? Item si delinquat quis qui a puero pessime institutus est, et per iniquos atque injustos parentes in hunc mundum ingressus est, apud quos etiam verbis et actibus flagitiosis ac turpibus infectus animus et nequiter institutus adolevit, alius vero qui multas habuit occasiones quibus ad virtutem provocaretur, honesta monita nutritorum, parentum instituta gravissima, eruditionem verbi divini, conversationem severam, et omnia quibus rudes animi excoli debeant ad virtutem; post hæc si etiam hic priori illi delictum simile incurrat, nonne sub ejusdem tituli culpa, graviori pœnæ iste censendus est? Quoniam quidem ille pro hoc solo culpabitur, quod inserta sibi naturaliter salutaris seminis germina non excoluit, et, ut ita dixerim, suscitavit e terra; hic autem quod cum hæc similiter habuerit, etiam ea quæ ei addita fuerant per bonæ institutionis industriam prodegit ac perdidit, negligentiæ lapsibus in profundum vitæ pessimæ devolutus. Ideo ergo intelligere veram justitiam sensus est optimi, et intelligentiæ perfectæ. Perfectæ etenim sine dubio mentis intelligere Christum, *Qui factus est nobis sapientia a Deo, et justitia, et sanctificatio et redemptio* [35]. Denique conjungitur ad intelligentiam veræ justitiæ, et judicium dirigere, quod utique impossibile est fieri, nisi prius id quis a justo judice didicerit Christo. Neque enim ipse ille sapientissimus omnium Salomon potuisset famosissimum illud de duabus meretricibus et puero proferre judicium, nisi virtute Christi veri judicis inspiratus. Cum enim propositæ sibi quæstionis et causæ nullus testis posset adhiberi, ad naturæ se continuo testimonium vertit, ut ipsius astipulationibus tacitis quod latebat agnosceret, dum aliena mater interitum pueri libens et intrepida suscepit, vera autem mater naturalibus affectibus stimulata et intimis tremefacta visceribus, ipsa in nece parvuli solo jugulabatur auditu. Qui ergo scit veram justitiam, et ab ipsa institutus est et edoctus, hic dum unicuique dependit quod justum est, competenter judicium dirigit. Sicut enim ut militare se habet exercitium juvenum, si specula forte defixa sit, in quam vibrare missilia certamen propositum est ac tela dirigere; ille sine dubio probabilis judicatur, qui neque supergressus est notam speculæ neque inferior abiit, sed cujus ipsum propositi signi punctum dirigentis oculi ductu tremens sagitta percussit: ita etiam justitiæ judex judicii sui dirigere debet examen; neque eminentiorum personas mirari, neque ad inferiores injusta miseratione deflecti: utrumque enim divina lex prohibet, cum dicit : *Usquequo personas peccatorum accipitis* [36]? et iterum : *Non misereberis pauperem in judicio* [37]. Apostolus vero de omnibus pariter pronuntiat dicens : *Nihil facietis in alteram partem declinando* [38]. Directum igitur atque indeclinabile judicium, veræ justitiæ præstat peritia : si tamen a tali corde ministretur, quod non vel pecunia corrumpi, vel amicitiis inflammari, vel ad gratiam potentium possit infringi. Ad hos dicit in psalmo Propheta : *Recte judicate, filii hominum* [39]. Argumentum namque est vere justitiæ inhabitantis in corde, judicii æquitas. Unde et ipse Salomon in consequentibus exsecratur pondera majora et pondera minora [40], abominabile enim est utrumque apud Deum : proverbialiter iniquitatem judicii in ponderum inæqualitate designans. Non solum autem in judiciis hæc utilitas adhibetur, sed et in singulis quæ nobis in vita eligimus ad utendum : quoniam quidem habemus in nobisipsis naturale quoddam animi judicium, per quod mala segregamus a bonis. Quæ virtus animi habens insita et inserta semina judicandi, si veræ justitiæ eruditionibus excolatur, directum et æquum tenebit judicii ac discretionis examen : quæ velut in quodam tribunali mentis nostræ residens, quæ laudabilia sunt amplectitur, quæ vero turpia et vitiosa condemnat. Verbi gratia, castitas apud te et impudicitia judicantur : menti tuæ judicii hujus summa committitur. Residet mens tua in excelsa sede : cedens utriusque **735** partis examen. Et impudicitia quidem libidinem adhibet advocatum sibi : timore vero Dei patrono utitur pudicitia. Et si quidem condemnaveris atque exsulare penitus a tuis tribunalibus impudicitiam feceris, palmam vero contuleris pudicitiæ, directum judicium commissi tibi examinis protulisti. Si vero in persuasionem libidinis vergens, peccatum prætuleris castitati, perversum judicium protulisti. Continuo adversum te proferetur illa prophetæ sententia, quæ dicit : *Væ his qui dicunt dulce amarum, et amarum dulce. Væ his qui ponunt tenebras lucem, et lucem tenebras* [41].

10. Verum quoniam secundum ipsum Salomonem *Cogitationes justorum judicia sunt* [42], intrinsecus intra occulta cordis nostri penetralia, oportet nos uniuscujusque rei per quam vivimus, absque ulla perversitate vel declinatione habere judicium : et velut statera quadam mente nostra uti, qua singula quæque gesta nostra æquissima moderatione libremus. Cum ergo unumquodque mandatum Dei apud nos, id est, in animo et cogitatione nostra adversum resistentem sibi iniquitatem negotium gerit, tu semper adversum peccatum legi Dei palmam tribue. Si iniquitas apud te cum æquitate ingreditur, adversum injustas concupiscentias proferto sententiam : patere æquitatem de auditorio mentis tuæ redire victricem. Injuriæ et patientiæ agunt apud te causam : sperne injurias,

[35] I Cor. I, 30. [36] III Reg. III, 25. [37] Psal. LXXXI, 2. [38] I Tim. V, 21. [39] Psal. LVII, 2. [40] Prov. XI, 10. [41] Isa. V, 20. [42] Prov. XII, 5.

Digitized by Google

probra et maledicta confunde : victoriam vero defer patientiæ. Inimicitiæ et charitas apud te negotium gerunt : infames pronuntia inimicitias, extorres domo et patriæ finibus factas, in exsilium trude : charitatem vero pro concione collaudans, et cum omni honestate magnificans, inseparabiliter adhærere tuis sedibus facito. Simulatio et simplicitas, constantia et timor, prudentia et stultitia, justitia et injustitia, parcimonia et luxuria, et ut simul universa comprehendam, omnis virtus adversum omne vitium certamen habens intra te, id est intra cor tuum, et apud mentis tuæ judicium negotium movet. Quid ergo est? Si veram justitiam didicisti, et rectum tenes directumque judicium, semper intra te condemna vitia, et semper palmam concede virtuti. Si enim in singulis quibusque actibus tuis quæ bona sunt semper obtineant, beatus eris *in illa die, in qua judicabit Deus occulta hominum secundum Evangelium nostrum : et cogitationibus inter se invicem accusantibus aut etiam defendentibus* [43], non condemnaberis tanquam is qui nequaquam cogitationibus tuis malis quibus tunc accusaberis, justitiam sanctitatemque prodideris, percepturus eas coronas quibus prius vincentem apud te coronaveras ipse virtutem. Ecce quantorum tibi bonorum Proverbiorum liber præstitit causas : edocens te quæ sit vera justitia, et quomodo judicium dirigatur.

11. Sed quid etiam post hæc additur? *Ut det*, inquit, *innocentibus astutiam, puero autem juniori sensum et cogitationem.* Dupliciter intelligimus innocentiam. Aut enim alienum effici a peccato, et emendare se, ac longa bonorum meditatione convertere, et velut radicem ipsam ex se malitiæ resecare pro eo quod ultra nocendi propositum non gerat, innocens quis appellatur : aut innocentia dicitur, in his qui nondum vel voluntatem vel possibilitatem nocendi habent, sive ætatis sive studiorum talium quorumque contemplatione ; verbi causa, ut si dicamus, puer nescit superbiam, nescit dolum et fallacias : et iterum sunt quidam rus habitantes, fraudis utique negotiatorum et calliditatis ignari, sed et a forensibus nequitiis ac versutiis alieni : quos et ipsos innocentes appellamus, non quod proposito malitiam studioque declinent, sed quod nondum inciderint in usum nequitiæ. Verumtamen innocens proprie est, qui talis est, qualis fuit David qui dicebat : *Ego autem in innocentia mea ingressus sum* [44] : id est, qui omne propositum nocendi ex anima sua, recepta atque introducta mentibus suis boni voti virtute, abjecit ac depulit : propter quod merito et hæreditatem bonorum sperat cum dicit, quoniam Dominus *Non fraudabit bonis eos qui ambulant in innocentia* [45]. Ideo denique et cum omni fiducia dicebat : *Judica me, Domine, quoniam ego in innocentia mea ingressus sum* [46] ; et iterum : *Judica me secundum justitiam tuam, et secundum innocentiam meam super me* [47]. Designat ergo et describit quodammodo innocentem etiam simplicitas morum et sermonum sinceritas, et nihil vel in actibus affectatum, vel in sermone fucatum. Talis erat et Jacob, *Simplex habitans domum* [48] : id est naturali simplicitate vivens : nihil arte compositum, nihil figmento ad fallendos videntium oculos præparatum. Talem etiam mihi videtur nunc proverbialis sermo innocentiam memorare, quæ penitus nequitiæ expers sit, usumque nocendi non noverit. Unde et laudabilem ei requirit astutiam, ut ad simplicitatem naturæ cautela quoque addatur industriæ : et velut quodam scuto bonæ hujus astutiæ circumdatus, adversum nequitiæ tela invulnerabilis maneat. Oportet namque perfectum virum secundum Apostolum prudentem quidem esse in bono, simplicem vero in malo. Astutiæ ergo opus est cavere malum ; simplicitatis autem virtus est non facere malum. Ex his igitur fontibus sibi simpliciores quique astutiam hauriant ad salutem : intelligentes quæ ejus opera describuntur. *Vir* enim, inquit, *astutus sedes est sensuum* [49] ; et : *Astutus* autem *supervenientibus malis occultabitur* [50] ; et : *Qui custodit increpationes, astutior est* [51]. Astutia ergo est, sicut etymologia Græci sermonis ostendit, omnium operum artiumque peritia. Qui ergo omnium operum peritiam recipit, astutus jure dicitur. Opera autem sunt quædam bona, sunt autem et mala : idcirco interdum ad bonum, interdum ad malum astutus accipitur. Et is quidem, quia ad alterius perniciem astute quid molitur et callide, nequam est ; qui vero in operibus bonis astute quid providet et prudenter, vel intentatos sibi insidiantium dolos sollicite cauteque declinat, astutia laudabiliter utitur. Attende ergo diligentius et considera qualis tibi præcipiatur astutia, quia media quædam significatio est nominis istius : et, sicut diximus, qui eis in bonis rebus utitur, laudabilis : qui vero in sinistris, exsecrabilis invenitur.

12. Unde et abundanter per omnem textum divinæ Scripturæ ad utramque partem intelligentia **736** ejus invenitur inserta. Bona namque astutia proficiscentes Hebræi circumvenerunt Ægyptios, vasa ab eis aurea et argentea vestesque sumentes [52], quibus possent utique et mercedes operis quo urbes eorum exstruxerant, repensari : et materies vel impensæ ad construendum Dei tabernaculum præparari. Laudabili astutia usæ sunt obstetrices Hebræorum contra tyranni præcepta, salutem nascentibus Hebræis maribus parvulis conferentes [53]. Laudabili astutia mater Rebecca juniori filio benedictionum primitias contulit [54]. Bona astutia usa est Raab : bona etiam Rachel [55] : altera exploratoribus occultatis [56], altera parente in idolorum superstitiosis inquisitionibus falso [57]. Mala

[43] Rom. II, 15, 16. [44] Psal. XXV, 11. [45] Psal. LXXXIII, 13. [46] Psal. XXV, 1. [47] Psal. VII, 9. [48] Gen. XXV, 27. [49] Prov. XII, 23. [50] Prov. XXVII, 12. [51] Prov. XV, 5. [52] Exod. XII, 35. [53] Exod. I, 17. [54] Gen. XXVII, 28. [55] Jos. II, 4. [56] Gen. XXXI, 34. [57] Jos. IX, 4.

Digitized by Google

vero astutia deceperunt Gabaonitæ Israelitas [58]. Mala astutia usus est Absalom benignitatis specie ad se cor populi declinando, et paterna regna insidiosa calliditate in sua vota flectendo [59]. Culpabiliter et de illis propheta pronuntiat, de quibus dicit : *Super populum tuum astute cogitaverunt consilium* [60]. Verumtamen proverbialis sermo laudabilem nos astutiam docet, quæ, sicut diximus, in omnibus vitæ negotiis adversum nequitiæ dolos scutum quoddam debeat esse simplicibus. Denique si hanc prima mulier habuisset astutiam, nunquam profecto dolis fuisset decepta serpentis. Ideo ergo simplicem et innocentem qui temere credit omni verbo, uti ne corrumpantur sensus ejus a simplicitate Christi, circumvallat et communit astutia ; velut auxilia ei quædam adversus vitæ hujus certamina suggerens dimicanti.

13. Sed videamus jam nunc quomodo *puero juniori sensum dat et cogitationem.* Quoniam, sicut Apostolus describit [61], omnis quidem homo duplex est, et alius est exterior, alius vero interior, id est, unus qui videtur, et alius qui intelligitur ; et ideo necesse est, nos ea quæ de ætate dicuntur homini cui magis convenire videtur, aptare. Et siquidem dicamus de exterioris hominis ætate, quod puero juniori sensum præbeat corporalem liber hic, id est, vel visum, vel auditum, vel odoratum, vel gustum tactumque, ridiculi res videbitur ; hæc enim in nobis pariter cum ipsa statim nativitate subsistunt, nec aliquando talia per doctrinam institutionis adduntur. Neque enim puer corporaliter intelligendus est, neque sensus unus ex his putandus quos supra enumeravimus ; sed ad ætatem interioris hominis est referendus intellectus : quoniam et in multis Scripturæ locis de puerili animæ ætate docemur, et alibi de juvenili, alibi quoque etiam de senili, sicut ab apostolo Paulo didicimus, dicente de Corinthiis [62], quia parvuli essent, et ideo eos lacte potaverit, quia primis eos et simplicibus Evangelii instruxerit elementis, cum necdum valerent perfectorum dogmatum sumere solidos cibos. Juvenis autem secundum interiorem hominem dicitur, qui ex omni parte in animi virtute perfectus est : qui spiritu ferventi in actibus pietatis, et robustus ac validus ad omne opus nititur bonum : quem et Evangelia violentum designant, id est, qui vim faciens diripere possit regna cœlorum : qui etiam ad laudandum Dominum invitatur per Prophetam dicentem, *Juvenes et virgines laudate nomen Domini* [63] ; de quo dicitur etiam per Joel prophetam : *Et juvenes eorum visiones videbunt* [64]. Senior autem secundum interiorem hominem dicitur quisquis ille est perfecti sensus maturique consilii : sicut erat Daniel ; in tenero adhuc corpore maturitatem senilis animi et consummatæ prudentiæ sententiam gerens : propter quod et dicebant ad eum illi inveterati malorum dierum, *Veni et sede in medio nostrum, et annuntia nobis : quoniam dedit tibi Deus presbyterium* [65]. Et ideo ergo consequens est puerum quem dicit juniorem, qui magis novus quam junior designatur in Græco, hunc, inquam, puerum vel juniorem vel novum, eum intelligi qui per baptismi lavacrum renovatus est, et conversus factus est sicut puer, et ideo aptus efficitur regno cœlorum. Huic ergo tali puero tanquam nuper genito, et rationabili ac sine dolo lac concupiscenti, liber iste proverbialis doctrinæ sensum tribuit, et cogitationem atque intelligentiam præstat. Et sensum quidem ad rerum præsentium intellectum referri potest, cogitatio vero intelligi de futuris : quoniam quidem et humanæ regulam conversationis edocemur, uti ne fallamur in actibus vitæ, et vanitati ac libidini rerum præsentium succumbamus : neve inanis gloriæ aura capiamur ; et nihilominus etiam futuræ spei cogitationes optimas suggerit, quo scilicet ea quæ fide credimus, per patientiam exspectamus.

14. Verum quoniam ætatis differentias ad interiorem hominem traximus, consequens est etiam cætera pari intelligentia persequi ; et eum quem diximus sensum non ad corporeum intellectum, sed virtutem animæ revocare. Et ideo si quando dicit, *Meis verbis admove aurem tuam* [66] : scire nos oportet quia aurem animæ, id est, obedientiam mentis requirit, sicut et Dominus dicebat : *Qui habet aures audiendi, audiat* [67] ; et alibi : *Sermo sapiens in aures audientis* [68]. Per hæc ergo et horum similia dat huic puero juniori vel novo, de quo superius diximus, sensum obedientiæ. Cum vero dicit : *Noli attendere malæ mulieri* [69] ; et rursum : *Non confirmes oculum tuum ad eam* [70] ; et : *Oculi tui recta videant* [71] : manifeste per hæc velut visum quemdam animæ novi hujus pueri tribuit. Et iterum commonet dicens : *Manduca mel, fili, ut indulcentur fauces tuæ* [72]. Mel figuraliter nominat doctrinæ cœlestis eloquia ; *Quam dulcia* enim *faucibus meis eloquia tua, super mel et favum ori meo* [73] : et per hanc commonitionem spiritualem, gustum animæ informat in puero, illum scilicet gustum de quo dictum est : *Gustate et videte quoniam suavis est Dominus* [74]. Est autem quidam et tactus animæ, secundum quem tactum contingit eam sapientia, et complectitur velut amatricem quamdam suam. Ita enim dicit : *Ama eam, et complectetur te* [75]. Et rursus Ecclesiastes : *Tempus*, inquit, *complectendi, et tempus longe fieri a complexibus* [76]. Nam corpora quidem impuris complexibus polluuntur ; anima vero in complexus sapientiæ veniens, et semina vitæ concipiens, sanctos edit partus salutis. Hoc

[58] II Reg. xv, 4. [59] Psal. lxxxii, 4. [60] II Cor. iv, 16. [61] I Cor. iii, 1, 2. [62] Matth. xi, 12. [63] Psal. cxlviii, 12. [64] Joel ii, 28. [65] Dan. xiii, 50. [66] Prov. xxii, 17. [67] Matth. xiii, 9. [68] Prov. xxv, 12. [69] Prov. v, 2 [70] Eccli. ix, 8. [71] Prov. iv, 25. [72] Prov. xxiv, 13. [73] Psal. cxviii, 103. [74] Psal. xxxiii, 9. [75] Prov. iv, 6. [76] Eccle. iii, 5.

Digitized by Google

ergo modo sensum puero juniori vel novo proverbialis doctrina præstabit : cogitationem vero præstabit cum dicit : *Non proderunt divitiæ in die malo*[77]; injicit namque cordi tuo per hæc cogitationem **737** diei illius in quo tibi abundantia divitiarum subvenire non poterit, nec illis te æternis suppliciis liberabit. Sed et cum dicit : *Innocentes autem hæreditate possidebunt terram*[78], illam videlicet terram quam etiam mansueti in hæreditatem percipient : sicut Dominus in Evangelio repromittit[79], et sicut Propheta designat in psalmis, cum dicit : *Mansueti autem hæreditate possidebunt terram*[80]. Sed et cum ait, *Gloriam sapientes hæreditabunt*[81], ad desiderium repromissæ beatitudinis sensus animæ suscitat ; et ista est cogitatio quæ puero novo per institutionem doctrinæ inseritur cordi, ex interminatione pœnarum quæ peccatoribus præparatæ sunt ; desiderium bonorum et concupiscentia beatitudinis commovetur ex his quæ justis ac fidelibus repromissa sunt. *His* enim *auditis sapiens sapientior erit*[82]. Multum est quod de Proverbiorum sermone promittitur, id est, quia excedat etiam sapientium sapientiam, et totius doctrinæ eorum supergrediens modum, plus aliquid cæteris liber iste contineat ; ita ut videatur quod cum unaquæque doctrina imperitos suscipiat auditores, ad audienda ac discenda proverbia sapiens quis debet accedere, ut his auditis non tam sapiens, quod jam esse debet, sed sapientior fiat. Scimus autem quod sapiens multis modis dicitur. Nam et illi qui secundum sapientiam mundi hujus eruditi sunt, sapientes dicuntur[83] : et qui ad fidem Christi accesserunt, qui est vera sapientia Dei, sapientes[84] utique tanquam sapientiæ discipuli merito nominantur ; ad quorum doctrinam hanc ipsam quam habemus in manibus, id est, Proverbiorum sermonem, cum accesserint hujus mundi sapientes, sapientiores eos futuros Scripturæ sententia repromittit. Et quomodo non erunt sapientiores vanam scientiam recusantes, et assumentes scientiam veritatis ? Vel certe quoniam multis modis sapiens dicitur ; nam qui desiderat sapientiam, sapiens appellatur, et is qui jam cœpit proficere in eruditionibus sapientiæ, et ipse sapiens dicitur : et qui ad perfectum eruditus est, sine dubio sapiens nominatur. Qui ergo hæc audierit sapiens, id est, qui discendæ et inquirendæ sapientiæ desideria prima conceperit ; vel ii qui jam in aliquibus videntur esse profectibus, et per hoc sapientes dicuntur, efficientur sine dubio sapientiores : ex his verbis cognoscentes quamplurima de cœlestibus divinisque dogmatibus, quamplurima etiam de humanis rebus atque terrenis. Cum totus iste liber varia præceptorum commonitione nunc malitiam de humanis mentibus effuget, nunc excitet introducatque virtutem, nunc linguæ petulantis temeritatem refrenet, nunc oculum a malis conspectibus servet, nunc manus ab iniqui operis motibus arceat, injustas concupiscentias abigat, segnitiem negligentiamque discutiat, laborem et patientiam laudet, prudentiam doceat, sobrietatem ac pudicitiam suadeat ; cum ergo per hæc omnia vitiorum quidem et totius mali operis odium animæ discentis indicat, totius vero boni desiderium suscitet, certum est quod sapientiores ex sapientibus efficit.

15. *Intelligens autem gubernationem acquiret*. Omnis homo qui alicujus artis vult assumere disciplinam, explorare debet prius si naturalibus suis motibus vel positionibus apta est ars illa quam expetit et conveniens, verbi causa si quis athleta vult esse, ut habeat lineamenta corporis bene composita, robusta membra, et valida nervorum compage districta. E contrario qui cursorum cupit inire certamina, considerat utique si corpore levis sit, et agilis motu. Ita et gubernator, si locorum memor, si intellectu prudens, si in omnibus vigilans. Propterea ergo et nunc non quemlibet ad gubernandum sermo proverbialis assumit, sed intelligentem. Quid autem est gubernatio ? Sine dubio disciplina quædam animæ, per quam infidum et fluctuosum hoc vitæ nostræ pelagus cum omni moderatione et observantia transeamus. In multis namque Scripturæ locis aquas et maria vitam hanc nostram invenimus esse nominatam, sicut in psalmis cum dicit : *Misit e summo et accepit me : et assumpsit me de multitudine aquarum*[86]. Manifestissime etenim mobilitatem ac perturbationem vitæ hujus aquas appellat, pro eo quod neque ea quæ hominibus bona videntur et prospera immutabiliter permanent, neque rursus adversa et tristia perseverant ; sed omnia inconstantia quadam et conversionibus ac permutationibus dilabuntur. Sicut enim impossibile est mare in eodem tranquillitatis statu diutius permanere, sed quod nunc quietum videbatur et placidum, paulo post immanibus videas fluctibus excitari : et rursus quos nunc cernis insanos undarum tumores ipsa pene nubila verberantes, paulo post stagnantia videas, et in modum marmoris placida æqualitate constrata, ita etiam vitæ humanæ negotia faciles et subitas vicissitudines permutationesque recipiunt. Propterea ergo gubernatione indiget vita nostra ; et ut in tranquillitate positi, id est, cum omnia nobis ex sententia ac voluntate procedunt, permutationes prospiciamus futuras, nec quasi immortalibus rebus his præsentibus vel prosperis incumbamus : et rursus in tristibus vel adversis nequaquam nosmetipsos despiciamus, ne quis forte ampliore tristitia absorbeatur[87], et in profundum turbati maris, id est, lascivioris vitæ erroribus demergatur. Neque ergo sanitas corporis,

[77] Prov. xi, 4. [78] Prov. ii, 21. [79] Matth. v, 4. [80] Psal. xxxvi, 11. [81] Prov. iii, 35. [82] Prov. i, 5. [83] I Cor. i, 20. [84] II Cor. xi, 19. [85] Prov. i, 5. [86] Psal. xviii, 17. [87] II Cor. ii, 7.

Digitized by Google

neque florentis gratia juventutis, neque opulentia domus, neque cæteræ hujus vitæ prosperitates diu permanent, stabiliterque perdurant. Sed dum in talibus degis, dum in tranquillitate navigas vitæ, prospice ac prævide tempestatem aliquam, id est, perturbationem rerum futuram. Imminet namque ægritudo post sanitatem, paupertas post opulentiam. Non enim semper flat ventus a puppe, nec semper æquis lineis vela tenduntur. Aliquoties enim in summa felicitate viventes, subitis perturbationibus velut repentinis quibusdam procellarum incursionibus demerguntur : et rursus nonnulli quos diversarum tentationum molestiæ, et vitæ infeliciores angustiæ velut rabidi quidam fluctus, et sævi turbines fatigabant, receperunt vitæ suæ quietem, et transactis omnibus ac depulsis, ad lætitiam mentis et tranquillitatem animi restituti sunt. Illic ergo intelligens gubernator, qui prudenti sollicitoque prospectu, rerum mortalium instabilitate **738** præcognita, cor suum ad rerum permutationes ac vicissitudines præparat, et intrepidus semper interritusque consistens, idem semper est, et semper sibi similis invenitur : id est, neque jactans et elatus in prosperis, neque dejectus et corruens in adversis. Sed et aliud nobis utile gubernationis bonum, et disciplina gubernatoris occurrit. Scio ego præterea et alios fluctus : novi et alias undas adversus animam insurgentes, quæ contra eam ex carnis vitiis concitantur. Ira enim et timor, libidines et tristitiæ, avaritiæ et rapinæ, ac diversa luxuriæ genera, velut procellæ quædam ac turbines violenti, ex prudentia carnis adversus animam concitantur. Qui si eam absque disciplina et vigilantia gubernatoris offenderint, continuo elisam eam atque submersam, fœdis miserandisque naufragiis mergent. Oportet igitur mentem nostram ac sensum velut gubernatorem quemdam totius navis in edito residere ; et excelsiorem vitiis ac passionibus factum, gubernaculorum clavos, id est, cogitationum motus arte peritissima moderari, et omne corpus nostrum velut navis cursum certis lineis dirigentem, constanter quidem fluctibus obviare, et insurgentes undarum tumores impetu sulcantis carinæ compescere ; ipsum vero in excelso et edito positum, nequaquam prorsus amaritudine vitiorum tanquam inquieti maris elatione respergi, sed elevantem oculos semper ad cœlum, orare Deum et dicere : *Libera me de profundo aquarum, et ne me demergat tempestas aquæ : neque absorbeat me profundum* [88].

16. Vis tibi enarrem etiam aliud navigium, ad quod necessaria nobis est gubernationis hujuscemodi gratia ? *Regnum cœlorum simile est homini negotianti* [89]. Omnes ergo qui secundum Evangelium vivimus, negotiatores sumus, qui ex mandatorum Dei mercimoniis possessionem nobis regni cœlestis acquirimus. Oportet ergo nos diversas ac varias congregare bonorum cœlestium facultates : ne forte cum exquiri cœperint talenta quæ nobis negotiandi causa commissa sunt, confundamur si nulla lucra creditæ nobis Dominicæ pecuniæ demonstremus, et consequatur nos tristis illa et terribilis vox dicens, *Serve male et piger* [90]. Si ergo aliqua nobis conveeta sunt mercimonia, cum omni cautela vitæ hujus nobis transfretanda sunt spatia. Videmus enim plurimos in juventute ex operibus mandatorum Dei multas congregasse divitias ; medio vero vitæ suæ tempore tentationibus insurgentibus a spiritibus malignis, tentationum pondus non potuisse sufferre, profecto ex eo quod gubernationis eis non adfuit disciplina ; sed omnia quæ bene prius acquisita fuerant perdiderunt, sicut sunt sine dubio ii *Qui circa fidem naufragaverunt* [91]. Alii vero castitatis quam ex juventute servaverunt, tanquam procella quadam exsurgente, naufragia nequissimæ libidinis incurrerunt, et o miserandum lugendumque spectaculum, post jejunia, post afflictiones corporis, post lacrymas ubertim profusas, post continentiam plurimi temporis, per desidiam animæ et negligentiam, horum omnium bonorum nudus et inanis relinquitur. Nonne similis tibi iste talis videtur homini negotianti, qui infinitis et magnificis mercibus oneratam navem lætus et hilaris agens, et vela prosperis flatibus laxans, posteaquam immensi et sævi maris spatia infinita transgressus est, ad ipsum jam portum atque in ipsis, ut ita dixerim, januis quietis nave collisa, et omnibus in quibus merito gloriabatur submersis, nudus et naufragus vix ipse tabulæ innixus evasit ? Talis sine dubio est qui multis laboribus et multo sudore censu virtutis ac sobrietatis quæsito, subita eum dæmonis incursione perdiderit ; qui velut diræ procellæ impetu peccati violentia submersus, et ab omni pariter bonorum virtute naufragus factus, dignam illam proferet vocem : *Veni in profundum maris, et tempestas demersit me* [92].

17. Contine ergo diligentius et cautius vitæ tuæ gubernacula, et guberna oculum tuum, ne forte per oculi lasciviam rapidus te concupiscentiæ fluctus elidat. Guberna auditum, ne forte detrahentium et male loquentium te amaritudo respergat : ne recipias auditionem vanam. Guberna linguam, ne quid vel quod non expedit, vel quod non licet proloqueris. Guberna animos, ne minis hominum et terroribus conturberis ; ne te tristitiæ pondus absorbeat. Omnes vitiorum passiones, fluctus quidam sunt adversus animam insurgentes. Quorum si semper altior et excelsior sedeas, et intentus sis ad animam gubernandam, liberaberis a vitæ naufragio. Quæ vitia in te si non singula quæque observans cohibueris ac declinaveris, sed indulseris animæ vitiorum suorum voluptatibus vivere, velut navis sine gubernaculis palabunda semper et ober-

[88] Psal. LXII, 15. [89] Matth. XIII, 45. [90] Matth. XXV, 26. [91] I Tim. I, 19. [92] Psal. LXVIII, 3.

Digitized by Google

rans, peccatorum scopulis illidetur. Audi vero quomodo tibi ipsa gubernandi disciplina quæratur. Mos est navigantibus cœlum semper intendere, et inde vias sui cursus agnoscere, per diem quidem solis indiciis, in nocte vero septentrionis cæterorumque astrorum signis ac lineis regi. Et tu ergo habeto semper oculos tuos elevatos ad cœlum, secundum eum qui dixit : *Ad te levavi oculos meos, qui habitas in cœlis* [94]. Respice ad solem justitiæ : et stellis quibusdam clarioribus, quæ sunt mandata Dei, dirige cursum tuum, et intuitum his defige pervigilem. *Non des somnum oculis tuis, neque palpebris tuis dormitationem* [95], ut per mandatorum observantiam nullus tibi viæ error occurrat. *Lucerna* enim, inquit, *pedibus meis verbum tuum, Domine, et lux semitis meis* [96]. Si enim nunquam dormitaveris in gubernaculis vitæ tuæ, dum per hanc instabilem et fluxam rerum naturam mundi hujus transitum facis, mereberis etiam Spiritus sancti adjutorium, qui te lenibus auris semper ad priora et anteriora perducat, usquequo restituaris ad illum quietissimum et tranquillissimum portum divinæ voluntatis in Christo Jesu, cui gloria in sæcula sæculorum. Amen.

739 HOMILIA VI.

De fide (16).

1. Dei quidem sine intermissione memorem esse pium est, nec unquam fidelis anima capere potest ejus satietate fastidium; verbo autem audere disserere Deum, vel explicare temerarium est, cum præcipue sensus humanæ mentis a rerum veritate quamplurimum decidat, et rursum sermonis interpretatio obscurius et infirmius quæ in corde sentiuntur exponat. Si ergo sensus quidem noster abest a rerum veritate quam plurimum, sermo vero longe inferior atque imbecillior sensu est, quomodo non in Dei rebus utroque silentium præstat, ne forte vilitate sermonis summa nobis dignæ fidei periclitetur et admiratio naturæ Dei humani verbi infirmitate minuatur? Nam desiderium quidem inquirendæ atque enarrandæ gloriæ Dei, universæ rationabili naturæ divinitus sentimus insertum; sed competenter et digne de Deo proloqui, simul omnibus et communiter deest. Voto sane et proposito pietatis, alter altero aliquantum differimus : nemo tamen ita elatus est et mente excidit, ut arbitretur se intelligentiæ fastigia summa complexum. Sed qui religiosius quærit, quanto amplius se viderit scientiæ consideratione progressum, tanto magis fragilitatis suæ intelligentiam capiet. Talis erat Abraham, talis et Moyses; qui cum primum Deum videre ut videri ab hominibus fas erat, potuerunt, tunc se uterque magis humilians, Abraham quidem terram se et cinerem nominabat [97], Moyses vero gracilis vocis et linguæ se tardissimæ fatebatur [97]; A pervidebat enim infirmitatem linguæ suæ magnitudinem divinorum sensuum ministrare non posse. Verumtamen quoniam totius fraternitatis auditus patet nunc et intentus est, cupiens aliquid de fide Divinitatis audire, nec satiari unquam ambitus Ecclesiæ potest in hujuscemodi disceptationibus, secundum sententiam Ecclesiastis dicentis, *Quia non replebitur auris auditu* [98], necessarium puto pauca pro viribus dicere. Dicemus autem non qualis et quantus est Deus, sed quantum humana lingua proloqui fas est. Neque enim quoniam locum, qui est inter cœlum et terram, oculis totum penetrare non possumus, etiam quantum possibile est nobis, cernere declinabimus. Ita ergo et nunc pietatem quidem fidei sermone quo possumus explicamus; B naturæ vero illius eminentiæ concedimus supra omnem sermonem et supra omnem sensum palmam tenere. Neque enim ipsæ angelorum linguæ, si quæ illæ sunt, neque archangelorum cum universa rationabili creatura pariter congregatæ, parum quid naturæ illius contingere ut est potuerunt ac proferre. Verumtamen tu si de Deo aliquid vel dicere vis vel audire, relinque paulisper corporis sensus; imo ipsum, ut ita dicam, totum corpus tuum. Relinque terram, desere maria, ipsum quoque aerem tibi subjicito : transgredere tempora, et curriculorum sæcularium ordinem transi. Excede totius mundi statum : conscende etiam super ætherem, stellarum quoque fulgorem, vel cursum, vel C ordinem, vel motus varios et diversos, vel inter se invicem connexionem dissensionemque transgredere. Excede omnia, ipsum quoque cœlum superior effectus despice, et in superioribus ejus positus sola mente conspicare quis in illis regionibus decor, quis splendor rationabilium cœlestiumque virtutum. Intuere angelorum choros, archangelorum ministerium circumspice, glorias intuere dominationum, consessum thronorum, virtutum, principatuum. Et hæc, inquam, nihilominus omnia supergrediens et transcurrens, et super omnem creaturam caput tui sensus extollens, et mente atque intelligentia cunctis his superior factus, ibi demum ineffabilem illam Dei contuere naturam, inconvertibilem quamdam et immutabilem, D impassibilem, simplicem, incompositam, invisibilem, inaccessam lucem [99], inexplicabilem virtutem, sine fine magnitudinem, gloriam inconspicabilem, bonitatem concupiscibilem, inexquisitum decorem, qui mentis quidem puræ contingat et moveat affectus, indicari autem atque explicari sermone non possit.

2. Ibi est Pater et Filius et Spiritus sanctus; sola natura quæ creata non est, dominationis potestas, bonitas naturalis : Pater initium omnium, causa cunctorum, radix viventium, ex qua procedit fons

[94] Psal. CXXII, 1. [95] Prov. VI, 4. [96] Psal. CXVIII, 105. [97] Gen. XVIII, 27. [97] Exod. IV, 10. [98] Eccle. I, 8. [99] 1 Tim. VI, 16.

(16) Exstat Græce tom. II [III], p. 130.

Digitized by Google

vitæ, sapientiæ virtus, et imago indemutata invisibilis Dei [1], qui est Filius ex Patre genitus, Verbum sive ratio vivens, qui erat Deus, et erat apud Deum, et semper erat : non factus, sed natus ex Patre ante sæcula : non assumptus postmodum vel adoptatus in Filium : non possessio, nec factura, sed creator et factor omnium : qui est omnia quæ Pater est, Filium dixi et Patrem : observa mihi semper istas proprietates. Cum ergo sit Filius, et hoc ei proprium sit quod est Filius, est omnia quæ Pater est, secundum vocem suam qua dicit Dominus et Salvator : *Omnia quæ habet Pater, mea sunt* [2]. Revera enim certum est omnia esse in imagine, quæcunque sunt in prototypo, cujus imago est. *Vidimus* enim, inquit evangelista, *gloriam ejus tanquam Unigeniti a Patre* [3], in quo indicat non per donum gratiæ datam ei virtutem, sed ex naturali consortio habentem Filium paternæ majestatis indemutabilem gloriam : accipere namque cum omni creatura commune est, habere autem naturaliter proprium est ejus qui ex natura Patris natus est. Ut ergo Filius naturaliter quæ Patris sunt possidet ; ut Unigenitus vero omnia pariter quæ Patris sunt in semetipso complectitur, dum inter plures hæreditaria divisio non habetur. Unde ex ipsa Filii appellatione edocemur eum paternæ esse naturæ consortem ; non ex præcepto creatum, sed ex ipsa substantia refulgentem ; inseparabiliter Patri ac sine ullo initio cohærentem. Æqualis est in bonitate, æqualis in virtute, particeps gloriæ. Et quid amplius ? Ex eo quod signaculum et imago est Patris, totum in se indicat et ostendit esse quod Pater est. Quæcunque autem tibi post hæc ex corporali assumptione fuerit prolocutus, humanæ salutis dispensationem **740** struens, quam in carne venerat expleturus, eloquitur. Missum se dicit, et non posse ex se facere quidquam, nisi quod viderit Patrem facientem ; et mandatum accepisse, et multa alia hujusmodi ; sed hæc non tibi occasionem præstent ad deitatem unigeniti Filii defraudandam. Non enim hoc quod pro tui indulgentia et miseratione inferiora se gerit et agit, imminutio naturalis ejus debet accipi dignitatis ; sed naturam quidem intellige Deo dignam : verborum autem humilitatem, rationem dispensationis adverte. De quibus si velimus nunc singula quæque discutere, infinitum verborum numerum, et spatia temporis multa consumimus. Sed ad propositum revertamur.

3. Igitur si potuerit mens humana omnem sensum corporeæ naturæ et materialis excedere, sed et universam intelligibilem et rationabilem prætergredi creaturam, et velut piscis quidam de profundo ad summitatem aquarum evadens et natus, sinceri ac puri intuitus percipere libertatem, ibi videbit etiam Spiritum sanctum, ubi Filium vidit et Patrem, eadem omnia habentem, ejusdem substantiæ ac naturæ, bonitatis quoque et inconvertibilitatis, sanctitatis ac vitæ. Scriptum est enim, quoniam *Spiritus tuus bonus* [4], et, *Spiritus rectus* [5] ; et, *Spiritus sanctus* [6]. Et Paulus dixit : *Lex autem Spiritus vitæ* [7]. Horum ergo omnium nihil ei extrinsecus accidit ; sed sicut inseparabilis est calor ab igne, et fulgor a luce, ita et a Spiritu sancto sanctificatio, et vivificatio, et bonitas, et inconvertibilitas. Ibi ergo assistit Spiritus sanctus, imo ibi est in illa beata natura, nec in numero reliquæ multitudinis numeratus, sed in Trinitate perspicitur, et in illa unitate comprehenditur, nec reliquis substantiis annectitur. Sicut enim Pater unus est et Filius unus, ita et Spiritus sanctus unus est : cæteri vero qui ministeriales spiritus appellantur, per singulos quosque ordines, innumerabiles indicant multitudines. Sed tu noli quærere inter creaturas eum qui supra omnem creaturam est ; neque deducas inter eos qui sanctificantur eum qui sanctificat, quo replentur angeli, inspirantur archangeli, sanctificantur virtutes, vivificantur universa : qui in omnem creaturam dividitur, et ob hoc aliter ab hoc, aliter vero participatus ab alio. Et cum omnibus suis gratias largitur, non tamen a participantibus assumitur vel impenditur, sed et illi replentur, et ipse indeminutus et integer permanet. Aut si difficile hoc tibi et intellectu peregrinum videtur, respice fulgorem solis, quomodo cum singula et diversa corpora circumlustret, ac lucis gratiam præstet omnibus et caloris, in nullo tamen substantia ejus ab his qui de eo participant, aut imminui videtur aut scindi : ita etiam Spiritus sanctus illuminat omnia ad intelligentiam Dei ; inspirat prophetas, legislatores sapientiam docet, sacerdotes consummat, corroborat reges, perfectos efficit justos, sobrios quæ honesta sunt docet ; præstat gratias sanitatum, vivificat mortuos, vinctos solvit, alienigenas per adoptionem in regenerationem baptismi vocat. Si publicanum susceperit, repletum fide eum evangelistam producit [8]. Si piscatorem assumpserit, theologon, id est, verbi Dei præconem facit [9]. Si persecutorem fidei, vas electionis ostendit [10]. Per hunc qui infirmi sunt, fortes fiunt, et pauperes divites efficiuntur. Imperiti sermone, sapientioribus sapientiores fiunt. Unde et Paulus in infirmitate quidem multa, et timore ac tremore, verbum Dei prædicabat : verum per Spiritus sancti gratiam, sudaria a corpore ejus assumpta, et incommodis adhibita, præbebant sanitatem plenissimam [11]. Petrus et ipse cum in infirmitate corporis positus esset, per gratiam tamen Spiritus sancti, quos etiam umbra sui contigisset, ab omni ægritudine salvabantur [12]. Pauper erat Petrus et Joannes, non enim habebant argentum neque aurum, sed sanitatis munus donabant auro pretiosius omni. Cum enim

[1] Col. I, 15. [2] Joan. XVI, 15. [3] Joan. I, 14. [4] Psal. CXLII, 10. [5] Psal. L, 12. [6] ibid. 13. [7] Rom. VIII, 2. [8] Matth. IX, 9. [9] Matth. IV, 19. [10] Act. IX, 15. [11] Act. XIX, 10-12. [12] Act. V, 15.

Digitized by Google

a multis claudus ille frequenter accepisset aurum vel argentum, mendicus tamen nihilominus permanebat : postea vero quam per Petrum gratiam Spiritus consecutus est, et a mendicitate cessavit, et tanquam cervus exsiliens, Deum laude honorabat [18]. Nesciebat Joannes mundi hujus sapientiam, et Spiritus sancti virtute prolocutus est verba quibus nulla philosophia, nulla eruditorum lingua posset occurrere. Iste ergo sanctus Spiritus et in cœlis est, et in terra replet, et ubique adest, et nusquam concluditur. Totus in singulis est, et totus cum Deo est. Non velut officio fungens ministri divina dona largitur ; sed auctoritate dividit gratiam: *Dividit* enim *unicuique Spiritus prout vult* [15]. Qui mittitur quidem secundum dispensationem, operatur vero secundum auctoritatem ac potestatem. Hunc adesse et inspirare animas nostras oremus, et nunquam nos derelinquet per gratiam Domini nostri Jesu Christi, cui gloria in sæcula sæculorum.

HOMILIA VII,

Seu epistola ad virginem lapsam (17).

Tempus est exclamare nos illud propheticum, *Quis dabit capiti meo aquam, et oculis meis fontem lacrymarum* [16], ut defleam contritionem filiæ populi mei? et licet cæteros obtexerint profunda silentia, atque atrocitate vulneris obstupefacti vitalis animæ motus, atque ipsum pene doloris sensum amiserint, sed nos tam crudele funus absque lacrymis videre non possumus. Etenim si Jeremias [Isaias] propheta eos qui in bello vulnerati sunt tam multiplici lamentatione prosequitur, quid nos de tam funestæ animæ vulnere patiemur? *Vulnerati*, inquit, *tui non sunt, gladio vulnerati et defuncti* [17]; sed mucro mortis hujus quam lamentamur, mucro peccati est, in quo ignita jacula maligni, corpora simul et animas hostilis flamma succedunt. Mecum pariter divinæ leges in hoc funere congemiscunt, quæ clamabant semper, et summis vociferationibus commonebant: *Non concupisces mulierem proximi tui* [17]. Mecum sacrosancta Evangelia hujuscemodi lapsum videntia, producunt longa suspiria, quod frustra clamaverint, frustra præceperint, quia *Omnis qui videt mulierem ad concupiscendum eam, jam mœchatus est eam in corde suo* [18]. Et quomodo nunc intueri **741** possunt istam quam Domino conjunxerant sponsam jam velut quadam libertate mœchantem? Ingemiscunt mecum et indignantur etiam ipsi sanctorum spiritus, et præcipue Phinees zelo Dei plenus, quod ei non licet nunc quoque arrepto simoraste dignam sumere commissi sceleris ultionem. Indignatur etiam mecum Joannes Baptista, quod non potest superna sede derelicta, sicut tunc eremum dereliquerat, ad arguendum facinus occurrere; et si ita res poscerat, caput magis perdere quam libertatem. Quinimo secundum beatum Abel, etiam ipse defunctus adhuc loquitur, et multo magis modo, quam tunc pro Herodiade, clamat et dicit: *Non licet tibi eam habere* [19]; quia licet corpus sepultum sit Joannis, et lingua jam sileat, sermo tamen Dei non est alligatus. Si enim pro conservi matrimonio polluto usque ad mortem exseruit libertatem, quid nunc faciet, tantam contumeliam erga Dominicos thalamos videns? quod tu sacratæ jugum virginitatis abjiciens, atque immaculatos externi regis respuens thoros, turpi te et infami corruptelæ sociaveris. Et quoniam nefarii commissi nullum tibi subsistit effugium, nec excusatio ulla succurrit, crimine obtegis crimen; quia et impius cum ceciderit in profundum malorum, contemnit [20]. Ipsam nunc sponsionem tuam negas, et de his quæ sponso spoponderas inficiare conaris, nec virginitatem te asseris promisisse. Sed quomodo negare poteris, cum professionis tuæ quam Deo professa es, testes et homines et angelos habeas? Recordare et revoca ad mentem bonam confessionem ; recordare ut habueris casta et honesta consortia ; ut virginum annumerata sis choris, et conventiculis sis admista sanctorum. Memento venerandæ aviæ tuæ, corpore quidem fessæ, viridis vero virtute. Memento matris summos agones in Domino perferentis, et novis atque inauditis laboribus proprium corpus a veteri consuetudine refrenantis. Memento sororis, et intuere eam ; in quibusdam priores imitantem, in quibusdam etiam superantem, et virginitatis profectibus majorum in religione gloriam cumulantem ; quæ te utpote sororem quam propositi sui æmulam crederet, ad similem cursum vitæ exemplis et verbis institutionis provocabat. Memento ut frequentaveris virginales illos et similes angelis choros, et ut in carne posita spiritaliter vixeris : ut cœlestem habueris in terris conversationem. Memento ut dies quietos et noctes lucidas duxeris, in psalmis et hymnis et canticis spiritalibus delectata ; ut sanctas orationes profuderis ad Deum ; castum et immaculatum cubile servaveris, mensam quoque frugi, sobriaque convivia, et incessum tota virginali reverentia decoratum. Ubi nunc tibi est honestus ille habitus, ubi vultus verecundiæ, et index animorum simplicitas vestis? ubi honesti pudoris ille laudabilis rubor, quem tamen gratus ex abstinentia pallor obduceret, et æmula vigiliarum macies omni decore gratior offuscaret? Quoties in orationibus conservandæ virginitatis gratia lacrymas profudisti? Quoties ad servos Dei scribens, ut pro te orarent deprecata es? Cur, quæso? ut infamis istius corruptelæ gratiam consequi me-

[18] Act. III, 6-8. [15] I Cor. XII, 11. [16] Jerem. IX, 1. [17] Isa. XXII, 2. [17] Deut. V, 21. [18] Matth. V, 28. [19] Matth. XIV, 4. [20] Prov. XVIII, 3.

(17) Exstat Græce t. III [IV], p. 135.

Digitized by Google

rereris, an ut Domino per incorruptionem jungereris? Quoties, o ingrata, cœlestis sponsi munera suscepisti? Quantus tibi honor nominis illius contemplatione delatus est? Quoties ambierunt te virginales illius chori, et tanquam unam e numero suo in conviviis, in consortiis, in sodalitatibus habuere, prout vita simplex et casta deposcit? Quoties benedictiones tibi virginum datæ, ac sanctorum litteræ ad te velut ad sponsam Christi honorabiliter emissæ? Et nunc levi aura spiritus aeris hujus, qui nunc operatur in filios diffidentiæ [21], pulsata, illa omnia denegas, omnia respuis, omnia in oblivionem ducis, et cœlestem thesaurum exiguæ libidinis voluptate commutas, quæ ad præsens quidem indulcat fauces tuas, postea autem amariorem felle invenies. Pro his omnibus quis est qui non cum luctu ac lacrymis illam super te propheticam **742** proferat vocem dicens: *Quomodo facta es meretrix, civitas fidelis Sion* [22]? Quomodo autem non et Dominus respondeat ad aliquem sacerdotum, quem dignum suo judicarit colloquio et dicat: Vidisti quæ fecit mihi virgo Jerusalem [23]? Ego eam mihi spoponderam in fide, et in incorruptione, et in justitia, et in judicio, in misericordia et miserationibus, sicut per Osee prophetam præcepi [24]; ipsa autem dilexit alienos, et vivente me viro suo, adultera dici maluit [25], nec timuit alii viro sociari. Quid autem, etiam paranymphum illum talium nuptiarum, Paulum dico, et illum apostolum, et hunc qui nunc tibi et magister et testis et medicus fuit, cum tu derelicta domo paterna Domino jungebaris? non, inquam, sentis Apostolum hæc ad te verba proferentem: Ego quidem te uni viro virginem castam exhibui Christo, et veritus sum ne forte sicut serpens seduxit Evam astutia sua, corrumperentur sensus tui [26]; propterea incessabiliter commonitionibus innumeris conatus sum omnem aditum reprimere et cohibere libidinis, et passionum perturbationes arcere, omnique custodia custodire Dominicam sponsam. Præcepi denique et dixi, quia sola quæ innupta est cogitat quæ Domini sunt, ut sit sancta et corpore et spiritu [27]. Denique et culmen tibi virginalis dignitatis aperui: templum te esse dixi Spiritus sancti, pennas tibi per hæc aptans quodammodo, ut ad Jesum volatu celeri properares. Sed et ne qua vis ex insidiis lapsum tibi aliquem moliretur, horrificis deterrui præceptis dicens: *Si quis templum Dei violaverit, disperdet eum Dominus* [28]. In orationibus quoque meis munimen semper addebam dicens, ut integrum tuum corpus et anima et spiritus servaretur sine querela [29]; sed, ut video, sine causa laboravi in te, quæ tot et tantis laboribus meis amarum exitum reddidisti. Et nunc necesse est ut lugeam, pro qua oportuit me lætari. Video enim quod seducta es a serpente aliquanto deterius quam Eva, quia non solum sensus tuus a simplicitate, sed et corpus a virginitate corruptum est; et horrendum illud incurristi, quod et dicere me piget, et silere non possum, quia est sicut ignis ardens et flamma succensa in ossibus meis: et dissolvor undique et non possum ferre, quia tulisti membra Christi, et fecisti ea membra meretricis [30]. Hoc est quod super omnia mala malum est: hoc est quod comparationem sceleris non habet. Denique sic dicit et propheta: *Transite*, inquit, *insulas Cethim, et videte: in Cedar mittite, et intelligite si facta sunt talia, si mutavit gens deos suos, et certe ipsi non sunt dii:* virgo autem mea *mutavit gloriam suam, et gloria ejus in confusionem redacta est* [31]. Obstupuit cœlum super his, et horruit nimis valde. Hæc etiam nunc Dominus dicit: Quia duo pessima fecit virgo mea: me dereliquit verum animæ suæ sponsum [32]; et abiit ad amatorem impium et scelestum, animæ et corporis corruptorem. Discessit a Deo salutari suo, et exhibuit membra sua servire immunditiæ et iniquitati [33]: mei autem oblita est, et abiit post amatorem suum. Expediebat illi infelicissimo ut mola asinaria circumligaretur collo ejus, et projiceretur in mare magis quam scandalizaret virginem meam [34]. Quis unquam ita temerarius exstitit servus, quis in tantum processit insaniæ, ut aggredi Dominicum cubile tentaret? Quis unquam latro in tantum furoris elatus est, ut templum Dei auderet irrumpere, scilicet vasa viventia, vasa in quibus Dei anima ad imaginem facta habitabat? Quis unquam comperit, in omni hoc sæculo, in media civitate luce clara violatas esse regias iconas, et porcorum formas pro imperialibus vultibus impositas? Quid deinde si quis matrimonium hominis corruperit, nonne absque ulla miseratione duobus vel tribus moritur testibus? Quanto magis merebitur graviora supplicia, qui Filium Dei conculcaverit, et eam quæ ipsi consecrata est polluerit sponsam, et spiritui gratiæ contumeliam fecerit [35]. Sed ipsa, inquit, voluit, et non invitæ vim feci. Et illa procax atque impudens, domina Ægyptia, ipsa sponte sua sancto Joseph insiliit; sed nequaquam virtutem pudicitiæ furentis libido prostravit. Licet vi et manu fuerit aggressa, validior fuit casti mens, quam procacitas impudicæ. Sed illa, inquit, hoc animo statuit, et proposito jam non erat virgo: et si ego noluissem, alium sine dubio suscepisset. Quid tum? Et Filium hominis oportuit pati, et oportuit tradi [36]; sed væ illi per quem Filius hominis traditus est [37]. Et scandala necesse est venire, sed væ illi per quem veniunt [38]. Verum post omnia, nunquid qui cecidit non adjiciet ut resurgat [39]? Ut quid aversa est virgo aversione impudenti, quæ audit a Christo dici per Jeremiam: *Et dixi, postea quam fornicata es, per hæc omnia ad me con-*

[21] Ephes. v, 6. [22] Isa. i, 21. [23] Jerem. xviii, 13. [24] Ose. ii, 19, 20. [25] Rom. vii, 3. [26] II Cor xi, 2. [27] I Cor. vii, 34. [28] I Cor. iii, 17. [29] I Thess. v, 23. [30] I Cor. vi, 15. [31] Jerem. ii, 10, 11. [32] ibid. 12, 13. [33] Rom. vi, 19. [34] Matth. xviii, 6. [35] Hebr. x, 28, 29. [36] Luc. ix, 22. [37] Matth. xxvi, 24. [38] Matth. xviii, 7. [39] Psal. xl, 9.

Digitized by Google

vertere [40]; et : *Nunquid resina non est in Galaad, aut medicus non est ibi? Quare non ascendit sanitas filiæ populi mei* [41]? Sed et multa alia invenies in Scripturis divinis mali hujus remedia. Multa sunt medicamenta quæ post perditionem revocant ad salutem. Nunquid mors est? Num est et resurrectio? Respice quam horrifica sunt quæ de æterno judicio conscribuntur : vide quanta de pœnitentia dicuntur, quanta decreta de remissione constituta sunt peccatorum, quam innumera exempla de conversionibus et emendationibus scripta sunt. Drachma quæ perierat inventa est [42]; ovis quæ erraverat, humeris reportata est [42a]; filius qui consumpserat paternam substantiam cum meretricibus vivens luxuriose, et regressus est et receptus, et ex mortuis dicitur vivus effectus [43]. Vides quanta B medicamina invenis, si uti velis, si sanare animam tuam cupias. Adduc ad cogitationem novissimum diem (neque enim sola eris quæ in perpetuum vivas); sed adduc ante oculos tuos tempus illud quo jam in morte constringimur; quo novissimus spiritus arctissimis angustiis cogitur : horam illam recordare quam Dei sententia perurget, et angeli educere animam de corpore festinant. Quæ est in illa hora perturbatio? Ubi tunc carnis desideria, ubi flamma libidinis? Ubi corporis et voluptatis illecebra? Procul hæc universa discedunt; nusquam horum memoria remanet; sola nos peccatorum stimulat conscientia, et hinc atque hinc ea quæ relinquimus contuentes, amarius illa sola quo adducendi sumus tota formidine et consternatione C perhorrescimus. Solam illam perfectionis æternæ necessitatem cogitatione volventes, unde avellamur miserabiliter recordamur, et quo abducimur terribiliter contuemur. Hæc tibi per momenta in tuo corde describe, et communem semper vitæ exitum recordare : aut certe quod horum majus est, pone tibi ante oculos adventum Filii Dei cum sanctis suis angelis venientis; veniet enim et non silebit [44], veniet judicare vivos et mortuos, et reddere unicuique secundum opera sua [45], veniet et in tuba illa terribili sonitu concinente, ita ut excitet omnes qui a sæculis dormierunt, ut præcedant ii qui bona egerunt, in resurrectionem vitæ, qui autem mala, in resurrectionem judicii [46]. Memento visio- D nis illius quam Daniel vidit, per quam futurum judicium ante uniuscujusque oculos ponit. Ait enim : *Videbam, et ecce sedes posita erat, et vetus dierum sedebat : et indumentum ejus candidum sicut nix, et capilli capitis ejus sicut lana munda. Rotæ ejus sicut ignis ardens : fluvius ingens ante ipsum currebat. Millia millium ministrabant ei, et dena millia denum millium adstabant ei. Judicium collocatum est, et libri aperti sunt* [47]. Sive bona, sive A mala, sive occulta, sive manifesta, sive dicta, sive cogitata, simul omnia in publicum deferenda, et ad universorum auditum singula perventura sunt, simul et angelis et hominibus cuncta revelanda sunt, in Christo Jesu Domino nostro.

HOMILIA VIII.

In psalmum LIX (18).

1. Consideranti mihi et providenti intentos ad audiendum animos vestros, et mearum virium infirmitatem, occurrit quædam similitudo pueri jam quidem validioris, nondum tamen a lacte depulsi, mamillam matris quæ forte longa ægritudine refrixerit perurgentis. Et quamvis sciat mater in uberibus suis fontem lactis aruisse, pulsata tamen a puero sæpius et distracta, præbet mamillam, non ut nutriat parvulum, sed ut flentem compescat et cohibeat vagientem. Ita igitur etiam in nobis, licet jugi hac ægritudine et varia infirmitate omnis dicendi virtus aruerit, tamen spectantibus vobis et velut plorantibus proferre cogimur verbum; non quod digne vos pascat et nutriat, sed tantum desiderantibus satisfaciat : quoniam quidem tanta est **743** magnitudo dilectionis vestræ, ut etiam salutationis vobis a me vox sola sufficiat. Ave igitur, Ecclesia Dei, et disce frequentius, imo indesinenter hoc dicere quod nuper in psalmi responsione cecinimus (VERS. 13) : *Da nobis auxilium de tribulatione, et vana salus hominis.* In quo, ut video, nec occasio quidem nobis infirmitatis opitulatur. Siquidem secundum intelligentiam psalmi, tribulatio non infirmitatis occasio est, sed divinum animæ invitat auxilium. Unde opportune dicent ii qui propter peccata abjecti fuerant, et propter misericordiam reparati sunt (VERS. 3) : *Deus, abjecisti nos et destruxisti nos : iratus es, et misertus es nobis.* Et quoniam ad ordinem et consequentiam psalmi sermo devolutus est, si videtur, prout possumus, expositionis ipsius assumamus originem.

2. Historia psalmi hujus secundum attitulationem suam manifeste et evidenter posita in Scripturis sanctis non invenitur; simile tamen aliquid reperiri potest ab his qui attentius legunt in secundo libro Regnorum, ubi scriptum est : *Et percussit David Adrazar filium Moab regem subeuntem inferre manum suam super flumen Euphratem : et occupavit David mille currus ex castris ejus, et septem millia equites, et viginti millia virorum : et dissolvit David omnes currus ejus, et superfuerunt ex his centum currus* [48]. Post pauca ait : *Et regnavit David in Israel : et erat David faciens judicium et justitiam, et Joab filius Sarviæ erat princeps militiæ* [49]. Et iterum post pauca ait : *Et miserunt filii Ammon et conduxerunt Syriam Roob, et*

[40] I Jerem. III, 7. [41] II Jerem. VIII, 22. [42] Luc. XV, 8, 9. [42a] ibid 4-6. [43] ibid. 13 sqq. [44] Psal. XLIX, 3. [45] Rom. II, 6. [46] Joan. V, 29. [47] Dan. VII, 9, 10. [48] II Reg. VIII, 3, 4. [49] ibid. 15, 16.

(18) Exstat Græce t. I, p 188.

Digitized by Google

Syriam Suba, viginti millia virorum. Et vidit Joab quia factum est bellum contra faciem suam, elegit ex omnibus filiis Israel electos, et posuit contra Syriam. Et viderunt servi Adrazar quoniam astiterunt contra ipsos Israelitæ, tradiderunt se Israelitis, et servierunt eis [50]. Huic historiæ soli invenimus aptari posse convenienter attitulationem psalmi hujus: sed tamen videamus quod illud tempus erat, scilicet quo tituli ascriptio gerebatur. Quando autem regibus tituli ascribuntur, nisi cum clariora aliqua et magnificentiora eorum gesta signantur, sine dubio quæ in victoriis atque in rebus bellicis peraguntur? Videtur ergo quæstione dignum, quod velut a miseriis quibusdam et lamentationibus incipit: oportebat namque lætum esse et exsultantem successibus suis, et non lugentis uti vocibus, sed ovantis. Cum enim victoriæ solemnitas geritur, non solum militaribus viris lætitia est et negotiatoribus et agricolis et artificibus, et omnibus omnino quibus discusso hostili metu pacis gaudia secura succedunt. Quomodo ergo dicit, *Deus, abjecisti nos*, cum utique certum sit quod vincere non potuissent, nisi eos et suscepisset Dominus et juvisset? Quomodo autem destruxit quos in tantum produxit augmentum, quibus adjecit arma, currus, equos, bellatores, provincias quoque ditioni eorum subdidit, Arabiam divitem, Phœnicen, Mesopotamiam, cæterasque confines; regem potentem Adrazar perimi dedit, atque omnem exercitum fundi? Videamus ergo ne forte ingrata [*vel* ingrati] esse videantur, post hæc omnia dicere ad Deum, *Deus, abjecisti nos et destruxisti nos: iratus es et misertus es nobis*. Arbitror ergo quod tempus quidem ascribendorum titulorum hoc erat quo victoriæ titulus deberet affigi; virtus autem eorum quæ scribuntur referri debet ad finem: finis autem dicitur quod in fine sæculi, id est, in consummatione ejus aptatur. Propter quod et pro his qui immutabuntur scribi dicitur psalmus, quod est, ut omnia simul dicam, de universo genere humano intelligendum: in omnes etenim debet psalmi intelligentia pervenire. Hi enim qui mutabuntur, vel qui immutabuntur, sunt, qui neque corporalis conversationis eumdem quem prius ordinem tenent, neque eosdem quos ante animos gerunt. Videtur ergo per prophetiam psalmus ostendere et describere eos, qui parentum conversatione deserta, vel gentium superstitionibus derelictis, ad instituta se evangelica contulerunt, et sunt immutati, id est, nos qui multorum deorum cultum ad unius Dei transferimus venerationem, et idolorum errores ad creatoris transtulimus veritatem; qui libidinum dedecora et luxuriæ corruptelam ad sobrietatis et pudicitiæ ornamenta convertimus, qui pro ebrietate sobrietatem, et pro effusione jejunium, honestatem pro obscenitate mutavimus, pro turpibus canticis spirituales agimus psalmos, pro dedecorosis cubilibus in Dei oratione prosternimur. Quomodo ergo non de nobis attitulatur ista commutatio? Quomodo non nobis ista Spiritus sancti præparantur eloquia? Quomodo non sermo iste divinus e cœlo lapsus, Dei Ecclesiæ loco muneris datus est, et per singula cum relegitur et recitatur, velut pastus quidam uberrimus et copiosissimus animarum cibus a sancto Spiritu ministratur? Superscribitur ergo psalmus in tituli ascriptione, id est, ne forte levis quædam et perfunctoria ejus cantilena putaretur; neve tanquam in aliqua corruptibili materia inscripta, citum habere abolitionis exitum videretur, et ad modicum inserta memoriæ, tum deinde rerum et cogitationum confusione protinus exolesceret. Hoc est ergo quod indicat, ut hæc scriptura tanquam tituli alicujus inscriptio sulcata profundius in anima describatur, et fixa semper atque immobilis maneat, ad æterna animæ commemorationis monimenta sufficiens. Si vero insolescere velit Judæus, ut aliena nobis dicat esse quæ scripta sunt, ex consequentibus convincetur, in quibus diversæ congregationes, et ea quæ longe sunt cum his quæ prope: ait enim (VERS. 9), *Meus est Galaad, et meus est Manasses*. Hoc idem et de Ephrem et de Juda, quibus adjungit et sociat Moab et Idumæam, et simul omnes Allophylos sibi subditos esse denuntiat.

3. *Deus* ergo, inquit, *abjecisti nos*. Quos? Qui longe nos fecimus ab eo. Interventu ergo peccatorum et mediis inter nos et Deum intercedentibus iniquitatibus abjecisse nos dicitur Deus. Ait enim et alius propheta, quia inter nos et Deum peccata separant. *Destruxisti nos*, inquit, sine dubio quia eramus constructi et pessime ædificati: huic enim qui ædificat in altum domum suam, et superbiæ celsum culmen extollit, destructio remedium erit; unde et pro summo beneficio suscipiendæ sunt **744** infirmitates quæ a Deo corporibus infliguntur, per quas elatio dejicitur animorum, vel destruitur carnis et sanguinis arrogantia. Iratus est tunc utique cum essemus filii iræ, id est, sicut et cæteri, spem non habentes, et sine Deo in hoc mundo [51]. Et misertus est nobis, sine dubio cum Unigenitum suum dedit ad repropitiandum pro peccatis nostris, ut in sanguine ejus haberemus redemptionem nostram. Quæ utique beneficia nec intelligere unquam nec sentire potuissemus, nisi potasset nos (VERS. 5) *vino compunctionis*. Vinum dicit verbum quod potest cor insipiens et dissolutum austeritate sui et stimulis ad intelligentiam suscitare. (VERS. 6.) *Dedisti*, inquit, *timentibus te significationem ut fugiant a facie arcus*. Moyses quidem Israeliticos postes sanguine Agni obsignaverat [52]; tu vero dedisti nobis signum ipsum sanguinem veri Agni immaculati, qui oblatus est victima pro totius mundi salute. Sed et Ezechiel hoc signum dicit in frontibus dari; ait enim: *Ite*

[50] II Reg. x, 6, 9, 19. [51] Ephes. II, 3, 12. [52] Exod. XII, 7.

Digitized by Google

post ipsum et percutite, nolite parcere, neque misereamini seni juvenique, neque parvulis; sed et virgines et mulieres occidite, et delete penitus : ad omnes autem super quos est signum in frontibus eorum non accedatis [53]. (VERS. 8.) *Deus*, inquit, *locutus est in sancto suo, et exaltabor et partibor Siccimam.* Siccima ager est hoc nomine appellatus, quem præcipuum et electum Joseph filio suo pater dederat Jacob [54]. Hic ager typum mihi videtur habuisse Prioris Testamenti, quod videbatur filiis Israel (19) populo privata largitione concessum. Nunc ergo ait, quod hanc præcipuam et velut privatam quamdam hæreditatem populi in divisionem vocabo, et communem cum cæteris omnibus faciam. Cum autem divisum factum fuerit testamentum in omnes, et cuncta ejus utilitas universis cœperit esse communis, Deo pro nobis omnibus melius aliquid providente, tunc etiam convallis tabernaculorum demetietur, hoc est, universus orbis terrarum, qui vallis tabernaculorum pro habitaculis corporum dictus est. Hic velut quadam sorte divisus atque dimensus per singula loca ecclesiarum Dei, parochiis et incolatibus distinguetur. Tunc etiam ea quæ divisa sunt congregabit ille : *Qui pacificat per sanguinem suum, sive quæ in terra sunt, sive quæ in cœlis* [55], *et qui medium parietem sepis solvens, fecit utraque unum* [56].

4. VERS. 9, 10. *Meus est Galaad, et meus est Manasses.* Nepos est Galaad iste Manasses : ostendit ergo patriarcharum consequentiam a Deo descendisse ; ex quibus Christus secundum carnem. *Et Ephrem susceptio capitis mei, Juda rex meus.* Illas quæ in terræ divisione fuerant partes, rursum ad semetipsas connectit et sociat. *Moab lebes spei meæ.* Alius interpres ait, *lebes* lavacri hæres significatur, vel vas securitatis ; quoniam quidem erat gens abjecta a Deo, interposita comminatione ne ingrederetur Ecclesiam Dei, sicut dicit : Moabitæ et Ammonitæ non ingredientur Ecclesiam Domini usque ad tertiam et quartam progeniem, et usque in sæculum sæculi [57]. Verum quoniam peccatoribus remissio per baptismum datur, et exinde præteritorum gestorum securitas nascitur, ostendens etiam ipsis salutem et securitatem per baptismum tribuendam, ait : *Moab lebes spei meæ*, vel *lavacri*, vel *securitatis ;* sed spem competenter accipimus ; non enim quæ dicebantur erant instantia ; sed speranda. Omnes ergo Allophyli subjecti sunt Christo, suavi jugo ejus libenter sua colla subdentes ; et propterea *in Idumæam extendit calceamentum suum.* Calceamentum est deitatis Verbi caro ejus quæ Deum subjecta portavit, et qua velut calceatus sermo Dei, hunc nostrum calcavit et ingressus est mundum. Beatificans ergo propheta tempus futurum, quo tanta spes in adventum Christi humano generi arrideret, addit : *Quis*, inquit, *deducet me in civitatem circumstantiæ?* Ut puto, Ecclesiam dicit : civitatem quidem, pro eo quod jure æquitatis et divinis legibus vivit : *circumstantiæ* vero, quod secundum Græcam significantiam *munitionis* melius dicitur, videtur munimenta fidei designare ; sed etiam alius interpres ait *civitatem circumseptam.* Quis ergo dabit mihi videre magnum istud et venerabile humano generi munus adveniens? Hoc est nimirum quod etiam Dominus dicebat : *Quia multi prophetæ et justi cupierunt videre quæ videtis, et non viderunt* [58].

5. VERS. 13. *Da ergo*, inquit, *nobis auxilium de tribulatione.* Non quæram auxilium a corporis robore, neque a lætitia carnis, neque ab his quæ apud homines gloriosa dicuntur et prospera ; non a divitiis poscam auxilium, non ex opulentia facultatum, non ex virium magnitudine, non ex nobilitate honorum opem quæram : sed de tribulatione, de angustia, de afflictione auxilium poscam a Domino. Hoc enim faciebat et Paulus, qui cum gloriaretur in tribulationibus [59], dicebat : *Quando* enim *infirmor, tunc potens sum* [60]. *Da* ergo *nobis auxilium* (Domine) *de tribulatione.* Cur quæso? *Quia tribulatio patientiam operatur, patientia vero probationem, probatio autem spem : spes vero non confundit* [61]. Vides quo cursu te facit ascendere tribulatio? Perducit ad ipsa summa spei fastigia. Æger es? Æquanimiter tolera, quoniam *Quem diligit Dominus, castigat* [62]. Pauper es? Lætare, quia manet te successio et hæreditas Lazari. Contumelias pateris propter nomen Christi? Beatus es, quoniam tibi ista confusio angelici consortii gloriam parat. Persuadeamus nobis, fratres, et certissima definitione suadeamus, ut in tempore tentationis non respiciamus ad humanam spem, nec speremus humanis auxiliis juvari : sed in lacrymis et suspiriis et afflictione, in oratione pervigili, in jugi et intenta supplicatione durantes, ita demum nobis Dei speremus auxilium de tribulatione, si humana velut inania et nihil profutura contemnamus auxilia : fixi et confirmati et corroborati in spe nostra, qui est Christus Jesus Dominus noster, cui est gloria et potestas in sæcula sæculorum. Amen.

[53] Ezech. IX, 5, 6. [54] Gen. XLVIII, 22. [55] Coloss. I, 20. [56] Ephes. II, 14. [57] Deut. XXIII, 3. [58] Matth. XIII, 17. [59] Rom. V, 3. [60] II Cor. XII, 10. [61] Rom. V, 3-5. [62] Heb XII, 6.

(19) Sic ms.

Digitized by Google

NOTÆ FRONTONIS DUCÆI

BURDEGALENSIS,

SOCIETATIS JESU THEOLOGI.

IN HOMILIAS DE JEJUNIO ET DE DIVERSIS ALIIS ARGUMENTIS.

Col. 167 B 14. *Τῷ εἰδότι λέγεις, Scienti narras.* Proverbium quod Zenobii, vel Suidæ, vel aliorum collectaneis non reperitur insertum. Plato in *Hippia* majore, p. 301, D: Εἰδότι μὲν ἐρεῖς, ὦ Σώκρατες, *Hæc scienti, Socrates, narrabis;* et apud Ciceronem Epistolar. ad Atticum lib. IX, epist. 6: *Mirandum enim in modum Cneus noster Syllani regni similitudinem concupivit.* Εἰδόσι λέγω, *scientibus narro.* Sic enim legit Erasmus in proverbio, *Doctum doces*, non ut in editione Lambini et recentioribus, Εἰδώς σοι λέγω, *Sciens tibi dico.*

Ibid. C 4. *Νηστεία.* Oliv. ms. et Anglic. νηστείαις ὁρῶν, at paulo post B 13, οὐδαμοῦ ἀπόφασις, ediderat interpres, *nusquam flagitatio adversus animantia ab implacabili ventre veniens:* atqui ἀπόφασις non flagitationem, sed sententiam sonat, et Cornario sententiam judiciariam. Ibid. C 8, Δὸς ἀργίαν τῷ τραπεζοποιῷ, quo pacto scriptum videtur offendisse interpres Erasmus, *Da otium mensarum apparatori*, non ἄδειαν, unde Cornarius eruit, *da libertatem mensæ structori.*

Col. 178 C 7. *Non aratorem.* Interpres addidit de suo, *ut ait Hesiodus*, cujus hic versus est quadringentesimus tertius in *Operibus et diebus:*

Οἶκον μὲν πρώτιστα, γυναῖκά τε, βοῦν τ' ἀροτῆρα.

Primum quidem domum, et uxorem, et bovem aratorem. Paulo post ex codicibus Gallicis et Angl. addidimus τρίτον, innuit enim quod ait Apostolus II Cor. XII, 2: *Ἕως τρίτου οὐρανοῦ.*

Col. 180 C 10. *Οὐ κρέα.* Oliv. οὐ κρέας, οὐδὲ οἶνον, οὐδ' ὅσα, ut referantur ista ad illa quæ præcesserunt, ἄρτος ἐστὶν, οὐ κρέας. Quod vero sequitur, κόρος ὕβρεων ἀρχή, ad dictum illud Solonis alludit apud Laertium: Τὸν μὲν κόρον ὑπὸ τοῦ πλούτου γεννᾶσθαι, τὴν δὲ ὕβριν ὑπὸ τοῦ κόρου. *Satietatem ex opulentia nasci, ex satietate ferociam.* Interpres Pindari in *Olympiis* profert Homeri versum, quem tamen Erasmus apud Homerum se legere non meminit, neque adeo reperit is qui Indicem operum ejus nuper contexuit. Versus est Theognidis 153:

Τίκτει τοι κόρος ὕβριν, ὅταν κακῷ ὄλβος ἕπηται.
Fastum copia gignit, opes ubi pravus adeptus.

Col. 211 A 3. *Illustres equorum.* Interpres *Illustres hippotrophi.* Qua voce nullus apud Latinos est usus. Est in codice Theodosiano titulus de equis curulibus; ἱπποτροφεῖν dicebantur, qui curules illos equos alebant, seu qui in sacris certaminibus vincere cupiebant, ut docet Budæus in Commentariis: profertque locum Isocratis ex oratione de Bigis: Ἱπποτροφεῖν δὲ ἐπιχειρήσας, ὃ τῶν εὐδαιμονεστάτων ἔργον ἐστὶ, φαῦλος δ' οὐδεὶς ἂν ποιήσειεν οὐ μόνον τοὺς ἀνταγωνιστὰς, ἀλλὰ καὶ τοὺς πώποτε νικήσαντας ὑπερεβάλετο· *Verum ubi ad alendos equos animum adjecit, quod ut opulentissimorum munus est, sic nemo vilis id præstare queat: non eos tantum, qui cum eo contendebant, sed omnes qui unquam vicerant, superavit.* Demosthenes in *Amatoria* dicit hoc esse τὸ σεμνότατον καὶ κάλλιστον τῶν ἀγωνισμάτων, καὶ τούτου ἐπιβαίνειν μόνοις τοῖς πολίταις ἐξουσίαν οὖσαν, ἐφιεμένους δὲ τοὺς βελτίστους· *Splendidissimum et pulcherrimum genus illud esse certaminis, solisque propositum esse civibus, nec nisi ab optimatibus expeti,* et in orat. pro Corona: Μέγας τις καὶ λαμπρὸς ἱπποτρόφος· *Magnus ac splendidus, sive magnificus, equorum altor* quidam appellatur. Merito ergo numerat equorum altores inter divites ac potentes.

Col. 220 C 7. Ξύλον Scriptura nonnunquam crucem appellat, ut Act. X, 39: *Ὃν ἀνεῖλον κρεμάσαντες ἐπὶ ξύλου, Quem occiderunt suspendentes in ligno*, sed et compedes ligneas, vel numellam ea voce designat, qua rei detinebantur in vinculis, ut Act. XVI, 24: *Καὶ τοὺς πόδας αὐτῶν ἠσφαλίσατο εἰς τὸ ξύλον· Et pedes eorum strinxit ligno.* At apud Patres Græcos et historicos ecclesiasticos pro equuleo sumitur, quo rei fidiculis vincti torquebantur, ut apud Sozomenum lib. V, cap. 10: Αἰκίζεσθαι ἠβούλετο, καὶ δημοσίᾳ προαγαγὼν πρὸς τὸ βασανιστήριον ξύλον αἰωρεῖσθαι προσέταττεν· *Cædereque verberibus constituit, atque publicum in locum ad equuleum deducens sublimem suspendi jubet.* Eusebius Cæsarien. lib. V *Histor.*, cap. 1: Τὰς κατὰ τὴν εἱρκτὴν ἐν τῷ σκότει καὶ τῷ χαλεπωτάτῳ χωρίῳ συγκλείσεις, καὶ τὰς ἐν τῷ ξύλῳ διατάσεις τῶν ποδῶν ἐπὶ πέμπτον διατεινομένων τρύπημα· *Ut in carcerem conjecti interdum in locis horrida caligine obsitis et plenis molestiarum misere jacerent, nonnunquam illorum pedes in ligno extensi distinerentur, et ad quintum usque foramen distraheren ur:* quibus verbis Sigonius, lib. III, cap. 17, *De judiciis Romanorum*, catastam ligneam equulei designari putat, interpres autem Christophorsonus, fortasse rectius, crassas compedes, quibus in carcere vincti non detinebantur solum, sed et distenti cruciabantur; addit enim historicus adeo vinctos fuisse di-

Digitized by Google

ἐκατὸς, ὥστε ἀποπνιγῆναι τοὺς πλείστους ἐν τῇ εἱρκτῇ, *ut complures in carcere penitus suffocarentur.* Sic intellexit et Rufinus antiquior interpres, lib. V, cap. 2: *Ac septimo puncto in nervo pedes, contra quam credi fas est, distenti in intimo tenebrarum loco deperirent.* Sic apud Plutarchum de Deo Socratis, τοὺς πόδας ἐν τῷ ξύλῳ δεδεμένοι, *ligneis compedibus vincti:* ut vertit Stephanus in *Thesauro*, qui apud Basilium tamen Homil. in Gordium martyrem pro tormenti quoque genere poni asserit pag. 145: Ἐπὶ τροχοῦ κατατεινέσθω, ἐπὶ τοῦ ξύλου στρεβλούσθω· *In rota extendatur, in equuleo torqueatur;* et in Homil. in Barlaam pag. 140: Κολαστήριον ξύλον ὡς σωτήριον ἀσπαζόμενος· *Lignum tormento deputatum velut salutiferum complexus.* Propterea ξύλον hic pro equuleo potius, quam pro compede sumi existimavimus.

Col. 235 A 11. *Et auri discrimen.* Ad verbum expressit Cornarius, *et auri præstantiam ex affrictu ad lapidem experimur*, vel certe, si malis, *auri differentiam ex affrictu ad lapidem probamus.* Addiderat in margine interpres, *Is lapis* χρυσῖτις *dicitur.* Meminit ejusdem lapidis sive coticulæ, qua probatur aurum affrictu, Pollux lib. VII, cap. 24: Καὶ ἡ βασανίζουσα τὸν χρυσὸν χρυσῖτις λίθος, ἢ Λυδία· *Et aurum examinans lapis, index aut Lydius.* Plinius lib. XXXIII, cap. 8, *Histor. natural.: Auri mentionem comitatur lapis, quem coticulam appellant, quondam non solitus inveniri nisi in flumine Tmolo, ut auctor est Theophrastus, nunc vero passim, quem alii Heraclium, alii Lydium vocant. His coticulis periti, cum e vena ut lima rapuerint experimentum, protinus dicunt quantum auri sit in ea, quantum argenti vel æris scrupulari differentia mirabili ratione non fallente.*

Col. 238 A 8. *Mulierum felicissimâ.* Hæc Julitta passa est Cæsareæ in Cappadocia, III Kal. Augusti, sive XXX Julii, ut Græcorum testatur Menologium. In Romano etiam Martyrologio hujus Basilii Orationis fit mentio. Quod sequitur, τὴν ἀσθένειαν ἀποκρύψασαν, melius expressit Cornarius, *femineæ naturæ debilitatem occultavit.* Paulo post utitur verbis Isaiæ prophetæ, X, 14, qui principem Assyriorum hæc dixisse vult: *Εἰσῶ πόλεις κατοικουμένας, καὶ τὴν οἰκουμένην ὅλην καταλήψομαι τῇ χειρὶ ὡς νοσσιάν.* Gregorius Nazianzenus, Orat. I *in Julianum* intelligit τὸν νοῦν μέγαν τὸν Ἀσσύριον, τὸν κοινὸν ἁπάντων ἐχθρὸν καὶ πολέμιον, *draconem, illam mentem magnam Assyrium, illum communem omnium inimicum et hostem.* Idem Eusebius *De Demonstrat. evangel.* lib. IV, cap. 9, et Hilarius *in psalm.* CXVIII. At Clemens Alexandrinus V *Strom.* hæc ex persona Dei dici putat, et cum eo Tertullianus, lib. II, cap. 18, *in Marcionem*, et Eusebius rursus *De præparat. evangel.* lib. XIII, cap. 7: vide notas in cap. X Isaiæ prophetæ.

Col. 239 A 7. *Lite agere.* Horum loco scripserat interpres, ait, *Isthæc actio ejusmodi est cui nulla quantivis temporis præscriptio suffragari debeat.* Cornarius vero dixit *litem non permissam esse.* Certe εἰσαγώγιμος dicitur ea lis vel actio, ut ex Isocrate docet Budæus in Commentariis, contra cujus exordium præscriptio objici jure non potest; hic vero Julittæ adversarius actionem ejus εἰσαγώγιμον esse negat, hoc est, contendit, lege agere illi non licere, ut cum ait Dinarchus *in Demosthenem:* Εἰσαγωγίμους τὰς δωροδοκίας ποιήσετε· *Intendere crimina licebit adversus sordidos magistratus.* Sigonius lib. III, cap. 4, *De republ. Atheniens.*, δίκην εἰσαγώγιμον dictam vult, quæ per leges a magistratu introduci, nec ab eo repudiari poterat, unde et εἰσαγωγεῖς dictos introductores, qui accusatori aut litigatori judicium dabant. Julius Pollux, lib. VIII, cap. 8: Εἰσαγωγεῖς τὰς δίκας εἰσήγαγον πρὸς τοὺς διαιτητάς· *Hi actiones ad arbitros introducebant.* Hic ergo παραγραφή, quam Latini exceptionem vocant, primum præsidium fuit, cum negabat aliquis actionem illam introduci posse. Martyrologium etiam Romanum hanc objectionem factam Julittæ, exceptionem appellat, XXX Julii: *Cæsareæ Cappadociæ S. Julittæ martyris, quæ bona sua a quodam potente sibi usurpata judicio repetens, cum ille exceptionem daret, quod illa ut Christiana non deberet audiri, mox a judice jussa est thus idolis offerre, ut posset audiri.*

Col. 274 B 10. *Produc in publicum.* Expunximus dictionem *triumphum*, quod nihil aliud sonet τὸ θριαμβεύειν, quam in publicum proferre, ut pluribus confirmavimus in Notis ad Panegyricum S. Joannis Chrysostomi de S. Juliano ex Suida, θριαμβεύσας, αἰτιατικῇ, δημοσιεύσας· ne quis forte aliter exponat illud Apostoli, II Cor. II, 14: *Τῷ θριαμβεύοντι ἡμᾶς ἐν τῷ Χριστῷ*, quam cum Chrysostomo homil. 5 in illam Epistolam, Τουτέστι τῷ πᾶσι ποιοῦντι περιφανεῖς, *qui omnibus conspicuos et notos reddit:* neve cum Theodoro Beza libeat ineptire, qui verbo isti Græco vim conjugationis hiphil affingendam putavit, ut auctorem Latinæ Vulgatæ more suo carperet. Certe hic θριαμβεύειν τὰ καταγώγια, non est, efficere, ut triumphent promptuaria, sed, ea publica et communia reddere, vel in lucem proferre. Itaque corrigendus est etiam hic locus in *Moralibus*, orat. 15, de Avaritia, ubi vertit Ilovius, *duc denique in triumphum domicilium mammonæ.* Paulo post τὰς οἰκίας πενήτων, *domos pauperum* legimus in mss. et excusis, non γαστέρας, ut interpres videtur scriptum offendisse, *ventres pauperum.* Paulo post, idem scripserat, *Qualia præcepta contemnis, posteaquam avaritiæ aures reserasti?* atqui προαποβύειν contrarium significat, et solet efficere avaritia, ut ad pauperum querelas aures divitum obsurdescant.

Col. 279 A 6. *Relicta Pharis.* Volaterranus, *et Pharisæorum jactantiam, ac legisperitorum arrogantiam, ac scribarum turbam non fuisse imitatum, sed ex solo et vero præceptore hoc intelligere voluisse laude dignum censeo.* At hic non agitur de imitatione, sed de magistrorum delectu, quod nimirum hunc sibi consu-

Digitized by Google

lendum præceptorem præteritis aliis duxerit, et fortasse aptius legeretur hic γραμματέων ὄγκον, quam ὄχλον, *scribarum fastu*, ut cum superbia et arrogantia cæterorum copuletur. Paulo post non satis exprimit Græcorum sensum, illud, *Quod divitias nimium amaret*, τῷ πάθει ἐσκοτωμένον, *quod nimius divitiarum amor tenebras illi offudisset.* Cornarius dixit, *Cupiditate divitiarum illi tenebras offundente.*

Col. 318 B. *Quis necessario.* Non jam constitutæ naturæ aut formæ hominis rationem additam fuisse vult Basilius, sed in ipsa ratione sitam hanc ipsam fuisse similitudinem : itaque perperam interpretatus erat Volaterranus : *Quis hominis formæ ad imaginem suam jam constitutæ rationem addere suasit, ut artium disciplinarumque capax esset?* Sane quidem in ea homilia, quæ quondam decima numerabatur *in Hexaemeron*, sic exponebantur illa verba, *Faciamus hominem ad imaginem nostram*, pag. 143, apud Gregorium Nyssenum, ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν, τουτέστι, δώσωμεν αὐτῷ λόγου περιουσίαν, *hoc est, illi rationis præstantiam tribuamus.*

Col. 326 A 10. *Gentilibus.* Ἑλλήνων hoc loco nomine, ut apud Apostolum, gentiles aut paganos intelligendos censeo, ut tanto magis erubescant Christiani, dum se ab ethnicis superari animadvertunt; item illud : Μίαν ἑστίαν σχεδὸν, τὸν πολυάνθρωπον, male expressum erat : *Domum unam frequentem prope populum*, nam illud σχεδὸν jungendum fuit cum voce ἑστίαν, quasi dicat tantam fuisse conspirationem animorum in uno populo, ut una familia sub uno tecto coacta videretur. Ac mihi videtur Spartanum præcipue populum innuere Basilius, cujus συσσίτια et φειδίτια ab historicis Græcis celebrantur. Etenim ut tradit Plutarchus in Lycurgo et in Lacedæmoniorum Institutis, conveniebant cives in ejusmodi conviviis, et in commune singulis mensibus farinæ medimnum et octo vini choas conferebant, neque in privatis ædibus cibum sumebant, nisi forte primitias Diis offerrent. Τὸ τρίτον πολίτευμα καὶ κάλλιστον ἐπῆγε τὴν τῶν συσσιτίων κατασκευὴν, ὥστε δειπνεῖν μετ' ἀλλήλων συνιόντας, ἐπὶ κοινοῖς καὶ τεταγμένοις ὄψοις καὶ σιτίοις, οἴκοι δὲ μὴ διατᾶσθαι. *Tertium et insigne invexit institutum, conviviorum formam, una ut cœnarent frequentes, communibus et præscriptis obsoniis atque epulis, domi ne vescerentur.* Hæc in Vita Lycurgi de Spartanis. Cæterum perperam de suo addidit hic interpres, epulo piscium a Domino excepta : neque enim tria millia erant, Matth. xiv, 21, sed quinque millia, et Matthæi xv, 38, quatuor millia, sed respexit ad illa tria millia, quorum fit mentio Actorum ii, 41.

Col. 342 A 6. *Neque enim ingenitum.* In editione Basiliensi, ἀγένητόν ἐστι, et paulo post, οὔτε γὰρ ἀγένητος ἡ νόσος, quo pacto etiam legitur in ms. Oliva., sed operæ typographicæ varias lectiones ex Anglicis codicibus margini adjectas amplexæ nonnunquam sunt, ex quibus est illud ἀγένητον, et ἀγέννητος. Volaterranus scripserat : *Non enim ingenitum est, ut impiorum est opinio, par conditione bonæ naturæ malum ponentium. Nam si ambo sine principio et generatione priora sunt, ex quo nec facta.* Ἀγένητος, *non ortus*, ἀπὸ τοῦ γίνεσθαι· ἀγέννητος, *non generatus*, ἀπὸ τοῦ γεννᾶσθαι. Annotavit ex Budæo Stephanus apud Damascenum differre hæc duo, ἀγένητος, et ἀγέννητος· nam ἀγένητος, ὁ ἄκτιστος καὶ μὴ γενόμενος, qui est increatus et ortus non est, ut Dei Filius ἀγένητος, increatus est, et tamen γεννηθεὶς, generatus a Patre. Doctissimus quoque Billius, Observationum Sacrarum lib. i, cap. 2, bis apud Theodoretum legit ἀγέννητον, cum alterutrum horum per simplex v scribendum sit. Multum enim inter utrumque interest : *Quandoquidem*, inquit, *ut est apud Damascenum*, ἀγένητος *quidem est, hoc est, non creatus, at non item* ἀγέννητος. *Hæc enim peculiaris nota est, qua a Patre distinguitur.* Contendit ergo Basilius hoc loco malum increatum non esse, ut Gnostici et Cerdoniani blaterabant, qui duo rerum principia constituebant, unum bonum, a quo bona, alterum malum, a quo mala procedere dicebant, ut ait Augustinus, lib. *De Hæresib.* cap. 21, neque a Deo creatum esse, ut volebat Florinus hæreticus, teste Eusebio, lib. v *Histor.* cap. 20. Idem de tenebris tribuit Manichæis Gregorius Nazianzenus, Orat. 35, pag. 569 : Οὐκ ἂν μὲν συγχωρήσαιεν εἶναι μόνου Θεοῦ τὸ ἀγέννητον οἱ τὴν ὕλην καὶ τὴν ἰδέαν συναγαγόντες ὡς ἀγέννητα. Τὸ γὰρ Μανιχαίων πορρωτέρω ῥίψωμεν σκότος. *Atqui solius Dei esse ingenitum minime illi concesserint, qui materiam quoque et formam ut ingenitas induxerunt. Manichæorum enim tenebras longius adhuc projiciamus.* Justinus in *Eversione dogmatum Aristotelis*, pag. 96 edit. Commelin. : Πῶς ἡ ὕλη καὶ τὸ ὂν οὐκ ἔστι, καὶ ἀγένητος καὶ ἄφθαρτός ἐστιν· *Quomodo materia et id quod sit, non est, et increata et incorruptibilis est?* Annotatur tamen in Indice Græco apud Aristotelem esse ἀγέννητον ὕλην, unde constat aliquando unum pro altero sumi. Certe lib. i *Physicorum*, cap. 9, textu 82, quod de eadem materia dixit, ἀλλ' ἄφθαρτον καὶ ἀγέννητον ἀνάγκη αὐτὴν εἶναι, vertit Perionius, *sed nec interire neque oriri gignique necessario potest.*

Col. 351 A 3. *Satanas erat quidem.* Citatur locus ex lib. iii Regum, cap. 11, 14, nonnihil immutatus : sic enim ibi legitur : *Καὶ ἐξήγειρε Κύριος Σατὰν Σαλομῶντι τὸν Ἄδερ τὸν Ἰδουμαῖον. Et suscitavit Dominus Satan Salomoni Ader Idumæum.* Vulgata Latina, *Suscitavit Dominus adversarium Salomoni Adad Idumæum de semine regio, qui erat in Edom*, non ut ait Basilius, regem Syrorum : longe quippe Idumæa distat a Syria, neque βασιλεὺς Σύρων dicitur, sed ἐκ τοῦ σπέρματος τῆς βασιλείας ἐν Ἰδουμαίᾳ, *ex semine regni in Idumæa*, καὶ ἐβασίλευσεν ἐν γῇ Ἐδώμ, *et regnavit in terra Edom.*

Digitized by Google

Seil ibidem sit mentio alterius adversarii Salomonis, qui dicitur Damascum occupasse, quæ est in Syria, ibique regnasse, unde occasio erroris lapsusque memoriæ data est Basilio : Καὶ ἤγειρε Κύριος τῷ Σολομῶντι Σατὰν τὸν Ῥαζρὸν υἱὸν Ἐλιδεχὲ τὸν Βαραμὲθ, καὶ τὸν Ἀδραδέζερ βασιλέα Σουβᾶ κύριον αὐτοῦ, καὶ προκατελάβετο τὴν Δαμασὲκ, καὶ ἐβασίλευσεν ἐν Δαμασέκ. *Et excitavit Dominus Salomoni Satan Razron filium Elidece Barameth, et Adradezer regem Suba dominum ejus, et præoccupavit Damascum, et regnavit in Damasco.* In quem locum Theodoretus in Quæstionibus in lib. III Reg.: Τίνα λέγει Σατάν; Τὸν ἀποστάτην, τὸν ἀνθιστάμενον, τὸν ἐναντιούμενον. *Quemnam dicit Satan? Apostatam seu desertorem, repugnantem, adversarium.* Vulgatæ Latinæ auctor *adversarium* hoc loco ex Hebræo vertit, ubi Septuaginta vocem Hebræam retinuerunt; at lib. III, v, IV, contra Vulgata habet, *Et non est Satan, neque occursus malus*, ubi LXX, Οὐκ ἔστιν ἐπίβουλος, καὶ οὐκ ἔστιν ἀπάντημα πονηρόν. *Non est insidiator, et non est congressus malus.*

Col. 368 B 13. *Implevistis manus vestras.* Ita scripsimus loco illorum, quæ Volaterranus ediderat, *Vestras hodie manus Deo consecrastis, quilibet in filio suo, ut detur vobis benedictio*, licet haud aliter Cornarius verterit, eodemque modo legatur in Vulgata Latina Exodi XXXII, 29. Cum enim verbum Hebræum מלא et πληροῦν, *implere*, significet, et τελειοῦν, *initiare, consecrare :* eam ob causam LXX, Exodi XXIX, 10, interpretati sunt, *καὶ τελειώσεις τὰς χεῖρας Ἀαρών, et consecrabis manus Aaron;* et Vulgata Latina ibidem, *postquam initiaveris manus eorum;* et Numer. III, 3, *οὓς ἐτελείωσαν τὰς χεῖρας αὐτῶν.* Idcirco Vulgata Latina, *quorum repletæ et consecratæ manus :* et rursus hoc loco verterunt, *Ἐπληρώσατε τὰς χεῖρας ὑμῶν, Implevistis manus vestras.* Cum ergo Septuaginta ex variis significationibus alicujus verbi unam hoc loco elegerint exprimendam, officium est Latini interpretis eam repræsentare, non alias, quas in aliis Scripturæ locis eidem verbo tribuerint. Itaque Exodi XXVIII, 41, *et implebis manus eorum*, scilicet oblationibus, exponit Pagninus, ex eo ritu quo nemini licebat munus sacrificandi assumere, nisi cui prius manus impleta fuisset partibus sacrificiorum. Est igitur Hebraismus, cum sacerdotis manus dicuntur impletæ, hoc est, consecratæ : verum amoto Hebraismi velo, clarius dixit pag. 130 : Τὰς χεῖρα- ἑαυτῶν ἐτελείωσαν, *Manus suas consecrarunt.*

Col. 378 D 3. *Sapiens ergo.* Legebatur antea, *Sapiens profecto fuerit quicunque cum invido minime congreditur aut conversatur, nec etiam in eadem esse cum eo mensa studet.* Imo alludit ad illud Salomonis Proverb. XXIII, 6 : *Μὴ συνδείπνει ἀνδρὶ βασκάνῳ, μηδὲ ἐπιθύμει τῶν βρωμάτων αὐτοῦ, Ne cœnes cum viro invido, neque desideres cibos ejus.* Citatur paulo post alter ejusdem locus ex Eccles. IV, 4 : *Ζῆλος ἀνδρὸς ἀπὸ ἑταίρου αὐτοῦ · Zelus aut æmulatio viri a sodali ejus.* Vulgata ex Hebræo dixit : *Labores hominum animadverti patere invidiæ proximi.* Id nimirum est quod vulgatis Hesiodi versibus ex *Operibus* circumfertur

Καὶ κεραμεὺς κεραμεῖ κοτέει, καὶ τέκτονι τέκ-[των,
Καὶ πτωχὸς πτωχῷ φθονέει, καὶ ἀοιδὸς ἀοιδῷ.

Et figulus figulo succenset, et fabro faber,
Et mendicus mendico invidet, et cantori cantor.

Quod sequitur, *Non Ægyptio vir Scytha invidebit*, exscriptum fuit a Damasceno lib. III, *Parall.* c. 110, ubi fidelius hoc expressit Billius : *Non Ægyptio Scytha invidet, sed quisque ei qui ejusdem nationis est : ac rursum in eadem natione non ignotis.*

Col. 390 C 4. *Qui igitur recte ac feliciter.* In ms. Oliv. scriptum offendimus ἐπιτεταγμένως, quo pacto legisse videtur interpres, cum vertit, *Itaque præcipiendi modo theologiam tradens, sapientiam novit.* In Basiliensi editione cum Anglic. mss. collata ἐπιτετευγμένως, ex qua Cornarius expressit, *Qui igitur recte ac feliciter theologiam tractat*, quasi nimirum ἐπιτετευγμένως idem valeat quod ἐπιτυχῶς vel ἐπιτυχόντως μετὰ τοῦ ἐπιτυγχάνειν, *prospero successu ac feliciter.* Quod si conjecturæ locus sit, ἐπιτεταμένως scripsisse auctorem conjicio, hoc est, *intense, vehementer*, sive *magna animi contentione, accurate :* sequitur enim ἐν τελείοις, *inter perfectos.* Sic infra pag. 105, ἐπιβαλεῖν τῇ ἀκριβείᾳ τῆς θεολογίας.

Col. 391 A 10. *Creavit me initium.* Proverbior. VIII, 22, in Vulgata Latina scriptum est : *Dominus creavit me in initio viarum suarum :* propterea interpres ediderat : « *Dominus creavit me initio viarum suarum,* » *de ea sapientia dicit, quæ mundo innotuit;* et paulo post : *Se factam esse, et non sponte cœpisse proclamat : tanta videlicet sapientia iis quæ facta sunt competit.* Dixerunt ergo LXX *ἀρχήν*, non ἐν ἀρχῇ, sicut et Symmachus, *Ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ πρὸ τῆς ἐργασίας αὐτοῦ · principium viarum suarum ante opificium suum.* Ambrosius lib. III, c. 4, *De Fide ; Dominus creavit me principium viarum suarum in opera sua*, et exponens locum jungit cum altero Joan. VIII, 25 : *Principium qui et loquor vobis ;* et S. Athanasius, III, *contra Arianos* de Christo item exponens : Ὁ Κύριος ἀρχὴ τῆς καινῆς κτίσεως κτίζεται ὁδὸς, ἵνα μηκέτι κατὰ τὴν πρώτην ἐκείνην ἄνθρωπος πολιτεύηται. *Via creatur novæ creaturæ principium, ne ulterius secundum primam illam viam homo vivat.* Neque vero dixit Basilius sapientiam mundo innotuisse, vel iis quæ facta sunt competere, sed quæ in mundo ac rebus creatis relucet et apparet. Nam ut eruditissimus Jansenius in Commentario docet, Salomon hic de sapientia Dei increata loquitur quæ toti competit Trinitati, et variis modis homines invitat; vel potius de sapientia in genere, ut et Deo competit, et per Dei donum hominibus, qua Deum homines

Digitized by Google

cognoscunt et pie colunt ; quia illius prioris est participatio quædam ab illa defluens juxta hominum capacitatem.

Col. 391 B. 3. *Quorum non audiantur.* Cum hæc parenthesi recte inclusa sint, conjunctim assumi videntur ad probandum, quod proxime præcessit, *narrant autem sine voce cœli :* ergo ita vertendum est cum Cornario, *quorum ipsorum voces non audiuntur*, vel certe ad verbum, ut exstet Hebraismus et pleonasmus relativi, *quorum non audiuntur voces eorum :* ut psal. CXLIII, 15, *Beatus populus cujus Dominus Deus ejus ;* quasi dicat David : *Non sunt loquelæ cœlorum ullæ, neque sermones, utpote quorum voces non audiuntur, et tamen in omnem terram exivit sonus eorum.* Sic ostendimus Theodotionem edidisse, sicque Theodoretum exposuisse verba psalmi XVIII, in Notis nostris in Homiliam 9 ad pop. Antiochenum. Ejus verba sunt ex mss. Augustanis exscripta : Οὐδὲ γὰρ λόγον οὐδὲ φωνὴν ἀφιεῖσαι, οὔτε ῥήματα προφέρουσαι, ἀλλὰ τὸν κανόνα καὶ τὴν ἰδίαν τάξιν ἀποδεικνῦσαι, πᾶσαν γῆν καὶ θάλασσαν εἰς τὴν θείαν καλοῦσιν ὑμνῳδίαν. *Nam nec sermonem, inquit, neque vocem emittentes, nec verba proferentes, sed regulam et ordinem proprium demonstrantes, omnem terram et mare ad divinas laudes decantandas invitant.*

Ibid. C. *Sapientia in exitibus.* Ὑμνεῖται dixit, non ἐπαινεῖται, ut Volaterranus Latine expressit : *Sapientia in exitu viarum laudatur, in plateis palam prædicatur, in summis mœnibus et arcibus collaudatur.* Neque παῤῥησίαν ἄγειν sonat palam prædicari, sed prædicare. Imo contendit Flaminius Nobilius in Annotationibus in hunc Salomonis locum, in Vaticana editione passivum accipiendum pro deponente, id est, *cantat et prædicat*, ut Vulgata Latina dixit, Proverb. I, 10, *Sapientia foris prædicat, in plateis dat vocem suam.* Certe pro κηρύσσεται, Aquila et Symmachus ediderunt, δώσει φωνὴν αὐτῆς, *dabit vocem suam.* At ambiguum est, quod hoc loco dicit Basilius, πανταχοῦ αὐτῆς πολὺν εἶναι τὸν λόγον, *ubique sermonem ipsius multum esse :* sive de ipsa habeatur, sive ab ipsa proferatur. S. Hilarius *in Psalmum* CXVIII, in octonario Daleth, *Sapientia in exitibus canitur, in plateis cum libertate agit.* Idem interpres Irenæi lib. V. c. 20 : *In exitu canitur, et in summis muris prædicatur.*

Col. 406 A 11. *Personam enim.* Desiderabantur hæc apud interpretem, licet ab editione Basiliensi et a codicibus mss. non abessent : alludit autem ad illud Domini mandatum Deuteronomii I, 17 : *Οὐκ ἐπιγνώσῃ πρόσωπον ἐν κρίσει· κατὰ τὸν μικρὸν καὶ κατὰ τὸν μέγαν κρινεῖς. Non agnosces faciem in judicio : juxta eum qui parvus, et juxta eum qui magnus, judicabis.* Ita recte in editione Vaticana ; πρόσωπον enim hic faciem potius quam personam sonat, et vox Hebræa plerumque in ejusmodi sententiis externam speciem hominis, et vultum vel habitum eius designat id quod ipse Vulgatæ Latinæ auctor animadvertit, qui in *Psalm.* LXXXI, 2, scripsit, *Et facies peccatorum sumitis :* licet alibi λαμβάνειν πρόσωπον minus clare vertat, *personam accipere.* Quod sequitur, οὔτε ποιῶν κατὰ πρόσκλησιν, ex Anglicis variis lectionibus mutuatum est, eodemque modo Volaterranus scriptum videtur offendisse, cum vertit, *provocatione aut contentione aget :* tamen editio Basiliensis habuit πρόσκλησιν, quemadmodum et Olivar. ms., sed addita erat emendatio πρόσκλισιν, quæ vera est lectio, ex Apostolo, I Timoth. V, 21 : *Μηδὲν ποιῶν κατὰ πρόσκλισιν, nihil faciens in alteram partem declinando.* Recte, nam et ita Suidas, Πρόσκλισις, ἑτερομέρεια μὴ διαπράξασθαί τι κατ' ἔχθραν ἢ κατὰ πρόσκλισιν. *Nihil agere ex odio vel inclinatione voluntatis propendendo in alteram partem.* Cornarius secutus Basiliensem ediderat, *neque faciens aliquid ad preces ;* quidam, *per advocationem* vertunt, vitiosam illam secuti lectionem, quam et nonnulli Novi Testamenti codices præ se ferunt. Clemens Alexandrinus lib. IV *Stromatum* profert similem locum ex Epistola Clementis, apostolorum discipuli, ad Corinthios, pag. 222 : Τὴν ἀγάπην αὐτῶν μὴ κατὰ προσκλίσεις, ἀλλὰ πᾶσι τοῖς φοβουμένοις τὸν Θεὸν ὁσίως ἴσην παρεχέτωσαν. *Charitatem suam non in alteram partem declinando, sed omnibus qui sancte Deum timent, præbeant æqualem.* Male interpres illic, *non per provocationes*, licet apud eumdem auctorem initio libri I *Stromatum* recte locum hunc Apostoli expressisset.

Col. 423 C. *Qui nobis resurrectionis.* Tantumdem valuit τῷ προξενήσαντι, *qui nobis conciliaverat*, vel *acquisiverat jus resurgendi*, non ut interpres scripserat, *qui primitias surgendi dedit.* Idem paulo post, οὔτε ψυχὴ δέξασθαι θεωρίαν, verterat, *ita nec anima sine hac luce quæ Dei sunt :* nos sensum Græcorum expressimus, cui suffragatur et locus Damasceni interpretante doctissimo Billio lib. I *Parallelor.* cap. 55 : *Porro absque luce nec oculus ea quæ in aspectum cadunt cernere, nec anima Dei contemplationem suscipere potest.*

Col. 426 A 4. *Ut quos pridem parturivit.* Interpres, *ut quos pridem peperit, tunc demum lacte sanæ eruditionis fide catechumenos enutritos cibi firmioris degustatione institutoque perfecto corroboret.* Nos vocem catechesis retinendam censuimus, ut ab auctore Vulgatæ catechizandi verbum usurpatum est, et elegantem metaphoram sumptam ab animalibus a lacte depulsis. Porro in iis quæ sequuntur redundant illa duo vocabula, longe præclarius, nec a Græco textu agnoscuntur, nec a doctissimo Billio apud Damascenum : *Joannes baptismum pœnitentiæ prædicabat, et ad eum universa Judæa exibat : Dominus prædicat baptismum adoptionis, et quis ex iis qui in ipsum sperant, non parebit ? Baptismus ille rudimentarius duntaxat erat : hic perficiendi vim habet.*

Ibid. D 5. *Velut juvenca.* Hic etiam elegan

Digitized by Google

tem omiserat comparationem interpres : *Quid moraris? Jugum, inquam, bonum ac leve est, minime obterens colla.* Item in loco prophetæ illud παροιστρῶσα non expresserat : utrumque tamen apud Damascenum reperit Billius, et Latine ita extulit : *Quid refugis? quid tanquam vitulus jugi expers jugum metuis? Suave est, leve est. Non collum premit, sed gloria afficit. Neque enim jugum ad collum astringitur : sed ultro ac libere trahentem poscit. Vides accusari Ephraim ut juvenculam œstro percitam, quia temere huc atque illuc vagatur?* In editione Græca Plantiniana legimus Oseæ IV, 16 : Ὡς δάμαλις παροιστρῶσα παρῴστρησεν Ἰσραὴλ· *Sicut vacca asilo percussa insanavit Israel*, quod est in Vulgata Latina, *Sicut vacca lasciviens declinavit Israel :* at apud eumdem prophetam, cap. X, 11, non de Israele, sed de Ephraim dicitur : Ἔφραὶμ δάμαλις δεδιδαγμένη ἀγαπᾶν νεῖκος· *Ephraim vitula docta diligere contentionem.* Idem nimirum accidit et Theodoreto commentarium in hunc prophetam scribenti, ut pro Israel hic Ephraim diceret cum vitula conferri : postquam enim œstrum sive asilum muscam esse dixit vaccis infestissimam, cujus stimulis illæ percitæ, bubulci voce revocari non possunt, sed præcipites interdum aguntur, addit : Ταύταις ἔοικεν ὁ Ἐφραὶμ τῆς τῶν εἰδώλων θεραπείας τὸν οἶστρον δεξάμενος. Ἐφραὶμ δὲ τὰς δέκα φυλὰς ὀνομάζει· *His similis est Ephraim, qui colendorum idolorum œstrum suscepit. Ephraim autem decem tribus nominavit.* Ut igitur pro decem tribubus Ephraim, sic et Israel pro iisdem sumi solet. Ibidem pro, *Subde cor indomitum, eis Christi jumentum*, scripsimus, *Subde indomitam cervicem tuam :* est enim ejusdem comparationis continuatio.

Col. 430 A 3. *Super segmenta.* Non ut interpres, *super ligna.* Licet enim vox Hebræa in illo III Reg. XVIII, 33, loco, et sæpe alibi in Scriptura vertatur ξύλον et ξυλάριον, et ξύλινον, *lignum* et *ligneum*, quia tamen LXX usi sunt voce σχίδακος, quam exponit Suidas, ξύλον σχιζόμενον, *segmentum è ligno fisso*, debuit hoc quoque fidus interpres exprimere, ut *assulatim*, σχιδακηδόν, dicitur confringi lignum, quod in ejusmodi fragmenta dividitur. Paulo post pro τρισσώσατε καὶ ἐτρίσσωσαν, legitur in Medicæo ms. τρισσεύσατε, καὶ ἐτρίσσευσαν. In quibusdam Basiliensibus Bibliis Græco-Latinis, τρισσώσατε, καὶ ἐτρίσσευσαν. Budæus in Commentariis hunc locum III Reg., XVIII, 33, citans, annotat ibi legi *τρισσώσατε*, et in quibusdam aliis libris τρισσεύσατε, ut in Complutensi editione, καὶ εἶπε, τρισσεύσατε, καὶ ἐτρίσσευσαν. In Vaticana est ut in Basiliensi : utrumque in usu est, sed τρισσεύειν aliquando aliud sonat, ut I Reg. XX, 19, *Καὶ τρισσεύσεις, καὶ ἐπισκέψῃ· tres dies manebis, et perquireris.* Theodoretus Quæstione 49 : Τὸ δὲ, τρισσεύσεις, ἀντὶ τοῦ, τρεῖς ἡμέρας ἀναμενεῖς, *tres dies exspectabis.*

Ibid. D 10. *Putasne te.* Hæc a præcedenti avulsa : interpres alteram periodum inchoare voluerat incommode admodum : *Consultumne tibi ac utiliter cogitatum existimas, si quis jus immunitatis tuum ac hujuscemodi remissionem tibi abstulerit, ære quoque alieno te premi patiatur?* Paulo post adverte doctrinam Basilii, qui peccata quædam ad mortem, πρὸς θάνατον, et lethalia esse docet, quædam μικρά, parva et non lethalia, contra Stoicos nostri ævi, qui peccata omnia paria volunt esse.

Col. 431 B 5. *Nunc puta.* Felicius hæc et fidelius expressit doctissimus Billius apud Joann. Damascenum lib. I *Parallel.* cap. 55 : *Nunc animam tuam tanquam in trutina stare existima, atque hinc ab angelis, hinc a dæmonibus trahi. Utris igitur cordis tui momentum dabis?* Item post pauca : *In acie tesseram duces militibus suis tribuunt, ut et amici sese invicem revocent, et si in pugna cum hostibus commisti fuerint, perspicue disjungi queant.* Ἀνακαλῶνται dixit, non παρακαλῶνται, ut voluit exprimere Volaterranus. Expunximus demum illa apud interpretem superflua, post *superari possint* addita, *Quod si forte commilitonum separatio fiat.*

Col. 434 A 5. *Ut anima tua.* Basiliensis editio sic habuit, καὶ ῥυσὴν αὐτὴν ἐκ τῶν ἀνομιῶν. Medicæus codex καὶ ῥυσήν, at ex Anglicis variis lectionibus immutatus est locus in pristinum statum restituendus, itaque interpretandus ex verbis doctissimi Billii : *Cum autem baptismus hoc tibi factarum se spondet ac pollicetur, ut anima tua, quam vetustate confecisti, ac rugosam et maculis fœdam per iniquitates tuas reddidisti, ad pristinum florem redeat, bene de te merentes contemnis?* Ῥυσσός, et ῥυσός, *rugosus* est, et ut hic Basilius ῥυσὴν καὶ ἐσπιλωμένην, sic Aristophanes in *Pluto*, πρεσβύτην ῥυπῶντα, ἄθλιον, ῥυσσόν, senem squalidum, miserum, rugosum vocat.

Ibid. B. *Sigillum quod.* Hoc, opinor, vult Basilius, non quod Volaterranus, *character indeprehensibilis, cœli iter, regni cœlestis conciliatio.* Ἀνεπιχείρητος Hesychio est ὁ ἀνεπιβούλευτος, *qui insidiis peti non potest.* Ita dixit infra pag. 119, τέχναις μεθοδεύει τὴν ἐπιχείρησιν. Billius apud Damascenum ibidem vertit, *sigillum nullius conatum metuens, vehiculum in cœlum, regni conciliator, adoptionis beneficium.* Paulo post emendavimus illam de navi sententiam pag. 118, Φαίνεται ἡ ναῦς. *Videtur navis aliquousque impositorum onera et gravitatem ferre.* Imo apparere dicit, et conspici oculis navim.

Col. 435 A 13. *Felle amariora.* Sic restituimus, cum scriptum offendissemus, *acerbioris exitum tristitiæ sortitur.* Forte legerat interpres ἀναδόσεις, aut aliud quidpiam tale. Similis est locus apud Salomonem Proverb. V, 3 : *Πρὸς καιρὸν λιπαίνει σὸν φάρυγγα, ὕστερον μέντοι πικρότερον χολῆς εὑρήσεις. Ad tempus impinguat fauces tuas; postea vero amariorem felle invenies.* Non longe abest alter restitutus locus ex Apostolo, cujus voces usurpat

Digitized by Google

auctor, Roman. VI, 19 : *Ὥσπερ γὰρ παρεστήσατε τὰ μέλη ὑμῶν δοῦλα τῇ ἀκαθαρσίᾳ καὶ τῇ ἀνομίᾳ εἰς τὴν ἀνομίαν. Sicut enim exhibuistis membra vestra servire immunditiæ et iniquitati ad iniquitatem.* Quod quia non animadverterat interpres, scripserat, *Absint mihi membra injustitiæ et iniquitatis arma, deinde assumam aliquando etiam arma justitiæ.*

Col. 435 D 3. *Non cum Deo.* Interpres, *non cum Deo convenire, non cum adversario decertare.* Non advertit ex formula sacra solitos Christianos abrenuntiare diabolo et angelis ejus. Basilius ipse alibi tom. III, libro *De Spiritu sancto*, cap. 27 : Ἄλλα δὲ ὅσα περὶ τὸ βάπτισμα· ἀποτάσσεσθαι τῷ Σατανᾷ, καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ, ἐκ ποίας ἐστὶ γραφῆς. S. Joannes Chrysostomus Homil. 21 ad Antiochenos pag. 275 editionis Parisiensis : Τοῦτο φθέγξαι τὸ ῥῆμα πρότερον, Ἀποτάσσομαί σοι, Σατανᾶ, καὶ τῇ πομπῇ σου, καὶ τῇ λατρείᾳ σου, καὶ συντάσσομαί σοι, Χριστέ· *Hoc prius loquere verbum : Abrenuntio tibi, Satana, et pompæ tuæ, et cultui tuo, et conjungor tibi, Christe.* Vide quæ in illam Homiliam annotavimus ex *Constitutionibus apostolorum* lib. VII, cap. 41, et homil. 6 ejusdem Chrysost. in Epist. ad Colossenses, ubi ait, de hac baptismi formula loquens : Ταῦτα πάντα συνθήκη ἐστί· *Hæc omnia sunt pactum conventum*, ut hic Basilius, οὐχὶ συνθέσθαι Θεῷ. Hac eadem pagina post illa verba, *lucrum vero nondum affers*, subjungebantur septem vel octo periodi, quas deprehendimus apud interpretem tanquam laciniam ex homilia de Chananæa divulsam, et huic Basilianæ assutam. Reperitur illa tomo II *Operum* S. Joannis Chrysostomi Latine editorum numero decima septima inter eas, quæ sunt de variis *in Matthæum* locis; sed apud Origenem cum alia interpretatione inter eas, quæ sunt in diversos, numero septima, quam ob causam nec inter sermones de diversis Novi Testamenti locis ei locum dandum censuimus, licet nonnullis non indigna Chrysostomo videatur. Initium illius apud Origenem : *Mira res, o evangelista, et ecce mulier caput peccati;* apud Chrysostomum, *Miratur evangelista.* Fragmentum hoc protendebatur ab illis verbis : *Hæc itaque animadvertens stude Chananæam imitari*, etc., usque ad illa, *dormit, occupatus est ;* sed nec in Basiliensi editione, nec in mss. Gallicis occurrit aut Anglicis.

Col. 438 D. Ælianus, lib. III *De animalibus*, c. 16, pluribus astutiam perdicis exponit, quam ex Aristotele didicit lib. IX *Historiæ animalium :* Ὅταν δέ τις θηρεύῃ περιπεσὼν τῇ νεοττίᾳ, προκυλινδεῖται ἡ πέρδιξ τοῦ θηρεύοντος ὡς ἐπίληπτος οὖσα, καὶ ἐπισπᾶται, ὡς λαμβάνον, ἐφ' ἑαυτήν, ἕως ἂν διαδράσῃ τῶν νεοττῶν ἕκαστος· κατὰ δὲ ταῦτα ἀναπτᾶσα αὐτὴ ἀνακαλεῖται πάλιν· *Cum ad nidum quis venando accesserit, provolvit sese perdix ante pedes venantis, quasi jam possit capi, atque ita allicit ad se capiendam hominem, eousque dum pulli effugiant ; tum ipsa avolat et revocat prolem.* Eadem Latine edidit Plinius lib. X, cap. 33, qui tamen in eo differt a cæteris, quod dicat ad extremum in sulco resupinam gleba se terræ pedibus apprehensa operire, non volantem se proripere. Inde fictum Aristophani verbum in *Avibus*, ἐκπερδικίζειν. *astute elabi ac periculum evitare.* Idem confirmari nostrorum temporum experientia, tam in Græcia quam in Gallia, tradit Petrus Bellonius lib. V, *De avibus*, cap. 14. Quod vero subjungit Basilius de athleta conscripto, confirmat observationem clarissimi viri Petri Fabri Sanjoriani Tolosanæ curiæ præsidis lib. III *Agonistici* cap. 16, qui docet Olympiæ album agonistarum fuisse propositum, quemadmodum gladiatorum ad pugnam designatorum Romæ, colligitque ex hoc Dionis apud Xiphilinum loco in pseud-Antonio de Aurelio Ælice : Οἱ μὲν γὰρ Ἠλεῖοι φθονήσαντες αὐτῷ μὴ (τὸ λεγόμενον δὴ τοῦτο) ἀφ' Ἡρακλέους ὄγδοος γένηται, οὐδὲ ἐκάλεσαν εἰς τὸ στάδιον παλαιστὴν οὐδένα, καίπερ ἐν τῷ λευκώματι καὶ τοῦτο τὸ ἄθλημα προγράψαντες· *Cui cum inriderent Elei, ne fieret, quod dici solet, octavus ab Hercule, neminem ad luctam advocaverunt, quamvis in albo id genus certaminis ascripsissent.* De professione nominis atque in album descriptione illorum, qui gymnicis agonibus decertaturi erant, profert locum Aristidis Orat. I *Περὶ Ῥητορικῆς* Ὁρῶ δὲ ὅτι κἀν τοῖς γυμνικοῖς ἀγῶσιν οὐχ ὅστις πρῶτος τὴν ἀπογραφὴν ἐποιήσατο, οὗτος ἀπέρχεται νικῶν, ἀλλ' ὅστις, ὃ τὴν ἀπογραφὴν πεποίηται, τοῦτο ἐπὶ τῆς πείρας ἄριστα δείκνυσι· *In gymnicis video certaminibus non eos quicunque primi nomen dederint, victoriam reportare, verum qui id, ad quod nomen dederint, optime factis comprobarint.* Sic et apud Lucilium Epigrammate 1 lib. II *Antholog. :*

Εἶτ' ἀπογραψάμενος πύκτης ἀπολώλεκε πάντα.
Hic in pugilum tabulas relatus amisit omnia.

Col. 442 B 11. *Desperantibus medicis.* Legebatur olim, *a medicis domesticisque deseraris. Quando, inquam, extrema erit anxietas, febrisque ardore viscera adurentur, dolebis miser*, etc., *apud te dicens, Quam contempta est mea stultitia !* His deletis substituimus quæ excusa sunt, quæque deinde comperimus doctissimi Billii calculo comprobata apud Damascenum lib. II *Parallel.* cap. 119 : *Desperantibus salutem tuam et medicis et propinquis, cum crebo ac sicco anhelitu compressus, vehementi febre internas partes inflammante atque succendente, imo quidem pectore ingemisces, qui autem mœroris socium tibi sese adjungat, non invenies.*

Col. 443 B 7. *Homo aut gehennam.* Videtur scriptum offendisse interpres, ἄνθρωπε, ἐὰν φοβηθῇς, vel aliquid tale, dum ita vertit : *Homo, si gehennam metuis, si regnum affectas, ne vocationem sperne, ne vanas innecte causas, ad excusationem nulla idonea.* Sed receptam lectionem et Regii et cæteri codices tuentur.

Col. 459 B 8. *Quod cotylæ unius.* Omiserat hujus mensuræ nomen Volaterr. *Vasis magnitudinem cum mensuram capientem quanta sit considera. Hanc in*

Digitized by Google

nequaquam in vas vinarium reponis, sed in ventrem tuum dudum repletum demittis. Quamobrem, etc., quæ plane sunt ἀπροσδιόνυσα. Cæterum κοτύλη mensuræ liquidorum genus est apud Atticos, capiens quartaria duo, sive Italicas uncias novem. Stephanus, in *Thesauro* κοτύλην docet recte interpretari quosdam *hemina* Latine, quia nulla est Latinis mensura, quæ propius ad κοτύλην accedat, nec tamen easdem esse mensuras, quod κοτύλη uncias Italicas novem, hemina Romana decem contineat : scribit tamen Athenæus, lib. XI, pag. 479, etiam apud Græcos cotylen vocari heminam, ὡς φησι Πάμφιλος τὴν κοτύλην καλεῖσθαι καὶ ἡμίναν. Est igitur intelligenda hemina Græca, non Romana.

Col. 479 C 3. Obscura possunt videri illa, *Erat aliquando, quando non erat*, quo pacto etiam Cornarius edidit ; sed clarius effertur blasphemum illud Arianorum dictum a beato Hieronymo Epist. 58, in *Dialogo adversus Luciferianos : Si quis dixerit, Erat tempus, quando non erat Filius, anathema sit ;* et apud Hilarium, lib. *De synodis adversus Arianos : Eos autem, qui dicunt, De nullis exstantibus est Filius, vel de altera substantia, et non ex Deo, et quod erat tempus vel sæculum, quando non erat ; alienos scit sancta et catholica Ecclesia ;* et lib. XII *De Trinitate : Non reliquit in verbis, ut non fuerit, antequam nasceretur.* Interpres Athanasii Disput. I contra Arianos pag. 124 : Καὶ πάντων οὐκ ὄντων πρότερον, ἀλλ' ἐπιγενομένων, καὶ αὐτὸς ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος ἦν ποτε ὅτε οὐκ ἦν, καὶ οὐκ ἦν πρὶν γεννηθῆναι, ἀλλ' ἀρχὴν ἔχει τοῦ εἶναι· *Et cum omnia prius non essent, sed postea exstiterint, fuit profecto, cum Verbum non erat : et quia non erat antequam fieret, principium exsistendi habuit.* Ubi commodius dixisset, *Et quia non erat, antequam nasceretur :* non enim est πρὶν γενηθῆναι, sed πρὶν γεννηθῆναι. Sic demum vetus interpres Symboli Nicæni : *Eos autem qui dicunt : Erat aliquando, quando non erat, et antequam nasceretur, non erat, et quia ex iis quæ non sunt, factus est.* Græca verba sunt his Basilianis persimilia, τοὺς δὲ λέγοντας, Ἦν ποτε, ὅτε οὐκ ἦν, καὶ πρὶν γεννηθῆναι οὐκ ἦν, καὶ ὅτι ἐξ οὐκ ὄντων ἐγένετο. Idcireo emendavimus quod hic verterat Volaterranus πρὸ τοῦ γενηθῆναι οὐκ ἦν, *antequam factum esset, non erat.* Postremo apud Gregorium Nazianzenum similem de Patre sententiam habemus a doctissimo Billio pariter expressam, Orat. 37, p. 594 : Εἰ ἦν ὅτε οὐκ ἦν ὁ Πατὴρ, ἦν ὅτε οὐκ ἦν ὁ Υἱός· *Si fuit tempus, cum non esset Pater, fuit quoque cum non esset Filius.*

Col. 483 A. *In Barlaam martyrem.* In Martyrologio Rom. ad diem 19 Novembris legimus : *Cæsareæ Cappadociæ sancti Barlaam martyris, qui agrestis licet et rudis, Christi sapientia munitus tyrannum vicit, et ignem ipsum fidei constantia superavit : in cujus die natali sanctus Basilius Magnus celebrem habuit orationem.* In eum locum scribens illustrissimus card. Baronius admonet agere Græcos de hoc martyre in Menologio ad XVI Kal. Decembris, sive 16 Novembris, quod convenit cum manuscripto Regio, et cum excuso Latino in hæc verba : *Natalis sancti martyris Barlaam ex Antiochia, quem beatus Chrysostomus encomiis honoravit. Hic propter Christi confessionem ex carcere judici oblatus nervis cæditur, et exstirpatis unguibus ad aram ductus aperta manu carbones cum thure accepit.* In Horologio tamen Græcorum, cui Menologium breve insertum est, non 16 Novembri, sed 19, ut in Romano Martyrologio, festivitas ejus et commemoratio notatur : ιθ'. Τοῦ ἁγίου Βαρλαὰμ καὶ τοῦ ἁγίου προφήτου Ἀββίου, ἀλληλούϊα.

Col. 499 B 4. *Extendatur in rota.* Volaterranus, *corpus rotis scindatur, in equuleo suspendatur.* At enim κατατείνεσθαι non est scindi, neque στρεβλοῦσθαι suspendi. Olim in rota extensi torquebantur rei, cum de criminibus quæstiones haberentur. Suidas idcirco dixit, τροχισθεῖσα, βασανισθεῖσα, *rotata, in quæstione torta :* Ἀπὸ τοῦ τροχοῦ, ὅπερ ἐστὶν ὄργανον βασανιστήριον, καὶ διατεῖνον τὰ σώματα· καὶ Ἀριστοφάνης· Ἐπὶ τροχοῦ γ' ἔλκοιτο μαστιγούμενος· *Ab rota, quod instrumentum est ad torquendum aptum, in quo corpora extenduntur ; unde Aristophanes : In rota autem trahatur verberibus cæsus.* Locus est in *Pace* pag. 653, in quem locum Scholiastes : Οἱ γὰρ δοῦλοι σφαλλόμενοι ἐπὶ τοῦ τροχοῦ δεσμούμενοι καὶ συρόμενοι ἐτύπτοντο· *Etenim servi, cum peccassent, vincti et tracti in rota cædebantur.* Plutarchus *Περὶ ἀδολεσχίας, De garrulitate*, pag. 509 : Βασάνιζε, καὶ στρέβλου τὸν ἀλάστορα, ἐκομίσθη τροχὸς, κατετάθη ὁ ἄνθρωπος· *Torque et excrucia scelestum, affertur rota, extenditur homo.* Ἐσκεδάσθησαν οὖν πάντες καταλιπόντες ἐν τῷ τροχῷ τὸν ἄθλιον ἐνδεδεμένον· *Dissipati sunt omnes, miserum illum rotæ alligatum relinquentes.* Apuleius, lib. III : *Nec mora cum ritu Græciensi ignis et rota, tum omne flagrorum genus inferuntur.* Adhibebatur et in suppliciis martyrum a magistratibus rota. Joan. Chrysost., Sermone de S. Luciano martyre pag. 600 : Οὔτε βάραθρον ὀρύξας, οὔτε τροχὸν εὐτρεπίσας, οὔτε εἰς ξύλον ἀναγαγών, *neque barathro effosso, neque rota parata, neque cum in equuleum sustulisset.* Nicephorus, lib. VII *Histor.*, cap. 14, narrat S. Panteleemonem depugnasse cum ferro secante, plumbo fervente, et rota membra comminuente, atque in æquore maris innatantem lapidem molarem traxisse. Ex his locis apparet supplicium illud quod, Francisco I regnante, in grassatores institutum est, ut fractis membris semianimes in altum elatis rotis supini imponantur, ab rota illa veterum, cui homines alligati torquebantur, ac distendebantur, longe dissimillimum esse, ut observat Jac. Cujacius, lib. III, cap. 28, *Observationum.*

Col. 507 D 3. *Nam et res in bello.* Profertur hic locus ab Adriano papa Romano in Epistola ad Constantinum et Irenen adversus errores Iconomachorum, pag. 412 editionis Romanæ tomi III *Concilior.*, ex qua pauculas varias lectiones annotavimus. Hic enim est, ἐπεὶ καὶ πολέμων τρόπαια καὶ νίκας καὶ

Digitized by Google

διήγειραν λογογράφοι πολλάκις· rursus πρὸς ἀνδραγαθίαν. Item, ἃ γὰρ λόγος τῆς ἱστορίας ὑπέγραψε, ταῦτα γραφὴ σιωπῶσα διὰ μιμήσεως δείκνυσι. Cæterum in Medicæo quoque aliter legebatur, καὶ οἱ μὲν τῷ λόγῳ κοσμοῦντες, οἱ δὲ τοῖς πίναξιν ἐγχαράττοντες πολλούς, quam lectionem Adriani epistola amplectitur: *Quin etiam bellorum trophæa et victorias et historici scriptores et pictores demonstrant: hi quidem oratione rem exornantes, hi vero in tabulis depingentes, multos ad virtutem et virilitatem excitarunt. Siquidem quæ historia oratione exprimit, hæc tacens pictura per imitationem ostendit.* Hæc interpretatio fidelior illa Anastasii Bibliothecarii, quam sequitur synodus Parisiensis pag. 94. Vide aliam interpretationem Zini apud Damascenum: nos in hac Volaterrani expunximus illa, *sermo historiæ per inductionem præbet.*

Col. 510 C 13. *Apud imperatores.* Plures commemorat, non unum, ut Volaterranus, *in tantam quoque imperatores dignationem venerunt, ut ob bellorum experientiam et animi fortitudinem primas apud eum obtinerent.* Porro martyrium passi sunt hi Sancti apud Sebasten Armeniæ urbem, tempore Licinii imperatoris, sub Agricolao præside, ut legitur in Martyrologio Romano, mensis Martii nono die, et confertur illorum obitus ab illustrissimo *Annalium ecclesiasticorum* auctore Baronio, tom. III, in annum Constantini Magni undecimum, Christi vero 316, unde suspicari licet his verbis Constantinum et Licinium designari.

Col. 515 B. *Tum mutilatur.* Ἀκρωτηριάζεται editum est ex varia lectione codicum Anglicorum margini adjuncta: at in utraque Basiliensi editione, et in Medic. et Olivar. mss. constanter legebatur ἀκροτηριάζεται, quemadmodum et in vulgato Lexico veteri, licet perperam ita scriptum esse contendat Henric. Stephanus in *Thesauro;* quod idem valet atque ἀκρωτηριάζεσθαι, *extremas partes amputari:* unde sequitur apud Basilium, ὥσπερ ἀπὸ πυρὸς κατομένων τῶν ἄκρων, sed interpres utramvis lectionem perperam expresserat, *Deinde in acutum tendit, ut ab igne cum summa cremantur. Ab extremis namque corporis partibus consequens vapor.* Paulo post iidem manuscripti vulgatæ lectioni favent Basiliensis editionis τὰ δὲ ἐφ' ἃ συνωθεῖται δύναις δίδωσι, non ut ex Anglicis editum est τοῖς δὲ ἐφ' ἃ συνωθεῖται ὀδύνας. Cornarius ex Basiliensi, *eas vero ad quas detruditur, doloribus afficit,* corporis nimirum partes. Sequitur ibidem, περὶ ἣν ἡ πόλις κατῴκισται, quod Cornarius Latine reddit, *stagnum circa quod urbs habitatur,* quasi esset κατοικεῖται, vel κατῴκηται. Imo κατοικίζειν πόλιν est condere civitatem, fundare, collocare. *Stagnum circa quod urbs erat fundata,* Volaterranus contentus fuit hac versione, *quod pro mœnibus civitatis erat,* quam merito vitiosam esse contendit illustrissimus cardinalis Baronius in suis in Martyrologium Romanum Notis, cum Basilius dicat circa stagnum illud sitam illam urbem fuisse. Nec tamen hic legitur, περὶ ἣν ἡ πόλις κατάκειται, ut videtur scriptum alicubi offendisse, neque Gregorius Nyssenus, Orat. 2 de Martyribus XL, publicis tum balneis vacasse stagnum ait, sed tanta alacritate ad stagnum illos accurrisse, ac si ad publicas balneas devenissent. Ἀλλ' ὁμοθυμαδὸν ἅπαντες τουτονὶ καταλαβόντες τὸν τόπον, ὡσεὶ δημοσίοις τότε λουτροῖς σχολάζοντα, ὡς καὶ αὐτοὶ μέλλοντες τῷ λουτρῷ καταφαιδρύνειν τὰ σώματα, ἑτοίμως τὴν τῶν χιτώνων περιβολὴν ἀπετίθεντο· *Sed unanimiter universi hoc occupato loco, publicis perinde quasi balneis vacaret, et quasi tum ipsi lavacro corpora curaturi et abluturi essent, haud cunctanter tunicarum amictum deponebant.*

Col. 523 A 6. *Ad quadraginta martyres confugit* Ediderat Volaterranus, *ad hos confugiat, qui rursus lætatur hos oret:* atque ita bona fide citatur a theologis catholicæ religionis propugnatoribus; sed nihilo tamen minus intercessioni sanctorum nunc favet hic locus, aut eorum invocationi, cum constet tantum virum nequaquam ut exemplum imitandum prolaturum fuisse, quod non probaret, aut quod in crimen idololatriæ vocari posset; præsertim cum addat eos, qui sic orant, exaudiri; at peccatores Deus non exaudit, Joan. IX, 31; denique πρεσβευτὰς δυνατωτάτους, legatos, oratores, intercessoresque potentissimos eos appellet. Idem Homilia de S. Mamante, p. 185: Μνήσθητέ μοι τοῦ μάρτυρος, ὅσοι δι' ὀνείρων αὐτοῦ ἀπηλαύσατε, ὅσοι περιτυχόντες τῷ τόπῳ τούτῳ ἐσχήκεσαν αὐτὸν συνεργὸν εἰς προσευχήν· et Homil. in psalm. XXVIII, spiritales esse virtutes quasdam ait, quæ preces nostras suscipiunt, αἱ δὲ ὧτα τῷ παραδέχεσθαι ἡμῶν τὰς δεήσεις.

Col. 538 B 11. *Sophisticam jactantiam.* Κόμπον vulgata Lexica docent sonare nonnunquam vanam grandiloquentiam, cum jactatione conjunctam, sive tumorem grandium verborum, qui merito tribuitur sophistis. Philostratus in *Vita Apollonii* lib. VII, cap. 8, κουφολόγον οἱ σοφισταὶ χρῆμα, καὶ ἀλαζὼν ἡ τέχνη· *pleni sermonum inanium sunt sophistæ, et multa in eorum arte est jactantia;* et Apollonius de Euphrate, ejusdem lib. cap. 7: Ὁ μὲν γὰρ κομπαστὴν ἔφη καὶ τερατώδη με εἶναι· *Dicebat enim jactatorem esse me, et portentosa quædam loqui.* Basilius noster Epistola 146, pag. 939, tomi II edit. Parisiens. an. 1618, *sophistarum artis proprium esse* dicit τὰ μεγάλα μικρὰ ποιεῖν ὁπότε βούλεται, καὶ τοῖς μικροῖς περιτιθέναι μέγεθος. Cornarius hic verterat, *Ne mihi elationes in sermone sophisticas;* aptius huic loco, quam quod interpres ediderat, *ne in sermone arrogantiam usurpes sophisticam, neque in cantu ad voluptatem accommodatæ voces superiores habeant.*

Col. 567 A 2. *Qui in militari.* Ταχτικὰ doctissimus Budæus interpretatur, quæ ad disciplinam militarem pertinent, licet proprie nonnunquam ταχτικός sit, qui instruendæaciei peritus est. Cæterum Raphael Volaterranus, qui homiliæ istius interpretationem, ut aliarum concionum de diversis argumentis contexuisse putatur, hic ediderat ad-

Digitized by Google

modum concise, *qui in gymnasiis sese exercent, et manu pedeque instructi postmodum utilitatem*, etc. At distinguit ab exercitationibus militaribus, vel legitimorum certaminum, χειρονομίας Basilius, et a saltationibus, ut Xenophon in *Convivio* pag. 877 (II, 19) : Ὠρχούμην μὲν οὔ, οὐ γὰρ πώποτε τοῦτ' ἔμαθον· ἐχειρονόμουν δέ· ταῦτα γὰρ ἠπιστάμην· *Non saltabam equidem, quando id nunquam didici : sed manibus gesticulabar, quod facere noram.* Juvenalis Sat. 5 [121] :

Saltantem spectas, et chironomounta volanti
Cultello.

Est enim χειρονομία manuum motus et gesticulatio, vel manuum certa cum lege motus. Et χειρονομῆσαι, Pollux lib. II, cap. 4, exponit τὸ ταῖν χεροῖν ἐν ῥυθμῷ κινηθῆναι, *manus certa lege et concinne movere.* Ut igitur ait Cicero in *Oratore* [c. 4], sine philosophia non posse effici eloquentem; non ut in ea sint omnia, sed ut sic adjuvet, ut palæstra histrionem : ita Basilius ait Christianum profana poetarum et oratorum doctrina adjuvari, ut milites gesticulandi manibus et saltandi artibus in suis exercitationibus adjuvantur. Quintilianus, lib. I, cap. 19, legem gestus appellat χειρονομίαν, et Lacedæmonios etiam saltationem quamdam tanquam ad bella quoque utilem inter exercitationes tradit habuisse

Col. 567 B 2. *His externis.* Interpres, *Si gloria pulchritudinis vitæ hujus, quam tantopere laudamus, illita nobis permansura sit, nisi prius purgati, sacras et arcanas Scripturæ disciplinas non facile attingemus.* Notum est plerumque Patres gentilium eruditionem externas disciplinas appellare, ut Chrysostomus ait homil. 1 ad Antiochenos pag. 3 : Ἡ μὲν ἔξωθεν παίδευσις πολὺν ἀνελίττουσα λῆρον· *Externa vero doctrina multas jactans nugas;* et lib. V *De sacerdotio*, pag. 88 : Οἱ τοὺς λόγους ἀσκοῦντες, ἐν τιμῇ οὐ παρὰ τοῖς ἔξωθεν μόνον, ἀλλὰ καὶ παρὰ τοῖς τῆς πίστεως οἰκείοις· *Qui eloquentiæ studium excolunt, in pretio habentur, non apud externos tantum, sed etiam apud Christianæ fidei domesticos.* Clemens Alexandrinus, I *Stromatum* exponit illud monitum Sapientis, *Ne multum sis apud alienam*, de gentilium disciplinis, Ἔνεστιν οὖν προπαιδευθέντα ἐπὶ τὴν ἀρχικωτάτην σοφίαν ἐλθεῖν, ἀφ' ἧς τὸ Ἰσραηλιτικὸν γένος αὔξεται. *Licet ergo ei, qui disciplinis prius est institutus, venire ad sapientiam, quæ vel maxime principatum obtinet, a qua augetur genus Israeliticum.* Hieronymus, epist. 84 ad Magnum oratorem Romanum, *Quid ergo mirum si et ego sapientiam sæcularem propter eloquii venustatem et membrorum pulchritudinem de ancilla atque captiva Israelitidem facere cupio?* Videndus de hoc argumento Augustinus, lib. II *De doctrina Christiana* cap. 40, Eusebius, *Historiarum ecclesiast.* lib. VI, cap. 18, et Nicephorus, *Historiarum ecclesiast.* lib. X, cap. 26.

Col. 570 D 4. *In Dorico proverbio.* Observandum est, quod ex solo, ut opinor, Basilio discimus Doricum esse hoc proverbium, et ex S. Gregorio Nazianzeno, epist. 130, λίθον ποτὶ τὰν σπάρταν ἄγειν, qui Dorica dialecto illud effert, neque immutandum esse, nec aliter efferendum, ne forte quis errantem Erasmum sequatur, qui in Chiliadibus suis [4, 8, 99,] tumultuaria opera congestis ordinem invertit, τὴν σπάρτην πρὸς λίθον ἄγειν. *Funiculum*, inquit, *lapidi admovere dicuntur, qui curam omnem adhibent, ne quid geratur, secus quam oportet.* Tum addit locum Chrysostomi ex homil. 35 in priorem ad Corinthios, Σκόπει πῶς πάλιν ἐνταῦθα πρὸς τὴν σπάρτην τὸν λίθον ἄγει τὴν οἰκοδομὴν πανταχοῦ ζητῶν τῆς Ἐκκλησίας. *Vide quomodo hic rursus lapidem ducit adamussim, ubique quærens ædificationem Ecclesiæ.* Sic Hervetus; at Erasmus, tam bonus interpres quam architectus, proverbium invertit, *et funiculum*, inquit, *admovet ad lapidem :* qui tolerandus in alio fuisset error, non in ipso, qui jam in alia Chiliade [2, 5, 36,] proverbium ex Plutarcho eruisset, hoc ipsum vetans in libro, *Quomodo se quis sentiat in virtute profecisse*, [p. 131 ed. Steph.], πρὸς στάθμῃ πέτρον τίθεσθαι, μή τι πρὸς πέτρῳ στάθμην, *Lapis amussi applicandus est, non amussis lapidi.* Sophocles apud Athenæum, lib. XIII, pag. 56, [p. 564, ed. Casaub.] : Ὡς τέκτονος παρὰ στάθμην ἰόντος ὀρθοῦται κανών· *Ut fabri adamussim euntis regula dirigitur.* Et apud Homerum Ὀδυσσ. E, 245 :

Ξέσσε δ' ἐπισταμένως, καὶ ἐπὶ στάθμην ἴθυνε.
Polivit vero scite, et ad amussim direxit

Col. 571 C 4. *Tantum aberat ut.* Non hoc vult Basilius, sed solo aspectu ad sui venerationem impulisse reginam, sive præsentia sua, Ulyssem, quamvis nudus esset. Hic ergo scribe, *primum quidem reginam reveritam eum esse, cum solum apparuisset : tantum abest, ut erubescere deberet, quod nudus conspiceretur.* Nam illud alterum μόνον post ὀφθέντα aberat a ms. Oliv., et facile eo carere possumus. Homeri locus est Ὀδυσσ. Z, 137 et 243 :

Σμερδαλέως δ' αὐτῇσι φάνη κεκακωμένος ἅλμῃ.
Νῦν δὲ θεοῖσιν ἔοικε, τοὶ οὐρανὸν εὐρὺν ἔχουσι.
Horrende autem illis apparuit afflictus salsugine.
Nunc vero diis similis, qui cœlum latum habitant.

Col. 574 A. *Unde Solon.* Plutarchus in *Vita Solonis* [c. 3, p. 146 ed. Steph.] hos versus ei tribuit, quemadmodum et Basilius, et apud eum Cruserius interpres ita vertit :

At virtutis opes non nisi rectus habet
Illis non cedo malis : quarum est possessio firma : est
Esse potest locuples improbus atque probus

Leguntur tamen inter Theognidis *Gnomas* versu 316, quemadmodum antea observavit R. P. Andreas Schottus in suis ad hanc homiliam Notis, qui et sequentem locum Theognidis ita carmine expressum extulit :

Inclinat libram nunc huc, modo Jupiter illuc,
Pauper erit subita, qui modo dives erat.

Sed ἄλλοτε ἄλλῳ illic legitur, non ἄλλοτε ἄλλως.

Digitized by Google

immutavimus quod dixerat interpres *talentum appendere*, quod proprie est libram inclinare. De Prodico Chio [imo *Ceo*] Xenophon consulendus in lib. *De dictis et factis Socratis* II, pag. 737 : Ἡρακλέα ἐπεὶ ἐκ παίδων εἰς ἥβην ὥρμᾶτο, ἐν ᾗ οἱ νέοι αὐτοκράτορες γιγνόμενοι δηλοῦσιν, *Herculem posteaquam exacta pueritia pubertatis iniret cursum, in qua jam adolescentes sui juris fiunt*; et Cicero melior interpres, lib. I *De officiis* [c. 32]. Sequitur versus homericus ex lib. Ὀδυσσ. K, [495], de Tiresia vate :

Solus nempe sapit, reliqui volitant velut umbræ.

Col. 575 A 7. *Sed lingua quidem.* Emendavimus pravam interpretationem, quæ Euripidi, quod est a Platone reprehensum, tribuebat, *sed linguam quidem virtuti consonam, mentem vero afferi dispar rem, ut secundum Euripidem dicat :*

Cupio bonus videri magis quam esse

Est enim versus Euripidis in *Hippolyto*, quem Latine sic effert Cicero III *De officiis* [c. 29] :

Juravi lingua, mentem injuratam gero.

Illud vero de Platone sumpsit ex Plutarcho Basilius in lib. *De discrimine adulatoris et amici* pag. 50, [§ 31 ed. Krigel.] : Ὡς γὰρ ὁ Πλάτων φησὶν, ἐσχάτης ἀδικίας εἶναι δοκεῖν δίκαιον, μὴ ὄντα, καὶ κολακείαν ἡγητέον χαλεπὴν τὴν λανθάνουσαν· *Sicut enim Plato ait, extremæ esse injustitiæ justum videri, neque esse : ita et hæc periculosa est existimata assentatio quæ latet.* Porro contrarium profert idem Plutarchus in *Aristide* [p. 586 ed. Steph.] ex Æschylo [*Sept. c. Theb.* 578] de Amphiarao : Οὐ γὰρ δοκεῖν δίκαιος, ἀλλ' εἶναι θέλει· *Neque enim videri justus hic, sed esse vult.* De Basilio item Gregorius Nazianzenus in Oratione funebri pag. 357 : Εἶναι γὰρ, οὐ δοκεῖν ἐσπούδαζεν ἄριστος. *Non enim optimus videri, sed esse studebat.* [Plura habes in Annot. ad Greg. Naz. Or. in Cæsar. p. 25, l. 26 seqq.]

Ibid. B 3. *Homo quidam.* Interpres scripserat, *Homo quidam in foro*, at Plutarchus in *Vita Periclis* pag. 151, [p. 281 ed. Steph.] κακῶς ἀκούων ὑπό τινος τῶν βδελυρῶν καὶ ἀκολάστων, *cum improbus et petulans homo quidam contumelia ipsum et maledictis insectaretur.* Illud autem, quod de suo adjecit Basilius, ὅπως αὐτῷ μή, sic expresserat interpres : *Ne quid in philosophiæ studio admitteret.* Sub finem paginæ Euclidis apophthegma, quo fratrem iratum placavit, duobus locis expressit Plutarchus in libro *De ira cohibenda* [p. 822] : ἀπολοίμην, εἰ μή σε τιμωρησαίμην, *peream, nisi te ulciscar*; ἐγὼ δὲ ἀπολοίμην, εἰ μή σε πείσαιμι· *Ego vero peream, nisi te in meam traduxero sententiam*; et lib. *De amore fraterno* [p. 869] : Ἐγὼ δὲ εἰ μή σε πείσαιμι παύσασθαι τῆς ὀργῆς, καὶ φιλεῖν ἡμᾶς, ὡς πρότερον ἐφίλεις· *ego vero, nisi tibi persuasero, ut posita ira nos ames, sicut olim.* Animadvertendum hic est interpretem de suo addidisse, *patienter laturum*, quod neque Basilii neque Plutarchi textus agnoscit.

Ibid. C 14. *Talis faciebat.* Ὁ δεῖνα ἐποίει. Cornarius vertit, *Ille faciebat.* Ita melius exprimitur formula inscriptionum sive titulorum, quibus opifices varii, ut statuarii et pictores, operum se auctores profitebantur : quem morem illustrat testimonio Plinii in præfatione *Historiæ naturalis* R. P. Andr. Schottus noster : *Ex illis nos velim intelligi pingendi fingendique conditoribus, quos in libellis his invenies, absoluta opera, et illa quoque quæ mirando non satiamur, pendenti titulo inscripsisse, ut Apelles faciebat, aut Polycletus, tanquam inchoata semper arte, et imperfecta, ut contra judiciorum varietates superesset artifici regressus ad veniam velut emendaturo quidquid desideraretur, si non esset interceptus.* Itidem Politianus cap. 47 *Miscellaneorum* veterem inscriptionem marmoreæ basis Romæ inventæ addit. Σέλευκος βασιλεὺς Λύσιππος ἐποίει. *Seleucus rex Lysippus faciebat : agnovimus*, inquit, *non temere illic* ἐποίει *potius, quam* ἐποίησεν, *hoc est, faciebat, quam fecit.*

Col. 578 C 8. *Non saburratorum.* Ἀνερμάτιστον non est *sine arte navigium*, ut ediderat interpres, sed, *quod non est* ἐρματιζόμενον, *saburra stabilitum*, ut apud Basilium sumi testantur vulgata Lexica, et apud Philonem, lib. III De *Vita Mosis*, nonnulli dicuntur ad pietatem minime obfirmati, ἔνιοι τῶν πρὸς εὐσέβειαν ἀνερματίστων. Chrysostomus, *in psalmum* VI, pag. 64 : Ὥσπερ πλοῖον ἀνερμάτιστον τῇ τῶν ἀγρίων πνευμάτων ἐκδοθὲν ῥύμῃ ταχέως καταποντίζεται· *quemadmodum navigium non saburratum violentorum ventorum impetui relictum celeriter submergitur*; et in cap. V Isaiæ, pag. 717 : Καθάπερ πλοῖον ἀνερμάτιστον καὶ κυβερνήτου καὶ ναυτῶν ἀπεστερημένον ἁπλῶς καὶ εἰκῇ φέρεται· *Ut navis non saburrata, et gubernatore destituta et nautis temere fertur et fortuito.*

Ibid. 10. *Sed quemadmodum.* Hæc in compendium ita redegerat interpres, non sine sententiæ auctoris dispendio : *Et in gymnicis certaminibus nemo sese ad palæstram aut pancration exercens.* Item immutavimus illud, *statua plumbo circumdata*, συνδεδεμένη, proprie *colligata*, vel *devincta*; γομφουμένην alii dixissent. Tertullianus in *Apologetico*, *Ante plumbum et glutinum et gomphos sine capite sunt dii vestri.* In *Agone* Tyrsi, *Mundum ista simulacra regere non possunt, quia magis ipsa reguntur gomphis ferreis, et plumbo et saxo.* Cicero in fragmentis librorum *De Republica* apud Macrobium [*Somn. Scip.* 1, 4], *Virtus non statuas plumbo inhærentes, nec triumphos arescentibus laureis desiderat.* De Milone Pausanias in *Heliacis* pag. 191, [6, 14, pag. 486 ed. Kuhn.] : Ἱστώμενος δὲ ἐπὶ ἀλήλειμένῳ τῷ δίσκῳ, γέλωτα ἐποιεῖτο τοὺς ἐμπίπτοντάς τε καὶ ὠθοῦντας ἀπὸ τοῦ δίσκου. *Perunctо disco cum instillisset, omnes ludibrio habebat, qui se detrudere quantovis impetu facto conarentur.* Philostratus, in *Vita Apollonii* lib. V, cap. 9, non scuto, vel disco uncto, sed cuivis loco insistentem non potuisse depelli ait. Τὸν ἀθλητὴν ἱστοροῦσι τοῦ-

Digitized by Google

τον ἄτρεπτον γενέσθαι, καὶ μὴ ἐκβιβασθῆναί ποτε τοῦ χώρου ἐν ᾧ ἔστη. *Aiunt hunc athletam, e loco ubi semel constitisset, nulla potuisse vi dimoveri, sed immobilem permansisse.*

Col. 582 B 2. *Ac pertusum.* Hæc substituta sunt in locum illorum Volaterrani verborum, *ac fracta dolia implere.* Jam monuimus τετρημένον rectius scribi, quam τετριμμένον, in iis quæ annotata sunt in homilias *De jejunio* pag. 9. Hic addo proverbium istud hoc loco etiam τάττεσθαι ἐπὶ τῶν διακενῆς πονούντων, de frustra laborantibus dici, ut in AppendiceVaticana proverbiorum docetur, quemadmodum alterum proverbium, ξαίνεις εἰς πῦρ, *ignem gladio dissecas*, quod hic ingerit etiam Basilius, λέγεται ἐπὶ τῶν μάτην κακοπαθούντων, *in eos jactatur, qui frustra malis divexantur*, ut exponit Zenobius Centur. 5, proverb. 27. Aristides itidem orat. quæ inscribitur *Apologia quatuor rhetorum*: Ἐλελήθεις δὲ ἄρα σαυτὸν ἁπάσαις ταῖς παροιμίαις ἐνεχόμενος εἰς πῦρ ξαίνων, καὶ λίθον ἕψων, καὶ σπείρων τὰς πέτρας· *Non intelligebas teipsum omnibus illis proverbiis obnoxium esse, quod ignem diverberares, quod lapidem elixares, quod in saxa semen jaceres.* Plato ipse libro VI *De legibus* [t. VIII, p. 309 ed. Bipontin.]: Ὀλίγου δὲ ποιεῖν τὸν νομοθέτην τὸ τῶν παιζόντων, εἰς πῦρ ξαίνειν· *Ut propemodum legislator faciat, quod solent qui ludunt, ignem dividentes.* Vidit a Platone usurpari de iis qui frustra moliuntur, quod effici nullo pacto queat, Erasmus Roterod. Chiliade 1, cent. 1, [p. 16 ed. Froben., 1546, in fol.] dum explicaret Pythagoricum symbolum, Πῦρ σιδήρῳ μὴ σκαλεύειν, *Ignem gladio ne fodito*, et Chiliade 1, cent. 4, proverb. 55, perperam confudit proverbium istud cum præcepto Pythagoræ, quemadmodum et inepte appellavit hanc parænesim *Epistolam ad nepotes*; præceptum enim illud vetat, ne ignis exagitetur, hoc est, ne potentium iracundia irritetur; hoc proverbium indicat eos ignem velle dissecare sive flammam velut in partes dividere, atque id aggredi quod fieri nequit. Eodem errore lapsus est interpres *Moralium orationum*, quas Symeon Logotheta ex Basilio collegit, in ea quæ numero XVI est *De ingluvie*, dum vertit, *Nam aperte ignem fodiunt, cribro aquam ferunt, pertuso dolio aquam hauriunt.* Græce enim est ut hoc loco, Ἀτεχνῶς εἰς πῦρ ξαίνοντες, καὶ κοσκίνῳ φέροντες ὕδωρ, καὶ εἰς τετρημένον ἀντλοῦντες πίθον. Proinde corrigendum est, *Nam aperte ignem dissecant, cribro aquam ferunt, et in pertusum dolium infundunt.*

Ibid. 5. *Vel adversa fortuna.* Diogenes Laertius pag. 399 [ed. Casaubon., 1615, in-8.]: Μειράκιον ἰδὼν καλλωπιζόμενον ἔφη· Εἰ μὲν πρὸς ἄνδρας, ἀτυχεῖς· εἰ δὲ πρὸς γυναῖκας, ἀδικεῖς· *Adolescentem intuens Diogenes se componentem, Si quidem, inquit, ad viros, infeliciter: sin autem ad mulieres, injuste.* Ἑταιρεῖν hic est *meretricio more se prostituere*, unde proverbium apud Græcos οὐδεὶς κο-

μήτης. Interpres ediderat hoc loco: *Nam quid ex talibus exspectandum aut suspicandum, nisi ut lascivus ille ornatus feminas prætereuntes invitet, aut alienis matrimoniis insidietur?*

Col. 583 A 6. *Domum reverterentur.* Plus ergo fecere, quam scripserat interpres, *sane omnes erubuere.* Severinus Boethus, lib. I *De musica*, cap. 1, rem ita narrat: *Pythagoras ebrium adolescentem Taurominitanum, qui rivalis sui domum vellet amburere, cum intellexisset sono Phrygii modi incitatum esse, mutari modum præcepit, atque ita furentis animum adolescentis ad statum mentis pacatissimæ temperavit. Quod scilicet M. Tullius commemorat in libro quem de consiliis suis composuit: cum vinolenti adolescentes, tibiarum cantu instincti, mulieris pudicæ fores frangerent, admonuisse tibicinam ut spondæum caneret Pythagoras dicitur; quod cum illa fecisset, tarditate modorum et gravitate canentis illorum furentem petulantiam consedasse.* Neuter ex his modum fuisse Dorium tradit, quem præscripsit Pythagoras; conveniunt tamen cum hoc Basilii additamento, quæ de Dorio modo Athenæus lib. XIV [p. 624, D]: Ἡ μὲν Δώριος ἁρμονία τὸ ἀνδρῶδες ἐμφαίνει καὶ τὸ μεγαλοπρεπὲς, καὶ οὐ διακεχυμένον οὐδ' ἱλαρὸν, ἀλλὰ σκυθρωπὸν καὶ σφοδρόν· *Doricus harmoniæ modus virilem præ se fert gravitatem et magnificentiam, non diffusus aut hilarior, sed tetricus et vehemens;* et Lucianus in *Harmonide* [c. 1]: τῆς ἁρμονίας ἑκάστης διαφυλάττειν τὸ ἴδιον, τῆς Φρυγίου τὸ ἔνθεον, τῆς Λυδίου τὸ Βακχικὸν, τῆς Δωρίου τὸ σεμνόν· *conservare singulorum concentuum proprietates, in Phrygio quiddam afflatum, in Lydio Bacchicum furorem, in Dorio gravitatem.* Plinius demum lib. II, cap. 22, Saturnum Dorio moveri phthongo scribit, Jovem Phrygio, ex Pythagoræ doctrina.

Ibid. B. *Aut ea quæ sub ventre.* Non ut interpres, *ventri aut femori servire.* Usitata locutio Basilio ad indicandas venereas libidines. Comment. in Isa., p. 405, τῶν κατὰ γαστέρα ὀρέξεων καὶ τῶν ὑπὸ γαστέρα. Gregorii Nazianz. Orat. 16, pag. 250: Μὴ κακοὶ νομιζοίμεθα καὶ δοῦλοι γαστρὸς καὶ τῶν ὑπὸ γαστέρα· *Ne nos mali existimemur, ac ventris, et eorum quæ sub ventre sunt mancipia.* Gregorii Nysseni *De virginitate* pag. 561: Καθάπερ πρὸς τὴν νομὴν τὰ βοσκήματα μόνῃ τῇ γαστρὶ, καὶ τοῖς μετὰ γαστρὸς ζῶν, *tanquam ad pabulum pecudes ventri soli, et iis quæ post ventrem sunt deditus vivit.* Sic malim vertere, quam cum interprete, *cæterisque ventris vitium consequentibus*, et fortasse aptius legeretur μετὰ γαστέρα, quod alii auctores dicunt ὑπὸ γαστέρα.

Col. 586 B 4. *Execestidæ filium.* Diogenes Laertius: Σόλων Ἐξηκεστίδου Σαλαμίνιος. Versus qui citatur, Cornarii Latino versu expressus, inter Solonis carmina est numero 71, inter *Gnomica* Theognidis 227, quod vero sequitur distichum 1151.

Col. 587 A 15. *Et quemadmodum.*] Hæc truncata fuerant ab interprete, *Vituperat, more polypo-*

Digitized by Google

dis, qui colorem terræ quam attigerit reddit. Sed ista. Plutarchus hæc Basilium videtur docuisse, cujus hæc verba sunt in libro *De discrimine adulatoris et amici* pag. 52, [§ 67] : Τὰς δὲ τοῦ κόλακος ὥσπερ πολύποδος τροπὰς ῥᾷστα φωράσειεν ἄν τις, αὐτὸς ἐπὶ πολλὰ δοκῶν τρέπεσθαι· *Cæterum adulatoris veluti polypi mutationes facile deprehendet, qui seipsum simulabit varie mutari.* Et in libro *De amicorum multitudine* [p. 167], Theognidis profert hoc distichum :

Πουλύποδος νόον ἴσχε πολύχροος ὃς ποτὶ πέτρῃ
Τῇπερ ὁμιλήσῃ, τοῖος ἰδεῖν ἐφάνη.
Polypodis mentem versuti sume, sub omni
Qui visu præbet se similem lapide.

Ex initio distichi hujus proverbium conflavit Erasmus, immerito; neque enim apud auctores in proverbium videtur abiisse, verum aliter efferri solet apud Græcos, ut constat ex Diogeniano Centuria 7, 73 : Πολύποδος ὁμειότης. Πρὸς τοὺς ἐξομοιοῦντας ἑαυτοὺς οἷς βούλονται. *Polypi similitudo. In assimilantes se iis, quibus voluerint.* Et in Collectaneis ex Suida cent. 2, 98.

Ibid. C. 6. *Qui longissimæ.* Corrigendum in Græco arbitror παρ' ἡμῖν. Interpres tantum ediderat, *Mathusalem illius, qui mille annos;* et paulo post ἡδὺν δὲ προσδοκᾶν, *eligere vitam, jucunditatem vero illius exspectandam esse ex usu rerum optimarum.* Sed hoc vult Basilius, sperandum esse, ut quæ aspera sunt, consuetudine fiant mollia. Cicero, II *Tuscul.* [c. 16] : *Ferre laborem, contemnere vulnus consuetudo docet.* Item [c. 17] : *Consuetudinis magna vis est. Pernoctant venatores in nive, in montibus uri se patiuntur. Pugiles cestibus contusi ne ingemiscunt quidem.* Sallust. in *Jugurtha* [c. 81] : *Benefacere ex consuetudine in naturam vertitur.* Cæterum moniti hujus auctorem prodidit Plutarchus in libro *De exsilio* pag. 602 [p. 1069 ed. Steph.] : Τὸ καλὸν ἐκεῖνο παράγγελμα τῶν Πυθαγορείων· Ἕλοῦ βίον ἄριστον, ἡδὺν δὲ αὐτὸν ἡ συνήθεια ποιήσει. *Pulchrum illud Pythagoreorum præceptum: Delige vitæ rationem optimam, suavem eam consuetudo faciet.*

Col. 590 B. Mamantis martyris, qui Aureliano imperatore passus est Cæsareæ Cappadociæ, memoria celebratur in Menologio Græcorum ad IV Nonas Septembris, in Martyrologio Romano XVII Augusti. Agit et S. Gregorius Nazianzenus in Orat. in novam Dominicam de eo, et Sozomenus lib. 5, c. 2 *Historiarum Ecclesiasticarum.* Fortunatus in Actis S. Radegundis, lib. 2, reliquias ejus aliquas in Galliam translatas fuisse testatur.

Col. 613 A 9. *Dæmonum.* Hexameter versus est, quem desid. Erasmus in proverbio, *Arena superat*, exprimit hoc Latino :

Mensura est pelagi, et numerus mihi notus arenæ :

sed cum addit hoc oraculo Dei sapientiam ineffabilem comprehendi, non videtur meminisse dæmonis hanc vocem fuisse a Pythia emissam, ut scribit Herodotus lib. I : Ἐν δὲ Δελφοῖσιν ἡ Πυθίη ἐν ἑξαμέτρῳ τόνῳ λέγει τάδε· Οἶδα ἐγὼ ψάμμου τ' ἀριθμόν. Hæc Apollo Lydis a Crœso missis respondit. Scripsit tamen Archimedes librum *De numero arenæ maris*, de quo Clavius noster in Commentariis in sphæram

IN LIBROS DE BAPTISMO.

Merito sane præfixerat his libris quispiam ex iis, qui superioribus Latinis editionibus præfuerunt, monita quædam, quibus lectorem monebat, ut quoniam non alium nacti erant interpretem, quam hominem Zuinglianæ doctrinæ suspectum, ac proinde a catholica alienum, sibi ab eo caveret; cum illius καινοτομίας studiosi, sacramentorum vim et efficaciam mirum quantum elevent, et cum ipsi baptismo, tum cæteris gratiæ divinæ vasis minus quam par sit tribuant. Quo nobis crebrius faciendum erit, ut quæ loca sunt in hac editione recensita cum ex collatione cum aliis auctoris locis, tum ex aliorum Patrum consensu et συνῳδίᾳ fideliter asseramus. Verterat igitur pag. 624, C, 8, Volfangus Musculus, cui tribuitur in editione Basiliensi anni 1540 hæc interpretatio, *de posteriore nostram sententiam quæsivistis;* item illud : "Ετοιμοι ἔσεσθε, *parati estote omni vos interroganti respondere, rationemque communis fidei reddere, rationem de Dominico secundum Evangelium baptismate reddimus.* Usurpat Basilius verba Petri apostoli, I Petri III, 15, nisi quod pro αἰτοῦντι ὑμᾶς λόγον legit, ἐπερωτῶντι ὑμᾶς λόγον, et addit verbum ἔσεσθε. Ubi advertendum, præstantius esse Joannis baptismate Christi baptisma, ex sententia Basilii, contra quorumdam ἑτεροδόξων profanam novitatem.

Col. 1515 A 9. *Juxta propositum.* Interpres scripserat, *scopo div. benepl. constantes immoremur*, item omiserat adverbium, *alicubi*, ὁριστικῶς που προσταχθέντα, *ut definite præcepta :* rectius Janus Cornarius, *strictim præcepta sunt;* quæ enim circumscripta sunt certis limitibus, minus diffusa sunt; et opponit τῷ ὁριστικῶς, καὶ τῷ ἁπλῶς, τὸ σαφῶς. Germanus huic locus est apud eumdem, Basilium, tomo II, Regula breviori 267 : Τὰ ἀμφίβολα καὶ ἐπικεκαλυμμένως εἰρῆσθαι δοκοῦντα ἔν τισι τόποις τῆς θεοπνεύστου Γραφῆς ὑπὸ τῶν ἐν ἄλλοις τόποις ὁμολογουμένων σαφηνίζεται. Non tamen hinc inferre lector debet omnia Scripturæ loca obscuriora, ex aliis dilucidis facile a quovis explicari posse : nam ita falsum esset dicere obscuram esse Scripturam, quod tamen asserit Basilius in proœmio Comment. *in Isaiam* pag. 332 : γυμνάσιον ἡμῖν τῆς διανοίας ἐμηχανήσατο τὴν ἐν ταῖς Γραφαῖς ἀσάφειαν ἐπ' ὠφελείᾳ τοῦ νοῦ· et posset unusquisque, nihil moratus auctoritatem Patrum, Scripturam exponere, quod

Digitized by Google

tamen illum non præstitisse testatur Rufinus, lib. xi, cap. 9, hæc de illo et de Gregorio Nazian. scribens, *Ambo Athenis eruditi solis divinæ Scripturæ voluminibus operam dabant, earumque intelligentiam, non ex propria præsumptione, sed ex majorum scriptis et auctoritate sequebantur.* Porro Augustinus etiam libro II *De doctrina Christiana*, cap. 25, et alii Patres docent difficiliora loca ex clarioribus exponi debere ; sed difficillimum tamen esse asserimus hujusmodi locorum collationem ita instituere, ut quem locum tu putas clariorem esse, ideoque ex alio loco interpretandum, is revera sit clarior, et non contra potius obscurior : ex quo idcirco non alterum interpretari, sed eum ex altero sit necesse. Plura Gregorius de Valentia, Ordinis nostri theologus, in hanc sententiam *Analysis fidei* lib. v, cap. 2.

Col. 1518 C 10. *Gratias ago.* In Vulgata Latina ad Romanos VII, 2, legimus, *Gratia Dei per Jesum Christum :* at in quibusdam libris Græcis, Χάρις δὲ τῷ Θεῷ, *Gratia autem Deo :* in aliis Εὐχαριστῶ τῷ Θεῷ, *Gratias ago Deo*, quomodo et hic apud Basilium, et apud Chrysostomum, homil. 13 in Epist. ad Rom. pag. 140 Græco-Latinæ editionis, ubi scribendum, ut hoc loco, *Gratias ago Deo per Christum :* nam illud *meo* Latinæ editionis, Græca quæ exstant non agnoscunt.

Col. 1523 A 8. *Quod per baptismum.* Non ut antea, *in baptismo aquæ.* Trina scilicet fit abrenuntiatio in baptismo, qua profitemur nos nuntium remittere Satanæ, et angelis, et pompis ejus. Chrysostomus, homil. 21 ad Antiochen. : Διὰ τοῦτο καὶ κελευόμεθα λέγειν, Ἀποτάσσομαί σοι, Σατανᾶ. *Propterea jubemur dicere, Abrenuntio tibi, Satana :* et auctor noster lib. *De Spiritu sancto* cap. 27 : Ἄλλα δὲ ὅσα περὶ τὸ βάπτισμα ἀποτάσσεσθαι τῷ Σατανᾷ καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ. Simile illud eadem col., *dum ab omni re diabolo grata abstinemus :* quod Musculus ediderat, *per id quod ille nihil in nobis habeat.*

Col. 1524 C 14. Ἀμετεωρίστου. Hoc epithetum obedientiæ omiserat interpres, quod opinor idem valet, ac si ἀμετάθετον, vel ἀμετάθλητον dixisset, *quod differri non debeat*, et ut ait in Regula fusius disputata 41, p. 387 : Τὸ ἐν παντὶ εὐπειθὲς ἀποδοχῆς ἄξιον, καὶ ἐν σπουδῇ ἀόκνῳ καὶ ἐπιμελείᾳ προσεχεστέρᾳ ἀμέμπτως ἀποπληροῦν, et Regula breviori 114 : Ὡς τοῦ Θεοῦ θέλημα σπουδαιότερον καὶ ἐπιμελέστερον καταδέχεσθαι χρή, et *Constitutionum monastic.* cap. 19, pag. 563, Ἀκριβεστάτην παρὰ τῶν αὐτοῦ ἀπαιτεῖ τὴν εὐπείθειαν, et, ἀναμφίλεκτον τὴν ὑπακοὴν ἀπαιτεῖ, *absque ulla disceptatione vel cunctatione obedientiam requirit.*

Col. 1527 A 7. *Summitatis auriculæ.* Non *mutilatio auriculæ*, ut vertit Musc. ; nam λοβός extremum auriculæ significat, cujus creba mentio in consecratione sacerdotum ; Levitici VIII, 23, *Καὶ ἐπέθηκεν ἐπὶ τὸν λοβὸν τοῦ ὠτὸς δεξιοῦ, et imposuit super extremum auris dextræ ;* et Levit. XIV, 14, de eo qui mundatur, *Καὶ ἐπιθήσει ἐπὶ τὸν λοβὸν τοῦ ὠτίου τοῦ καθαριζομένου Et imponet super extremum auriculæ ejus qui mundatur.* De integritate membrorum corporis, quæ requiritur in sacerdote, qui altari inserviat, agitur Levitic. XXI, 17 : Ἄνθρωπος τυφλὸς, ἢ χωλὸς, ἢ ὠτότμητος, ἢ ἄνθρωπος ᾧ ἂν ᾖ ἐν αὐτῷ σύντριμμα χειρὸς, οὐκ ἐγγιεῖ τοῦ προσενεγκεῖν· *Homo cæcus, vel claudus, vel truncatus auribus, vel manibus sectis, non appropinquabit ut offerat ;* et Levit. XXII, 23 : Μόσχον ἢ πρόβατον ὠτότμητον οὐ δώσετε· *Vitulum vel ovem sectam auribus non dabitis.* At mutilationis τοῦ λοβοῦ ὠτίου nullam expressam arbitror in Scriptura mentionem exstare. Paulo post, τὴν ὑπεροχὴν δείξαντες necesse non fuit ut verteret interpres, *quæ a nobis exigatur justitiæ præstantia ;* non enim de justitia nostra hic agitur, sed de novæ legis supra veterem excellentia. Porro in quibusdam libris veteribus legitur Matthæi XII, 6, ut hoc loco et apud Theophylactum, τοῦ ἱεροῦ μεῖζον ὧδε, *templo majus aliquid est hic :* at in Vulgatis excusis, *μείζων, major est hic.*

Col. 1530 A 3. *Fuerit denuo.* Correximus illud interpretis, *natus fuerit e supernis.* Licet enim ἄνωθεν idem valeat nonnunquam quod *desuper*, ut Joannis XIX, 11, *Εἰ μὴ ἦν σοι δεδομένον ἄνωθεν· Nisi tibi datum esset desuper ;* hic tamen id sonat, quod iterato fit, ut constat ex Augustino, *De peccatorum meritis et remiss.*, cap. 27, et Chrysostomo Homilia 24 *in Joannem*, τὸ ἄνωθεν ἐνταῦθα οἱ μὲν *ἐκ τοῦ οὐρανοῦ* φασιν, οἱ δὲ *ἐξ ἀρχῆς*. Ἄνωθεν *hoc loco alii e cœlo, alii* iterum *exponunt.* Sed insistit potissimum illi expositioni, quæ de regeneratione baptismi vult locum intelligi : Ἐὰν μὴ γεννηθῇς ἄνωθεν, ἐὰν μὴ μετάσχῃς πνεύματος τοῦ διὰ τοῦ λούτρου παλιγγενεσίας, οὐ δύνασαι περὶ ἐμοῦ τὴν προσήκουσαν δόξαν λαβεῖν· *Nisi genitus fueris denuo, hoc est, nisi spiritus per regenerationis lavacrum particeps efficiaris, non poteris convenientem de me opinionem concipere.* Emendandus est et alius huic similis locus pag. 629, *Qui e supernis generantur, promissionem habent.* In eo vero qui sequitur, *nisi quis natus fuerit ex aqua*, non expresserat illud ἐξ ὕδατος interpres, ut facile solent ejusmodi novatores sacramento baptismi carere, ac si aqua desit, fide sola niti, quam ob causam et fide parentum filios fieri salvos contendunt, licet baptismo minime sint abluti, utpote qui sancti sint, si fidelium soboles, et si prædestinati sint, absque baptismo salventur : quod tamen falsum esse contendit S. Augustinus, lib. III *De origine animæ*, cap. 10.

Ibid.] A 9. *Quæ desunt passionum.* Musculus ediderat, *Apostolus afflictiones illas Christi, quæ adhuc deerant :* nos Vulgatæ Latinæ verba substituimus. Tertullianus, v *in Marcionem* 19, *adimplere se reliqua passionum.* Ambrosius in Commentario : *Suppleo reliquias pressurarum Christi.* Quod idcirco notandum censuimus, quod hinc arripiat ansam ὁ ἑτερόδοξος merita operum labefactandi, quibus nos satisfacere dicimus. Nam ut ait Photius, χρεῶσται πάντες καθεστήκαμεν ἀντὶ τῶν μυρίων ἐκείνων καὶ

Digitized by Google

σωσικόσμων παθῶν καὶ αὐτοὶ ὑπομένειν καὶ ἀντεισάγειν παθήματα καὶ θλίψεις. *Omnes debitores constituti sumus ob innumeras illas et mundum salvantes afflictiones.* Nostræ itaque sunt illæ afflictiones, non Christi, sed reliquiæ seu defectus passionum Christi; quia post illius passiones, hoc nobis superest faciendum.

bid. C 5. *secundum Lucam.* Non, ut interpres volebat, *Evangelio Lucæ :* nimirum cap. IX, 62. Est enim, ut in Latinis codicibus scriptum reperitur, *Sacrosanctum Jesu Christi Evangelium secundum Matthæum*, vel *Lucam*, id est, prout scriptum est a Matthæo vel Luca : itaque merito reprehenditur ab ipso Beza Sebastianus Castalio, quod verterit, *auctore Matthæo;* Deus enim auctor libri est, scriptor Matthæus vel Lucas.

Col. 1531 D 5. *Ad pœnitentiam.* Rescribe ut in Vulgata Matthæi III, 11, *in pœnitentiam.* Erasmus vertit, *ad pœnitentiam :* at Beza et cæteri νεωτερισταί, *ad resipiscentiam*, quod nimirum externum baptismi signum homines de corrigenda vita admoneat tantum : pœnitentiæ vero vocem non usurpant, quod ex hoc dicendi genere, inquiunt, multi imperiti occasionem opinionis de satisfactione arripuerint. Catholici vero illam usurpant, quod externum dolorem ac pœnam ex interna conversione profectam significet, non solum vitæ corrigendæ propositum. Vide Bellarminum cardinalem illustriss., lib. I *De pœnitentia*, cap. 7. In sequenti periodo epithetum *sanctum* addidimus e Græco, ab interprete omissum, quo evidentius convincuntur erroris Calvinistæ, qui baptismum Joannis æquare Christi baptismo non verentur.

Col. 1534 B 8. *Sine ulla prorsus.* Ne quis adduceretur verbis interpretis, ut crederet Basilium velle baptismum Joannis gratiam contulisse, ac peccata remisisse, his substitutis, illa expunximus, *nec ullam prorsus faciebat ad gratiam Dei et Christi ipsius perveniendi dilationem.* Non enim dubium est, quin baptismus Joannis potuerit peccata remittere ex devotione ac fide accedentium, vel etiam ex contritione, quomodo intelligenda censet similia Basilii verba et fratris ejus Gregorii idem doctissimus cardinalis lib. I *De baptismo*, cap. 21

Col. 1535 C. *Illud igitur.* Ex hoc loco male vertisse Musculum intelligimus antea ἄνωθεν, *de supernis*, ut superius annotatum est; idque illum tandem agnovisse quod Nicodemi responsum arguebat, Christum scilicet usum esse vocabulo, quo iteratio quædam indicaretur. Porro ex historia Job, qui deinde notatur locus, a correctore sine causa expletus est addito verbo ἦ, quod ab excuso aberat, et a vulgatis Scripturæ libris, sicque legendum in Latino textu, *etiamsi vita ejus sit unius diei.* Apud LXX sic est, ἀλλ' οὐθεὶς ἐὰν καὶ μία ἡμέρα ὁ βίος αὐτοῦ ἐπὶ τῆς γῆς. Olympiodorus in Catena Nicetæ, Τί γὰρ, φησὶ, μακρὰ δεῖ περὶ ἀνθρώπου λέγειν, ὅπου γε καὶ αὐτὴ ἡ ἀνθρωπίνη γέννησις οὐκ ἄνευ ὕπνου καὶ ἁμαρτίας τυγχάνει; Ὅθεν καὶ βαπτίζεται τὰ βρέφη, τὸν διὰ τῆς παραβάσεως τοῦ Ἀδὰμ ῥύπον ἀποπλυνόμενα. *Quid attinet, inquit, de homine plura dicere, qua doquidem neque hominis procreationem sine sorde ac peccato esse contingit? Proinde baptizantur infantes, ut macula, quam ex Adami prævaricatione contraxerunt, abluatur.*

Col. 1538 B 2. *In eam formam.* Locus est in Epist. ad Romanos VI, 17, ubi Vulgata, *in eam formam doctrinæ, in quam traditi estis;* nec aliter vertitur apud Origenem et Ambrosium, cum et ipse Musculus infra eo redierit pag. 636, D 5, licet Beza scripserit, hunc ipsum Basilii locum citans, *auscultastis ei formæ doctrinæ.*

Col. 1542 C 3. *Mori peccato.* Unum ex tribus omisit interpres, ἑαυτῷ τε, *sibi ipsi*, et illud, κατὰ τὴν ἐνανθρώπησιν βιῶν, vertit, *secundum incorporationem vitæ, corde, sermone.* Ita scilicet Apostolus ad Romanos XIV, 17, *Nemo enim nostrum sibi vivit:* et II Cor. V, 15, *ut et qui vivunt, jam non sibi vivant.*

Col. 1543 B 1. *Itaque deposita.* Cum dixerit auctor, ἀποθέμενοι τὴν σκληρότητα τῆς ἀπειθείας, et subjunxerit oppositam εὐπείθειαν καὶ ὑπακοήν, malui cum Cornario Latine reddere, *deposita obedientiæ duritie ostendamus.* Sic et Ephesior. V, 6, υἱοὺς ἀπειθείας, quos Vulgata, *filios diffidentiæ* vertit, et cum ea Budæus ac Tertullianus, *filios incredulitatis;* Cyprianus *contumaciæ filios* appellat. Rursus obsonia peccati mortem hic dixit Musculus, cum posset Vulgatæ verbis uti clarioribus, Roman. VI, 23, *Stipendia enim peccati, mors.* Gregorius Nazian. ὀψώνιον exponit τὸ βασιλικὸν σιτηρέσιον, *regium commeatum.* Glossarium vetus, *stipendium*, ὀψώνιον στρατιωτικόν.

Col. 1550 A 10. *Illud, Si enim.* Duas periodos prava interpunctio ex una conflarat, et perperam inculcatum fuerat ab interprete, *adimpletur nunc illud.* Locus est Roman VI, 5. Basilius ait, futurum ut in iis, qui custodierint dictum illud (*Si complantati*), promissio illa adimpleatur, *et resurrectionis participes erimus.* Rursus illud, ὃς ἐπιχρίναντος, interpretatus est Musculus *somnium secunda expositione confirmatius reddidit :* at secunda expositio potest esse Josephi post primam alterius. Scriptura vero bis eumdem Joseph ait exposuisse somnium regis : idem quippe valet hic ἐπιχρίνειν, quod apud LXX συγκρίνειν, Genes. XLI, 15 : Καὶ ὁ συγκρίνων οὐκ ἔστιν αὐτό, *et non est qui illud interpretetur.*

Col. 1551 B 2. *Omnino.* In Basiliensi posteriori edit. mendose fuit excusum πάντας, interpres autem legisse videtur πάντως (*omnino baptismi pacta etiam postremo tandem servantes*). Emendandum πάσας. Paulo post idem scripserat, *declinantem a me malignum non agnoscebam :* at psalmo C, 4, scriptum est ἐκκλίνοντος ἀπ' ἐμοῦ τοῦ πονηροῦ οὐκ ἐγίνωσκον. Quæ Latine expressimus ut apud Augustinum et in veteri Psalterio Latino sunt expressa. Athanasius in Catena Græca sic exponit : Οὕτως ἐν οὐδενὶ μέρει ἐποιούμην τοὺς πονηροὺς, ὡς καὶ

Digitized by Google

τὴν παρουσίαν καὶ τὴν ἀπουσίαν αὐτῶν ἀγνοεῖν· διὸ καὶ ἀπαιρόντων οὐκ ἐγίνωσκον, οὐκοῦν οὐδὲ παρόντων εἰ παρῆσαν ἐγίνωσκον. *Ita nullo in numero erant apud me maligni, ut et præsentiam et absentiam illorum ignorarem. Quamobrem et cum a me discederent, non cognoscebam, proinde neque cum adessent noveram, num adessen..*

Col. 1562 D 1. *Ut sedeant.* Ita plane Basilius hunc versum extulit, ut se habet apud LXX, τοῦ συγκαθῆσθαι αὐτούς, non συγκαθίζειν, ut legisse vel intellexisse videtur interpres scribens, *ut illos mecum habitare faciam.* S. Hieronymus ex Hebræo, *ut habitent mecum.* Sequitur ex eodem psalmo, οὐ κατεύθυνεν ἐνώπιον τῶν ὀφθαλμῶν μου, quod interpres vertit, *prospere non egit*, quasi esset οὐκ εὐθύνησεν. Itala seu Vulgata Latina vetus e Græco, *non direxit in conspectu oculorum meorum*, et ita scribendum hoc loco S. Hieronymus, *loquens mendacium non placebit in conspectu oculorum meorum.* Joan. Campensis, *non durabit apud me.* Munsterus, *neque firmus manebit coram oculis meis.*

Col. 1566 B 4. *Filii Dei.* Scribendum, *Dei fieri, Dei, qui dicit*, non ut interpres, *dicente Deo*, verba enim sunt Dei apud prophetam, non Jeremiam LI, 26, ut notarat Cornarius, sed Isaiam LII, 11, ex quo etiam citatur ab Apostolo, II Corinth. VI, 17.

Col. 1571 A 2. *Et locum et mores.* Paronomasia est in Græco, τὸν τόπον καὶ τὸν τρόπον· interpres ediderat, *locum et vitæ modum, et pristinæ vitæ socios, ut patri consentientes promereamur baptizari.* Atqui sæpe *fit mutatio loci, non ingenii*, ut loquitur Cicero *Orat. pro Quintio*, et Horat., lib. I *Epist.*, 11, 27: *Cœlum, non animam mutant qui trans mare currunt.* Æschines *in Ctesiphontem*, τόπον, οὐ τρόπον μετέβαλεν, *locum, non mores mutavit*, ut citat Lambinus; sed apud Æschinem legimus, οὐ γὰρ τὸν τρόπον, ἀλλὰ τὸν τόπον μόνον μετήλλαξε, *non enim mores, sed locum solum mutavit.* Deinde illud, τῷ πνεύματι στοιχοῦντες, quia scriptum fortassis offendit Musculus in ms. πνι στοιχοῦντες, quasi esset πρι, putavit legendum πατρί, neque vidit voces ab Apostolo mutuari Basilium Galat. V, 25: Εἰ ζῶμεν πνεύματι, πνεύματι καὶ στοιχῶμεν. *Si vivimus spiritu, spiritu et ambulemus.*

Col. 1578 C 8. *Citra constringentem charit.* Hæc ita fuerant ab interprete Latine expressa: *Dum sine socia charitate vescitur? Judicemus itaque hoc, ne nobis ipsis vivamus, sed ei qui pro nobis est mortuus.* Quasi nimirum esset ὥστε κρίνωμεν. Usurpat auctor Apostoli verba ex II Cor. V, 14, 15: *Ἡ ἀγάπη τοῦ Χριστοῦ συνέχει ἡμᾶς, κρίναντας τοῦτο ὅτι εἰ εἷς ὑπὲρ πάντων ἀπέθανεν, ἄρα οἱ πάντες ἀπέθανον*

Col. 1579 D. 7. *Peccatorum carnis.* Non fuit causa cur insereret interpres *videlicet* inter has duas dictiones, cum sit Græce ἁμαρτιῶν σαρκός, *peccatorum carnis*, quomodo et in Græcis Apostoli legitur libris, et apud S. Augustinum, epist. 59, quæst. 7. Colossens. II, 11, in Vulgata, *in exspoliatione corporis carnis*; quomodo et apud S. Joannis Chrysostomi interpretem, homil. 6 in Epist. ad Colossens., quanquam perperam, cum in Græco textu ita plane sit, ut apud Basilium.

Col. 1582 C 2. Idem Musculus scripserat, *et impigro studio auctiorem reddere sategerit*, quod mentem auctoris non exprimit, et potest videri meritum bonorum operum supprimere voluisse, cui Protestantes illi præcones infensi sunt admodum, quasi hoc tantum vellet Basilius, nos in id solum incumbere, id eniti, non perficere, ut scilicet gratiæ incrementum mereamur, quod tamen asserunt Patres, et Catholici doctores confirmant auctoritate S. Augustini tract. 5 *in Joan.*, *Charitas meretur augeri, ut aucta mercatur et perfici*; et tract. 77, *Restat ut intelligamus Spiritum sanctum habere, qui diligit, et habendo mereri ut plus habeat, et plus habendo plus diligat.*

Col. 1583 A 3. *Inter sacrificandum.* Negari non potest haud satis fidum interpretem hic egisse Musculum, qui ita verterit, *Corpus Domini administrare audet*, ne sanctissimum sacrificium Missæ agnoscere videatur Basilius: neque multo melius Cornarius dixit, *qui audet tractare corpus Domini.* Atqui hoc loco verbum ἱερατεύειν sacram aliquam administrationem satis indicabat, vel potius idem sonabat quod ἱερεύειν, *sacrificare*, quemadmodum et apud Theodoretum, lib. VII *De curatione Græcarum affectionum*, Τὸ δὲ σεβόμενον παρ' αὐτῶν ἱερατεύειν κελεύσας, ἵνα τῷ θύειν μάθωσι μὴ θεοὺς νομίζειν τὰ ὡς ἱερεῖα θυόμενα· *Ea quæ prius colebant, in sacrificium jussit offerre, ut, dum hoc facerent, scirent deos non esse, quos tanquam victimas ipsi mactarent.* Illic enim pro ἱερεύειν in duobus mss. legi ἱερατεύειν Sylburgius annotavit, et hic est paulo post ἱερουργεῖν τὸ μυστήριον τοῦ Κυρίου, *ad sacrificandum mysterium Domini*; et cap. 8: Ἐὰν τὰ τῆς ἱερωσύνης μυστήρια ἐπιτελῶμεν, *si sacerdotii mysteria celebraverimus*; et Concilium Nicænum I, διατυπώσει ε', κεῖσθαι τὸν ἀμνὸν τοῦ Θεοῦ ἀθύτως ὑπὸ τῶν ἱερέων, *situm esse Agnum Dei incruente a sacerdotibus immolatum.*

Ibid. C 7. *Et attendant.* Ut in Vulgata Latina Levitici XXII, 2, scriptum est, *Ut caveant ab his, quæ consecrata sunt filiorum Israel, et non contaminent nomen*: ita verterat interpres hoc loco, *Abstineant a sanctis filiorum Israel, nec polluant nomen sanctum meum*: nos verba LXX expressimus. Cornarius ex libro Exodi hæc citari existimavit c. IX; sed perperam: at recte p. 656, animadvertit exhiberi verba sacra ex IV Reg. X, 10, non, ut putavit Musculus, ex II Reg. X, sed in eo tamen lapsus est quod vertit, ἴδετε, ὅτι οὐ πεσεῖται λόγος Κυρίου, *scitis quia non cadet verbum Domini*; quasi esset οἴδατε. Ubi notandum est omitti a Basilio vocem ἄπφω, *appho*, quæ in quibusdam exemplaribus Græcis Veteris Testamenti additur, abest tamen a Complutensi editione, et a Theodoreto, quæst. 32, a quo alibi exponitur κρύφιος, *occultus.*

Digitized by Google

Col. 1587 C 11. Locus de rege reprehenso a neutro interprete indicatus, reperitur Job xxxiv, 18, ubi Vulgata, *Qui dicit regi, Apostata; qui vocat duces, impios.*

Col. 1595 A 1. *Supplicium graviss.* Non solum exprimit, ut volebat interpres, *maledictionem gravissimum sane supplicium evidenter exprimentem.* Secuti sumus interpretationem Cornarii, quam confirmat Clemens Alexand., lib. VIII *Strom.*, pag. 332 : Τὰ αἴτια προκαταρκτικά sic appellans, *primordiales causas*, non quæ exprimunt aut repræsentant, sed τὰ πρώτως ἀφορμὴν παρεχόμενα εἰς τὸ γίνεσθαι, *quæ primo dant occasionem ad hoc, ut aliquid fiat.* Quosdam enim improbos et in hoc et in futuro sæculo puniri colligit S. Joannes Chrysostomus ex illis Matthæi x, 31, *Tolerabilius erit terræ Sodomorum*, Homil. 37 *in Matth.* : Τοῦτο γὰρ ὡς καὶ ἐκείνων κολασθησομένων εἴρηται· ἡμερώτερον μὲν, κολασθησομένων δ' οὖν ὅμως. Καίτοιγε καὶ δίκην ἐνταῦθα ἔδοσαν τὴν ἐσχάτην· ἀλλ' ὅμως οὐδὲ τοῦτο αὐτοὺς ἐξαιρήσεται. *Hoc enim dictum est, ut intelligamus illos fore puniendos, sed tamen remissius. Etsi enim in hac quoque vita gravissimas pœnas dederunt, non tamen idcirco punitionem in altera vita effugient;* et homil. 3 *De Lazaro*, pag. 69, editionis nostræ tomo V : Ὅτι δέ τινες καὶ ἐνταῦθα καὶ ἐκεῖ κολάζονται, ὅταν μὴ τὴν ἀξίαν τοῦ μεγέθους τῶν ἁμαρτημάτων ἐνταῦθα ἀπολάβωσι τιμωρίαν, ἄκουσον· *Quod autem aliqui tum hic tum illic puniuntur, si minus pro peccatorum magnitudine hic luerint pœnas, audi;* et in Homil. in terræ motum, in eodem volumine.

Col. 1599 B 1. *Hujus quæstionis.* Non ipsa quæstio est regula, ut præ se ferebant hæc interpretis verba : *Hæc quæstione manifeste, et quasi quodam canone adversus quamcunque talem causam a Veteri Testamento docemur.* Porro in loco Genesis IV, 7, ἀποστροφὴ non *aversio*, ut ab interprete, sed *conversio* a sanctis Patribus redditur, qui Græcum LXX textum sequuntur, ut a Tertulliano *Adversus Judæos*, cap. 5 : *Quoniam si recte quidem offeras, non recte autem dividas, peccasti, quiesce. Ad te enim conversio ejus.* Idem apud Ambrosium occurret, lib. II *De Cain*, c. 7, et Hieronymum, epist. 155, *Quæst. Hebraic. in Genesim.*

Col. 1602 A 6. *Assignata erant.* Interpres illud ἀφώριστο, male expresserat : *Ita ut quædam separatim et extra Hierusalem facta periculum attulerint :* imo ait quædam ipsi urbi Hierusalem attributa fuisse, unde Samaritana dicebat Joannis IV, 20 : *Hierosolymis locus est, ubi adorare oportet.* Chrysostomus homil. 2 *adversus Judæos*, pag. 462 : Οὕτω καὶ ὁ Θεὸς ἐποίησε, θύειν ἐπιτρέψας, ἐν οὐδενὶ ἑτέρῳ τόπῳ τῆς οἰκουμένης εἶασε τοῦτο γενέσθαι, ἀλλ' ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις μόνον· *Itidem fecit Deus, permittendo sacrificia : neque enim in ullo orbis loco permisit id fieri, nisi in unis Jerosolymis;* et homil. 3, p. 490 : Ὅτι τῆς πόλεως ἔξω θύειν οὐκ ἔνι, ἀλλὰ παρανομοῦσι, πᾶν ὁτιοῦν ἐπιτελοῦντες ἐπὶ γῆς ἀλλοτρίας· *Quod fas non esset extra civitatem immolare victimas, sed religionem violant, quicunque in aliena regione quidvis ejusmodi perficiunt.*

Ibid. C 2. *Secundum sacrificii.* Hæc perperam a præcedentibus, nova periodo inchoata, fuerant divulsa, suppresso etiam nomine sacrificii, quod novo isti dogmati Zuingliano nimium quantum adversatur. Quam ob causam etiam Cornarius scripsit tantum, *dicatus est Deo ad gloriosi mysterii celebrationem :* at ἱερουργία, *sacrificium*, aut *rei divinæ peractio* est, etiam ex ipsius Henr. Stephani *Thesauri Græci* conditoris testimonio, qui et profert locum Apostoli ad Romanos XV, 16, conjungentis hæc duo, quemadmodum a propheta Isaia conjunguntur λειτουργὸν καὶ ἱερουργοῦντα, *ministrum et sacrificum.* Interpres sic ediderat : *Et secundum prophetiam hostiæ eum, qui diligenter ac studiose ad sacerdotium gloriosi mysterii obeundum propensus est.* Alludit nimirum Basilius ad locum Malachiæ I, 11 : *Καὶ ἐν παντὶ τόπῳ προσάγεται τῷ ὀνόματί μου, καὶ θυσία καθαρά· Et in omni loco incensum offertur nomini meo, et sacrificium mundum.* Quibus verbis ex communi Patrum consensu sacrificium novæ legis prædictum est, quod in altari Deo solet offerri. Propterea noster auctor in psalmum CXV, pag. 576 : Ἀλλ' ἓν θυσιαστήριον ἀποδέδεικτο τοῖς θυσιάζειν προαιρουμένοις· et Homilia *In Gordium martyrem*, pag. 144, aras sanctissimas in ecclesia fuisse testatur. Qui vero deinde profertur locus, paulo aliter habetur apud Isaiam LXI, 6, neque enim additur vox πάντες, sed tantum Ὑμεῖς δὲ ἱερεῖς Κυρίου κληθήσεσθε, λειτουργοὶ Θεοῦ ἡμῶν· *Vos autem sacerdotes Domini vocabimini, ministri Dei nostri.*

Col. 1513 B 2. *Ne re aliqua.* Emendavimus hæc interpretis, *ne quidquam legitimo divini beneplaciti studio desit : sed in omnibus.* Porro quæ sequuntur Apostoli loca, facile obvia sunt indice Scripturæ Latino instructis; non item ille Levitici XIX, 17 : Ἐλεγμῷ ἐλέγξεις τὸν πλησίον σου· καὶ οὐ λήψῃ δι' αὐτὸν ἁμαρτίαν· *Arguendo argues proximum tuum, et non accipies propter ipsum peccatum.* Ita scribendum hic, non *recipias.* Psalmo XLIX, 21 : *Existimasti iniquitatem*, Vulgata, *inique :* male interpres, *Suspicatus es iniquitatem*, et, *stabo contra faciem tuam.*

Col. 1619 A 15. *Non quod sibi.* Græce quidem legitur κατὰ τὴν ἑαυτῶν, quam ob causam sic Latine convertit Cornarius, *non juxta suam ipsorum contrarietatem ad ipsum*, sed rectius scriberetur, ut legisse videtur interpres, οὐ κατὰ τὴν ἑαυτοῦ, vel αὐτοῦ πρὸς ἑαυτόν· quasi dicat, non quod sibi ipse sit contrarius, dum hominibus et ruinæ et resurrectionis est causa, sed quod opposita sit eorum sententia, qui eo utuntur : si enim pariter affecti fuissent, parem ex ejus adventu fructum reportassent.

Ibid. C 5. Ita prorsus legitur apud prophetam, ut apud Basilium, ἐφόνευσαν Σίχιμα, *occiderunt Sicima*, non ἐν Σιχίμοις, vel ut interpres edi-

Digitized by Google

derat. *in Sicima*; Hieronymus ex Symmacho, *interficiebant Sichem.*

Col. 1622 A 6. *Sed tamen dicit.* Non ὁμοῦ dixit, sed ὅμως· idcirco expunximus illud interpretis, *dixit quoque, Non manducabo.* Immutavimus etiam illud, *Inoffensi estote*, ac substituimus verba Vulgatæ, I Corinth. x, 32, *Sine offensione estote*, ut non modo non impingant, sed neque occasionem impingendi cæteris præbeant. Philippens. I, 10, *Sine offensione in diem Christi.* Clemens Alexand, III *Stromatum*, Ἀπρόσκοπος τοῖς πολίταις διαβιοῖ· *Cives non offendens vivit.* Chrysostomus *in Epist. ad Corinth.* exponit: μηδεμίαν παρέχετε λαβὴν μηδενί· *non detis ansam ulli.*

Ibid. C 5. *Juxta ipsius*, vel *quas Dominus.* Non ut antea editum fuit, *juxta vaticinia prophe-* A *tarum*, sed juxta prædictas et prophetatas tentationes et afflictiones. Dixerat enim Christus, Matthæi XVI, 21: *Cœpit Jesus ostendere discipulis, quia oporteret eum ire Jerosolymam, et multa pati.* Ad verbum esset, *deprecabatur, ne tentationes, quæ ab ipso Domino prædictæ fuerant Jerosolymis, ipsi inferrentur, dixit, Vade post me, Satana.* Sic, quæst. seu c. 13, dixit: νικῶντες τοὺς ἐπαγομένους ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν πειρασμούς, *illatas ab hostibus tentationes vincentes*

Col. 1627 C 1. *Considerantes.* Non narrat, sed cohortatur Basilius: neque παιδευόμεθα legitur, sed παιδευώμεθα· quamobrem delevimus illud interpretis, *Ubi vero sanctos consideramus, docemur studium hoc imitandi Christi non esse impossibile, ut per* B *illorum considerationem alacriores facti.*

FEDERICI MORELLI

PROFESSORUM REGIORUM DECANI

NOTÆ ET ANIMADVERSIONES IN QUASDAM S. BASILII HOMILIAS.

Ad homiliam, Εἰς τὸ, Πρόσεχε σεαυτῷ

Col. 197 C 10. Scribe τῷ πλησίον μεταδ.

Col. 200 C 1. Νέστερα, οἱ προμηθέστεροι τῶν ἰατρῶν ταῖς προφυλακτικαῖς ὑποθήκαις πόῤῥωθεν ἀσφαλίζονται, οὗ. Hæc sic interpungito, et cum his, si vacat, conferto quæ ab eodem Basilio scribuntur in Lib. *ad virgin.* sub finem. Cæterum qui dicuntur hic προμηθέστεροι, apud Galen., Comm. IV in Hippocratem, *De artubus*, perhibentur ἀνέγκλητοι καὶ ἐυδοκιμοῦντες. Porro προφ. ὑποθήκας B. Augustinus, *Enarr. in Psalm.*, vocat *præcepta artis medicinæ, quæ, cum eadem maneat, neque ullo pacto mutetur, mutat tamen tanquentibus, quia mutabilis est nostra valetudo.*

Ad Homil. in famem et siccit.

Col. 317 C 1. *Οὐδὲν κακὸν κυβερνήτην μὲν γὰρ ὁ χειμὼν κ.* Livius, l. XXXIV: *Quilibet nautarum vectorumque tranquillo mari gubernare potest: ubi sæva orta est tempestas, ac turbato mari rapitur vento navis, tum viro et gubernatore opus est.* Seneca *De divin. Prov.*: *Gubernatorem in tempestate, in acie militem intelligas*

Ad homiliam de Pœnitentia.

Col. 1476. C 3. Ῥῆσις οὐγὰρ τὰ εὔκαλα δ. Petitum e schola rhetorum, et apud Demosth. observatum ab Ulpiano in *Orat. Πρὸς Λεπτίνην*, ad hæc verba, Ἵνα δὲ μὴ λέγων παραλείπω τι τ., ubi scribit.: ἔθος ἐστὶ τῷ ῥήτορι, τοῖς ἰσχυροτέροις ἐνδιατρίβειν, καὶ μὴ ῥᾳδίως αὐτῶν ἀπαλλάττεσθαι. *Mos est oratori immorari firmioribus exaggerandis, neo facile ab iis discedere.* Num abs re fuerit hic subjungere, quæ ad argumentum μετανοίας spectant, ex eodem oratore ejusque expositore petita, ad has voces Demosth. μηδ' ἂν μεταδόξῃ ποτέ· si quando *pœnitentia ducti aliud senseritis*, ait Ulp.

Εὐδιόρθωτα ποιεῖ τοῖς Ἀθηναίοις τὰ πλημμελήματα.

Ἥμαρτεν ὁ δῆμος κακῶς βουλευσάμενος· ἄφες. Τῇ μετανοίᾳ λύσει τὰ πταίσματα.

D *Emendabilia Atheniensibus ostendit esse peccata.*

Erravit populus male consultus. Condona.

Pœnitentia lapsis succurret.

Digitized by Google

VARIÆ LECTIONES

CODICUM MSS. BIBLIOTHECÆ REGIÆ

NUMERO VIGINTI

Ad quos fuit collatus sermo S. Basilii *De legendis gentilium libris* (a)

NOTITIA CODICUM

A, n. 476, sæculi XII.

B, n. 480, sæculi XI, in quo non semel occurit ν paragogicum positum ante litteram consonantem.

C, n. 481, sæculi XII. Desunt duæ vel tres paginæ, ab ἐκεῖνος ἔδειξεν (col. 573 D) usque ad τουτὶ μὲν γάρ (col. 576 D 2).

D, n. 482, sæculi XI. Desiderantur paginæ nonnullæ a verbis τὴν σπάρτον (col. 569 D 7) usque ad τῆς ἀδικίας ὅρος (col. 576 A 10). Desinit mutilus Ἀτμούς γε, col. 584 A 9.

E, n. 487, sæculi XII.

F, n. 488, ejusdem sæculi.

G, n. 497, sæculi X, scriptus manu Nicetæ, Græci nauarchæ, dum in Africa captivus teneretur. Hujus Nicetæ res gestas narravit Leo Diaconus in *Historia* sua, quam Græce et Latine publici juris fecit D. Hase. Nicetas in bellando dux infelix fuit, sed in describendis libris infelicior, quod ex variis lectionibus patebit.

H, n. 498, sæculi X.

I, n. 500, sæculi XI. Codex optimæ notæ, in fine mutilus a verbis θηρίον ὁπότε (col. 588 A 9) usque ad orationis finem. Iota ut vocant subscripta verbis juxtaponuntur, ut in inscriptionibus; in mss. iam recensitis utrobique desunt.

K, n. 860, sæculi XIV, ab indocto scriba exaratus. Mendis scatet; scribitur verbi gratia, οὐ καὶ πίσταμε pro οὐκ ἐπίσταμαι, etc.

L, n. 912, sæculi XII. Iota subscribuntur.

M, n. 962, sæculi XIV.

N, n 963, sæculi XV.

O, n. 1310, ejusdem sæculi.

P, n. 1773, sæculi XV. ι et υ puncta duo præferunt quoties in compositione diphthongi non adhibentur. Hoc item nonnunquam videre est in antiquioribus mss., sed non ex instituto ut ibi; nulla vel pauca iota subscribuntur.

R, n. 2755, sæculi XV.

S, n. 2998, sæculi XIV. Ultimis plagulis codicis, quæ nonnihil laceræ sunt, continetur oratio nostra.

